DON LEONARDI GUTIERREZ DE LA HUERTA

TRACTATUS DE COMPENSATIONIBUS.

DON LEONARDI GUTIERREZ DE LA HUERTA HISPANI

Utriusque Juris Doctoris, ac Jurisconsulti Villacarriedensis,

Vulgò de Villacarriedo en las Montañas de Burgos.

TRACTATUS DE COMPENSATIONIBUS

Tribus Tomis distributus; quorum primi duo ad forum fori attinent; Tertius verò ad conscientiæ forum spectat.

Si sit utilis, doctus, eruditus, Jurisque professoribus, humanarumque literarum cultoribus gratus, non Author; sed ipse tantùm respondeat.

Cum Triplici Indice; uno Quæstionum, ac Legum explicatarum; altero Rerum verborum, atque Sententiarum omnium uberrimo: reliquo Authorum, qui laudantur, ac reprobantur.

TOMUS SECUNDUS.



NEAPOLI,
In Nova Typographia Dominici Antonii Parrino.
M. DCLXXXXIX.

SUPERIORUM PERMISSU.

Marcus Tullius Cicero lib. 1. de Orator.

Quamobrem pergite, ut facitis, adolescentes: atque in id studium, in quo estis, incumbite, ut & vobis honori, & amicis utilitati, & Reipublicæ emolumento esse possitis.

SERENISSIMO PRINCIPI

FRANCISCO

FARNESIO

Duci Parmæ, ac Placentiæ, &c.

AMbigenti, quemnam huic secundo mearum vigiliarum libro Mecœnatem seligerem, obviam occesisti mihi, SERENISSIME PRINCEPS, cujus excelso Numini, ipsum quirem sacrare, utque munus clarissimo oblatũ Principi extollatur; nè Authoris nomine obscurius fiat, quia, ut dixit Plinius (1) *Quàm multum intereſt, quid à quoque fiat. Eadem enim facta claritate, vel obſcuritate facientium aut attolluntur altiſſimè, aut humillimè deprimuntur*. Et cum virtutem undique claram obscuris conditam tenebris, nullo hærentem fulcimini, magno seculi nostri dedecore, latere Boetius asserat (2) (1) Plin. lib. 6. epistol. 24.

Latet obſcuris condita virtus
Clara tenebris, (2) Boët. de Consol. Philosoph. lib. 1. metr. 5.

Consonum erat, nè hic liber desertus, ac inops à sceleſtorum pedibus proteratur, patronum ei summa authoritate pollentem vindicare, quoniam (3) *Virtus non ſolùm præmiis caret*: (3) Boët. de Consolat. Philosoph. lib. 4. prosa 8.

verum

verum etiam sceleratorum pedibus subjecta calcatur. Idcirco hasce compensationes nusquam mihi proficuas fore auspicabar: nisi supremo tuo niterentur auspicio, quia virtus ductore orbata, haud ad fastigium ascendit, sed humi contempta repit. Hinc quidam literatos viti rectè comparandos putarunt. Nam sicut illa alicui valido stipiti non adhærescens, fructus vomere nescit: ita qui maximo hærentes viro florere non valent. [4] *Ut vitis jacet, nec fructum fert, nisi ad stipitem, aut arborem applicata: vix etiam literati, nisi gratia magnorum subnixi.* Hoc ipsum meditatos fuisse conjecto, qui viros optimè de Literaria Republica meritos Hederæ similes esse profantur. Quippe prout illa neutiquam ad excelsum tendit, nisi acres arbores complectatur: ita eruditi viri haud ad Dignitatis cacumina pergunt: nisi præpotentis Herois patrocinio jungantur. [5] *Nimirum quemadmodum hederæ solæ relictæ in altum non evehuntur, validas autem celsasque arbores amplexę, unà crescunt, & attolluntur: ita homines ad Honores, Dignitatesque ascendunt ubi Magnis, & Principibus viris se adjungunt, utpotè quorum authoritate crescunt, & radices in Republica agunt.*

(4) Just. Lips. cent. 2. ad Belg. epistol. 13.

(5) Elias Reusner. in Coron. Politic.

Qui

Quibus edoctus experimentis, nè mihi quod hederæ, ac viti obtingit eveniat, validam arborem, cujus umbra, à mordace sycophantarum afflatu hic liber tegatur meus, invenire cupiebam. Quamobrē undequaque collustrās, nullā celsiorem tua reperiri posse fui ratus, autumans vitem, & hederam imbecillitatis meæ, tanti Principis magnitudine optimè compensandas fore; & ubi virtus, laborque meus, stipite cassus, nequit attingere, Serenissimæ comitati tuę hærescens ei ad Dignitatū culmina evehi permittatur. Nullum patronum potētiorem, humanioremque eligere poterā; nisi inter nobiliores Europæ Principes nobilissimum? cujus si generis celsitudinem repetam, Regales Lusitaniæ, Sabaudiæque Domus, arctissimo affinitatis nexu, complicare contuemur. Nam celebris Alexander ille Farnesius, Mariā Regis Eduardi Lusitaniæ filiam uxorem duxit[6], & Ranutius Parens tuus Margaritam Sabaudiæ sibi in uxorem ascivit[7]. Sed de quo, præ cæteris omnibus Domus excelsæ tuæ tropheis, te gloriari decet est de proximitate, quam cum Augustissima nostra Austriaca Domo cordatè jactas. Cū Octavium Farnesium Parmensium, Placentinorumque Ducem, Pauli III. Pontificis nepotem, Margaritę Austriæ, Caroli Quinti Impera-

(6) Comes Losch. compend. Histor. Dom. Farnesiæ fol. 449 Strad. de Bell. Belgic. lib. 4. decad. 1.

(7) Comes Losch. compend. Historic. Domus Farnesiæ fol. 452.

peratoris filiæ junctum, matrimoniali vinculo legam.[8] Ex qua Alexandrum Farnesium monstrum belli suscepit.[9] Quarum Domuũ conjunctionis nodum, hodie rursus pertextũ, complicatumque prospicimus: dum Serenissimam Ducissam Sororem, Reginæ nostræ Catholicæ, Clementissimi, Potentissimique Caroli Secundi Regis Hispaniarum nostri, Novique Orbis Imperatoris uxoris, tu in faustum ducas conjugium. Hoc namque, ut tui generis splendor dignoscatur obiter commemoro, utque Austriacæ, Farnesiæque Domus regales stipites, arctaque propinquitas pernoscatur ostendo. Nunc quid si tuorum progenitorum, pro Hispanæ Monarchię decore gesta pertingam? Quid si Octavii Farnesii Ducis Parmę facinora extollam? Ille porrò operam suam supremis in prẹliis adversùs Gallos perhibuit.[10] Carolum Quintum ejus Socerum in Africam communem hostem petentem sectatus fuit.[11] Pro eodem Cęsare in Italia, ac Germania strenuè pugnavit.[12] Ipsi denique Imperatori adversùs Saxonię, pluresque Germanię perduelles Principes belligeranti, undecim mille milites gratanter exhibuit, quos Paulus III. Religionis, atque affinitatis causa trans Alpes misit ad Cæsarem; in-

(8) Summont. Histor. Regn. Neapol. lib. 7. cap. 3. in fin. Comes Losch. cõpend. Histor. Domus Farnesiæ.

(9) Strada. de Bello Belgic. lib. 9 decad. 1. Comes Losch. cõpend. Historic. Domus Farnesiæ fol. 448. in fine.

(10) Strada. de Bello Belgic. lib. 1. decad. 1.

(11) Strada. de Bello Belgic. lib. 9. decad. 1.

(12) Strada. de Bello Belgic. lib. 9. decad. 1.

gens

gens pondus ejus victoriæ, qua tota ferè Germania inter Danubium, Albin, & Rhenum Imperatoris armis subacta fuit; ut Cæsar ipse inspecto exercitu illo, nobiliori unquam delectu copias equitum, peditumque ex Italia pervenisse abnegaverit; & expectata virtute, magnam eis victoriæ deberi partem asseruit, Octavium propterea generum insigni affectu, & aurei velleris torque cōplexus.(13) Et Regis nostri Philippi Secundi partes in Italia pluries adversùs Gallicos Duces variis aggressionibus tutatus fuit. (14) Quid si Alexandri Farnesii, Ducis Parmæ, Octavii filii, ac Philippi Regis Hispaniæ nepotis facinora tangam? Is sanè vir fuit non dubiè inter exempla virorum regnandi artes apprimè callentium adnumerandus. Quippe ingenium illi ad pacis, bellique artes à natura promptum, à fortunæ variantis disciplina perfectum. (15) Pueritiam nondum egressus missus fuit à matre ad Octavium patrem in Belgium, à quo Philippo Hispaniæ Regi perhiberetur; tamquam redintegrati authoramentum obsequii in Austriacam Domum. (16) Belgas leve Hispanorum jugum ferre respuentes domuit. In oppidi Caudebeck obsidione, dextero saucio lacerto, proprio sanguine, fidelitatem erga Hispanum

(13) Strada de Bello Belgic. lib. 9. decad. 1.

(14) Strada de Bello Belgic. lib. 9. decad. 1.

(15) Comes Losch. cōpend. Historic. Domus Farnesiæ fol. 443. Strada de Bello Belgic. lib. 9. decad. 1.

(16) Famian. Strada de Bell. Belgic. lib. 9. decad. 1.

(17) Coloma de Bel lo Belgic. lib. 5. fol. 175.
panum Monarcam ſcripſit. [17] In expugnatione Antuerpię fracto inimicorum machinis igneis, mirabili Farneſio Ponte, vita periclitatus fuit. [19] Adhuc adoleſcens Sereniſſimũ Don Joannem Auſtrię, Caroli Quinti Imperatoris filium, Regiſque Philippi Secundi Hiſpaniæ *fratrem*, ejuſque avunculum, in Navali pręlio comitatus fuit, victorięque Turcarum particeps. [19] Pręfecto Generali Belgii creato, univerſas ferè Provincias perduelles ad priſtinum eorum Regisnutum reduxit [20]. Hiſpani Monarcę armis, ſummo Gallorum dedecore Galliã triumphãs ingreſſus fuit [21]. Lutetiam Pariſiorum Henrrico Quarto Galliarum Rege obnitente, Hiſpano exercitu, ab obſidione, hoſtilique Hæreticorum Principum infeſtatione impavidè abſolvit. [22] Denique ſuperſit aſſerere *militari* ſcientia cæteris ſeculi ſui Ducibus Alexandrum Farneſium anteiſſe, ac reliquos univerſi Orbis æquaſſe. [23] Cæteri Græci Magni Alexandri Macedonis æmulus perpes, cujus gloriam ſemper fuit imitari conatus. [24] Quæ merita eximia Rex Philippus Secundus noſter perpendens, in ejus affectus monimentum ipſum velleris aurei torque quoque inſignivit, quem ipſi ad Belgium miſit, tamquam ſi è Cholchis aurea

(18) Famian. Strad de Bell. Belgic. lib. 6. decad. 2.

(19) Summont. Hiſtor. Regn. Neapol. lib. 12. cap. 1.

(20) Comes Loſch. compend. Hiſtor. Domus Farneſiæ fol. 449.

(21) Dondinus de Geſtis ab Alexandro Farneſio in Gallia lib. 2.

(22) Dondinus de Geſtis ab Alexandro Farneſio in Gallia lib. 2.

(22) Comes Loſch. compend Hiſtor. Dom. Farneſiæ fol. 448

(24) Baſilius Varen. in Vita Caroli V. Imperatoris. cap. 5. ad fin. Strad. de Bell. Belgic. lib. 9. decad. 1.

Par-

Parmēsi pecus equidèm advenisset.[25] De gestis Alexandri Farnesii amplius effundere obluctor, cum innumera ferè volumina narrent. Unde sileam, postquam attester, eum pro nostræ Hispanę Monarchię incremento, nostrorumque Austriacorum Regum splendore, belligerantem, proprio sanguine, pro Hispanis everso, nominis, Famęque immortalis suę æternitatem, posteritati, futurisque seculis perennem reliquisse. Hujus Alexandri Ducis Parmę, alter Alexander Parmēsium Princeps, patruusque tuus, vestigia fuit insequutus, qui propriis spretis laribus, patriisque relictis deliciis ad Martis campos conversus, Regis nostri, adversùs perduelles Lusitanos, partes profectò sustinuit; ibique militans Equitatus Præfecto Generalis effecto, haud semel hostes Hispaniæ profligavit. Postea ad Regnum Navarræ, Principatumque Cathaloniæ moderādum pręposito, eximio plausu justi Proregis munus exercuit. Tandem Classis, Marisque Generalissimi munere fungebatur: dū eum Hispanis, Hiberoque Regnanti, mors omnium ingenti planctu, Mantua Carpentanorum subripuit. Igitur Serenissime Domine, si pro Nationis nostrę fulgore, Majores tui, summis affecti fuere laboribus; Justum erat ut

(25) Famianus Strada de Bell. Belgic. lib. 7. decad. 2.

quos ego labores literarios suscepi, Nomini tuo Serenissimo nuncuparem. Sine ut gratitudinis ergò tibi hoc tributum consacrem, desine, ut hic liber inter innumeros, quibus tua selecta Bibliotheca exornatur, quosque maxima cura, atque impensa congeris reponatur, ut quod Author illi attribuere non potuit ex loci collocatione suppleatur. Hic de Virtutibus, animique dotibus tuis, quidquam attexere neutiquam ausi, sed consultè prętermisi, cum nihil quod Virtuti tuæ antecederet pandere quirē, quia ut ajebat Comicus ille(26).

(26) Terent. in Adelph. Act. 2. scen. 3.

Quid ego nunc te laudem satis certè scio
Nunquam ita magnificè quidquam dicam,
Id virtuti, quin superet tua.

Denique munusculū hoc excipe, qua adsoles animi lenitate, ipsumque gratis oculis aspice; nè itineris longitudo (cum ex florifera Parthenopæa tellure proficiscatur) humanitatis tuæ Serenissimæ gratiam, quā fruendam præstolor, quamque alliciendam hariolor, mihi præripiat(27). Quippe longitudinē viæ gratam muneri receptionem subripere vererer: nisi de benevolentia, ac gratitudine tua me Regis Theodorici verbis hortareris dicēdo(28)

(27) Annæus Florus lib. 1. rerum Roman. cap. 16.

28 Cassiodor. lib. 3. Variar. Epistol. 15.

Nec uereamini absentes, nec sitis de Prin-

cipium

cipum ignoratione solliciti, latere potest forsan vulgare hominum genus, nescire non potest proles senatus quãdo benè noti sunt, qui meritis asseruntur, & abundè cognoscitur, quisquis fama teste laudatur. Quapropter te longissimè constitutum mentis nostræ oculus serenus inspexit, & vidit meritum, quod non habebatur occultum. Propositum siquidem tuum celebrata dilatavit opinio, faciens fidem generis, morum pondere, non ętate. Interim Præclarissime Princeps, vive diu felix unà cum Serenissima Ducissa, optataque prole; donec Phænicis immortalitatem æmuleris. Vale. Neapoli 4. Martii M.DC.XCIX.

Serenissimæ Celsitudinis Tuæ

Humillimus Servus
Don Leonardus Gutierrez de la Huerta.

ANTONIUS
PISTOJA
J. C. & Advocatus Neapolitanus,
Amicus obsequentissimus Domini D. Leonardi Gutierrez de la Huerta, quem Collegam habet Laureæ Doctoralis in eodem Neapolitano Collegio,

LECTORI
S. D.

Quamquàm ità res sese habeant, atque habuere sempèr, ut rarissimos homines recordemur, qui quandòque fuere, vel fortè nunc habeantur, qui in numero sint Sapientum; & generatim, atque universè in expoliendo, ornandóque corpore, cujus ministerio, servitióque uti magis decebat, assiduus labor nos occupet, ac mores sempèr ad deteriora prolabantes penè cogitationes nostras omnes abjicierunt in rem tam humilem, tamque contemptam, ut cum Terentiano Clitiphone* dicere jure possimus: ***Dum moliuntur, dum comuntur, annus est***: Hinc fit, ut eorum, qui excolendo ingenio, animisque exornandis dant operam, conditionem præ cœteris excellentiorem ducamus, atque eos proximè Dijs accedere confiteamur; Siquidèm divinissimum reor, si mente, quâ brutis animantibus homo præstat, eâdem per sapientiæ studia magis magisque expolitâ, hominibus ipsis in eadem linea à natura constitutis, quam maximè antecellere.

* *Terent. Heaut. act. 2. scen. 1. vers. 11.*

At hos inter disciplinarum amatores, exploratoresque ji sunt exquisitissimis laudibus evehendi, qui talibus ornamentis, instrumentisque ad beatè, honestèque vivendum, non ad privatam, domesticamque tantummodò utilitatem; verùm ad cœterorum hominum, Mundique universi ornamentum uti consuevere. Habent enim hoc animi bona, ut tutò ea explicare pos-

sis,

fis,cum nec fortuita timeant,nec rapinas: sic ea Stilpone post Patriæ excidium coram hostibus impunè secum asportante; Sit opum sempèr, sit divitiarum suspecta, ac irrequieta possessio, ut Satyricus *ait: *Misera est magni custodia census.* At virtutes, animique decora Dracone custode non indigent, nec raptorem Herculem expavescunt, & si quæ exsurgat invidentis tempestas, stabunt, *Velut à tumidis scopulus non mobilis undis.*

*Juvenal satyr. 14 vers. 304.

Hìc tamen nolim putet aliquis hujusmodi incitamento ijs Scriptoribus calcaria admovere, quorum ad frenandam scribendi libidinem, lupatis est opus; Inolevit enim quædam non modò cupiditas scribendi, sed rabies, ut jam, non mentes hominum tantùm, sed penè universam Eruditorum Rempublicam perturbet multitudo librorum, quos tandèm manet exitus infelicissimus, ut olivis serviant pro penula, & thus vestiant, atque piper, & si quos nacti fuerint Lectores, ijs brevi osculo salutatis in miseram crucem ire, addito elogio jubent: At eorum labores, vigiliasque, & scripta, luce solis, omniumque oculis dignissima judico, ad quæ multum operæ oleique cum sana Auctoris mente accesserit; Quicquid enim de novo emergit cum Scribentis gloria, Lectorisque utilitate, tum literariæ palestræ ornamento, id omnibus debet esse commendatissimum.

Hinc mihi, cum ex humanitate DOMINI DON LEONARDI GUTIERREZ DE LA HUERTA I.C. Hispani perlegere contingerit, priusquàm typis lucem publicam nancisceretur, magnum opus *De Compensationibus*, ex adytis Jurisprudentiæ evectum, in quo tanta Jurium copia continetur, & stylo elegantissimo fori supellectilem auget, & ad tranquillitatem animi firmandam, ne quis timor ex conscientia alicujus turpitudinis exoriatur, invigilat.

Quanta autèm de hujusmodi negocio agentibus, mentesque hominum piorum serenare tentantibus, habenda sit gratia, nulla vis est orationis, quæ valeat dicere ad satietatem; sed quanta hac in re pertractanda, sit habenda diligentia, quantaque doctrinæ, intelligentiæ, perspicuitatis mensura esse debeat in eo, qui de his agere instituerit, ex eo conjicies, quod plerique medium, quo tutissimus ibis tenere nescientes, altiusque egressi Cœlum, inferius Terras, veluti Phaëthontêo incendio devastarunt, nempè pronâ lenitate volentibus indulgentes omnia, vel contra severitate nimiâ ad anxietates, immò ad desperationem hominum mentes, tanquàm ad Acroceraunia in certissimum naufragium impingunt. Noster verò DON LEONARDUS tantâ felicitate, tant rectoris laude Siculum veluti fretum hoc pertransit, ut ex una parte felicitèr vitet immanem Charybdim bonorum hominum voraginem, & ex alia Scyllam illam jejunis canibus omnium conscientias laccerantem, redactâ ad molem pusillam honestate.

Illud

Illud verò non valeo ſatis demirari, quod ætatem juvenilem vix egreſſus; annos eſt enim natus ſex atque viginti, peragrato penè toto orbe literario reportatiſque mercibus ex hac longinqua veluti peregrinatione, quæ penè quibus ſolis curſus regionibus, ac terminis continetur, ijs ſeſe ad ſcribendum contulerit tantâ eruditione, ac copiâ, ut qualemcumque concupieris diſciplinam in hoc opere inveneris, atque umbriferæ Academiæ, nitidique Lycei ſeveritatem mirâ varietate leniendo arcana Juris Philoſophiâ duce aperit, ac variæ literaturæ lenociniis commendat adeò, ut legenti pro ſatietate deſiderium faciat, & quiſque non laxatus labore, nec voluptate ſatiatus à legendo diſcedat; ſic Legum oracula, quæ in diuturna quadam obſcuritate latuerunt, aperit, & volentem porrectâ manu ad omne Juris ſecretum introducit: & eorum, qui cum gloria, ac nominis perennitate ſunt ea eruditè interpretati; ex noſtris nempè Italis, Andream Alciatum dico, Antonium Fabrum, Marcellum Marcianum nepotem; ex Hiſpanis, utrumque Antonium Goveanum, & Auguſtinum, Franciſcum Ramos del Manzano, Emmanuelem Gonzalezium, Didacum Covarruvias, Melchiorem de Valentia, Antonium Perezium, Franciſcum de Amaya; ex Gallis, Jacobum Cujacium, Franciſcum Duarenum, Antonium Contium, Franciſcum Connanum, Barnabam Briſſonium, Jacobum Rævardum, Franciſcum Hottomannum, Dionyſium, atque Jacobum Gothofredos; ex Belgis, Hugonem Donellum, Arnoldum Vinnium, cœteroſque ejuſdem eminentiæ Viros tantâ ſibi eos, frequenti cum ijs commercio, familiaritate conjunxit, ut quemadmodùm inter amicos omnia communia eſſe dicuntur, eos ſua, eaque pretioſiora noſtro Don Leonardo, non ad oſtentationem munificentiæ, ſed in premium amoris, ex diſciplinarum ſocietate, liberaliſſimè elargitos fatearis, ſi ad hujus labores paulò attentius mentem admoveas.

Habet verò quoque lepores ſuos inter ſeria ſparſos, & quibus fatigatos Legentium animos, tanquàm lenociniis, atque invitamentis ad perſeverantiam non reluctantes invitet; Quicquid enim ex Hiſtoria, ſed penè arcana, quicquid ex Parnaſſi jugis, vel Græcâ, vel Latinâ Poëſi ſcribenti congruit, ità appoſitè invenies id omne ſuis, quibuſve locis collocatum, ut non labore emendicata eâ quæ refert, ſed ad rem ipſam, de qua ſermo ſit, facta, nataque eſſe videantur, ac ſponte ſuâ veniant.

Verùm ſi Quis ad hæc feliciſſimi ingenii miracula obſtupeſcit, diutiùs mirari ſuperſedeat; Habuit enim Numa noſter Ægeriam ſuam, cum qua colloqueretur, quo cum Numine omnia ſua conſilia communicaret, & ab eo oracula exciperet: Cum enim ex Cœlorum benignitate factum ſit, ut Don Leonardo ſub clien-

en-

entela, consilio, patrocinióque sui Mecœnatis Nobilissimi Domini Don Andreæ Guerrero De Torres *Equitis Alcantarensis*, per omnes Jurisprudentiæ gradus ad ornandum Excellentissimi Neap. Pro-Regis latus in Regiâ Cancellariâ cooptati, esse familiaritèr contingeret, ille cum in Juvene studiorum amatore, patientissimóque laboris, in egregia indole miros progressus divinaret, cœpit amantèr in unaquaque disciplina, & secretiora aperire, & invia explanare. Optimis his auspiciis, tantóque Auctore, & Præceptore consiliorum omnium, totiusque vitæ literariæ, ea geri Quis mirabitur, ad quæ alii ne voluntate, ac desiderio pertingere sperarent? Quòdque in Jurisprudentia tantus Vir evaserit, ut ex illo, veluti ab ungue Leonem sui Mecœnatis ingenium, sapientiam, disciplinarumque cœterarum coronam valeas invenire?

Sit tandèm pro coronide nostri ergà dilectissimum Amicum amoris officium, & pro veritate ipsa firmũm, gravissimumque testimonium summa illa benignitas laudati D. Regentis Guerrero, qui cum omnibus benevolentiæ, gratique animi officiis plenissimè satisfecerit, cum tamen sibi adhuc minimè satisfecisse videretur, ut sui Alumni ingenium, mores, Jurisprudẽtiam testimonio Viri clarissimi, ac omnium voce probatissimi commẽdaret, ut cum opere quoque typis mandaretur Epistola ad ipsum scripta Domini Don Francisci De Andrea, jamdiù Advocatorum Principis, dein verò Regii Consiliarii, & Regii Patrimonii Advocati (cujus recentẽ obitum lugemus) curavit, quâ exquisitissimis laudibus per singulas operis partes, post attẽtissimam lectionem, Don Leonardi susceptos, magnosque labores evehit ad Cœlos: Cujus Epistolæ exemplar, ut è fonte ipso commendationis singula capita Quisquis affluentiùs hauriat, opportunum Mihi visum est legentium oculis subjicere:

Signor mio Padrone Osservandissimo.

Rendo à V.S. divotissime grazie per l'occasione datami di godere delle fatighe di Don Lionardo Gutierrez De La Huerta *Autore del Trattato de Compensationibus, del quale con molto mio gusto hò veduto il primo, e secondo Tomo: dispiacendomi solamente, non essersi finito di stampare anche il terzo per poter godere maggiormente. E stimo, che compita che sarà d' imprimersi tutta l' Opra, recherà non poca gloria all' Autore; Perche tutte le persone, quantunque di differente genio nella nostra professione, vi troveranno ugual sodisfazione; Quei ch' amano veder trattate le quistioni per i loro principj, e giusta la disposizione delle leggi goderanno di vederle, non solo ingegnosamente svegliate, mà anche ottimamente risolute. E tutte le leggi, che possono addursi nella materia attentissimamente, con eruditissime interpretazioni esaminate; anche con l'intelligenza de' Scrittori più eruditi. Quei ch' all'incontro desiderano saper solo come l'opinioni*

sian state da Dottori più communemente ricevute, ve li troveranno citati in tanta copia, che potrebbe attribuirsi à difetto, se difetto potrebbe dirsi l'abondanza. Siche in questo genere non rimarrà loro altro da desiderare: Il che mostra la grande abilità dell'Autore, non menò nell'ingegno, che nel metodo, e nella disposizione, e fatigha. Si che può dirsi di lui, In utroque Cæsar. *Non sarà minore il gusto di quei, che godono di qualche amenità nello scrivere, vedendole sparse di molte erudizioni propriamente adattate; per lo che da tutti gli Eruditi merita grandissima lode, havendo saputo così ingegnosamente unire il legale, e l'erudito. La locuzione, per quanto comporta lo stile forense, come deve essere, è molto aliena dalla barbarie, vizio imputato alla maggior parte de'nostri Scrittori. E perche stimo, che questo Trattato havrà grandissimo spaccio, rimando à V.S. i fogli del primo, e secondo Tomo, acciòche possano unirsi col terzo, che stà stampandosi, e non venga à perdersi un corpo dell'opera, che non difficulto, che da tutti sarà sommamente desiderata. Questo è il giudizio, che stimo poterne fare, lontano secondo il mio genio da ogni sorte d'adulazione. E rendendo à V.S. di nuovo le grazie per l'onore fattomi in havermi richiesto il mio parere, resto à V.S. baciando con tutto l'affetto le mani. Da Candela 11. di Maggio 1698.*

Di V.S.

Divotissimo, & obligatissimo Servidore vero
FRANCESCO D'ANDREA.

Eâ erat Vir ille egregius animi constantiâ, ut nihil auderet unquàm contrà mentem dicere, laudibus non abstinere, cum Quis mereretur, nec tamen blandiendo profundere. Hinc ex iis maxima omninò fit DOMINO DON LEONARDO commendatio.

Longius me provexit dulcedo quædam tecum loquendi; sed jam finem faciam, ne modum, quem etiam orationi adhibendum puto, in epistola excedam. Vale.



D.AN-

D. ANDREÆ GUERRERO DE TORRES
Hiſpani, Nobiliſſimi Alcantarenſis Ordinis Equitis, à Conſiliis Catholicæ Majeſtatis in Supremo Collaterali Conſilio Regiam Cancellariam Regentis

ENCOMIUM

In DON LEONARDUM GUTIERREZ DE LA HUERTA
Ob tria volumina ab eodem *de Compenſationibus* doctiſſimè in lucem edita.

COnticeant, vates, veſtræ; quid docta Virorum
    Tollere portenta? & pandere geſta? lyræ.
Gutierrez tantum Leonardo laudis honores
    Conveniunt tales, atque perenne decus.
Cernite; cum vigeat primœvo flore juventæ,
    Quam circa leges ſcripſerit ipſe benè.
Tam piè legalis ſolvunt Ænigmata Sphingis
    Scripta ſua, ut dicant, Oedipus alter adeſt.
Arcana legis tangunt ſua dicta medullam;
    Juris & oſtendunt abdita, dura loca.
Græcorum taceat nomen jam fama Solonum;
    Filius Aſtreæ eſt doctior iſte Solon.
Numine ſub Jovis irradiant in jure Togati
    Belligeri ingenia, ac inclyta ſigna ducis.
Te Leonarde tuæ victuræ in ſecula carthæ
    Laudibus extollent, ſydera donec erunt.
Te canit immenſis jam Bactrus, & ultima Tyle
    Laudibus, & tibi dat gloria, fama decus.
Talia virtuti tanta præconia quadrant;
    Immò plura meret culmina Juris apex.

ILLUSTRISSIMI DOMINI
F. JOSEPHI GUERRERO DE TORRES,
meritissimi Cajetanensium Episcopi,

AD ILLUSTRISSIMUM DOMINUM
D. ANDREAM GUERRERO DE TORRES
Alcantaræ Ordinis Equitem, & Collateralis Catholicæ Majestatis Consilii Neapoli Regentem, Germanum suum prædilectum, &c.

DECASTICON DICOLON,

Hujus egregii Operis objecto, Authorisque Nomini, Cognomini, ac ejusdem florenti Juvenis ętati concinnè, graphicèque allusivum.

QUàm benè, pro meritis, doctus COMPENSET Alumnus,
Germane aspiciens, gaudia sume nova.
Hic, ope namque tua, probat actus, Jure, LEONIS;
Virtutis redolet NARDUS ubiquè suæ.
Ac sibi materiem dùm COMPENSATIO præbet
Scribendi; grates connotat ipse tibi.
En benefacta probat GUTIERREZ gutture, scito,
Quod calamo effundit; Nuncia Fama canet.
Fama canet fructus, FLORENS quos protulit Arbor;
Ejus sed Cultor non sine laude manes.

D.F.JO.

D. F. JOANNIS JOSEPHI GUERRERO DE TORRES Equitis, Albaque Hierosolymitana insigniti Trabea, in Authoris laudem.

EPIGRAMMA.

NObilis alta doces juvenis, sed maxima credunt,
Nestoreos annos, si dabit ipse Deus;
Si benè jura doces, fecit te Patria grandem,
Imperat & Regnis nobilis Hesperia.

Aliud.

DE Lachesi Felix jam jam scribendo triumphas,
Cum calamo nomen volet ad Astra tuum;
Scribe diu; quantum juris doctissima scribis,
Laudibus in vestris fama perennis erit.

DON FRANCISCI MILANI Præsidis *Regiæ* Cameræ Summariæ *Regni Neapolis*, in Authorem egregii operis de *Compensationibus*.

EPIGRAMMA.

COMPENSARE doces gazas, nomenque, decusque:
Quis COMPENSET opus, dic LEONARDE, tuum?
Nam superis par nulla est COMPENSATIO rebus:
Estque hoc divino plenum opus ingenio.

Idem Hispanè.

HAzienda, fama, y honores
Enseñas à compensar:
Mas dime, este tu trabaxo
Como se compensarà?
Pues à obra tan sublime
Nadie me podrà negar,
Que por mas, que yo la alave,
No ay Compensacion ygual.

DON

DON LEONARDO GUTIERREZ DE LA HUERTA
J. C. Hiſpano Eruditiſſimo

DOM. CAJETANI AGETA J. C. Parthenopæi

EPIGRAMMA.

INgenio Seros ævi ſic præripis annos,
Ut vultu Antilochum, Neſtora mente geras.
Vive diù, ſed ſcribe diù, ſic ſecula vinces,
Sic Tibi tu, vel poſt Fata, ſuperſtes eris.

EIDEM.

DOM. ANTONII AGETA J. C. Parthenopæi.

DISTICHON.

NARDUS es, hic pariles juris dum ſpargis odores;
Dum ſuperas Momos, es, LEONARDE, Leo.

EIDEM.

DOM. FRANCISCI AGETA J. C. Parthenopæi.

EPIGRAMMA.

AStrææ niveum dum vallas ægide pectus,
Quam magnum Hiſpanæ Palladis inſtar habes!
Hiſpanum eſt domitis & leges condere Regnis,
Legibus, & domito condere Regna Foro.

EI-

EIDEM.

Joannis Baptistæ Pistoja J. C. Neapolitani.

EPIGRAMMA.

PIerides, dum jura cano, date carmina plectro;
Et sacri Nobis pandite fontis aquas.
Grande opus aggredior: nec Musis suspicor ipsis
Pronum, per laudes ire Guterre tuas.
Dicere conantem monuit divinus Apollo,
Falleris; ingenio plus valet ille tuo.
Quot Legum scrutaris opes, tot carmina poscis,
Quotque aperis sensus, tot Tibi serta facis.

EIDEM

Joannis Baptistæ Salzani J. C. Parthenopæi.

EPIGRAMMA.

QUæ veniant solvenda doces, quæ nomina possis
Compensare: imples sic, Leonarde, decus
Dignum opus est Cedro, nitida dignissima lauro
Vis est ingenii; dignior ipse Toga.
Tam benè jura doces, nodosa ænigmata solvis,
Ædipus en surgit, plaudit, & istud opus.
Debitor hic grates, & creditor ille respondet
Innumeras; Ambos juvit hic arte labor.
Defluat in cineres, nunquam tua gloria; vincet
Secula: vix uni par tibi nomen erit.
At meritis tantis quis? quæ tibi præmia? nemo
Compemsare potis: præmia vincit opus.

AI

Al Signor Don Leonardo Gutierrez de la Huerta
per li tre Tomi composti
De Compensationibus.

S O N E T T O

Del Signor D. Antonio Della Ratta Arciprete.

DAll' Esperio Giardin Colombo il volo
Drizzò d' alate antenne a' lidi ignoti,
Osservando nel Ciel d' Astri gli moti
Ergè la Fè d' infedeltà nel Polo.

Al par di questo Leonardo il suolo
Hispano lascia; e del saper le doti
Più dotte aduna, e li litiggi immoti
Nel Sebeto egli rende, e fuga il duolo.

L' onde ne solca l' un, l' altro le carte.
Quegli adopra l' ardir, questi il consiglio,
E l' uno, e l' altro hà le sue glorie à parte.

Colombo di stupor rende Argo il ciglio.
Huerta fa stupir Natura, ed Arte.
Quei della Sorte, e questi à Palla è figlio.

INDEX

INDEX LEGUM

Quæ Primo, atque Secundo Tomo Tractatus de Compensationibus explanantur, exornantur, atque conciliantur.

EX DECRETALIBUS.

EX LIBRIS DIGESTORUM.

EX LIBRO TERTIO.

EX LIBRO QUINTO.

EX LIBRO SEXTO.

EX LIRRO DUODECIMO.

EX LIBRO DECIMOTERTIO.

EX LIBRO DECIMOQUINTO.

EX

EX LIBRIS CODICIS.

LEGUM

EX AUTHENTICO.

EX INSTITUTIONIBUS.

EX USIBUS FEUDORUM.

EX LEGIBUS HISPANIS.

EX PRAGMATICIS REGNI NEAPOLITANI.

INDEX
QUÆSTIONUM,
Quæ in hoc Secundo Tomo continentur.

EX LIBRO QVARTO.

Quæ-

EX LIBRO QUINTO.

eidem

DON LEO.

DON LEONARDI GUTIERREZ DELA HUERTA HISPANI

TRACTATUS DE COMPENSATIONIBUS

LIBER QUARTUS.

SUMMARIUM.

1 *Quæstio prima de verbis esse debet; licèt de rebus sit potior.*
2 *Fiscus dicitur quasi fixus.*
3 *Fiscus semper est solvendo.*
4 *Fiscus ab onere satis dandi relevatur.*
5 *Fiscus est fixus, stabilis, perpetuus, ac nunquam moritur.*
6 *Fiscum nonnulli viscum appellant.*
7 *Fiscus est corpus sine conscientia, ac stomacho similis.*
8 *Fiscum à fidendo quidam deducunt.*
9 *Fiscus à ferendo dictus aliquibus videtur.*
10 *Fiscus juxta aliquos dicitur à fiscella.*
11 *Fiscella quid sit, latè traditur.*
12 *Fiscella dicitur, qua bovum, jumentorumque ora capistrantur.*
13 *Fiscum à fiscina dictum esse aliqui suspicantur.*
14 *Fiscina quid sit?*
15 *Fiscus dicitur à fiscis.*
16 *Fiscus accipitur pro principis patrimonio.*
17 *Confiscare est ad fiscum deferre.*
18 *Fiscus est saccus, in quo Imperii pecunia reponitur.*
19 *Christus Dominus noster fiscum, seu saccum habebat.*
20 *Loculi sunt sacculi in quibus pecunia servatur.*

artus permanent, juxta Lucretium.

67 *Statio de qua loquitur* text.in l.1. C.de Compensat. *Est mansio, ubi officia fiscalia consistunt.*

68 *Fiscus in diversis Provinciis habet rerum suarum procuratores.*

69 *Regio quælibet diversas stationes habebat.*

70 *Compensatio admittitur in diversis stationibus, quando non adest periculum confundendi officia.* Et sic intelligendus est text.in l.1. C. de Compensat.

71 Text.in l.2.C.de Compensat.

72 Cujacii emendatio.

73 Textus in l.Inter tutores 37.ff.de Administr. & pericul.tut. expenditur.

74 Text.in l.2.C.si ex plurib.hæredib.expenditur.

75 *In fisco non valet considerari diversa qualitas.*

76 *Fiscus semper est idem.*

77 *Plures Stationes unum eundemque Principem repræsentant.*

78 Intellectus ad text.in l.2.C.de Solut.

79 *Aditio, & successio vim solutionis consequuntur.*

80 Cujacius speciem l.2. C. de Solut.in duobus personis reponit.

81 Donelli intellectus refellitur.

82 Explicatur text.in l.Inter tutores. ff. de Administrat.& pericul.tut.

83 *Tutelæ divisio jurisdictionis est, non juris.*

84 *Administratio stationum ipso jure divisa est.*

85 *Compensatio inter ipsosmet contrahentes fieri debet.*

86 *Compensatio fieri debet de eo, quod ab utraque parte debetur.*

87 *Compensatio non admittatur in diversis Stationibus, ne sequatur officiorum confusio.*

88 *Compensatio si admitteretur in diversis stationibus, sequeretur fisci præjudicium.*

89 *Compensatio admittitur in debito, & credito ejusdem stationis.*

90 *Compensatio non admittitur adversus fiscum petentem tributum.*

91 *Compensatio non admittitur contra fiscum, sive petat tributa realia, sive personalia.*

92 *Compensatio non opponitur fisco creditori ex causa annonæ.*

93 *Annonæ nomine continentur omnes res ad victum pertinentes.*

94 *Compensatio non objicitur fisco petenti stipendia.*

95 *Compensatio fisco opponi nequit, quando agit ad pretium rei venditæ.*

96 *Compensatio non objicitur fisco petenti vectigalia.*

97 *Vectigalium nomine, quid comprehendatur.*

98 *Compensatio de privato ad publicum locum non habet.*

99 *Compensatio non admittitur in pœnis concernentibus ad commodum fisci, nec ad utilitatem publicam.*

100 *Reipublicæ interest delicta puniri.*

101 *Compensatio admittitur in pœnis pecuniariis.*

102 *Compensatio non admittitur in pecunia, quam fiscus fœnori dedit.*

103 *Pecuniæ fœneratitiæ in Kalendarium referebantur.*

104 *Kalendarium dicitur Codex pecuniarum fœnori collocatarum.*

105 *Kalendis veteres pecunias fœnori stipulari solebant.*

106 *Kalendis pecuniæ exigebantur.*

107 *Debitor ex Kalendario quis dicatur.*

108 *Compensatio fisco opponi nequit de eo, quod ipse alteri debet.*

109 *Compensatio non datur, quando quis est debitor pecuniæ, quæ à Civitate erogatur in alimenta Principis Xenodochii.*

110 *Compensatio non admittitur quando quis est debitor fisci pecuniarum, quæ destinatæ sunt ad certum sumptum faciendum.*

111 *Compensationem opponere non potest debitor fideicommissi Civitati relicti.*

112 *Compensatio debiti privati ad publicum non admittitur.*

113 *Compensatio non datur contra fiscum petentem collectas.*

114 *Compensationem opponere non potest Curator damnatus ob negotium copiarum expeditionis temporum mandatum.*

115 *Compensationem debitor fisci, vel Civitatis ex causa alimentorum opponere nequit.*

116 *Altera quæstio proponitur.*

117 *Compensatio admittitur contra fiscum*

scum in iisdem stationibus.

118 *Compensari quod ab alia statione, quam ab ea quæ petitur non potest.*

119 *Compensatio non admittitur, ubi imminet periculum confusionis.*

120 *Confusio refragatur stationibus, ac officiorum administrationi.*

121 *Compensatio si admitteretur in diversis stationibus oriretur maximum inconveniens, ac præjudicium fisco.*

122 *Compensatio si admitteretur in diversis stationibus, una statio oneraretur ultra, quam administrationi proposita est.*

123 *Proponitur, ac effunditur casus, seu species* text. in l. Ob negotium copiarum. ff. de Compensationib.

124 *Condemnatus ob negotium copiarum mandatum expeditionis tempore efficitur debitor fisci; ideoque illi compensationem opponere deberet.*

125 *Sed contrarium est verius,* & referuntur verba text. in dicta l. Ob negotium. ff. de Compensationib.

126 *Pecunia publica ex causa frumentaria, vel militaris annona compensari non potest.*

127 *Compensatio excluditur in casu dictæ* l. Ob negotium, *ob favorem annonæ publicæ.*

128 *Debitor pecuniæ publicæ compensatione uti potest, exceptis quibusdam in casibus.*

129 Differentia inter l. Ob negotium. & l. Ideo. ff. de Compensationib.

130 *Ratio cur in casu* text. in dicta l. Ob negotium, *compensatio refellatur tradita à* Papiniano, *stulta, ac inepta videtur.*

131 *Prædicta* Papiniani *ratio secundum* Fabrum *quomodo intelligi debeat.*

132 *Ratio rationis quorundam Jurisconsultorum derisoria videtur.*

133 *Compensatio locum habet quotiescumque aliquid hinc inde petitur, quod consistat in jure, ac genere.*

ARGUMENTUM.

Utrùm adversùs Fiscum admittatur Compensatio.

QUÆSTIO I.

STOICORUM doctrinam, Academicis, Peripateticisque Philosophis contemptis, Prudentes imitari nostros ex Broæo. in *princip. Institut. de Testament.* Merillo. *lib. 1. Observat. cap. 11.* Cujacio. *lib. 11. Observat. cap. 37.* Offirmavit Chavarri. *Didascal. multipl. jur. tit. de Duob. reis. cap. 1. num. 1. ad fin.* Quò Stoicorum munus subdidit esse præcipuum, cæteris omnibus Philosophis diligentiùs ortum, originemque verborum pernoscere, quorum morem insequitur Chavarri ipse; ac à nostris insectandum equidèm reor: Si minus probè consule Cujacium ipsum: licèt universam Philosophorum, Medicorumque scholam à quæstione de nomine admodùm abhorrere attestetur Gutierrez. *opuscul. de Fascin. dub. 1. num. 1.* Innixus Galeno. *lib. 14. Meth. cap. 9. 2. de loc. cap. 6. & 2.* Qui contrarium docuisse alibi ex ipsius verbis apertè exhauritur, precipuè ex *lib. 2. Meth. cap. 1.* ibi: *Verum, qui alterum docere volet, quæ ipse tenet, huic prorsus nominibus, propter res uti opus est.* Quapropter substantiam, rerumque instrumentum esse obloquitur Plato in Cratyl. his verbis: *Nomen itaque rerum substantiam docendi, discernendique instrumentum est.* Quod rectè idem Gutierrez agnovit. Quocirca eorum sententiæ adhæresçit; quam ipse satis complaudo, cum prima in quâvis disputatione de verbis quæstio esse debeat, ut auspicatur Arnoldus Vinnius in *princip. Institut. de Ingen.* Idcirco 1

ut hanc veterum normam complectar, priusquàm an fiscus compensationem patiatur investigem; unde dicatur, quid sit, & quomodò ab Ærario sejungatur pertingere, hæsitationi consonum jamdudum sum ratus. Quamobrem antequam pollicitam indagationem intus occipiam, decet foris re. divivâ exquisitione, quæstionis littora intueri, quod assequendum opinor pluribus dilucidatis, quæ indigna silentio, adultam postea tractationis methodum struerent. Hæc hujus Fiscalis investigationis ędificio, quod molior atria substernēda putavi. Hîc profectò comperies, ut in domuum compluviis adsolet, unde domus internæ notionem assequaris: si forsan liminaria nunciatibi blandiantur, & floridæ eruditionis odor tibi oblectetur, ingredi. Sin verò tibi, quæ ingenti parta labore libavi displiceant, ostium tibi patet ad viam reddituro, abi quousque contemptus tui edolens te migraturum acciam, te inofficiosum, querulus revocem, & te parùm indulgentem accersam.

2 Fiscum quasi fixum, hoc est firmum nonnulli ex duplici ratione dictum fuisse augurantur. Primâ, quia Fiscus
3 semper est solvendo text.in *l.2. ff.de Fundo dotal.* Quamobrem ab onere sa-
4 tisdandi relevatur, quibus in casibus privatus tenetur text.in *l.1. §.Si ad fiscum. ff.Ut legat.nom.caus.* text. in *l.Nisi. §.Item. ff.Si cui plusquam per leg.Fal-*
5 *cid.* Secundâ, quia fiscus est fixus, & stabilis, quia est perpetuus, & nunquam moritur Offuald.ad Donell.*Commētar. jur.civil.lib.5.cap.44.lit.B.* Peregrin.*de Jur.fisc.lib.1.tit.1.num.36.& 37.* Larrea. *Allegat.fiscal.in proæm.num.1.* Oynotom. *de Success.fisc.lib.3.Institut. num.1.*

6 Quidam existimant Fiscum meliùs appellari posse Viscum, quàm Fiscum, cum opes hominum capiat, ut ait Oven. *Epigramm.293.*

Ut visco capiuntur aves, fiscus quasi viscus
Dicitur à fisco, sic capiuntur opes.

7 Ideoque eum parùm placidum, duræque cervicis, omnia imbursantem, corpus sine conscientia, & stomacho similem vocarunt Bald. in *tit. de Allodiis. num.10.* & in *l.Executorem, column.11 C.de Execut.rei judicat.* Gregor.*Syntagmata jur.lib.3.cap.2.num.11.* Chassan. *ad Consuetud.Burgund.rubric.2.* Penn. in *l.Quicumque. column.penult. C.de omn. agro desert.* Sunt etiam, qui fiscum à fi- 8
dendo deducunt, quia illo thesaurum nostrum fidamus. Vel à Vesica, quoniam solent in animalium vesicis pecuniæ reponi, ut refert Beyerlinck. *Theatr.vit.human.verb.Fiscus.* Cæteri 9
fiscum à ferendo dictum suspicantur, prout sunt Gregor. *Syntagmat. jur. lib. 31.part.3.cap.31.num.1.* Ageta ad Moles *§.28.num.1.* Alii, qui minus à veritate 10
aberrant, asserunt fiscum à fiscella dici. Est enim fiscella vas quoddam rusti- 11
cum capax, sparteum, aut genus quoddam cistæ, aut cophini viminei, quo deferebantur, & recipiebantur pecuniæ, ut patet ex Varrone *lib.4.de Lingu. latin.* Phædro.*lib.2.Fabul.7.*

Muli gravati sarcinis ibant duo
Unus ferebat fiscos, cum pecunia.

Tibullo.*lib.2.Eleg.3.*

Tunc fiscella levi detexta est vimine junci
Rara quà per nexus est via facta sero.

Et Divus Hieronymus *ad Rustic.de Forma vivēdi.* Quod reponitur in *cap.Nunquam. 33.de Consecrat.distinct.5.* ibi: *Vel fiscellam texe junco, vel canistrum lentis plecte viminibus.* Et tradunt Non. Marcell.Pyrr.Angleberm.*lib.2 de Magistratib.* Columell.*lib.12.de Re rustic.cap.50.* Covarruv.*Thesaur. lingu.Castellan.verb. fisco.* Guther. *de Officio domus august. lib.3.cap.31.* Bobadilla.*lib.5.Politicorum. cap.6.num.1.* Escobar. *de Purit.part.2. quæst.8. num.4. & 5.* Barbos. *part.7.l.1. num.8.ff.Solut.matrim.* Alfar.*de Offic.fiscal.gloss.9.* Amaya.*de Jur.fisc.tit.1.num. 3.lib.10.C.* Bartius.*lib.35.Adversar. cap. 23.* Mynsinger.in *§.Res fisci. Institut. de Usucapionib.* Et apud D.Hieronymum de Sancto Hylario legitur, fiscellas junco texens æmulabatur Ægyptiorum Monachorum disciplinam. Et in *Præfatione ad lib.Job.* ait *Sicut fiscellam junco texerem, aut palmarum folia complicarem.* Et imitatus est Virgil.*Eclog.2.in fin.*

Quin tu aliquid saltem potiùs, quorum indiget usus

Vi-

Viminibus, molique paras detexere junco?

Et *Eclog.* 10.

Dum sedet, & gracili fiscellam texit hibisco.

12 Dicitur quoque fiscella, qua bovum ora, jumentorumque fauces capistrantur, ut refert Covarruv. in *Thesaur. ling. Castellan. verb. fisco*. Et comprobat ex Plin. *lib.* 18. *cap.* 19. ibi: *Fiscellis capistrari boves oportet, ne germinum tenera decerpant.* Et ex Caton. *de Re rustic. cap.* 54. ibi: *Boves, nisi per hyemem, cum non arabunt pasci non oportet. Nam viride, cum edunt, semper id expectant: & fiscellas habere oportet; ne herbas sectentur, cum arabunt.* Et ex nostris probant Hothoman. Beruss. & Brison. *de Verbor. verb. fiscus.* Escobar. *de Puritat. part.* 2. *quæst.* 8. *num.* 6.

13 Ii, qui magis ad veritatem properant, fiscum à fiscina appellari contendunt.

14 Fiscinæ nomine comprehenditur omne vasis genus, quod ex vimine, aut junco, vel alia materia contextum est. Cicero. in *Orat. pro Flac.* Posuit pro calathis illis junceis, in quibus ficus inclusæ in alias Regiones trasvehuntur: *Homini*, ait, *Phrygi, qui arborem fici numquam vidisset fiscinam ficorum objecisti.* Quò respiciens Virgil. *lib.* 1. *Georgicon.*

Nunc facilis rubea texatur fiscina virga.

Martial. *lib.* 1. *Epigramm.* 44.

Rustica lactentes, nec misit fiscina metas.

Ovid. *lib.* 4. *Fastor.*

Seu mea falx ramo lucum spoliavit opaco

Unde data est ægræ fiscina frondis ovi.

Cicer. *lib.* 2. *in Verr.* ibi: *Recipiebam fiscos quamplures cum pecunia Siciliensi à quodam Senatore, ad Equitem Romanum esse translatos, ex his quasi decem fiscos apud Senatorem illum relictos esse comitiorum nomine:*

15 Unde verosimile mihi prorsùs videtur, ut fiscus à fiscis dicatur, cum magis nomini assimiletur. Et hæc fuit sententia Ascon. Pedian. in 2. *Verrin.* Oynotom. *super tertio lib. instit. tit. de Hæredit. quæ ab intestat. deferunt. tit. de success. fisci. num.* 3. Quippe cum Marsupia pecuniis excrescentibus non sufficerent, fiscis est uti cœptum, ut notant Bero. *add. in Sueton. August. cap.* 15. Beyerlinck. *Theatr. vit. human. verb. fiscus.* Dorleans. ad Tacit. *lib.* 1. *Annal.* Isidor. *lib.* 20. *Origin. cap.* 9. Bulanger. *de Imper. Roman. lib.* 3. *cap.* 26. Larrea. *Allegat. fiscal. in proœm.* Barbosa. *l.* 1. *part.* 7. *num.* 8. *ff. Solut. matrimon.* Escobar. *de Puritat. part.* 2. *quæst.* 8. *n.* 4. Ageta. *annotat. ad* Moles. *§.* 28. *n.* 3.

Inde fiscus pro Principis patrimonio 16
sumitur per metonymiam, seu Synedochen, collatâ appellatione continen- 17
tis in contentum. Et sic confiscare est ad fiscum deferre Corras. *lib.* 6. *Miscellan. cap.* 19 *num.* 2. Guther. *de Offic. dom. august. lib.* 2. *cap.* 31. Amaya. *de Jur. fisc. in rubric. num.* 6. *lib.* 10. *C.* Rebuff. in *l. Inter publica. §. Final. verb. fiscus. ff. de Verb. signific at.* Oynotom. *lib.* 3. *Institut. tit.* 1. *de Success. fisc num.* 4. Toled. *de Jur. fisc. tit.* 1. *num.* 2. *lib.* 10. *C.* Vossius. *Etymolog. ling. latin. verb. fiscellus.* Sanchez Brocens. ad Alciat. *Emblem.* 145. Dicitur etiam fi- 18
scus saccus, in quo Imperii pecunia reponitur Gloss. in *l. In provinciis. C. de Numerar. lib.* 12. Bart. Bald. & Salycet. in *Rubric. C. de Privileg. fisc.* Lucas de Penna *de Jur. fisc. lib.* 10. *C. num.* 7. Peregrin. *de Jur. fisc. lib.* 1. *tit.* 1. *num.* 38. Ejus genera varia enumerat Varro; videlicet Sportas, Sportulas, Saccos, Crumenas, Scortea, Manicas, Marsupia, & Bulgas, ut refert Beyerlinck. *Theatr. vit. human. verb. fiscus.* Christus Dominus noster, 19
saccum quoque habebat, quando loculos habebat, & Judæ proditori erant commissi, ut patet ex Joanne *cap.* 12.
Qui loculi dicuntur sacculi, in quibus 20
pecunia servatur. Unde Martial. *lib.* 5. *Epigramm.* 50.

Excussi loculosque, sacculumque.

Et *lib.* 14. *Epigramm.* 12.

Hoc nisi de fulva loculos implere moneta

Non decet, argentum vilia ligna ferant.

Quadecausa fortassis fiscum sanctissi- 21
mum appellavit Lucas de Penn. *de Jure fisc. lib.* 10. *tit.* 1. *num.* 7. Licèt hodie, sceleratissimum eum vocent. Nam Trajanus Imperator, fiscum lienem nun- 22
cupare solebat, quòd eo excrescente,

re-

reliqui artus tabescerent, cum Principis Ærario crescente Populus emun-
23 gatur. Hujus ratio traditur ab Aristotele in *Problematibus*. Nempe quia explen multa ad se trahit, quæ transire in alimentum debebant, cum humores melancholicos ex hepate per vas venosum ad se trahat, quorum partem tenuissimam in sui alimentum convertit: reliquam per proprium quēdam meatum, quem stomachum vocant Medici, in ventriculum eructat Galen. *de viscer. part. lib.* 4. Cum lien sit atræ bilis receptaculum Idem Galen, *lib. 2. de Natur. facultat.* Lien alio nomine splen dicitur Pers. *Satyr.* 1.

Sed sum petulanti splene cbachinno.

De quo sic Alciat. *Emblem.* 147.

Humani, quod splen est corporis in Populi re,
Hoc Cæsar fiscum dixerat esse suum.
Splene aucto, reliqui tabescunt corporis artus.
Fisco aucto arguitur Civica pauperies.

24 Differt fiscus, ab Ærario in eo, quod fiscus dicitur illa pecunia publica, quæ ad majestatem Principis conservandam est statuta Symmach. *lib.* 10. *cap.* 54. Gregor. *Syntagmat. jur. lib. 3. cap. 2. num.* 7.
25 Ærarium est pecunia Populi. Ræward. *Variar. lib. 4. cap.* 4. Alfar. *de Offic. fiscal. gloss.* 9. *num.* 4. Amaya *de Jur. fisc. num.* 10. *lib.* 10. Oynotom. *lib. 3. institut. tit. de Succ. fisc. num.* 3. Gregor. *Syntagmat. jur. part.* 3. *lib.* 31. *cap.* 31. *num.* 2. Ut quoque patet ex Anna Tanaquilii Fabri filia in *not. ad* Eutrop. *lib.* 2. *Histor. Roman. in fin. num.* 2. ibi: *Aliud enim fiscus; aliud ærarium: fiscus est Principis, ærarium Populi.* Ærarium ab ære dictum fuit juxta D. Isidor. *lib.* 16 *Orig. cap.* 17. Et in æde Saturni collocatum. Alex. ab Alex. *lib.* 2. *Dier. genial. cap.* 2. Dempster. ad Rosin. *lib. 3. Antiquitat. cap.* 31. Bulanger. *de Im-*
26 *per. Rom. lib. 3. cap.* 23. Et publicæ, sacræque vocabantur pecuniæ, quæ in illa deponebantur. Inde sacratissimum nuncupatum ærarium text. in *l. 2. C. de Quadrien præscript.* text. in *§. Final. Institut. de Usucapion.* Nam in privatorum Tēplis, olim pecuniæ, & res custodiebantur text. in *l. Cum pater* 77. *§. donationis ff. de Legat.* 2. text. in *l.* 5. *§. final. ff. de Deposit.* text. in *l.* 4. *in fine. ff. Famil. erciscund.* text. in *l.* 1. *§. Si pecun.* 36. *in fine. ff. de Deposit.* Ob quarum pecuniarum, rerumque se- 27
curitatem templa à servis custodiebantur text. in *l. Servos* 17. *ff. de Aliment.* text. in *l. Servos* 35 *ff. de Liberal. caus.*

Hanc fisci, ærariique differentiam 28
videtur ostendere Plin. in *Panegiric. ad Trajan.* ibi: *At fortasse nō eadem severitate fiscum, qua ærarium cohibes, imo tanto majori, quanto plus tibi licere de tuo, quàm de publico credis.* Eòque spectat illud Suetonii in *Augusto.* ibi: *Quantū militū subsignis, ubique esset, quantum pecuniæ in ærario, & fiscis, & vectigaliorum residuis.* Tacit. *lib. 2. Annal.* ibi: *Nam centies sextertium pollicitus Cæsar, &* quantum *ærario, aut fisco pendebant, in quinquennium remisit. & lib.* 5. *Bona,* ait, *Sejani ablata ærario, ut in fiscum cogerentur & lib.* 7. *Annal. cap.* 27. ibi: *Signatum argentum fisco, vel ærario attinebatur.* Ælius Spart. in *Adrian.* inquit: *Damnatorum bona in fiscum privatum redegi vetuit omne summa in ærario publico recepta.* Quod discrimen noscunt Bulanger. *lib.* 3. *de. Imper. Roman. cap.* 26. Dorleans. ad Tacit. *lib.* 6. *Annal.* Guther. *de Offic. dom. August. lib.* 3. *cap.* 18. Corras. *lib.* 6. *Miscellan. cap.* 19.

Eadem differentia inter Fiscum, & 29
Ærarium constituitur à Jurisconsulto in *l. Pacta conventa* 72. *§. final. ff. de Contrahenda empt.* Cui minimè obsistit text. in *l. Cum servus* 39. *§. final. ff. de Legat.* 1. ut notarunt Cujac. *lib.* 10. *Quæst. Papin. in dict. §.* Donell. *lib. 2. comment. jur. civil. cap. 5. & 6. & lib. 4. cap.* 2. Sed quamvis, ut visum est, Fiscus ab Ærario secernatur, quandoquidèm tamen Fiscus pro Ærario, & cōtrà Ærarium pro Fisco capessitur text. in *l. Edicto. ff. de Jur. fisc.* text. in *l. Bene à Zenone. C. de Quadr. præscript.* text. in *§. final. de Usucap.* Mynsinger. in *§. Res fisc. Institut. de Usucapion.* Oynotom. *lib. 3. institut. tit. de Success. fisc. num* 6. Faust. in *consil. pro Ærar. class.* 1. *ordin.* 50. Amaya. *de Jur. fisc. art.* 1. *num.* 21. *lib.* 10. C. Garon. *ad Consuet. Mediol. lib* 4. *tit.* 7 *de Jur. & privileg. fisc. cap.* 1. *num.* 17. Besold. *Discurs. politic. de ærar. public. cap.* 1. *thes.* 4. Ageta in *annot.* ad Moles. *§.* 27. *num.* 2.

Nunc firmandum est, compensatio- 30
nem contra fiscum rectè locum habere pos-

posse, ut tradunt Donell. *Comment. jur. civil. lib.* 16. *cap.* 15. *vers. Quod attinet*. Cujac. in *Rubric. C. de Compensat. ad fin.* Faber. *Rational. in l. Idem juris*, & in *l. Jussit Imperator ff. de Compensat.* Brunneman. in *l.* 1. *num.* 3. *C. de Compēsat.* & in *l. Final.* ibique Glossa *C. Eodem.* Hothoman. *lib* 16. *Epitom. num.* 5. *in fine*. Costal. *part.* 3. *Adversarior. ex lib.* 16. *Pandectar.* in *l. Si ambo. in fine titul. de Compensat.* Rodoer. *consil.* 45. *num.* 75. Wissembach. in *l.* 1. *C. de Compensat.* Zas. in *§. In bonæfidei num.* 28. *Institut. de Act.* Bersan, *de Compensat. cap.* 2. *quæst.* 10. *num.* 10. Oynotom. in dicto *§. In bonæ fidei. num.* 52. *Institutionib. de Act.*

31 Nam sicut cæteris omnibus compensatio objici potest: ita & etiam fisco, qui licèt pluribus privilegiis potiatur; attamen nisi privilegiatus reperiatur, utitur jure communi text. in *l. Idem. ff. de Compensat.* text. in *l. Cum vitiosæ ff. de Pignorib.* text. in *l. De contractu. C. de Rescindend. vendit.* text in *l. Juxtas. C. de Jur. fisc.* text. in *l. final. C. de Usur. fiscal. lib.* 10.

32 Hujus conclusionis fundamenta sunt, primum text. in *l. Idem Juris. ff. de Compensat*: Ubi quoad compensationem admittendam idem statutum est in fisco, ac in privato. Ergo sicut cuilibet privato potest opponi: ita etiam, & fisco, quia ut dixi, si non est privilegiatus, privatorum jure utitur text. in *l. Quod placuit ff. de Jur. fisc.* text. in *l. Item veniunt. §. in Privatorum ff. de Petit. hæredit.* Secundum text. in *l. final. ff. de Compensat.* Ubi Paulus compensationem adversùs fiscum recipiendam esse voluit per hęc verba: *Jussit Imperator audiri ad probantem, sibi à fisco deberi, quod et ipse cōveniatur.* Tertiū text. in *l. Aufertur.* 46 *§. Ut debitoribus ff. de Jur. fisc.* Ubi Hermogenianus compensationem adversùs fiscum permittit per hæc verba: *Ut debitoribus fisci, quod fiscus debet compensetur, sæpe constitutum est.*

33 Quoties fisco objicitur compensatio, eam opponens infra duos menses creditum suum liquidare debet text. in *l. Aufertur. §. Qui compensationem. ff. de Jur. fisc.* Donell. *Comment. jur. civil. lib.* 16. *cap.* 15. *vers. Sed sciendum.* Tiraquell. *de Retractu lignag. §.* 3. *gloss.* 3. *num.* 11. Azo. *Summ. C. de Compensat. num.* 10. *vers. alias autem.* Alex. *consil.* 61. *vol.* 3. Abbas in. *cap. Bona fides. vers. nam duo. de depofit.* Nigro. *de Except. cap.* 13. *§.* 1. *num.* 3. Jaso. in *§. In bonæ fidei num.* 72. Faber *num.* 13. *institut. de act.* Bersan. *de Compensat. cap.* 2. *quæst.* 10. *num.* 3. Roman. *sing.* 551. Bart. in dicta *l. aufertur §. Qui compensationem ff. de Jur. fisc.* Quapropter, ut à quæstionis generalitate ad speciales ampliationes, levioribusque vestigiis iturus egrediar, oportet hujusmodi conclusionem non in fisci favorem coërcere: sed ut ad versùs eum admittetur, laxare.

Ampliatur 1. Nostra conclusio, ut ad- 34
mittatur compensatio contra fiscum in pœnis concernentibus privatam utilitatem Donell. *Comment. jur. civil. lib.* 16. *cap.* 15. *vers. Sed sciendum.* Medic. *Opusc. de Compensat. part.* 1. *quæst.* 38. *num.* 6. Paul. de Castro. in *l. Jussit Imperator. ff. de Compensat.* Abb. in *cap. In bona fides. num.* 10. *de deposit.* Bersan. *de Compensat. cap.* 2. *quæst.* 10. *num.* 14.

Ampliatur 2. Si fiscus ageret ad exe- 35
quutionem pœnæ, & de debito ex alia statione excipiatur. Nam tunc compensatio locum habet text. in *l. Ob negocium ff. de Compensat.* Sicard. in *l.* 1. *num.* 4. *C. de Compensat.* Nigro. *de Except. §.* 1. *num.* 12. Castr. in *l. final. C. de Jur. fisc.*

Ampliatur 3: Utquoque compensa- 36
tio recipiatur, quando fiscus succedit alicui ex delicto, vel alicui indigno, legitimis deficientibus hæredibus; quamquam ex eadem statione creditor non sit. Sichard. in *l.* 1. *num.* 3. *in fine. C. de Compensat.* per text. in *l.* 2. *C. de Solut.* Niger. *de Except. cap.* 13. *§.* 1. *num.* 11. Bersan. *de Compensat. cap.* 2. *quæst.* 10. *num.* 9.

Ampliatur 4. Ut admittatur com- 37
pensatio contra fiscum, etiam si creditum, & debitum non proficiscantur ex eadem causa; dummodò non sint de illis causis exceptuatis ab Impsratore Alexandro Severo in *l. In ea* 3. *C. de Compensat.* ubi Bald. *num.* 2. Dondeus. *consultat.* 43. *num.* 3. *vers. Hæc porrò.*

Ampliatur 5: Ut admittatur com- 38
pensatio de credito unius stationis ad debitum alterius prorsùs diversæ, quotiès consuetudo hujusmodi compensationem approbaverit. Afflict. *decis.* 192. *ad*

ad finem.& ibi Ursill.*num.*1.Bataglin.ad Cyn.in *l.*1.*C.de Compensat*:Latro.*consultat.*38.*num.*60.Lucas de Penn. in *l. Obsistere.C.de tribut.& annon.lib.*10. Bersan. *de Compens.cap.*2.*quæst.*10:*num.* 8. Dyn. in *l.*1.*C. de Compensat.* Felin. *tractat. de Societ. cap.*3.*num.*119. Martin.Laudens. *de Privileg.fisc.privileg.*2.

39 Ampliatur 6. Compensatio debiti, & crediti diversæ stationis admittitur contra fiscum,quando fiscus in debitoris bonis succedit:Addentes ad Afflict. *decis.*192.*in princip.* Sichard. in *l.*1.*num.* 3.*C.de Compensat.* Niger. *de Except.cap.* 13.§.1.*num.*11.Bersan.*de Compensat.cap.* 2.*quæst.*10.*num.*9.

40 Ampliatur 7.Ut locum habeat compensatio, si debitum, & creditum ab eodem Officiale cognoscendum sit. Alba. *consil.*211. *num.*27. Bersan.*de Compensat.cap.*2.*quæst.*10.*num.*10.

41 Ampliatur 8. Ut officialis duarum fiscalium possit debitum unius,cum alterius credito compensare, administratione durante, quod extenditur, ut etiam per ejus hæredes hoc fieri possit Leo. in *l.*1.*num.*6.*C.de Compensat.* Bald. in *l.*1.*C.Ne fisc.rem,quam vendidit.lib.*10 Sed Marta. *tom.*3.*Digestor.novissimor.tit. de Compensat.cap.*2. Compensationem dumtaxat existimat admittendam esse; quando officialis duarum fiscalium moritur, & ejus hæres compensationem expostulat.

42 Ampliatur 9. Quando fiscus succedit ei, qui est debitor, & creditor diversarum stationum. Quo in casu admittitur compensatio, & fidejussores liberantur text.in*l.*2.*C.de Solut.*Ponte. *consil.*7. *num.*15. 28. 29. & 30. Ricc. ad Afflict. *decis.*192.*in fine*. Niger. *de Except.cap.*13.§.1. *num.*5. Bald.in *l.*2. *C. de Solut.* Eò quia confunduntur actiones text. in *l.Debitori. C.de Pact.* text. in *l. Stichum. §.Aditio.ff.de Solut.* Dummodò à diversis regantur personis; secus verò si ab eadem.Barbosa.in *l.Divortio. §.Ob donationes. num.*33. *ff.Solut. matrimon.* Peregrin.*de jur.fisc.lib.*6. *tit.*7. *num.* 25. Ganaver.*decis.*28.*num.*12.

43 Ampliatur 10. Sive compensatio objiciatur fisco superiorem non recognoscenti, ut Duci Sabaudiæ, Florentiæ, & similibus; sive Civitati,aut Reipublicæ, ut Venetæ, Januensi, Lucensi,&c. Hoc tamen procedit, dummodò compensationem petens, non sit debitor Civitatis ex fideicommissi causâ, quo illa reperiatur gravata.Nam tunc 44 exploditur compensatio text. in *l.In ea. C.de Compensat.* Ubi Glossa id ad quamlibet Civitatem porrigit; eandemque extentionem firmat Sichard.in *l.*1.*num.* 1.& 3. *C. de Compensat.* relatus à Nigro *de Except.cap.*13.§.1.*num.*10.

Ampliatur 11. Ut Fisci debitori,& 45 creditori, ad hoc, ut contra eum compensationem opponere possint,tantum tempus concedatur ad liquidandum eorum creditum, quantum indulgetur debitori fisci ad solvendum text. in *l.Aufertur. §.Qui compensationem. ff. de Jur.fisc.*& ibi Bart. Tiraquell. *de Retract.lignag. gloss.*3.§.3. *num.*11. Latro. *consultat.*38.*num.*57. Alex.*consil.*61.*vol.* 3. Ricc.ad Afflict. *decis.*192. Peregrin. *de Jur.fisc.lib.*6.*tit.*7.*num.*15.

Ampliatur 12. Ut compensatio ad 46 impediendum cursum usurarum fisco debitarum; etiam si ex diversis stationibus creditum,& debitum descendāt ipso jure equidèm admittatur: Donell.*lib.*16.*Comment.jur.civil. cap.*13.*fol. mihi* 702.*num.*30. Marin. ad Reverter. *observat.* 494. *num.*2. Ponte. *consil.*19. *num.*4.*lib.*2.Theodor.*allegat.*69. *num.*5. *versic.Secundo tale interesse*. Graffis. *de Exceptionib. except.* 16. *num.* 49. Bald. Paul. de Castr. & Salycet. in *l.*1. *C.de Compensat.* Marin. ad Reverter. *decis.* 443.*num.*2. Tyndar.*opuscul. de Compensat.art.*5.*num.*40. Bersan.*cap.*2.*quæst.*10. *num.*11. Ganaverr.*decis.*28.*num.*13.Ubi reprehendit Glossam in *l.Idem juris. verb.Fisci.ff.de Compensationib.* quia hoc restrinxit ad terminos textus.in *l.*1.*C. de Compensat.*

Hæc enim ampliatio innixa videtur 47 textu. in *l.Cum alter.ff.de Compensat.*Et magis expressè textu. in *l.*12.*ff.de Compensationib.*Dum agit de fiscalibus usuris ibi: *Idem juris est non solùm in privatis, verùm etiam in causa fisci constitutum*. Et quamvis hoc in fisco specialiter constitutum non esset,in eo observari deberet. Quippe hoc jus Principis

est, si dignitatem spectemus, ac Imperii potestatem, ut legibus omnibus civili-
48 bus sit solutus; tamen regnantis officium est legibus vivere, iisque parendo, suo exemplo illis praeire, quibus solis latae sunt text. in *l.Ex imperfecto. ff. de Legat.*3. ibi: *Decet enim tantae majestati eas servare leges, quibus ipse solutus videtur.* Quò respexit Claudianus *de 4. Consulat. Honor. Carmin.*8.

. . . . Nec sic inflectere sensus
Humanos edicta valent, ut vita Regentis.
Mobile mutatur semper cum Principe vulgus.

Unde Imperaror Alexander in *l.*3. *C. de Testament.* ait: *Nihil tam proprium Imperii esse, quàm legibus vivere.* Plin. in *Panegyric. ad Trajan.* ibi: *Legibus te subjecisti, quas nemo Principi scripsit. Item illa non esse Principem super leges, sed leges super Principem. Vita Principis perpetua censura est, ad hanc dirigimur: nec tam Imperio nobis opus est, quàm exemplo.*
49 Unde Claudian. in 4. *Consulat. Honor. Carmin.*8.

In commune jubes si quid, censesve: tenendum
Primus jussa sibi: tunc observantior aequi
Fit Populus, nec ferre negat, cum videret ipsum
Auctorem parere sibi. Componitur *Orbis*
Regis ad exemplum.

Huic duodecimae ampliationi summoperè obsistit text. in *l.*1. *C. de Compensat.* Ubi refellitur compensatio ex diversis stationibus; ideò idem dicendum de usuris fiscalibus, ut nec etiam compensatio locum habeat in usuris fiscalibus, quando ex diversis creditis, & debitis proveniunt. Nam sicut compensatio adversùs fiscum non datur, nisi debitum, & creditum sit ex eâdam causâ;
50 Ergo nec debet admitti quoad usuras ex diversis stationibus debitas; ne una, eademque res, diverso jure censeatur text. in *l.Eum qui Aedes. ff. de Usucapio-*
51 *nib.* Cum accessorium sequatur naturam sui principalis text. in *cap. Accessorium. de Regul. jur. in* 6. text. in *cap. Si super gratia. de Offic. delegat. in* 6. text. in *l.Etiam. C. de Jure dot.*

Huic obici satis itur asserendo, quod 52
cum dicta *l.Idem juris.* Loquatur de compensatione usurarum fiscalium, & cum generaliter compensationem admittat, non est perstringenda ad terminos dictae legis. Quoniam, ut ait Ganaverrus. *decis.*28. *num.*15. Longè differt compensatio, quae fit ad detinendum cursum usurarum, de qua loquutus fuit Jurisconsultus in *l.Cum alter.* & in *l Idem juris. ff. de Compensat.* Ubi cum loquatur Ulpianus de compensatione usurarum fiscalium, nullam distinctionem facit inter fiscum, & privatos; sed pari passu ambulare videntur, ut eruitur ex textu ibi: *Idem juris est non solum in privatis, verùm etiam in causa fisci constitutum.* Ergo cum specia- 53
liter in hoc casu fiscus non reperiatur privilegiatus, privatorum jure debet uti *l.final. C. de Usuris fiscalib. lib.*10. text. in *l.Cum vitiose. ff. de pignor.* text. in *l.De contractu. C. de Rescind. vendit.* text. in *l. justas. C. de Jur. fisc.* Minus reluctatur 54
regula, quod accessorium sequatur naturam sui principalis. Nam haec regula non procedit, quando accessorium est à suo principali separabile, ut in nostro casu Menoch. *de Recept. remed.*6. *num.*45. *& de Praesumptionibus lib.*3. *praesumpt.*97. *num.*7. Gratian. *Disceptat. forens. cap.*239. *num.*24. *& cap.*937. *num.*23

Ex quibus omnibus elucescit, veram esse suprapositam ampliationem, licèt contrarium sectentur Peregrin. *de Jur. fisc. lib.*6. *tit.*7. *num.*15. *versic. Intellige.* Glossa. in *l.Idem juris. ff. de Compensat.* Moneta. *de Decimis. quaest.*4. *cap.*9. *num.*173. Niger. *de Except. cap.*13. *§.*1. *num.*4. Sichard. in *l.*1. *num.*1. *C. de Compensat.* Ricc. ad Affict. *decis.*192. Alciat. *consil.*57. *lib.*6. Latro *Consultat.*38. *num.*59.

Limitatur 1. Conclusio nostra, 55
quando debitum, & creditum non descendunt ex eadem statione. Nam tunc contra fiscum compensatio opponi non potest, ut tradunt Cujac. in *Appendic. Recitat. solemn. ad lib.*4. *C. tit.*31. *in fine.* & in *not. ad l.*1. *C. de Compensat.* & in *Rubric. lit. A. C. eod.* Bachovius. ad Treutler. *vol.*1. *disputat.*25. *thes.*9. *lit. E.* Gothofred. in *not. ad l.*1. & ibi Brunneman.

man. & in *l.3. num.3. C.de Compensat.* Reverter.*decis.*443. Borcholten. *opusc. de Compensat.cap.* 5. Alex.*consil.*61. *lib.*3. Alfar.*de Offic.fiscal. gloss.*16. *privileg.*6. Alciat. *consil.*10. *&* 57. *lib.*6. Tiraquell. *de Retract.lignag.§.*3 *gloss.*3 *num.*11. Marin.ad Reverter.*observat.*443.*num.*2. *& ad decis.*494. *num.*2. Duaren. *tit. ff.de Compensat.cap.*2. *in fine*. Felin. *de Societat cap.*3.*num.*119. Ursill.ad Afflict. *decis.*192.*num.*1. Laudens.*de Privileg.fisc. privileg.*2. Theodor. *allegat.*69. *num.*2. Ponte. *consil.*19.*num.*6. *lib.*2. Rosa. *consultat.*56.*num.*24. Wissembach.in *l.*1.*C. de Compensat.* Hahnius ad wessembec. *lib.*10.*Digestor. tit.*2. *num.*10. Treutler. *Select.ar.disputat.vol.*1.*disputat.*25.*thes.*9. *lit.E.* Lucan.*de Privileg.fisc.part.*1. *num.* 73. Solis.*de Censib.tom.*2. *lib.*4. *cap.unic. num.*13.*versic.Praeterea compensationem.* Castropal.*Oper.moral. tract.*32. *disput.*6. *punct.*34.*num.*4. Barbosa. *lib.*2. *vot.*60. *num.*23.Platea.in *l.*1.*C.ne fisc.rem, quam vendidit. lib.*10. Besold.*Delibat. jur. ex lib.*16.*Pandect.tit.*2.*quæst.*3. *versic.Compensari autem*. Molina. *de Just.& jur. tractat.*2.*disputat.*560.*num.*25. Trentacinque.*Variar.Resolut.tit.de Compensat. resolut.unic.num.*11.*lib.*3. *vol.*1. Afflict. *decis.*192. Glossa. in *l.*1. *verb. In causa fiscali. C.de Compensat.* Vivius *Commun. opinion.lib.*4.*tit.*21.*in fine.* Gregor. *Syntagmat.jur. part.*3.*lib.*21. *cap.*22. *num.*6. Tyndar.*opusc.de Compensat.artic.*5.*num.* 32.Guzman *Veritat.Jur. verit.*16. *num.* 15. Niger.*de Except.cap.*13.*§.*1-Moneta. *de Decimis. cap.*9. *num.*173. Amaya. in *l.*1.*num.*16.*C.Ne fisc.rem, quam vendidit. lib.*10. Cardos. *Prax.judic. verbo. Compensatio. num.*16. Medices. *opuscul. de Compensat. quæst.*38.*num.*5.*part.*1.Peregrin.*de Jur.fisc.lib.*6.*tit.*7.*num.*15. *versic.Intellige*. Zanger. *de Except. part.*3. *cap.*8.*num.*16. Christin. *decis. Belgic.* 39. *num.*1.*vol.*3.*& decis.*234.*num.*9.*vol.*1.Oynotom.in *§.In bonæ fidei. num.*52. *Institut.de Act.* Tusch. *conclus.*490. *num.*46. *lit.C.* Sabell.*Summ.divers.tractat.§ Compensatio. num.*24. Leo.in *l.*1.*num.*7. *C.de Compensat.* Marcian.*Except. forens.cap.* 11.*num.*1. Bald. in *l.*1. *versic.Item quod fisco. num.*7. *C.de hæredit. vel act. vendit.* Bersan. *de Compensat. cap.*2. *quæst.*10: *num.*4. Ganaverr.*decis.*28. *num.*8. Arias de Mesa.*lib.*1.*Variar.resolut.cap.*23.*num.* 18.Dödeus.*consultat.*43.*num.*1.Donell. in *l.*1.*C.de Compensat.* Diego. *opuscul.de Compensat.fol.mihi* 14. Hæc enim limitatio fulcitur expresso textu in *l.*1.*C.de Compensat.* Cujus verba sunt hæc: *Et Senatus censuit, & sæpe rescriptum est, compensationi in causa fiscali, ita demum locum esse, si eadem statio quid debeat, quæ petit, atque hoc juris propter confusionem diversorum officiorum tenaciter servandum est. Si quid autem tibi ex ea statione, cujus mentionem fecisti, deberi constiterit, quamprimum recipies.* 56

57 Hujus conclusionis ratio est, ne officia confundantur. Nam constitutum erat, ut officiales unius stationis, minimè se in alia statione intromitterent; & ideo nequibat debitor unius stationis compensare, quod alii stationi debebat, quia necessum erat, ut officiales stationis creditricis de debito alterius stationis cognoscerent, an subsisteret, nec ne, an esset validum, an esset satisfactum, quamobrem officia confunderentur Donell.in *l.*1. *C.de Compensat. & Comment.jur.civil.lib.*16.*cap.*15.Escobar.*de Ratiocin.cap.*36.*num.*3. Cujac.in *Rubric. C.de Compensat. lit.R.* Tyndar. *opuscul.de Compensationib.art.*5.*num.*32.

Sed nunc sciscitandum est, quid sit statio, de qua loquitur text.in dicta *l.*1 *C.de Compensat.* Ut de una ad aliam diversam, compensatio dari non possit? Et quod à stando dicatur, certum apparet, quia statur, & consistitur. Statio dicitur quoque locus ille, ubi milites adstant, quibus inde progredi non licet, quapropter stationarii dicuntur. text. in *l.*4 *ff.de Fugitiv.* ibi: *Liminarchæ, & Stationarii fugitivos deprehensos rectè in custodiam retinent.* De quibus Bulanger.*lib.*6. *de Imper.Roman. cap.*31. *& lib.* 4.*cap.*38. Pancirol. in *Not. Imperii Orient.cap.*9. *& lib.*2.*Variar.cap.*266. 58 59

60 Dicebantur quoque stationes, loca ubi Christiani stantes die Dominicâ Dominum orabant Tertull.in *lib.de Orat.*Beyerlinck:*Theatr.vit.human.verb.Statio.*

61 Statio dicitur etiam locus, in quo homines adesse, ac conveniri solent, vel audiendi, vel confabulandi, vel reci-

Tom.II. B 2 tan-

tandi, vel reficiendi animi causâ text. in *l. Item apud* 15. *§. Convitium. ff. de Injur.* ibi: *Idem & si ad stationem, vel tabernam ventum sit, probare oportere.* Aull. Gell. *lib.* 13. *cap.* 13. *quæsitum esse memini in plerisque Romæ stationibus jus publicè docentium, aut respon-*
62 *dentium.* text. in *l. Fulginius. §. Illud sciendum. ff. quibus ex causis in possession.* ibi: *Denique eum quoque, qui in foro eodem agat, si circa columnas, aut stationes, se occultet, videri latitare veteres responderunt.* Unde Juvenal. *satir.* 11.

Convictus, thermæ, stationes, omne theatrum
De Rutilo.

Plinius. *lib.* 1. *Epist. ad Senec. Plerique in stationibus sedent, tempusque audiendis fabulis conterunt.* & *lib.* 2. *Epist. ad Apol. Itaque prebendo amicos, supplico, ambio domos, stationesq; circumeo.* Et tradit Cujac. *lib.* 2. *observat. cap. final.* & Barthius *lib.* 2. *Advesarior. cap.* 22.

63 Navium etiam stationem interpretatur Ulpianus. in *l.* 1. *§. Non autem. ff. de Fluminib.* Ubi naves tutò stare possunt, quò respicit Virgil. *lib.* 2. *Æneid.*

Statio malè fida carinis.

Et *lib.* 4. *Georgic.*

Statio tutissima nautis.

Vellejus Paterculus *lib.* 1. *Historiæ Roman. cap.* 72. ibi: *Exitialemque tempestatem fugientibus statio pro portu foret.* Et est quoque text. in *l.* 59. *ff. de Verb. significat.* Quapropter Lucret. *lib.* 4. *de Rer. natur.*

Qua vehimur navi, fertur, cum stare videtur,
Quæ manet in statione ea præter creditur ire.

64 Statio jumentorum dicitur in *l.* 13. *ff. de Usufruct.* Et statio militum in *l.* 3. *§. Qui stationis. ff. de Re militar.* Et patet ex Tito Livio *lib.* 2. *ab urbe cōdit. cap.* 64. ibi: *Cum manere in tentoriis quietum militem jussisset, Hernicorum cohortem in stationem educit.* & *lib.* 3. *cap.* 6. *Affecti plerique Principum, patrum major pars, militaris ferè ætas omnis: ut non modo ad expeditiones, quas in tanto tumultu res poscebat, sed vix ad quietas stationes viribus sufficerent.*

65 Ex quo stationes dicuntur loca, in quibus milites excubant, & sic custodes Principum stationes suas habent; alii ad fores palatii; alii ante ipsorum cubiculum Virgil. *lib.* 9. *Æneid.*

Vigiles simul excitat illi,
Succedunt, servantque vices, statione relicta.

Hi quoque milites statores vocantur, & sunt illi, qui stant ad jussa capessenda, & alio nomine lictores, seu apparitores nuncupantur Cicero *lib.* 2. *epist.* 19. *Existimavi esse faciendum, ut ad te Statores meos, & lictores cum literis mitterem.* Et Petron. in *Satir.*

Quidam enim fœminæ sordibus calent.
Nec libidinem concitant, nisi aut servos.
Viderint, aut statores altius cintos.

Dicitur quoque statio, illa quies, in 66
qua corporis artus permanent, ut tradit Lucret. *lib.* 5. *de Natur. rerum.*

Quod genus in nobis, quædam licet in statione
Membra manere.

Et *lib.* 5.

Est etiam quoque, uti possit Cœlum omne manere.
In statione, tamen cum lucida signa ferantur.

Statio de qua loquitur text. in dicta 67
l. 1. *C. de Compensat.* Nihil aliud est: nisi mansio, ubi officia fiscalia consistunt text. in *l.* 1. *C. Ne fisc. rem quam vendidit.* text. in *l.* 1. *C. de Solut. l. In singulis* 19. *de Suscept. C. Theodosian.* Unde Græci in- 68
terpretes *ad l.* 1. *C. de Compensat.* inquiunt: *fiscus in diversis provinciis habet procuratores rerum suarum, & unaquæque cura, vel procuratio dicitur statio.* Juxta translationem Wissembachii in *l.* 1. *C. de Compensat.* Nam cum ex causis diversis res in fiscum inferri solerent, & in diversis locis, & provinciis essent fisci officiales, quiejus res curarent, scilicet tributa, Vectigalia, quæ exigũtur, & res, quæ confiscabantur; quælibet curatio appellabatur statio 7. *Synop.* 6. *ex lib.* 24. *tit.* 10. *cap.* 25. & ibidem Scholiast. curationem vocat Gothofredus. in *l.* 1. *C. de Compensat.* Non locum stationis, ut Cujac. *lib.* 24. *obser.* 37. Non ipsas mansiones, in quibus officia fiscalia consistunt. Cujac. in *l.* 1. *C. Ne fiscus rem.* Non 69
officium stationarii; sed ipsum stationarium

rium, & curatorem fiscalem; & cum quælibet curatio statio nuncupabatur, diversas stationes, diversumque officium quæque regio habebat argument. text. in *l. Divos. C. de Suscept. l. 2. & l. 7. C. Theod. eod.* Et in unaquâque res fiscales, quæ ad diversos titulos, seu causas pertinebant, tractabantur Pancirol. *ad not. Imperat. Orient. cap. 74. vers. præfecti.* Ut si aliquis præpositus sit stationi Gabellarum, vel collectarum, vel pœnarum fiscalium text. in *l. In provinciis. 4. C. de Numerator. & actuar. lib. 10.* text. in *l. 2. C. de Exactorib. tribut. lib. 10.* Et de his intelligendus est text. in *l. Universi. 5. C. de Vectigal. com.* Prout refert Donell. *lib. 16. Comment. jur. civil. cap. 15.* & in *l. 1. C. de Compensat.* Cujac. in *l. 1 C. Ne fiscus rem, quam vendidit. & lib. 3. quæst. Papin.* in *l. Cum militi. 16. ff. de Compensat.*

70 Hæc omnia pro intellectu prædicti textus in *l. 1. C. de Compẽsat.* Pãdere haud pigitum est, quibusquidèm adortis, jam jam in fractæ hæsitationis curriculum redordiendum nunc libet, quod facilè assequi quimus, si offirmetur primam nostram limitationem, seu dispositionem text. in dicta *l. 1.* Minimè locum sibi posse arrogare, quando non adest periculum, ut ex compensatione, administrationes diversorum officiorum fiscalium confundantur, quia tunc compensatio admittitur, etiam ex diversis stationibus, ut tradunt Ponte. *consil. 19 num. 7. lib. 2.* Rosa *consult. 56. num 29.* Ganaverrus. *decis. 28. n. 20.* Quippe cessante causâ, ex qua compensatio prohibetur in diversis stationibus, postea debet admitti, ut eruitur ex dicta *l. 1.*

71 Primæ nostræ limitationi nimiopere opponitur text. in *l. 2. C. de Solut.* Ubi Alexander Imperator rescripsit, quod liberatur fidejussor, si ei debitori, pro quo in una statione intercesserat, qui in altera creditor esset, successerit fiscus. Imperatoris verba hæc sunt: *Liberari fidejussores, quoties fiscus tam debitori, quàm creditori, licet diversis stationibus, succedit, jus certum est. Quod & in tua persona procuratores mei custodient;* Et rectè

72 Cujacius legit pro illa voce, *rationibus*, quæ in vulgatis legebatur, *stationibus*, ut hodie legitur: quod scriptum reliquit in *l. 1. C. Ne Fisc. rem, quam vend. lib. 10.* & in dicta *l. 2. C. de Solut. & lib. 3. quæst. Papin.* in *l. Cum militi. ff. de Compensat* Quem sequũtur Cõtius, Gothofredus ibi. & ante eos Accursus, ut apparet ex scholio, *liberari*, dũ juxta terminos *l. 1. C. de Compensat.* Ponit speciẽ de duobus stationibus. Ab hoc enim textu apertè limitatio nostra oppugnatur. Quippe sicut debitum in una statione contractum, cum altero ex alia statione compensari non potest: ita quoque nec liberatio induci, cum compensatio sit solutio. text. in *l. Debitor. ff. Qui potior. in pig. habeant.*

Obstat etiam text. in *l. Inter tutores 37. ff. de Administrat. tutor.* Ubi admittitur compensatio, etiam cum officiorum confusione. Nam si inter tutores dividatur tutela, & unus sit rerum civitatis tutor; alter verò provincialium rerum; Et civitatis tutor adversùs me agat, equidèm compensabo, quod mihi pupillus debet ex provinciali causa. Et sanè non est in hoc casu major compentionis æquitas, quàm in alio: cum una eademque tutela reperiatur, licèt divisa. Fiscus enim quamvis in plures stationes divisus semper est idem; verba textus sunt hæc. *Inter tutores divisa tutela est: æquitas, quæ merum jus compensationis inducit, propter officium, & personam agentis tutoris non differtur. Nam divisio tutelæ (quæ non juris, sed jurisdictionis est) & modum administrationis facit, & inter ipsos locum habet: nec experiri cum pupillo volentibus obstare debet.* 73

Huic mirũ in modũ opitulatur text. in *l. 2. C. si ex pluribus tut.* Ubi quando administratio est divisa sive à testatore, sive à Judice, non debet unus pro rebus ad administrationem alterius spectantibus conveniri, ut rescripsit Imperator Constantinus in dicta lege ibi: *Si divisum administrationis periculum per provincias sit; is tantùm omnibus insinuari convenit, & ab ipsis inferri litem, qui in ea provincia tutelæ, vel curæ officium sustinent, ne aliis provinciis defensores minorum ad judicia perducantur.* 74

Refragatur denique id, quod non valet in fisco, diversæ qualitates meditari, juriumque discretio, aut dissimilis 75

lis aliqua repræsẽtatio text. in *l. Tutorẽ. ff. de His, quibus ut indign.* Aretin. in *l. In plurium. ff. de Acquir. hæred.* Dec. in *cap. Ex literis. num. 14 extra de Probat.* Cum
76 in hac, vel in illa statione fiscus semper sit idem, & princeps sit unus in utraque, & unus spiritus hæc omnia regat officia, ad cujus comprobationẽ adduci potest D. Paulus 1. *ad Corinth. cap. 12.* ibi: *Divisiones gratiarum sunt. Alii quidem per spiritum datur sermo sapientiæ. Alii sermo scientiæ. Alii gratia sanitatum. Alii operatio virtutum. Alii prophetia. Alii genera linguarum; hæc autem omnia operatur unus, atque idem spiritus dividens singulis, prout vult.* Et confert mirabiliter Tacit. *lib. 1. Annal.* ibi: *Rursus Gallus (etenim vultu offensionem conjectaverat) non idcirco interrogatum, ut divideret, quæ separari nequirent; sed ut sua confusione argueretur, unum esse Reipublicæ corpus, atque unius animo regen-*
77 *dum.* Et quamvis plures hæredes sint instituti omnes repræsentant defunctum; ita similiter omnes stationes fiscales, unum, eundemque principem repræsentant; & licèt diversa sint officia, poterunt profectò inter se experiri, emptore non inquietato Platea in *l. 2. in fine. C. Ne fiscus rem, quam vend.* Unde rectè Cujac. in *Not. ad lib. 4. C. tit. 31. versic. Eadem statio.* dixit, quod unicus est fiscus, variæ verò ejus stationes, seu mansiones, in quibus officia consistunt.
78 His parùm obnitentibus, respondetur ad text. in dicta *l. 2. C. de Solutionib.* Quod ideò ibi sequitur fidejussoris liberatio, quia fiscus successit creditori, & debitori, & sic per aditionem confunduntur actiones text. in *l. Debitori. C. de pact.* text. in *l. Debitori sub pignore 59. ff. ad Senatusconsult. Trebell.* text. in *l. Uranius 71. ff. de Fidejuss.* text. in *l. Stichum 95. §. Aditio. ff. de Solutionib.* text. in *l. 2. ff. de Stipul. Servor.* text. in *l. Postulante. ff. ad Senatusconsult. Trebellianum.* text. in *l. Hujusmodi. §. Fides. ff. de Legat. 1.*
79 Quia aditio, & successio vim solutionis obtinent text. in *l. Hæres à debitore 11. ff. de Fidejussorib.* text. in *l. Si debitori. ff. de Solutionib.* Et hujusmodi fiscus sibi ipsi satisfecisse videtur, & fidejussor, qui in una statione intercessit, à fisco reconveniri nequit, qui sui ipsius debitor est, & creditor, & non potest quis eidem pro eodem esse obligatus text. in *l. Si quis pro eo 59. §. 1. ff. de Fidejussorib.* Et hâc principali obligatione sublatâ, fidejussoria corruit text. in *l. In omnibus 43. ff. de Solut.*

Nec refragatur, quòd sint diversæ stationes; cum semper fiscus sit idem, & ex unâ statione certum sit debitorem esse; æquitatis causa operatur, ut adversùs fidejussorem crediror nõ agat ex aliâ. text. in *l. Si is qui 40. ff. de Evict.* Undè perperam dixit Cujacius, qui 80
speciem dictæ *l. 2.* adversùs Accursium ponendã esse voluit; itaut duobus fiscus successerit, videlicet creditori, & debitori ex diversistamẽ stationibus. Melius Donellus in dicta *l. 2. C. de Solut.* Qui in 81
uno eodemque debitore, & creditore casum effingit; & licèt *num. 4.* adversùs Cujacium nitatur vulgarem lectionem defendere, & legendum non stationibus, sed *rationibus*; tamen penitus ipsius intellectus est rejiciendus, quia si esset verus, nulla esset dubitandi ratio, quare fidejussor liberaretur, & cum fiscus successisset, nihil officit, an succedat ex hac, vel ex illâ causâ; dummodò in eâdem debitoris, & creditoris obligatione succedat, ut advertit Amaya in *l. 1. num. 27. in fine. C. Ne fiscus rem, quam vendidit. lib. 10.*

Non obluctatur text. in dicta *l. Inter* 82
tutores 37. ff. de Administr. & pericul. tutor. Nam dicendum est, quoad hanc speciem multum differre fiscum à tutela. Siquidem in tutela, bona separata non sunt, unicum dumtaxat est patrimonium, & licèt divisum sit, Magistratus officio divisum est, non jure. Jure autem ipso singulari insolidum sunt tutores, ergo nequit hæc tutelæ divisio compensationem impedire, quæ ipso jure, hoc est post oppositionem fit. Unde si unus ex tutoribus agat, cum quo agit pupilli nomine, rectè compensat, quod ei ex aliâ causâ debetur; & ita ad hunc textum respondent Donell. in *l. 1. num. 5. C. de Compensat. & Comment. jur. civil. lib. 16. cap. 15.* Amaya. in *l. 1. num. 25. C. Ne fiscus rem, quam vendid. lib. 10.* Cujac. in *Quæst. Papin. lib. 3.*

iz

in l. Cum militi. ff. de Compensat. & in eadem l. Inter tutores 37. de Administr. & pericul. tutor. Bersan. *de Compensat. cap. 2 quæst. 10. num. 7.*

83 Non obest inter tutores tutelæ divisio, quoniam hæc, ut ipsemet Papinianus ait in dicta *l. Inter tutores*, jurisdictionis est, non juris, hoc est tutela dividitur inter tutores jurisdictione, hoc est magistratus officio, non autem dividitur jure, quoniam jure singuli sunt tutores insolidum, usque adeò non administrant, pertinetque ad eorum officium videre, quàm fideliter alii in sua administratione se gerant, ut si per dolum, vel culpam suspectum non removêre, aut tardiùs suspicionis causas moverunt, & damnum, si quod est, ex ea re pupillo præstent text. in *l. 2. C. Si ex plurib. Tutorib.* Est enim, ut dixi, divisio tutelæ jurisdictionis, id est permissu Magistratus tributa pro ejus jurisdictione; secus verò jure constituta. Quod si ita est ea divisio administrationi modum facit. Hoc intelligendum est administrationi soli dumtaxat, non verò tutelæ, quæ etiam post administrationis divisionem indivisa manet. Modum facit, id est præbet mensuram, ultra quam minimè excedat administratio, quamvis ipsum tutelæ officium in singulis totam tutelam complectatur. Unde rectè colligit Papinianus uno ex tutoribus agente, non debere superiorem divisionem, debitori cum pupillo volenti experiri obstare; scilicet non deberi illi obstare, quominùs ex alterius tutoris persona opponat compensationem. Nã ita opponẽdo experitur nõ cũ tutore, sed cum pupillo ipso, à quo, & sub persona cujus tutoris agẽtis convenitur; & sic apertiùs dicendum est, quia debitum, quod compensare vult debitor, non solùm est ejusdem pecuniæ, sed unius, & ejusdem tutelæ jure indivisæ.

Aut breviùs responde, aliam esse rationem tutelæ inter tutores divisæ; aliam diversarum stationum fiscalium: differentiæ rationem indicat Papin. in dicta *l. Inter tutores.* ibi: *Divisio tutelæ non juris est, sed jurisdictionis.* Hoc est tutela dividitur officio magistratus, non jure, quia singuli nihilominùs insolidùm sunt tutores jure. Illa divisio non tutelam dividit, sed administrationem. At cum officia fiscalia ab initio in administratione fisci dividantur, jure dividuntur; non jurisdictione Donell: in dicta *l. 1. num. 5.* &c. ibi Wissembach. in *fine. C. de Compensat.*

Non mirum igitur si in fisci stationibus aliud jus receptum sit, in quibus administratio jure ipso est divisa; sunt enim singularum stationum diversa, & distincta officia jam ab initio constituta, ideoque diversum jus statutum est in diversis officiis fiscalibus divisis. Nam & si quod ab aliâ statione debetur intelligitur semper ab eodem fisco deberi; tamen cum officia ab initio administratione fisci distinguuntur, jure sejunguntur; secus jurisdictione, quia ab initio non plus singuli capiunt, quàm in eo territorio, cui sunt præpositi, ut rectè dici possit divisionem istorum officiorum modum ipsis officiis facere, non ipsorum officiorum administrationem Amaya. in *l. 1. num. 21. C. Ne fiscus rem, quam vendid. lib. 10.* Donell. *Comm. jur. civil. lib. 16. cap. 15. vers. Sed secundum est. in fine.* & in *l. 1. ad finem. C. de Compensat.* Bersan. *de Compensat. cap. 2. quæst. 10. num. 7.* Et accedat id, quod causa fisci est publica, in pupillo quamvis sit favorabilis, tamen privata est. 84

Denique non repugnat ultima objectio, videlicet quod quamquam sit ex diversa statione debitum debeat compensari; cum fiscus semper sit unus, & idem: quod augetur ex eo, quod compensatio super æquitate nititur naturali text. in *l. Inter tutores 37. ff. de Administrat. & pericul. tutor.* Quę æquitas non minor est, quando in una, eademque statione debitum est, quàm quum in alia prorsùs diversa. Quippè licèt inter tutores tutela dividatur, tamen compensatio locum habet, quoniam quamquam plures sint tutores, una est tutela text. in dicta *l. Inter tutores 37. ff. de Administrat. & pericul. tutor.*

Huic enim obstaculo respondendum est, quod semper compẽsatio fieri debet dumtaxat inter ipsosmet contrahentes, ut tradit Hotoman. *Epitom.* 85

lib.

lib. 16. *tit. de Compensat. num.* 4. Et de
86 eo, quod ab utraque parte debetur text. in *l.* 1 *ff. de Compensat.* text. in *l. Ejus* 9. *C. de Compensat.* Et licèt fisco agenti rectè compensatio objiciatur text. in *l. final. ff. de Compensat.* text. in *l. Aufertur* 46. §. *Qui compensationem. ff. de Jur. fisc.* Et semper fiscus unus, & idem sit; tamen locum sibi non vindicat compensatio, quando ab una statione mihi debitum, id alteri agenti velim opponere argument. text. in *l.* 1. *C. de Compensat.* Peregrin. *de Jur. fisc. lib.* 6. *tit.* 7. *num.* 15. Trentacinque *Variar. Resol. tit. de Compensat. num.* 11. *lib.* 3. *vol.* 1. Medic. *de Compensat. quæst.* 38. *part.* 1.

87 Ratio est, quia aliàs officia fiscalia confunderentur, ut exprimit Antonin. in *l.* 1. *C. de Compensat.* Donell. *Comm. jur. civil. lib.* 16. *cap.* 15. *vers. Sed sciendum est. num.* 2. *fol. mihi* 695. Afflict. *decis.* 192. Leo. in *l.* 1. *num.* 8. *C. de Compensat. & in eadem l.* Donell. Niger. *de Except. cap.* 13. §. 1. Bersan. *de Compensat. cap.* 2. *quæst.* 10. Diego. *opuscul. de Compensat. fol. mihi* 19. *versic. Et si.* Videlicet ad evitandum officiorum confusionem, argument. text. in *l. Consulta divalia* 23. *C. de Testament.* ibi: *Absurdum est enim, si promiscuis actibus, rerum turbantur officia, & aliis creditum, aliis subtrahat.* Cōducit etiam text. in *l.* 1. *C. de apparit. præfect. annon. lib.* 10. & illud Cassiodor. *lib.* 7. *epist.* 27. *Utile est unum semper eligere, cui reliqui debeant obedire, quia si voluntas diversorum vaga relinquitur, confusio culparum amica generatur.* Et hujusmodi confusio non solùm officialibus omnibus adversatur; sed quoque administrationi ipsi refragatur, ut advertit Donell. in *l.* 1. *C. de Compensat.* Quia si hujus loci statio compelleretur admittere compensationem eorum, quæ alii stationi debentur, cogeretur inquirere, quomodo ageret altera statio, & revidere an benè, vel malè rem gereret, aut administraret, ut notat Amaya in *l.* 1. *num.* 18. *C. Ne fiscus rem, quam vendid. lib.* 10. Et
88 etiam interveniret fisci præjudicium, quia, cum altera statio ignoret in quantùm debitor suus alterius stationis creditor est, officia variis cognitionibus implicarentur, & aliquando evenire posset, ut compensato jam debito cum statione, cui debebat, iterum ab altera, cui erat debitor, debitum petat; quod nequaquam ferendum fuit. Quamobrem Senatuscōsultis, & rescriptis prin- 89
cipalibus est interdicta ea compensatio, nisi fiat in debito, & credito ejusdem stationis text. in *l.* 1. *C. de Compensat.* text. in *l. In provinciis* 4. *C. de Numerar. & actuar. lib.* 10. text. in *l.* 2 *C. de execut. & exact. lib.* 10. Ubi in id, quod uni commissum est, alter se intromittere nequit, nedum, inquit, *hæc sibi invicem mutui officii licentia partiuntur, agant cuncti, quod singulis credebatur.* Lucas de Penna in dicta *l.* 2. Platea. in dicta *l. In provinciis* 4. *C. de Numerar. & actuar. lib.* 10.

Limitatur 2. Ut neutiquam locum 90
sibi asciscat compensatio adversùs fiscum, quando is petit tributum text. in *l. In ea* 3. *C. de Compensat.* text. in *l. Aufertur* 46. §. *Qui compensationem*, & §. *Ut debitoribus.* ubi Bart. *ff. de Jur. Fisc.* Fontanell. *decis.* 466. *num.* 16. Peregrin. *de Jur. fisc. lib.* 6. *tit.* 7. *num.* 15. *versic. Cessat.* Robert. *lib.* 3. *Sentent. cap.* 26. Mendez. de Castro. *tractat. de Ann. civil. in princip. num.* 17. Lucas de Penna in *Rubric. C. de Annon. & tribut. num.* 3. *lib.* 10. Solorzan. *de Jur. Indiar. tom.* 2. *lib.* 1. *cap.* 20. *num.* 70. Arnold. Vinn. in §. 1. *Compensationes. Institut. de Act.* Cujac. in *Appendic. Recitat. solemn. ad lib.* 4. *C. tit.* 31. *in fine.* Donell. in dicta *l.* 3. *num.* 10. *C. de Compensat:* Niger. *de Except. cap.* 13. §. 2. *num.* 22. Afflict. *decis.* 192. Alciat. *consil.* 10. & 57. *lib.* 6. Alfaro. *de Offic. fiscal. Gloss.* 16. *privileg.* 34. & *gloss.* 18. *privileg.* 6. Alex. *consil.* 61. *lib.* 3. Tiraquell. *de Retract. lignag.* §. 3. *Gloss.* 3. *num.* 11. Zanger. *de Except. part.* 3. *cap.* 8. *num.* 27. Gregor. *Syntagmat. jur. univers. part.* 3. *lib.* 21. *cap.* 22. *num.* 6. Vivius *Commun. opinion. lib.* 4. *opin.* 21. *in fin.* Moneta. *de Decimis. cap.* 9. *num.* 137. Molina. *de Justit. & jur. tractat.* 2. *disputat.* 560. *num.* 25. Bersan. de *Compensat. cap.* 2. *quæst.* 10. *num.* 16. Trentacinque. *Variar. Resolut. tit. de Compensat. num.* 11. & 14. *lib.* 3. *vol.* 1. Donell. *Cōment. jur. civil. lib.* 16. *cap.* 15. *fol. mihi* 694. *num.* 40. Marin. ad Revert. *ad decis.* 443. *in observat. num.* 2. Borcholten. *de Compen-*

*pensat.cap.*5. Abb.in *cap.Tua.num.*10. *de Decimis. cap.Sancimus* 1. *quæst.*7. Tynd. *de Compensat.art.*5. *num.*33. Barbosa in *l.In ea* 3.*num.*1. *C.de Compensat.* Medic.*de Compensat. quæst.*38.*num.*3.*part.*1. Hahnius ad Wessembec. *lib.*16. *Digest. tit.*2.*num.*10. Quod etiam extendit ad causam transactionis Lucas de Penn.in *Rubric. C. Ann. & tribut. lib.*10. *num.*3. per text.in *l.Si transactionis. C. de Non numerata pecun.*

91 Amplia hanc secundam limitationem procedere; sive tributa sint personalia, sive realia text. in *l.Ætatem* 3.*ff. de Censib.* text.in *l.Julianus* 13.*§.Idem Julianus* 6.*ff.de Act. empt.* text. in *l.Inter debitorem* 42. *ff.de pact.* text.in *l.Generali* 32.*in fine. ff.de Usufruct. legat.* Et notarunt Azo. *Summa C.de Compensat. num.*10. Zanger.*de Except.cap.*8.*num.*27 *part.*3. Niger.*de Except.cap.*13.*§.*1.*num.*22. Bersan.*de Compensat.cap.*2.*quæst.*10. *num.*17.

92 Limitatur 3. Quando fiscus est creditor ex causâ Annonæ. Nam tunc nequit ei objici compensatio text.in *l.Aufertur* 46.*§.Qui cõpensationẽ.ff.de Jur.fisc.* text.in *l.*2.*§.Ad frumenti. ff.de Administrat.rerum ad Civit.pertin.*Gloss.in *l.Ob negotium.ff.de Compensat.* Mendez.de Castro.*tractat. de Annon. civil. num.*17. Bobadilla.*lib.*3.*Politic.cap.*3.*num.*50.Lucas de Penn. in *Rubric. C.de Annon. & tribut.lib.*10. *num:*3. Donell. *Comment. jur.civil.lib.*16.*cap.*15.*fol.mihi* 694. *num.* 40. Doctores in *l.Ideo. ff.de Compensat.* Peregrin.*de Jur.fisc.lib.*6.*tit.*7. *num.*15. *versic. Cessat.* Fontanell.*decis.*466. *num.* 16.Ripa. *de Remed.ad conservand. ubertat.num.*33. Niger. *de Except.cap.*13.*§.*1 *num.*19. Azo. *Summa C. de Compensat. num.*10. Gregor.*Syntagmat.jur. univers. part.*3.*lib.*21.*cap.*22.*num.*6. Donell.in *l.*1.*num.*9.*C.de Compensat.*Zanger.*de Except. cap.*8. *part.*3. *num.*25. Medic.de *Compensat.quæst.*38.*num.*3.*part.*1. Alfarus.*de Offic. fiscal. Gloss.*16. *privileg.*34. Borcholten.*opuscul.de Compensat.cap.*5. Gloss.in *cap.In bonæ fidei. verbo.Depositi. Institut. de Act.* Bersan. *de Compensat.*

93 *cap.*2. *quæst.*10. *num.*20. Et sub Annonæ nomine continentur omnes res ad victum pertinentes text.in *l.*1.*& l.final. ff.ad Leg.Jul.de Annon.*

Limitatur 4.In causa stipendiorum, 94 in quibus minimè locum sibi vindicat compensatio text.in *l.*3.*C.de Compensat.* text.in *l.Aufertur* 46.*§.Qui compensationem.ff.de Jur.fisc.* Lucas de Penna in *Rubric.C.de Annon.& tribut.lib.*10.*num.*3. Peregrin.*de Jur.fisc.lib.*6.*tit.*7.*num.*15 *versic.cessat.* Donell.*Commentar. jur.civil.lib.*16.*cap.*15. *fol. mihi* 669. *num.*40. Niger. *de Except. cap.*193.*§.*1. *num.*25. Fontanell. *decis.*466. *num.*16.Cardosus. *Prax.judic. verbo. Compensatio. num.*10. Alfarus.*de Offic.fiscal.gloss.*16.*privileg.*34 *& gloss.*18.*privileg.*6. Bart. in dicta *l.Aufertur.§.Qui compensationem. ff.de Jur. fisc.* Borcholten.*de Compensat.cap.*5.Marin.ad Reverterium. *Observat. ad decis.* 443.*num.*2.

Limitatur 5.Ut nequeat fisco opponi compensatio, quando idem fiscus venditor, agit ad pretium rei venditæ; 95 quoniam petitum debitum compensari non debet cum debito ex aliâ causâ ipsius fisci, quod in eo reperitur speciale text.in *l.Si ex venditione. C.de Compensat.* Hothoman. *Epitom. lib.*16. *tit.*2. *num.*6. Hahnius ad Wessembec. *lib.*16. *Digest.tit.*2.*num.*10. Bersan. *de Compensat.cap.*2.*quæst.*2.*num.*13. Cujac. *Appendic.Recitat.solemn. ad lib.*4 *C.tit.*31. *in fine.* Zasius.in *§.In bonæ fidei. in fine. Institut.de Act.* text.in *l.Aufertur. §.Ut debitoribus. ff.de Jur.fisc.* Azo.in *Summ. C. de Compensat.num.*10. Nicos. in dicto *§. In bonæ fidei. num.*8. *Institut.de Act.* Bersan.*de Compensat.cap.*2.*quæst.*10.*num.*12. Peregrin.*de Jur.fisc. lib.*6. *tit.*7. *num.*15. *versic.Cessat.* Bertazol. *de Clausul. claus.*40.*gloss.*8.*num.*2. Medices. *de Compensat. quæst.*38. *num.*4. *part.*1. Trentacinque. *Variar.Resolut.tit.de Compensat.num.*14 *lib.*3.*vol.*1. Niger.*de Except. cap.*13. *§.*1. *num.*11. Borcholten.*de Compensat.cap.*5 Alciat.*consil.*10.*&* 57. *lib.*6. Alex. *consil.* 61.*lib.*3. Marinis in *Observat. ad decis.* 443. Reverterii.*num.*2. Bart.in *l.Aufertur. §.Qui compensationem. ff.de Jur.fisc.* Lucas de Penn.*de Annon.& tribut.rub. num.*3.*lib.*10.*C.*

Limitatur 6. Si fiscus agat adversùs 96 debitorem ex causâ vectigalium, quippe tunc nequit fisco compensatio ob-

iectari text. in *l. In ea 3. C. de Compensat.* text. in sæpe allegatâ *l. Aufertur. 46. §. Ut debitoribus. ff. de Jur. fisc.* Gregor. *Syntagmat. jur. univers. part. 3. lib. 21. cap. 22. num.* 6. Andreol. *controvers. 215. num.* 18. Sabell. *Summ. divers. tractat. addit. ad §. Compensatio. num.* 22. Arnold. Vinnius. in *§. Compensationes* 39. *Institut. de Act.* Gloss. in *l. Ob negotium. ff. de Compensat.* Bersan. *de Compensat. cap. 2. quæst. 2. num.* 13. Niger. *de Excep. cap. 13. §. 1. num.* 17. Moron. *Respons.* 53. *num.* 64. Donell. *Commentar. jur. civil. lib. 16. cap. 15. pag.* 694. *num.* 40. Cardos. *Prax. judic. verbo. Compensatio. num.* 10. Fontanell. *decis.* 465. *num.* 21. Gloss. in dicta *l. In ea. C. de Compensat.* Marinis. in *Observat. ad decis.* 443. Reverterii. Barbosa. in *l. 3. C. de Compensat. num.* 1. Zanger. *de Except. part. 3. cap. 8. num.* 22. Peregrin. *de Jur. fisc. lib. 6. tit. 7. num.* 15. *versic. Cessat.* Donell. in dicta l. *In ea 3. num. 7. C. de Compensat.* Bartol. in *§. 1. num. 5. Authentic. de Collator.* Lassarte. *de Gabell. cap. 18. num. 86. in fine.* Bersan. *de Compensat. cap. 2. quæst. 10. n.* 16. Roman. *singul.* 551. Dondeus *consul-*
97 *tat.* 43. Est autem vectigal non solùm id, quod nomine mercium præstatur, quæ vehuntur, & invehuntur text. in *l. Universis 5. C. de Vectigalib.* Sed etiam portus venalium rerum, salinarum, metallorum, fundorum vectigalium, &c. text. in *l. Inter publica 17. ff. de Verbor. signif.* text. in *l. 1. ff. Si ager vectigal.* text. in *l. Comparandæ 2. C. Quæ res vend. poss.* text. in *l. Liber homo 59. §. 1. ff. de Hæred. institut.* text. in *l. In lege 203. ff. de Verb. signific.* text. in *l. Cotem. §. 1. ff. de Publi-*
98 *can.* Et ratio est, quia de privato ad publicum non admittitur compensatio Sichard. in *l. 1. num. 3. C. de Compẽsat.* Azo in *Summ. C. de Compensat. num.* 3. Fermosin. *Tractat. variar. ad text. in cap. 2. de Ordin. cogn. quæst. 7. num.* 2. Afflict. *decis.* 292. Niger. *de Except. cap. 13. §. 1. num.* 18. Medices. *de Compensat. quæst.* 58. *num.* 9. Fontanell. *decis.* 463. *num. 21. lib. 2.* Bersan *de Compensat. cap. 2. quæst. 10 num.* 17 Sicut nec locum habet de una statione ad aliam text. in *l. 1. & l. 3. C. de Compensationib.*
99 Limitatur 7. Ut in pœnis concernentibus ad utilitatem publicam, & ad commodum Fisci, nequaquàm compensatio admittatur, ut asserunt Bersan. *de Compensat. cap. 2. quæst. 10. num.* 14. Castropal. *Oper. moral. tractat 14 disput. 2. punct. 11. num. 6. in fine.* Abb: in *cap. final. num. 12. de Deposit.* Paul. de Castro in *l. jussit. ff. de Compensat.* Medic. *de Compensat. quæst. 38. num. 6. part.* 1. Quia delicta puniri publicè interest; 100
& expedit Reipublicæ, ne impunita remaneant text. in *l. Ita vulneratus. §. Quod si quis. versic. Cum neque impunita. ff. ad Leg. Aquil.* text. in *l. Licitatio. §. Quod illicitè. ff. de Publican.* text. in *l. Cõgruit 13. ff. de Offic. præsid.* Nisi cum 101
pœna pecuniaria, concurrerit pœna corporalis, v. g. si extaret statutum, ut non solventi Cameræ infra mensem amputetur manus: nam condemnatus si non solverit non incurrit in pœnam, quia erat creditor ex aliâ causâ Cameræ fiscalis Bald. in *l. 1. col. 3. C. de Hæred. vel act. vend.* Petrus in *§. In bonæ fidei. num. 13. Institut. de Act.* Tyndar. *de Compensat. art. 5. num.* 39. Bart. in *l. Ideo. ff. de Compensat.* Angelic. in *tractat. Malefact. verbo. Solvat.* Medices. *de Compensat. quæst. 38. num. 6. part.* 1. Bald. in *l. In ea 3. C. de Compensat.*

Limitatur 8. Ubi petitur fieri com- 102
pensationem cum pecuniâ, quam fiscus fœnori dedit, ut loquutus fuit Imperator in *l. 3. C. de Compensat.* Hoc est illa pecunia, quæ descripta erat in 103
Kalendarium, in quo fœneratitiæ pecuniæ referebantur text. in *l. Quæ filius 46. ff. de Legat. 3.* text. in *l. Stycho. §. Servi. versic. Item quæro. ff. de Stat. liber.* Cujac. in *Appendic. Recit. solemn. ad lib. 4. C. tit. 31. in fine.* Donell. *Comment. jur. civil. lib. 16. cap. 15. & in l. 3. num. 4. C. de Compensat.* Niger. *de Except. cap. 13. §. 1. num.* 15. Bersan. *de Compensation. cap. 2. quæst. 10. num.* 22. Gregor. *Syntagm. jur. part. 3. lib. 21. cap. 22. num.* 6. Kalenda- 104
rium dicitur Codex pecuniarum occupatarum, idest fœnori collocatarum: quapropter Seneca. *lib. 13. Epistolar.* ait: *Divitem illum putas, quia in omnibus provinciis magnus ei Kalẽdarii liber volvitur.* Unde Martial. *lib. 4. Epigramm.* 44

Superba densis arca polleat nummis

Cen-

Centum explicentur paginæ Kalendarum.

105 Veteres mutuas pecunias, & usuras pecuniarum, primo cujusque mensis die, idest Kalendis, pecunias fœnori dabant, ac stipulari solebant text. in *l. Lecta. ff. Si cert. petat.* text. in *l. Si ita stipulat. §. Chrysogonus. ff. de Verbor. obligat.* text. in *l. Ejus qui in provincia. ff. de Rebus credit.* text. in *l. Qui filium* 64. *ff. de Legat.* 3. text. in *l. Nepoti. ff. de Fund. instruct.* text. in *l.* 2. *C. de Usur.* Et sicut

106 Kalendis pecuniæ collocabantur; sic etiam exigebantur Kalendis Donell. in *l. Eos. §.* 1. *num.* 3. *C. de Usuris.* Cujac. in *l. Uxori* 37 *ff. de Usufruct. legat.* Duaren. *ad titul. ff. Si cert. petat. cap.* 3: Gothofred. in *not. ad dictam l. Ejus qui in provincia. ff. Si cert. petat.* Gregor. *Syntagmat. jur. lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 29. Quò allusit Horat. *lib. Epod. ode* 2. *in fine.*

Jam jam futurus rusticus
Omnem relegit idibus pecuniam
Quærit Kalendis ponere.

Et *lib.* 1. *Satyr.* 3.

Qui nisi cum tristes misero venere Kalendæ.

Ovid. *de Remed. Amor.*

Qui Puteal, Janumque timet, celeresque Kalendas.
Torqueat hunc æris mutua summa sui.

107 Ideoque debitor ex Kalendario dicitur, qui est ex fœneratitiâ pecuniâ debitor, dummodò sit in Kalendarium relata; & hoc privilegium præbetur pecuniæ publicæ, quia in pecunia publica sunt nervi ad res Civitatis gerendas Donell. in *l.* 3. *num.* 6. *C. de Compensat.* Hahnius ad Wessembec. *lib.* 16. *Digest. tit.* 2. *num.* 10.

108 Limitatur 9. Si fisco opponeretur compensatio de eo, quod ipse alteri debet, nisi compensationem opponens adversùs fiscum, ab ipsius creditore cessionem impetraverit Bald. in *l. Ejus. C. de Compensat.* Medices *Opuscul. de Compensat. quæst.* 38. *num.* 7. Bersan. *cap.* 2. *quæst.* 10. *num.* 13.

109 Limitatur 10. Si excipiens de compensatione est debitor pecuniæ, quæ à Civitate erogatur in alimēta principis, Xenodochii, vel ex aliâ causâ piâ, quia tunc rejicitur compensatio text. in *l. In ea* 3. *C. de Compensat* Zanger. *de Except. cap.* 8. *par.* 3. *num.* 28. Donell. *comm. jur. civil. lib.* 16. *cap.* 15. *vers. Quarta causa.* Gregor. *Syntagmat jur. lib.* 21. *cap.* 22. *num.* 6. Hothoman. *Epitom. lib.* 16. *tit.* 2. *num.* 6. Gloss. in *l. Ob negotium. ff. de Compensat.* Hahnius ad Wesemb. *lib.* 16. *digest. tit.* 2. *num.* 10. Cujac. *ad tit. C. de Compensat. in fine.* Pontan. *de Aliment. quæst.* 19 *num.* 2. Peregrin. *de Jure fisc. lib.* 6. *tit.* 7. *num.* 15. *in fine.* Faber. in *Suo. C. de Compensat. defin.* 7. Surd. *de Aliment. tit.* 8. *privileg.* 53. *num.* 5. Donell. in *l.* 3. *num.* 11. *C. de Compensat.* Niger *de Except. cap.* 13. *§.* 1. *num.* 24. Hahn. ad Wessembec. *lib.* 16. *digestor. tit.* 2. *num.* 10.

Limitatur 11. Ubi compensationē 110 objiciens est debitor fisci pecuniarum, quæ destinatæ sunt in certum sumptum faciendum in re, vel in persona utilitatis publicæ causâ, ut in stipendia militum, refectionis, vel constructionis mœnium, portarūque Civitatis, salariū Magistratuum, ac professorum, muros, pontes, triremes, arma, victualia exercitus Regis, vel communis, in quibus debitis locum non habet compensatio text. in *l. In ea* 3. *C. de Compensat.* text. in *l. Medicos in fin. C. de Professor.* & Medic. *lib.* 10. Cujac. in *Not. ad. lib.* 4. *C. tit.* 31. in dicta *l.* 3. *& ad tit. C. de Compensat. litera B. & C. & in Appendic. Recitat. solemn. ad lib.* 4. *C. tit.* 31. *in fine.* Ripa *de Remed. ad conservand. ubertat. num.* 34. Azo. *Summ. C. de Compensat. num.* 10. Niger *de Except. cap.* 13. *§.* 1. *num.* 25. Trentacinque *Variar. Resolut. tit. de Compensat. resol. unic. num.* 12. *lib.* 3. *vol.* 1. Donell. in dicta *l.* 3. *num.* 11. & Barbosa *num.* 2. *C. de Compensat.* Gregor. *Syntagmat. jur. part.* 3. *lib.* 21. *cap.* 22. *num.* 6. Hothoman. *lib.* 16. *Epitom. tit.* 2. *num.* 6. Hahnius ad Wesembec. *lib.* 16. *digest. tit.* 2. *num.* 10.

Limitatur 12. Quādo quis est debi- 111 tor fideicommissi relicti Civitati. Nam tunc is compensationem opponere non potest text. in *l.* 3. *& l.* 5. *C. de Compensat.* Cujac. in *Not. ad lib.* 4. *C. tit.* 31. in dicta *l.* 3. Donell. *Comm. jur. civil. lib.* 16. *cap.* 15. *vers. sexta causa. fol. mihi* 694. Peregrin. *de Jur. fisc. lib.* 6. *tit.* 7. *num.* 15. *in fine.* Hothoman. *lib.* 16. *epitom. tit.* 2. *num.* 6. Gloss. in

in dicta *l.3.C.de Compensat.* & ibi. Barbosa *num.*8.Zanger.*de except.part.*3.*cap.* 8.*num.*31.Niger *eodem tractat.cap.*3.§.1 *num.*26. Bersan. *de Compensat. cap.* 2. *quæst.*10.*num.*22. Azo *Summ.C.de Compensat.num.*10. Hahnius ad wesembec. *lib.*16.*digest.tit.*2.*num.*10.

112 Limitatur 13.Ut de publico ad privatum debitum non admittatur compensatio,etiam si esset debitum personæ,quæ ut privata debitrix fuisset text. in *l.3.C.de Compensat.*Zas.in *§.In bonæ fidei:vers.Hoc de facto institut.de act.*Bart. in dicta *l.3.C.de Compensat.*Medic.*Opusc.de Compensat.quæst.*38.*num.*9.Eò quia favor publicus præfertur privato text. in *l.unic.C.deOffic.comit.sacrar.largit.lib.* 10.text.in *l.Præscriptio* 6. *C.de Oper. public.*

113 Limitatur 14. Ut adversùs fiscũ petentem collectas non admittatur compensatio text.in *l.In ea.l. Ex venditione. C.de Compensat.*text.in *l.Non utique.§.Si autem.ff.de administrat.rer.ad civil.pertinent.*text.in *l.Ob negotium.ff. de Compensat.*Ægyd.Thomat. *tractat.de Collect.§. Exposuimus.num.*19.Solorzan.*de Jur.Indiar.lib.*1.*cap.*20.*num.*70.*tom.*2.

114 Limitatur 15. Ut ob negotium copiarum expeditionis tempore mandatum,curator damnatus pecuniam cum sibi debito compensare nequeat text. in *l.Ob negotium.*text.in *l.* 20.*ff. de Compensat.*Duaren.in *tit.ff.de Compensat.cap.* 2.*in fine.& lib.*1.*disputat.anniversf.cap.*26. Hotoman.*lib.*16.*epitom.tit.*2.*num.*6.Azo *Summ.C.de Compensat.num.* 14. Gregor. *Syntagmat.jur.part.*3.*lib.*21.*cap.*22.*num.* 6.Trentacinq.*Variar.resolut.tit. de Compensat.resolut. unic. num.* 13. *lib.* 3. *vol.* 1. Gloss.in dicta *l.Ob negotium.* & ibi Anton. Faber. *ff.de Compensat.* Cujac. *Recitat.solemn. ad lib.* 4. *C. tit. de Compensat. litera.C.*

115 Limitatur 16.Debitor fisci, vel Civitatis ex causâ alimentorũ,vel copiarũ compensationem objicere nequit text. in *l.In ea* 3.*C.de Compensat.* text.in *l. Ob negotium. ff. eodem.* Alimenta,& Annonam copias appellamus *l.*4.*C.Theodosian de Oper.public.* Cassiod.in *Psalm.*31. ait, *copias victuales parciùs dari.& in Psalm.* 77.*&* 117.*qui jussam copiam.*

At nũc nobis altera se se offert exa- 116
minanda quæstio. Finge quod quidam cum statione fiscali hujus territorii,ita contraxit:ut aliquod conduceret portorium hujus territorii,quo nomine mercedem fisco, & huic stationi debebat. Idem stationi fiscali proximi territorii, eidem Principi subjecti,mutuam pecuniam dederat ad eandem quantitatem,aut etiam majorem,quam debebat hoc loco; convenitur à statione hujus loci: compensare desiderat,quæ sibi à vicina statione fisci debentur. Nunc quæritur:an sit hujusmodi compensa- 117
tio admittenda? Et affirmandum videtur; eò quia fisci debitor compensare potest, quod sibi fiscus debet,dummodò non compenset, in illis causis, quas Imperator Alexander Severus excipit in *l.In ea* 3. *C.de Compensat.* In nostro casu debitor conveni tur à fisco,& compensare vult, quod sibi idem fiscus debet.Nam quod debetur à viciná statione,ab eodem fisco debetur.

Sed respõdetur,quod ab alia statio- 118
ne, quàm ab ea,quæ petit, compensari non posse Donell.in *l.*1.*num.*4.*C.de Compensat.* Gregor. *Syntagmat. jur. part.* 3. *lib.*21.*cap.*22. *num.* 6. Diego *Opusc. de Compensat.fol.mihi* 14.Amaya.in *l.*1.*num.* 16.*C. Ne fiscus rem,quam vendid. lib.* 10. Duaren..*ad tit.ff.de Compensat. cap.* 2.*in fine.*Zanger.*de Except.part.*3.*cap.*8.*num.* 16.Donell.*comm.jur.civil.lib.* 16.*cap.* 15. Borcholt.*Opusc.de Compensat.cap.*15.

At hæc repugnari videntur;quoni- 119
am debitor compensare potest, quod debetur ab ea statione, quæ petit, quoniam vicissim à fisco debetur, cur non igitur compensare potest,quod debetur ab alia statione,cum pariter à fisco debeatur? Hæc contraria non sunt; quia id constituit Antoninus Imperator propter officiorum confusionem, hoc est non, ut aliqua officiorum coususio contingat, sed ut ea confusio vitetur text.in *l.*1.*C.de Compensat.*

Duæ sunt causæ vitãdæ hujus con- 120
fusionis.Prima,quia hæc confusio nocet stationibus,& officiariis,ac officiorũ administrationi adversatur Leo in dicta *l.*1 *num.*7.*C.de Compensat.* Sabell. *Summ. diversor.tractat. §. Compensatio. num.*24.
Pe-

Peregrin.*de Jur.fisc.lib.6. tit. 7. num.* 15. Molina *de Just.& jur.tractat.2.disputat.* 560.*num*.25.Ricc.ad Afflict.*decis*.192. *in fine*.Diego.*Opuscul.de Compensat.fol. mibi* 14. Bersan. *cap.* 2. *quæst.* 10. *num.* 15. Gregor.*Syntagmat jur.part.3.lib.*21. *cap.* 22.*num*.6. Christin.*dec. Belg*.39. *num.* 1. *vol*.1.Gothofred.in *not.ad dictam l.* 1. *C.*
121 *de Compensat*.Nam si statio hujus loci compelleretur compensatonem admittere, earum rerum,quæ alii stationi debentur; cogeretur in ea inquirere, quæ altera statio ageret, & revidere, quæ rectè gesta sint;& an debeantur ab illa, quæ esse debita dicuntur, ut animadvertitAmaya in *l*.1.*num.* 18. *C. Ne fiscus*
122 *rem, quam vendid.lib*.10. Quapropter hæc statio oneratur ultra quàm administrationi proposita est,& ex hac confusione oritur fisco periculum manifestum. Quippe si compensatiolocum sibi vindicaret adversùs hujus loci stationem, fieri posset, ut altera statio ignoraret quod debet;aut ejus stationis successores, in qua ignorantia facilè erit debitori compensationem opponenti, iterum exigere debitum suum ab ea statione,à qua debebatur.Secunda,quia aliàs inminens esset periculum fisci, quoniam fieri posset, ut postea exigere nequeat solutum, aut si petere velit, minimè solvendo sit debitor Donell.in *l*.1.*C.de Compensat.num*.4.*vers. respondeo in fine*.Brũneman.in *l*.1.*C. de Compensat*. Afflict.*dec*.192.*num*.4. Vivius *Commun. opin.lib*.4.*opinion*.114.*num*.8.Bersan. *de Compensat.cap*.2.*quæst*.10.*num*.5. Moneta *de Decimis cap*.9. *num.* 137: Medic. *Opusc. de Compensat. quæst.* 38: *num.* 5. Amaya in *l*.1.*num*.18.*in fine. C. Ne fiscus rem, quam vendid.lib*.10.Donell. in *l.* 1. *num*.4.*C.de Compensat*.

123 Sed an locum assequatur compensatio in casu text.in *l.Ob negotium*.20.*ff.de Compensat*.Sciscitandum nunc se se offert? Prædicti textus casus hoc modo panditur ab Accursio. Effinge Principem quemdam exercitui præposuisse: puta Ducem; isque præcepit alicui,qui curator nuncupari consuevit, ut omnem copiam rerum exercitui suppeteret:Si fraudem patret,quia forsan illam in proprium usum convertit, & fisco condemnetur; & fiscus condemnato in tantumdem teneatur: quærit Papinianus *lib*.12.*Responsor.* An possit fisco compensationem objectare?

Et affirmativè respõdendum videtur juxta dispositionem text. in *l*.1.*ff.de Compensat.* Ubi compensatio permittitur, quoties ex utraque parte adest debitum, & creditum, cum satius cuique videatur, ac commodiùs non solvere, quàm postea solutum repetere text. in *l.Ideo* 3.*ff.de Compensat*. Sed qui ob negotium mandatum copiarum, expeditionis tempore condemnatus est, efficitur tantùm debitor fisci, vel Reipublicæ. Ergo non eò minùs ei indulgendum est, ut compensationis jure pecuniam retineat, si tantundem ei à fisco, vel à Republica debeatur argument.text.in *l*.1. *C .de Compensat*.& text.in *l. Idem juris* text.in *l.final.ff.de Compensat*. 124

Sed his parum obnitentibus, contrarium docuit Papinianus in dicta *l. Ob negotium.ff.de Compensat*.Nempe hujusmodi condemnatum neutiquam posse compensationem Fisco objectare; ut hisce met verbis ipse Papinianus explicuit ibi: *Ob negotium copiarũ expeditionis tempore mandatum, curatorem condemnatum pecuniam jure compensationis retinere non placuit, quoniam ea non compensatur*.Ratio hujus legis esse potest, quod multoties compensatio interdicitur ob repugnantiam ex parte rei compensandæ. Plures res adsunt, quæ debentur, solvique possunt, & tamen compensari nequeunt; quarum numero injungitur pecunia publica ex causâ frumẽtariâ,vel ex causâ militaris annonæ; hæc enim compensari non potest,ut Papinianus docuit in hac lege *Ob negotium*,& latè asseruit Faber.*lib*.16. *Rational.tit*.2.*in cõment.ad l.Ideo condemnatus* 17. *ff. de Compensat.* Hoc inductum cernitur favore,non tam fisci, vel Reipublicæ, quàm Annonæ publicæ, vel militaris,quæ una maximè dicitur ex iis rebus, quæ ad Reipublicæ salutem attinet. Aliàs nunquam debitor publicæ pecuniæ compensationis beneficium,seu privilegium adipisceretur, quod falsum esse demonstrat idem Papinianus in *l.Debitor*.19.*ff.de Compensat*. 125 126 127 128

Ex-

Exceptis casibus, quos memorat Imperator Alexander in *l. In ea 3. C. de Compensat.* & quem in *l. Aufertur. §. Qui com-*
129 *pensationem. ff. de Jur. fisc.* Contuemur. Nec species text in dicta *l. Ob negotium* oportet effingi, ut debitor damnatus, pecuniā in propriū usum convertisset; ut nō rectè Accursius arbitratur, ut *l. Ob negotium* cum *l. Ideo.* Concilietur, cum rectiùs asserendum occurrat, hujusmodi legem *Ob negotium*. De pecuniâ publicâ, ac frumentariâ. Illam verò scilicet legem *ideo.* non de pecuniâ frumentariâ, publicâ, vel annonariâ, sed de privatâ loqui.

130 Sed stultè aliquid fieri non posse offirmatur; nisi negationis ratio consultè annectetur. Quocirca oportet rationem, quare condemnato ob negotium copiarum expeditionis tempore mandatum equidèm compensatio abnegetur, perscrutari? At eam spontè nobis idem Papinianus; licèt ineptam obtulit in dicta *l. Ob negotium.* Quò postquam condemnato compensationem diffitetur, abnegationis hujus, rationem subdens, inquit: *Quoniam ea non compensatur.* Sed hanc Papiniani rationem malam esse meritò non tacuit Faber. *lib. 16. Rational. tit. 2. ad dictam l.*

131 *Ob negotium.* Quippe illa ratio est legis illius præcipuum thema: quadecausa talis pecunia non compensetur. Unde Faber asseruit, stultam Papiniani rationem explicandam esse, tamquam si Papinianus scriptitatum ibi reliquerit, ideo pecunia illa non compensatur,
132 quia compensabilis non est; ut simili modo Paulus in *l. Hæredes 25. §. An ea stipulatio. ff. Famil. erciscund.* Affatur stipulationē per legē duodecim tabularū non dividi; quia dividi nequit. Eundem loquendi modum imitatus fuit Jurisconsultus Marcianus in *l. In quartam 91. ff. Ad Leg. falcid.* Denegans imputari in quartam falcidiam res, quas jure legati, vel fideicommissi, vel implendæ conditionis causâ hæres accepit; hanc
133 rationem reddidit. *Nam hæ in quartam non imputātur.* Hine opportunitate desumptâ Accursius plures cōnumerat casus, in quibus compensationi locus neutiquam peribetur. Ac denique asseverat, quod si quod hinc inde petatur, quod consistat in jure, ac genere, compensationem optimè locum sibi adsciscere posse, quam opinionem comprobat text. in *l. 1. §. Si cum. ff. Si pars hæredit. petat.* text. in *l. Qui non militabat 78. ff. de Hæredib. instit.* text. in *l. Deducta 58. §. Acceptis. versicul. cum autem. ff. Ad Senatusconsult. Trebellian.* tex. in *l. Unum ex familia 67. §. Sed si uno. ff. de Legat. 2.*

SUMMARIUM.

1 *Judicis officium in compensatione admittenda est necessarium, quando non fit ipso jure; sed ad partis petitionem, & officium dicitur ab efficiendo, & unicuique congruit personæ.*
2 *Officium munus publicum, & honorem significat.*
3 *Officium quandoquidem officiales ipsos, & ministros, Magistratum, ac Præsidem importat.*
4 *Officium interdum sumitur pro officio Præsidum, Comitum, Præfectorum, & Procuratoris fisci.*
5 *Officium Præsidiale, censuale, cobortale comitationum ubi dicatur.*
6 *Officium quid sit.*
7 *Officium multoties sumitur pro obsequio.*
8 *Officiosus quis dicatur.*
9 *Officium pro alicujus artis ratione accipitur.*
10 *Officina in quo differat à taberna.*
11 *Officio Judicis quid intelligatur.*
12 Refertur text. in l. Qui per collusionem 51. §. Pretii forte. ff. de Act. empt. & vendit.
13 *Compensatio admittitur in iis rebus, quæ jure actionis petuntur.*
14 *Agere sine actione nemo potest.*
15 *Sententia diffinitiva lata Judicis officium conquiescit.*
16 *Creditor, qui pro consequendo debito eodem tempore exactionem, & petitionem non habet, nequit consequi creditum.*
17 *Officio Judicis quod debetur rectè compensari potest,* & memorantur Doctores hanc conclusionem amplectentes.
18 Refertur text. in l. Si ambo 10. §. In sti-

59 Ju-

59 *Judex si compensatio adversùs actionem depositi opponatur ex officio hujusmodi compensationem refellere debet.*
60 *Judex quando cognoscit compensantem compensationem opponere non posse; etiam parte tacente eum ex officio repellere debet.*
61 *Judex quando scit quantitates hinc inde deberi, ex officio compensationem inducere potest, quamvis partes nihil dicant.*
62 *Disciplina contrariorum eadē esse debet.*
63 *Judex si adhuc durat jus partis ex officio compensantem pellere debet.*
64 *Tacens consentire videtur quando limitationem patiatur.*

ARGUMENTUM.

Utrùm id, quod Judicis Officio debetur possit compensari.

QUÆSTIO II.

1 JUdicis namque officii necessitatem perpetem, in compensatione admittenda quidèm intueor; præsertim in casibus, in quibus, ut locū assequatur, partis objectatio poscitur; cum compēsationis vim ex Judicis nutu capessendam iussisset Justinianus in *l. Final. C. de Compensat.* Qui rescriptum Alexandri in *l Si constat 4. C. de Compensat.* Imitari forsan præsumpsit. Quum enim partis objectione aspernatā, compensatio locum sibi arrogat, tunc quamvis in primordiis authoritas Judicis nusquam exoptetur: attamen post inductam ipso jure compensationem à lege; factam esse præstituit; non antequā fiat, cum Judex præsagire non possit. Sed compensationem factam ratam esse pernoscit, ejusque vires authoritate propriā suffulcit, ac efficit, ut debitores, & creditores à debiti nexu solvantur. Unde officium, nec malè ab efficiendo etymon capessivit, & unicuique congruit personæ Donat. ad Terent, in *Adelph. act. 1. scen. 1.* Præterea hoc nomine utuntur Latini pro beneficio, seu pro honesto quodam obsequio, & pro eo, quod publicè fit, ut cū Ulpianus dicit in *l. 2. ff. de Regul. jur.* Fœminæ ab omnibus officiis civilibus, vel publicis remotæ sunt. Dicitur quoque Magistratus officium text. in *l 1. ff. de Jurisdict. omn. judic.* text. in *l. 27. ff. de Verbor. oblig.* text. in *l. 22 ff. Si cert. petat.* text. in *l. 1. §. An autem. ff. de Postuland.*
Officium etiam munus publicum, honoremque significat text. in *l. 2. ff. de his, quibus ut indign.* text. in *l. 4. §. 1. ff. de Officio procons.* text. in *l. 12. §. penult. ff. de Judic.* text. in *l. 6. ff. de Cap. diminut.* text. in *l. 2 ff. de Regul. jur.* Modò Officiales ipsos, & Ministros Magistratuum, ac Præsidum text. in *l. 6. §. Ne tenuis ff. de Offic. præsid.* text. in *l. 74. ff. de Evict.* text. in *l. 72. ff. de Furt.* text. in *l. 6. C. de Sentent. & interlocut.* text. in *l. 33. C. de Decurionib. lib. 10.* text. in *l. 1. C. ad Turpill.* Et ita accipitur officium Præsidum, Comitum, Præfectorum, & Procuratoris fisci text. in *l. 3. C. Quand. fisc. vel privat.* text. in *l. 2. & 3. in fine. C. de Canon. largit. lib. 10.* text. in *l. Unica. in fine. de Collat. don.* text. in *l. 54. C. de Decur. lib. 10.* text. in *l. 1. C. Ne fisc rem, quam vend.* text. in *l. 1 C. de Bon. vacant.* Tertull. in *lib. de Fuga in persec. ad fin.* Sueton. in *Cæsar.* Quapropter dicitur officium præsidiale text. in *l. 1. C. de Præscript. 30. ann.* Officium censuale text. in *l. 18. ff. de Testament:* Symmach. in *lib. 1. epist. 46.* Officium cohortale text. in *l. 33. C. de Appell.* Officium comitianum text. in *l. 2. C. de Offic. mil. jud.* Loca etiam, ubi officiales resident nuncupātur officia text. in *l. 7. in fine. ff. Qui satisd. cog.* text. in *l. 17. ff. de In jus vocand.* & patet ex Plin. *lib. 1. Epistol. Paucos post dies ipse me Regulus convenit in prætoris officio.* 2 3 4 5
Est enim officium juxta Vallam *lib. 4. Elegant. ling. latin: cap. 30.* Virtutis actio, aut ut vult Lang. *Polyant. verbo. Officium.* Videlicet quod sit id, quod quisque efficere debet pro suæ personę conditione. In quo animadvertere oportet, quid loco conveniat, quid tempori, quid rerum, aut personarum digni- 6

gnitati. Inde illud est, quod dicitur à multis, in familia benè instituta omnes in officio sunt; hoc est omnes agunt quod debent Cicer. ad Terent. *lib.* 14. *Tantum scribo, si erunt in officio amici, pecunia non deerit.* Plaut. in *Mostell. act.* 1. *scen.* 1.

Officium nostrum tibi carmine factum.
Ovid. *lib.* 13. *Metamorphos.*

Sentiet officium mæsta favilla pium.
Plaut. *Pseud. act.* 1. *scen.* 3.

Ecquid in officio thorus est socialis?
Ovid. *de Trist. lib.* 2. *Eleg.* 3.

Officiis præfuit ille meis.

7 Nonnunquam officium pro obsequio sumitur à Valla. *lib.* 4. *Elegāt. cap.* 30. *Et missi sunt Legatis obviam Cives officii gratia; & circumstabant Senatores Cæsarem sedentem in aurea sella, officii gratia, idest honoris gratia, quem legatis, Cæsarive exhibere debemus. Nihil enim tam nos decet, quàm merenti, vel honorem exhibere, vel opem ferre.* Quo factū est etiam, ut officia significēt beneficia, sive obsequia. Unde illud Ciceronis: *Odiosum sanè genus hominum est officia exprobrantium, quæ meminisse debet is, in quem collata sunt, non commemorare, qui contulit.* Et illud Quintiliani: *Duxit me similis ætas, evicerunt officia, cepit fides, amantem*

8 *odisse non potui.* Unde officiosus dicitur is, qui libenter, vel probè officium, seu beneficium alicui exhibet; sive qui obsequitur libenter, & gratificatur cui debet. Cicer. in Octavio: *Hominem prudētem, & officiosum cognosces.* Et Ovid. *lib.* 5. *Eleg.* 7. *de Tristib.*

Tempore tam longo, cur non tua dextera versus,
Quamlibet in paucos officiosa fuit?

Cicer. *ad Attic. lib.* 13. *Equidèm si ex omnibus esse eligendum nec diligentiorem, nec officiosiorem facilè delegesim Lestorio.* Ovidius *lib.* 5. *Fastor.*

Stella est in cunas officiosa Jovis.

9 Quandoque capessitur officium pro alicujus artis ratione Calepin. *verbo. Officium.* Valla *lib.* 4. *Elegant. cap.* 30. Lang. *Polyanth. eodem verbo.* Unde dicitur officium Grammatici, officium Medici, officium Architecti. Hinc

10 est officina, idest locus ubi artifices sua opera faciunt. Differt à Tabernâ. Nam Officina dicitur ubi opera efficiuntur: Taberna verò ubi venduntur: Quamobrem opifices, & tabernarii dicuntur.

Officio Judicis intelligitur omne id, 11 quod ei tacitè pro jure suo commissum est, licèt in formula prætor nullam fecerit mentionem text. in *§. final. Institut. de Perpet. & temp.* Si ante rem judicatam, is cum quo actum est, actori satisfaciat, officium Judicis est eum absolvere text. in *l.* 9. *ff. de Furt.* Sed si eam à fure vendicassem, conditio mihi manebit; & potest dici officio Judicis, qui de proprietate cognoscit contineri, ut non aliter jubeat restitui, quàm si conditionem petitor remitteret text. in *l. Planè* 38. *ff. de Petit. hæredit.* Ubi quæ perspicuam æquitatem habent, Judicis officio contineri dicūtur text. in *l. Cum is* 44. *ff. de Petit. hæredit.* Sic in *l.* 7. *ff. de Negot. gest. Tantundem*, ait Paulus, *in bonæ fidei judiciis officium Judicis valet, quantum in stipulatione nominatim ei rei facta interrogatiò.*

His porrò exaratis, ut pollicitæ hy- 12 pothesi perhibeatur exordium id, quod officio Judicis debetur neutiquam cōpensari posse videbatur. Hujusce sententiæ fulcimenta tria annumerantur. Primum est text. in *l. Qui per collusionem* 51. *§. Pretii sorte. ff. de Act. empt. & vendit.* Ubi Jurisconsultus Hermogenianus *lib.* 2. *Juris*, docet, quod ea, quæ veniunt Judicis officio, principaliter peti non possunt. Hermogeniani verba sunt hæc: *Pretii sorte, licèt post moram soluta, usuræ peti non possunt: cum hæ nō sint in obligatione; sed officio Judicis præstentur.* Sed quod debetur officio Judicis non est in obligatione, ut advertit Faber *Rational. in dicta l. Qui per collusionem. §. Pretii. ff. de Act. empt.* At com- 13 pensatio dumtaxat admittitur in iis rebus, quæ jure actionis efflagitantur text. in *l.* 1. *ff. de Compensat.* text. in *l.* 2. & 4. *ff. eodem. §. In bonæ fidei. & §. Compensationes. Institutionib. de Act.* Ergo in hoc casu compensatio refellitur. Et si 14 hoc in casu admitteretur compēsatio, sequeretur absurdum; videlicet quod quis seu agens ageret absque actione, quod non est dicendum text. in *l. Si pupil-*

pilli. §.*Videamus.* *ff.de Negot.gest.* text. in *l.Quoties.* §.*Si temporali.ff.de Administrat.tutor.*

15 Secundum est text. in *l.Si deposita pecunia* 4. *C.de Deposit.* Ubi Alexander Imperator rescripsit, quod latâ definitivâ sententiâ, Judicis officium conquiescit.

16 Tertium est, quod quoties creditor pro nanciscendo debito eodem tempore, exactione, & petitione non potitur; nequit assequi creditum, quia caret actione text. in *l.Si pupilli.* §.*Videamus.* *ff.de Negot.gest.* Ergo neque per compensationem creditum adipisci text. in *l.*1. & *l.*4.*ff.de Compensat.*

17 At his omnibus haudquaquam obluctantibus, contrariam opinionem sectandam esse arbitrabar, nempe id, quod Judicis officio debetur, rectè compensari posse, ipsamque insequuntur Budëus in §.*In bonæ fidei. in fine. Institut.de Act.* Medices. *de Compensat.part.* 1.*quæst.*3. *num.*1. & *quæst.*7. *num.*2. & *part.*2.*quæst.*31.*num.*34. Brunneman.in *l.Etiam quod natura* 6.*num.*2.*ff.de Compensat.* Bersan.*de Compensat.cap.*1.*quæst.* 18.*num.*8. Tyndar.*de Compensat. art.*10. *versic.Octavus.* Hothoman.in *l.Ex causa judicati.in fine.C.de Compensat.* Gloss. in *verbo. Alias. Institut.de Act.* Bart. in *l.Etiam* 5.*C.de Compensat.* Donell.*Commēt.jur. civil. lib.*16.*cap.*15.*fol.mihi* 697. Paul.de Castro. in *l.Si ambo* 10. §.*Quoties. ff.de Compensat.* Zas.in §.*In bonæ fidei. Institut.de Act.* Bartol.in *l.final.* §.*ultim. ff.de Condit.indeb.* & in *l.final. C.de Compensat.* Oynotom. in dicto §.*In bonæ fidei.num.*29. *Institut. de Act.* Medices *opuscul.de Compensat.quæst.*39. *num.* 1.*part.*1. Jaso. in prædicto §.*In bonæ fidei.num.*85.*Institut.de Act.* Bersan. *de Compensat.cap.*2.*quæst.*13.*num.*6.

18 Fulcitur hæc opinio dispositione textus in *l.Si ambo* 10. §.*In stipulationibus. ff.de Compensat.* Ubi Ulpianus inquit: *In stipulationibus quoque, quæ instar actionum habent, & in prætoriis, compensatio locum habet, & secundùm Julianum, tam in ipsa stipulatione, quàm in ex stipulatu actione poterit objici compensatio.*

19 Secundò nititur textu in *l.Etiam si fideicommissum* 5. *C.de Compensat.* Ubi Alexander Imperator præstituit, quod non solùm actio, sed etiam Judicis officium, quod olim pro fideicommisso proponebatur, potest per compensationem excludi. Alexandri verba sunt hæc: *Etiam si fideicommissum tibi, ex ejus bonis deberi constat, cui debuisse te minorem quantitatem dicis, æquitas compensationis, usurarum excludit computationem. Petitio autem ejus, quod amplius tibi deberi probaveris sola relinquitur.*

Nunc autem non obstant contrariæ 20 sententiæ fundamina. Nam ad primum ex textu in dicta *l.Qui per collusionem.* §.*Pretii sorte.* Respondetur, quod licèt in bonæ fidei judiciis ex die moræ, usuræ Judicis officio debeantur text. in *l.Mora* 32. §.*In bonæ fidei.* text. in *l.Usuræ* 34. text. in *l. Et in contraria* 37.*ff.de Usur.* Et quāquam solutio sortis, usurarum petitionem impedire possit ex stipulatione debitarum text. in *l. Centum Capuæ* 8. text. in *l.final.ff.de Eo quod cert.loc.* Tamen mihi videtur asse- 21 rēdum, quod in casu prædicti §.*Pretii sorte*, licèt post morā sorte solutā usuræ quoque ex die moræ peti possint, quāvis Judicis officio dumtaxat debeātur. Quamobrem si hoc verificatur, videlicet, quod id, quod Judicis officio debetur peti possit, rectè procedit nostra cōclusio. Nam si pro eo, quod Judicis officio debetur conceditur petitio, locum habebit compensatio, cum hæc in iis tantùm, quæ jure actionis petuntur admittatur text. in *l.*1.& *l.*4.*ff.de Compensat. in* §.*Prætori.* Ideò Hermogenianus, usurarum debitarum post moram petitionem denegavit, quia Judicis officio debebantur, quod cum minimè petitionem producat, peti nequeunt; benè verum est, quod sorte solutâ, usuræ debitæ ob moram, post sententiam antecedentem non petuntur text. in *l.* 4.*C.de Deposit.* text. in *l.final.in fin. C.de Usur.rei jud.* Et etiam ibi usuræ debitæ Judicis officio peti non possunt, quia solutâ sorte, Judicis officium mercenarium extinguitur, prout ex Baldo adnotavit Gothofredus in dicta *l.Qui per collusionem.* §.*Pretii. lit. C.* ibique Bart. & Faber. Sed ut terminos diffi-

cul-

cultatis magis perstringam dico, quod non per hoc, quod Judicis officium, actionem, seu petitionem non gignat,
22 minimè ex hoc sequitur, compensationem locum non habere, quia licèt obligatio naturalis nullam producat actionem Gloss. in *verbo. Jus. in princip.de Act.* Oynotom.& omnes Institutistæ in *princip.Institut.de Obligat. num.* 23.Tamen producit exceptionem text. in *l.Jurisgentium* 7.*§.Sed cum nulla.ff.de Pact.* Igitur cum compensatio sit exceptio text.in *l.Unusquisque* 4.*ff.deCompensat.* Nihil mirum si admittatur,ubi non datur actio; quod apertiùs elucescit ex Ulpiano in *l.7. ff. de Compensat.* Ubi id, quod naturaliter tantùm debetur,rectè compensatur.Ulpiani verba sunt hæc: *Etiam quod natura debetur venit in compensationem*. Ex quibus apparet, quod quamvis pro eo, quod Judicis officio debetur, non competat actio, non per hoc denegatur compensatio, quæ & in debitis etiam naturalibus locum habet, licèt pro eis non competat actio text. in *l.Jurisgentium* 7.*§.Sed cum nulla.ff.de Pact.*
23 Non reluctatur secūdum ex *l.4.C.de Deposit.*Quia ideo ibi Judicis officium conquiescit, quia extinctâ principali actione depositi, quamvis non per solutionem, sed solùm per sententiam, & rem judicatam si nihil de usuris in sententia dictum sit, cum ex mora peti eæ ampliùs non possint, ratione illâ, quod non duæ sint obligationes; una sortis, altera usurarum; sed una dumtaxat sortis debitæ, quæ cum semel in judicium, & ad condemnationem deducta sit, repeti ampliùs non potest, quin exceptio rei judicatæ actori objiciatur, vel juxta Glossam,quia non potest subsistere accessorium sine principali text.in *l.Qui liberis.ff.de Vulgar.& pupill.substit.*text.in *l.Cum principalis.ff. de Regul.jur.* text.in *§.Fidejussores. Institut.de Fidejuss.*
24 Minus opponitur tertium,quia licèt actor absque actione agere nequeat text.in *l.Quoties. §.Si temporali. ff.de Administrat.tutor.*Tamen hoc nō procedit in casu nostro, quoniam hic objiciens compensationem,actione non indiget; siquidèm non agit, sed excipit text: in *l.Unusquisque. ff.de Compensat.* text.in *l. 2.ff.de Except.* Sed huic solutioni re- 25
fragatur textus in *l.1.ff.de Except.*Ubi Ulpianus docet, quod agere is videtur, qui exceptione utitur: Nam reus in exceptionibus actor est.

Hoc haud obnitente dic, quod reus 26
in exceptionibus actor impropriè dicatur,quia ut ait Glossa in dicta *l.1. verbo. Videtur.* Non est actor;sed officium actoris exercet. Nam contrariæ sententiæ fundamentum, in eo dumtaxat innititur, videlicet, quod actor sine actione contra debitorem agere nequit; at vel compensationem objicientem accipiamus, tamquam actorem, vel tamquam reum, utroque tamen casu compensatio admittenda: Si ut actorem patet, quia compensatio, in iis, quæ jure actionis petuntur locum habet text.in *l.1.ff.de Compensat.* Si ut reum, eodem modo, quia quamquam actione careat, compensare quit text. in *l.Etiam 7.ff.de Compensat.*

Ampliatur 1. Nostra principalis 27
cōclusio, ut possint quoque accessoria compensari, quæ pro eo, quod officio Judicis debetur veniunt, cum accessorium sequatur naturam sui principalis text.in *cap. Accessorium. de Regul.jur.in* 6.text.in *cap.Si Super gratia. de Offic.deleg.in* 6. text.in *l.Etiam. C.de Jur.dot.*Et in terminis id amplectuntur Medices *opuscul. de Compensat. quæst.*39. *num.*3. *part.*1. Bersan. de *Compensf.cap.2.quæst.* 13.*num.*8.Bald.in *l.Si constat* 4. *column.* 2. *C.de Compensationibus*.

Ampliatur 2. Etiam procedere in 28
prætoriis stipulationibus text. in *l.Si ambo* 10. *§.In stipulationibus. ff.de Compensat.* Zasius in *§.In bonæ fidei. num* 24. *ad finem. Institut.de Act:* Bersan.*de Compensat. cap.2.quæst.*13.*num.*7.Bartol.in *l.5.C.de Compensationib.* & Oynotom. in dicto *§.In bonæ fidei. num.*29.*Institut. de Act.* Qui ex Zasio *loco supra relato.* Hoc exemplificat, in prætoriis stipula- 29
tionibus, ut est cautio de damno infecto, quando à te, qui ruinosas ædes habes, damni infecti cautionem peto, & tu es contumax; ut per Judicem mittar in possessionem domus tuæ ruino-

sæ. Si tu postea habeas ædes in alio loco, quibus mea domus etiam in alio loco sita minatur ruinam, eandem cautionem à me petas, compensatione uti possum, tu non cavisti mihi, nec ego tibi cavebo.

30 Limitatur 1. Conclusio, quando in medio aliquod adest obstaculum. Nam tunc compensatio refellitur Bart. in *l. final. §. final. ff. de Condict. indeb.* & in *l. Stichus. §. Lucius. num. 4. ff. eod.* & in *l. Etiam. num. 1 ff. de Compensat.* Jaso in *§. In bonæ fidei. num. 26. Institut. de Act.* Aretin. in *l. Si servus. ff. de Furt.* Bersan. *de Compensat. cap. 2. quæst. 13. num. 10.* Ut si
31 competeret in integrum restitutio. Nam tunc compensatio nequit opponi Aretin. in *§. In bonæ fidei. num. 11. Institut. de Act.* Hæc limitatio cessat, quan-
32 do per officium Judicis obstaculum adimeretur, videlicet si debitum non directè ex officio Judicis proveniat Bart. in *l. Stichus. §. Lucius. num. 4. ff. de Condict. indeb.* Medices *de Compensat. quæst. 39. part. 1. num. 1.* Nec procedit prædicta limitatio, ubi debitum esset officio Judicis nobili, non mercenario Medices *loc. cit.* Bersan. *de Compensat. cap. 2. quæst. 13. num. 12.*

Omnibus, quæ ad præcipuā sciscitationē attinebant dilucidatis, nunc percūctari sequitur, quale debeat esse Judicis officium in admittenda, vel excludēda compensatione? Cui rogitationi, ut sa-
33 tis eamus, scire oportet, quod oppositâ compensatione, extremis habilibus præsuppositis; nihilominus tamen donec Judicis sententia lata sit remanet in suspenso, quia Judicis arbitrio relinquitur compensationem admittere, vel refellere text. in *l. final. C. de Compensat.* text. in *§. In bonæ fidei. & in §. Compensationes. Institut. de Act.* Et qui-
34 dem meritò, quia quæ in jure determinata non sunt Judicis arbitrio relinquenda esse docet Jurisconsultus in *l. 1 ff. de Jur. delib. l. In venditione. ff. de Bon. auth. Judic. possid.* text. in *cap. De causis. §. 1. de Offic. delegat.* Et hoc procedit in iis casibus, in quibus compensatio ab homine est opponenda, juxta text. in *l. Unusquisque 4. ff. de Compensat.* Secus
35 in his, in quibus compensatio fit ipso jure absque partis oppositione, de quibus dixi latè in *quæst. 6. lib. 1. tom. 1.* Nam in iis quasi Judici imponitur necessitas declarandi compensationem factam fuisse text. in *l. Si constat 4. C. de Compensat.* Præcipuè favore pauperum debitorum, qui fortassis aliunde, eorum debita non habent, ut solvant.

In compensatione verò triplex esse 36
debet Judicis officium. Primum ex naturâ judicii divisibilis, veluti in duobus judiciis divisoriis familiæ erciscundæ, & finium Regundorum, quod est quasi divisorium text. in *l. In tribus. ff. de Judic.* text. in *l. Mævius. §. Arbiter. ff. Famil. erciscund.* text. in *§. final. Institut. de Offic. Judic.*

Secundum ex naturâ accessionis, ad 37
Judicis officium pertinentis, in supplendos sumptus factos in re alienâ, qui in rei vindicatione debentur, & Judicis officio cum fructibus perceptis compensantur, usque ad concurrentem quantitatem text. in *l. Sumptus. ff. de Rei vindic.* text. in *l. Emptio* text. in *l. In fundo. ff. Eod.* Nec compensationis exceptio est necessaria, sed dumtaxat sufficit crediti probatio. Nam Judex compensationem supplet text. in *l. Si quis missum. §. Judex. ff. de Damn. infect.* text. in *l. Hactenus. §. final. ff. de Aqua pluv. arc.* text. in *l. Ædiles. §. Item. ff. de Ædilit. edict.*

Tertium ex plenitudine æquitatis, 38
quæ in bonæ fidei Judiciis versatur, ubi factâ compensatione, Judex hinc inde absolvere potest usque ad concurrentes quantitates text. in *l. Debitor. ff. de Negot. gest.* text. in *l. final. C. de Compensat.* text. in *§. In bonæ fidei.* & in *§. Compensationes. Institut. de Act.*

Officium Judicis in compensatione 39
juxta Tyndarum *de Compensat. art. 9. num. 59.* & Medic. in *Eodem opuscul. quæst. 27. n. 2. p. 2.* Est primò, ut respiciat an res sit compensabilis, vel non, argument. text. in *l. 1. §. Mutui datio. ff. de Reb. cred.* Secundò, an existat validitas obligationum. Tertiò, an causæ, quæ hinc agitātur, ipsam compensationē patiantur. Quartò, an objiciens compensatio- 40
nem eam opponere non impediatur. Quintò, an tempus debitum adsit ad liquidandum creditum, quibus rectè non per-

perpensis, Judex faceret causam suam Doctores in *l. fin. ff. de Variis, & extraord. cogn.* text. in *Princ. institut. de Obligat. quæ ex delict. nasc.* Tyndar. *Opuscul. de Compensat. art.* 9. *num.* 51. & Medices *de Compensat. quæst.* 27. *num.* 3. *part.* 2.

41 In casibus, in quibus compensatio est à parte opponenda, ubi Judicis requiritur officium, eas Judices compensationes admittere debent, quæ jure aperto nituntur, id est quæ paucis ambagibus sūt innodatæ, nec eas, quæ altiorem requirunt indaginem; sed eas solūmodò, quæ Judicibus facilem sui exitum præbeant. Quamobrem Justinianus in *l. final. C. de Compensat.* Id Judices observare jussit, ne ad compensationes admittendas procliviores existant. Nam si eas majorem indaginem exposcentes inveniant, alii eas judicio reservent; pristinamque litem terminali sentētiā componant. Pulchra Justiniani verba sunt hæc. ibi: *Hoc itaque Judices observent, & non procliviores ad admittendas compensationes existant, nec molli animo eas suscipiant; Sed jure stricto utentes, si invenerint eas majorem, et ampliorem exposcere indaginem: eas quidem alii judicio reservent, litem autem pristinam, jam penè expeditam Sententia terminali componant.*

42 Debent autem Judices antequam compensationes admittant expendere, an compensationis requisita concurrant, & an obligatio sit valida, vel eam objiciens habeat opponendi facultatem, & quod debita & credita sint liquida text. in *l. ult. C. de Compensat.* Bald in dicta *l. num.* 15. Medices *Opuscul. de Compensat. part.* 2. *quæst.* 37. *num.* 2. Bersan. etiam *de Compensat. cap.* 1. *quæst.* 10. *num.* 5. Si verò Judices compen-

43 sationis requisita maturè non perpenderint, facient litem suam Tynd. *de Compensat. art.* 9. *num.* 51. Si verò Judices agnoverint requisita compensationis concurrere, tunc eam non ex eorum officio, sed ad partis petitionem admittent Trentacinq. *Variar. Resolut. tit. de Compensat. num.* 19. *lib.* 3. *vol.* 1. Bersan. *de Compensat. cap.* 1. *quæst.* 10. *num.* 8.

44 Concurrentibus enim compensationis validitatibus, Judex meditari debet temporis qualitatem, quo tempore quis utatur compensatione, si enim ante jus actoris liquidatum in dubio dicatur de compensatione, etiam si id, quod in compensatione deducitur, promptâ careat probatione text. in *l. final. vers. ita tam. C. de Compensat.* A sensu contrario. Si verò post liquidatum debitum acto- 45 ris de compensatione dicatur, videat Judex, an dicens probationem, offerat se illicò probaturum, quo casu primò eam admittat, ut præcipit Justinianus in dicta *l. final. C. de Compensat.* Quo facto assignet sibi terminum competentem, ad docendum de debito compensabili Tynd. *de Compensat. art.* 8. *num.* 40. Elapso verò termino, & publicato processu, videat si concurrentia debita sint liquidata, vel non: si liquidata, pro compensatione pronunciet text. in dicta *l. ultim. C. de Compensat.* Idest absolvendo conventum usque ad concurrentem quantitatem text. in *l. Si constat* 4. *C. de Compensat.* text. in *l. Verum. ff. Eod.* text. in *§. In bonæ fidei. & in §. Compensationes Institut. de Act.* In reliquum autem reum actori condemnet, si plus 46 est debitum actoris, quàm rei compensantis, quia nō inducitur in plus liberatio, quàm fuerit solutio facta per hanc viam compensationis text. in *Princip. institut. quib. mod. tollat. oblig.* text. *expressus in §. In bonæ fidei. Institut. de act.* Si verò plus esset debitum rei dicentis de 47 compensatione, quàm actoris petentis, non condemnet actorem reo in judicio; quoniam hoc ad Judicis officium non pertinet, ubi simpliciter per viam compensationis est processum; secus si per viam reconventionis text. in *l. In rebus. § final.* & ibi Gloss. *ff. de Commod.* Gloss. in *l. Cum Papinianus. C. de Sentent.* Sin autem debita liquida non videat, inspi- 48 ciat Judex, an actor probaverit, vel non, & pronunciet, ut si nihil de compensatione dictum esset, cum probata non sit, juxta text. in *l. Qui accusare. C. de Edend.* Si verò compensationem objiciens, se statim probaturum non offert, inspiciat Judex, an debitū in compensatione deductum sit civile, an naturale, vel naturale dūtaxat. In primo

ca-

casu respicere debet ejus exceptionem,
& in aliud judicium excipientis jura
reservet, ut jubet Imperator in *l.final.C.*
de Compensat. Secundo verò casu co-
49 gnoscat de debito naturali tantùm,
cum & hoc profectò in compensatio-
nem veniat text.in *l.Etiam.5.ff.de Com-*
pensat. Posset quoque judex debitam ex-
cludere compensationem, & de ea si
vellet non cognoscere, quia post latam
sententiam pro actore, alteri parti ipso
jure restituũtur actiones, quæ prius per
compensationem fuêre sublatæ. text. in
l.Quod si in diem.ff.de Compensat. text. in
l. Si autem. §. final. ff. de Negot. gest. Et
quamvis in hoc casu actiones restituan-
tur à jure: tamen non est propterea quòd
judex justitiam non fecerit, compẽsatio-
nem debitam excludendo, ideoque ob
hanc compensationis rejectionem, licet
appellare, saltẽ de jure canonico. text. in
cap.Cũ cessãte.& cap.Ut debitus.de appell.
Et eodem modo fortassis de jure civili
poterit appellari, cum interlocutoria nõ
admissionis cõpẽsationis, quæ jus actoris
enervat, absolvere videatur sibi totum
negotium. text. in *l. Intra utile. ff. de Mi-*
norib. Nam in prædictis, judex facit li-
tem suam absque dubio juxta ea, quæ
habentur in *l.final.ff.de Variis,& extr.co-*
gnit. text. in *l. Ex maleficio. §. Si judex.ff.*
de Act.& oblig. text. in *Princip.institut. de*
oblig.quæ ex quas.delict.nasc.
52 Quando compensatio æquiparat
toti credito ab actore petito, actio de-
negatur in totum; pro parte verò, si
particularis sit compensatio text. in *l.*
Si constat 4.C.de Compensat. text. in *§.In*
bonæ fidei. & §.Compensationes. Institut.
de Act. Reus autem priusquam actori
cõdemnetur, vel secus potest appellare
text. in *l.1.§.final.ff.Quæ sentent.sine ap-*
pell.rescind. Bart. in *l.Neque. num.3.C.de*
Compensat. Tyndar. *opuscul. de Compen-*
sat.art.9.num.53. Jaso in *§.In bonæ fidei.*
num.77.Institut.de Act. Bersan. *de Com-*
pensat.cap.1.quæst.10.num.13.
53 Reus verò, qui compensationem
opponit cum credito non existente,
tamquam non creditor declarandus
est Scacc. *de Sentent.& Re judicat. gloss.*
14.quæst.2. num.30. Medic. *opuscul. de*
Compensat.quæst.19.num.6.part.2. Tyn-
dar. in eodem *opusc.art.9.num.13.* Et Ju-
dices debent expressè sententiam re-
probare, aliàs censetur in exequutionis
tempore eam reservare Gratian. *Disce-*
ptat.forens.cap.445. num.22. Rota post
Zacch. *de Salar. decis.90. num.19.* Ber-
san. *de Compensationibus. cap.1. quæst.10.*
num 15. Oliban. in *§.In bonæ fidei.num.3.*
de Act.

Compensationis substantiã existen- 54
te, videlicet credito rei conventi,
non habili ad eam inducendam, re-
fellitur compensatio, & reservatur
actio Brunneman. in *l.Quod in diem.*
num.4.ff.de Compensat. Actio verò non 55
denegabitur, nè aliàs reo, qui compen-
sare nequit, sibi debitum in alio judicio
petenti, & probanti exceptio rei judi-
catæ noceat Faber *suo C.lib.4.tit.23.de-*
finit.5. Et ideò reservare illam debet, ut
valeat toties, quoties adversùs suum
debitorẽ utitur text. in *l.final.C.de Com-*
pensat. Brunneman. in *l.Quod in diem.*
num.6.ff.de Compensat. Binc. *consil.319.*
num.47.vol.4. Coppelius *de Compensat.*
cap.9.num.4. Nisi ageretur ob debitum 56
naturale tantummodò, sed illiquidum;
quoniam cum nequeat pro illo reser-
vari actio, ideoque ad compensationis
effectum, de illo cognoscendum est
Cyn. in *l.ultim. num.1. C. de Compensat.*
Bald. *num.21.* Bersan. *de Compensat.cap.*
1.quæst.10.num.17.

Non debent Judices ex proprio offi- 57
cio compensationẽ recipere, sed ad par-
tis petitionem Barbosa in *l.Divortio 8.§.*
Ob donationes.n.17.ff. Solut. matr. Nisi
actor oppositæ cõpensationi cõtradicat,
quia tũc vertitur in compensationem
voluntariã, quę partibus assentiẽtibus 58
indistinctè admittitur in quolibet casu
Medic. *Opuscul.de Compensat.q.17.n.3.p.2.*
Bart. in *l.1.§.Item si eum.ff.Si pars hæred.*
petat. Bersan. *de Compensat. cap. 1. quæst.*
10.num.19. Trentacinq. *Variar. tit. de*
Compensat.num.1.ad medium lib.3.vol.1.

Hoc tamen locum non habet in 59
actione depositi, adversùs quam, si com-
pensatio objiciatur; etiam non petente
parte, Judex ex officio suo hujusmodi
compensationem excludere, ac refel-
lere debet, eò quia jus prohibet in depo-
sito admitti compensationem text. in
l.fi-

l.final.in fine.C.de Compensat.text.in *l.Penult.C.de Deposit*.text.in *§.In bonæ fidei. Institut.de Act*.text.in *cap.Bona fides. de*
60 *Deposit*.Ita Judex ex officio, parte tacente, compensantem repellere debet, cum ei notorium sit, compensationem opponere non posse text. in *l. Ubi pa-*
61 *ctum.C.de Transact*.Et quia quando Judici constat ex quantitate hinc inde debita, ex officio, compensationem inducere potest, quamvis partes nil dicant. text.in *l.1.C.Si Major fact.alien*. Bald.in *l.Si constat.n.6.C.de Compensat*.& ibi Salyc.*in fine*. Afflict. *dec.121.num.2*. Tynd. *Opuscul. de Compensat. artic. 6. num.* 60.
62 Ergo cum contrariorum eadem debeat esse disciplina text. in *l. 1. ff. de His qui sunt sui, vel* text. in *l. final. ff.* de *Leg*. text.in *l.Inter stipulantem.§.Sacram.ff. de*
63 *Verb.oblig*.Etiam ex officio compensantem expellere debet; cum igitur pars tacens sciat adhuc jus suum durare, quia ipsâ tacente, Judex ex officio compensationem refellit, tacens in judicio non videtur consentire. Nam regula,
64 text.in *l.1. ff. de Relation*. Limitatur, quando tacens scit adhuc jus suum durare argument. text. in *l.Sicut.§.non videtur.ff.Quib.mod.pign*. Roman. in *l. Secundum.num.26.ff.de verb.oblig*. Barbosa in *l.Divortio*.8. *§. Ob donationes num*. 16. *ff.Solut.matrim*. Ripa in *l. admonendi.n.* 44.*ff.de Jur.jurand*. Felin. in *cap. Quoniam contra.num*.36. *extra de Probationib*.

SUMMARIUM

1 *Arrharum nomine quid intelligatur*.
2 *Arrhæ cur institutæ sint*.
3 *Arrha quare sic nuncupetur*.
4 *Thamar pro concubitu à Juda passo, & promisso hædo in præmium, petivit pro Arrhabone sibi anulum dari*.
5 *Anulum deferentes desponsatæ, vel nuptæ præsumuntur*.
6 *Dux Mediolani dum Ducatus assequitur possessionem, anulum in mare projicit, veluti illud desponsans*.
7 *Veneti maris imperium jactant*.
8 *Episcopus anulum defert, velut Ecclesiæ sponsus*.
9 *Arrhæ dantur in argumentum sponsaliorum*.
10 *Arrhæ sponsalitiæ quæ dicantur*.
11 *Arrhæ à veteribus anuli dicebantur*.
12 *Anulus olim in sponsalibus semper dabatur*.
13 *Arrhæ proxeneticæ quales sint*.
14 *Arrha apud probatos authores dicitur pignus*.
15 *Arrhæ in jure dicuntur pignus inter sponsos datum pro matrimonii securitate*.
16 *Arrhæ dicuntur, quæ à marito uxori præstantur in virginitatis honorem*.
17 Referuntur verba l.6. tit.1. lib.3. del Fuero juzgo.
18 *Arrhæ tam virgini, quàm viduæ promitti possint*.
19 *Maritus uxori in arrhas ampliùs, quàm decimam partem dare non potest*.
20 *Legatum à marito uxori relictum secundùm aliquos cum arrhis ab eo promissis compensari debet*
21 Dispositio text. in Authentica Præterea. C. Unde vir, & uxor refertur.
22 *Libertus patrono legans, legatum compensatur cum portione eidem patrono debita*.
23 *Legatum à patre factum filiæ compensatur cum dote*.
24 *Legatum, seu redditus annuus ex patris pecunia emptus compensatur cum legitima filii debita*.
25 *An donatio propter nuptias cõpensetur*.
26 *Arrhæ in Hispania in locum donationis propter nuptias successerunt*.
27 Referuntur verba l.1.tit.11. partid.4.
28 *Legatum à viro uxori relictum non compensatur cum arrhis promissis*, & referuntur hujus sententiæ Sectatores.
29 *Vir legans uxori non præsumitur hoc facere animo compensandi*.
30 *Debitor legãs creditori rem pignoratam, creditor non tenetur hæredi restituere*.
31 *Institutio facta animo compensandi totum debitum, petitionem debiti excludit*.
32 *Debitor creditori legans non præsumitur legare animo compensandi cum debito*.
33 *Respondetur ad contrariæ sententiæ objectiones*.
34 *Necessarius debitor legando creditori suo videtur legare animo compensandi cum debito*.

35 *Ma-*

35 *Maritus non est debitor necessarius arrharum.*

36 L.1.tit. de las Arthas. lib.3. *Quamvis eas permittat, tamen maritum eas promittere non compellit.*

37 *Hispaniæ leges præsupposita maritorum voluntate quantitatem taxant, quàm arrharum promissio excedere nequit.*

38 *Donatio propter nuptias hodie est abrogata per consuetudinem.*

39 *In Hispania in locum donationis propter nuptias arrhæ subrogatæ sunt.*

40 *Debitum arrharum cum sit voluntarium non est compensandum.*

41 *Legatum factum à marito uxori an compensetur cum medietate lucrorum, quæ constante matrimonio acquiruntur in Regno nostro Castellæ?*

42 *Lucrum constante matrimonio in Hispania (excepta Diœcesi Cordubensi) acquisitum utrique conjugi per consuetudinem debetur.*

43 *Debitor ex consuetudine dicitur debitor necessarius, qui semper censetur legare animo compensandi cum debito.*

44 *Maritus si debeat aliquid uxori ex statuto, legando eidem uxori, legatum compensatur cum debito.*

45 *Dispositio juris ibi eadem esse debet; ubi eadem militat ratio.*

46 *Legatum non compensatur cum medietate lucrorum constante matrimonio acquisitorum.*

47 Refertur l.7.tit.9.lib.5. Recopilationis, seu l.16.Thauri.

48 *Ratio quare legatum cum lucro constante matrimonio acquisito non compensetur.*

49 *Compensatio inducitur inter debitorem, & creditorem.*

50 *Possessio actualis facti ad uxorem non transit.*

51 *Maritus potest disponere de parte lucrorum uxoris constante matrimonio acquisitorum.*

52 *Maritus censetur debitor necessarius lucrorum ex consuetudine debitorum.*

53 *Pars lucrorum magis est in dominio, & possessione uxoris, quàm ei debita.*

54 *Debitum habens voluntariam originem, voluntarium debitum nuncupatur.*

55 *Legatum an compensetur, vel non, procedit, si de testatoris voluntate nihil appareat. Cæteroquin si animum compensandi testatorem habuisse clarescat, compensationi locus erit.*

56 *Compensatio in casibus, in quibus diximus locum habere, non procedit, nec admittitur de specie ad speciem, nec de specie ad quantitatem.*

ARGUMENTUM

Utrùm Legatum à Marito Uxori relictum, compensetur cum Arrhis à Marito eidem Uxori promissis.

QUÆSTIO III.

Sciendum quidèm est, Arrharum nomine solummodò intelligi, quod emptionis nomine præstatur; ut evidentiùs probari queat convenisse de pretio text. in *l. Quod sæpè. ff. de Contrahend. empt.* text. in *l. De lege commissoria.* text. in *l. Mulier fundos. ff. de Lege commissoria.* text. in *l. Quicumque. §. Item si institor. ff. de Institor. act.* text. in *l. 16. C. de fide instrument.* text. in *princip. Instit. de Act.* Arrhæ autem institutæ videntur in auctionibus, cum æris aliquantulùm daretur, quòd plaustra gravis æris eò vehi incommodum fuisset. Dicitur autem Arrha, authore D. Isydoro *lib. 10. Etymolog. cap. ultim.* A re, pro qua datur. Veteres verò Arrhabonem dicebant, ut notat Varro *de Lingua latin. lib. 4.* & Plaut. in *Mil. gloriof. act. 4. scen. 1.* 1 2 3

Hunc arrhabonem amoris primum à me accipe.

Et in *Mostellar. act. 3. scen. 1.*

Sed arrhaboni has dedit quadraginta minas.

Apud Hebræos, anulum fuisse promissionis quoque arrhabonem, exemplum Thamaris docet, quæ pro concubitu passo à Juda, & promisso 4

ſo hædo in præmium petit pro arrhabone ſibi dari anulum Geneſ. *cap.*38.
5 Cum enim anulus fidei arrhabonē habeat, in ſponſalibus fidem promiſſionis nuptiarum facit, eaque deſponſata, vel nupta præſumitur, quæ in digitis anulos defert text.in *cap.Illud.cap.*11.*de Præſumpt. cap.Noſtrate* 30.*quæſt.*5. Sic apud Terentium in *Hecyra act.*5.*ſcen.*3. Anulus, quem detraxerat compreſſæ Phylomelæ uxori deſponſatæ Pamphilus, inventus in manus Bacchidis datus, idem à Pamphilo, cum Phylomela ma-
6 trimonium probavit. Mediolanenſis Dux, dū Ducatus nāciſcebatur poſſeſſionem, anulum in mare projiciebat, veluti illud deſpōſans Gregor. *Syntagmat. jur.lib.*8. *cap.*7 *n.*7. Cujus imperio (licèt
7 perperā) Veneti pollēr, ut teſtatur Contarin. *lib.*2 *de Republ. Venet.* Et quoque
8 Epiſcopus anulum defert, utpotè Eccleſię ſpōſus, ut notat Cardin. in *Rubric. de Poſtuland. prælat.* Unde non ſolùm in
9 argumentum contractæ modò emptionis, ſed & ſponſaliorum arrhæ dantur, quæ ſponſalitiæ dicuntur text. in *l.Si quis officium, in aliqua provincia .ff.de Ritu nuptiar.* text.in *l.Si legibus probibitæ. C.de Epiſcopal.Audient.* text.in *l.Deo nobis auxilium præbente.* §.*Cognitum. C. de Epiſcop. & Cleric.* text.in *l.Quidam vetuſti juris ordine.* § *Si quis igitur. in fine. C.Si nuptiæ ex reſcript.petuntur.* text. in *l.*3. *C.de Sponſalibus.*
10 Dictæ autem ſunt arrhæ ſponſalitiæ munuſcula, quæ ſponſis, quaſi coëmptionis futuræ prærogativa dabantur, quæ tunc reſtituebantur; quum ſine culpa ejus, qui dediſſet impediebantur nuptiæ. Is autem, qui dederat, ſi nolebat matrimonium poſtea contrahere amittebat, qui acceperat duplum: atque adeò ſi tantùm in ſtipulationem deductum eſſet, quadruplum reddere
11 cogebatur. Animadvertēdū eſt arrhas à veteribus anulos dici: aut res hujuſmodi aliæ, modicæ quantitatis, quæ in hoc dantur, ut veluti contracti matrimonii ſint argumentum. Nam ſi quis ampliſſimas poſſeſſiones, aut magnam pecuniam vir donet ſponſæ, & quadruplum ſtipuletur, credendum non eſt, hanc ſtipulationem valere. Duaren. in *l.Titia. ff.de Verbor. obligat.* Arrhæ nomine plerumque datum fuiſſe oſtendunt text. in *l.Is, qui vina, & l.*5. §.*Item ſi inſtitor .ff.de Inſtitutor. act*: In ſponſa-
libus nomine arrhę anulus ferè ſemper 12
dabatur, ut de vetuſtiori tēpore teſtatur Plinius *lib.*33. *cap.*1. ibi: *Hi quoque qui ob legationem acceperant aureos in publico tantùm utebantur his: intra domos verò ferreis. Quo argumento, etiamnunc ſponſæ muneri ferreus anulus mittitur, iſque ſine gemma.* At denuò communem ſponſionis omnibus arrham fuiſſe judicat, quia ſignaretur, ut intacta manerent. Unde Plin. dicto *lib.*33. *cap.*1. ſubnectit ibi: *Celebratior quippe uſus, cum fœnore cæpiſſe debet: argumento eſt conſuetudo vulgi ad ſponſiones etiam num anulo exiliente tracta ab eo tempore, quo nondum erat arrha velocior.* Ut planè affirmare poſſimus, nummos ante apud nos, mox cæpiſse anulos. Sic alius eſt ſignatorius anulus ab ornamento text. in *l.Signatorius* 74. *ff.de Verbor. ſignific.* Et de illo ſenſiſſe videtur, dum Urſidium monet, ne facilè ſe matrimonio alligari patiatur Juvenalis. *ſatyr.*6.

Viderunt primos argentea ſæcula mæchos:
Conventum tamen, & pactum, & ſponſalia noſtra.
Tempeſtate paras, jamque à tonſore magiſtro.
Pecteris, & digito pignus fortaſſè dediſti.

Arrhæ proxeneticæ ſunt, quæ à proxe- 13
netis dantur ſponſæ deferendæ, & quas proxenetæ ipſi ſponſarum nomine accipiunt. Sic arrhæ ſponſalitiæ dicuntur à Juſtiniano, quæ ſponſis ipſis dantur. Proxeneticæ, quas pro eis proxenetæ, ideſt pater, mater, tutor, aut alii amici, qui in re fidem ſuam interponunt
præbent Connan. *lib.*8. *cap.*2. *n.*1. Apud 14
idoneos Authores arrha ſimpliciter eſt pignus; nec enim ſolùm datur in argumentum contractæ emptionis, vel matrimonii; ſed pro qualibet promiſſa re, ut adimpleatur. Divus Hieronymus inter pignus, & arrhabonem hoc intereſſe vult, ut illud ſit in mutuo; hæc in contractu emptionis, quo firma ſit obligatio.

15 In jure arrhæ dicuntur pignus inter
sponsos datum pro matrimonii securitate, videlicet quòd effectum sortiatur text. in *l. Arrbis . C. de Sponsal.* Et
oportet, quod hę arrhæ realiter tradantur, & in quantitate consistāt, aliàs
nihil agitur text. in *l. Titia: ff. de Verbor. obligat.* Et is, ob cujus culpam matrimonium non fit, perdit arrhas, quas alter lucratur text. in *l. final. C. de Sponsa.*
Et similes arrhæ usque ad dotis quantitatem porriguntur Bart. in dicta *l. Titia: ff. de Verbor. oblig.*

16 More nostro arrhas propriè vocamus, quæ à marito uxori præstantur in
virginitatis honorem, vel propter honorem suum; Et arrhæ eodem modo,
debentur viduæ, sicut virgini; & nequit maritus in arrhas dare uxori suæ
17 plusquam decimam partem suorum bonorum, ut patet ex *l. 6. tit. 1. lib. 3. del fuero juzgo*, ibi: *Si quier virgen sea, si qu ier bioda, nō le pode dar mas por arrbas de la decima parte de todas sos cosas.* Quod
confirmatur ex *l. 9 tit. 4. partid. 5. l. 1. & 2. tit. 2. lib. 3. for. ll. l. 2. tit. 2. lib. 5. Recopill.*
18 quę est *l. 5. Tauri.* Et quod tam viduæ,
quàm virgini arrhæ promitti possint, quamvis vulgò dubitetur, testantur Gomez in dicta *l. 50 num. 13.* Suarez in *l. 1. tit. de las Arrbas. num. 1. in fine.* Villadiego. in dicta *l. 6. tit. 1. de las Bodas, num. 1. lib. 3. for. juzg.* Gregor. Lopez in *l. 1. gloss. 4. tit. 11. partid 4.* Et quod maritus in
19 arrhas uxori, ampliùs quàm decimam
partem dare nequeat, præter *l. 6. tit. for. juzg. lib. 3.* concordant *l. 1. & 2. tit. 2. lib. 3. for. ll.* hodie *l. 2. tit. 2. lib. 5. Recopil.* Idque etiam jure partitarum cautum est in *l. 9. tit. 4 part. 5.* Ratio est ne mutuo amore se spolient, alterque fiat ditior; alter verò pauperior, ut disponit text. in *l. 1. ff. de Donat. inter vir. & uxor.*

20 His præjactis ad quæstionem respondetur, legatum à marito uxori relictum
cum arrhis ab eo uxori promissis compensatum iri; & hanc opinionem tenent Merlin. *Controvers. forens. cap. 44. num. 15. cent. 2.* Suarez in *l. 1. tit. de las arrbas. num. 36.* Menoch. *de Præsumption. lib. 4. præsumpt. 109. num. 55.* ex Bart. in *l. Si cum dotem. §. Si pater. ff. Solut. matrimon.* Mantic. *de Conjectur. ultim. volunt. lib. 10. tit. 2. num. 7.* Salycet. in *Authentica. Præterea. C. Unde vir. & uxor.* Imol. & Alex. in *l. Si cum dotem. §. Si pater. ff. Solut. matrim.*

Hujus opinionis fundamenta sunt. 21
Primum text. in *Authentica. Præterea. C. Unde vir. & uxor.* Ubi habetur, quod
si matrimonium absque dote fuit celebratum, & conjux præmoriens esset locuples, superstes verò inopiâ laboraret, succedit simul cum liberis communibus, alteriusve matrimonii, in quartam si sunt tres, vel pauciores: si sunt plures in virilem; & in fine dicit, quod legatum imputabitur in talem portionem, & sic est casus valdè notandus in proposito, quod legatum imputatur in portionem, quam maritus, seu uxor debet lucrari ex legis dispositione de bonis alterius, sive uxor de bonis mariti, vel è contra.

Secundum est text. in *l. Etiam si jus* 22
3. §. Si debita. ff. de Bon. libert. Ubi Ulpianus docuit, quod si libertus patrono legatum relinquat, compensatur cum portione eidem patrono à liberto debitâ ibi: *Si debita patrono portio legata sit: & sic scriptus hæres ipse patronus non fuerit, satisfactum est ei.*

Tertium est text. in *l. Si cum dotem.* 23
§. Si pater. ff. Solut. matrimon. Ubi si pater, qui filiæ est debitor in dote, eidem filiæ legatum relinquat, tale legatum, Ulpianus *lib. 34.* ad edictum ex authoritate Jurisconsulti Juliani, dixit compensandum esse cum dote.

Quartum text. in *l. Omnimodo 30. §.* 24
Imputari. C. de Inofficios. testament. Ubi Justinianus jubet militiam, sive redditum annuū ex patris pecuniâ emptum à filiis, cum legitima eisdem debita compensandum esse.

Quintum, ac fortius fundamentum 25
est text. in *l. Quoniam novella 29. C. de Inoffic. testam.* Ubi Zeno Imperator jussit, donationem propter nuptias compensandam esse cum legitima ibi: *Etiam ante nuptias donationem filio in quartam præcipimus imputari.* Sed in 26
Hispania loco donationis propter nuptias successerunt arrhæ *l. 1. tit. 11. par-* 27
tid. 4. ibi: *E lo que el Varon dà à la muger por razon del casamiento, es llamado en*

la-

latin, donatio propter nuptias, *que quieren tanto decir, como donacion, que da el Varon à la muger, por razon, que casa con ella, e tal donacion, como esta dicen en España propriamente arrhas*. *l.* 87. *tit.* 18. *partid.* 3. Et testantur Suarez in *l.* 1. *tit. de las Arrhas*. *num.* 2. Villadiego. in *l.* 6. *num.* 16. *tit.* 1. *lib.* 3. *del fuero juzgo*. Lopez in dicta *l.* 1. *tit.* 11. *partid.* 4. *verbo. En España propriamente.*

28 His omnibus minimè refragantibus contraria sententia, ut verior est semper amplectenda, scilicet legatum cum arrhis à viro uxori promissis non compensari, eamque sectatur Matienzus in *l.* 7. *tit* 9. *lib.* 5. *recopil. gloss.* 1. *num.* 8. Covarr. in *cap. Officii* 14. *num.* 7. *de Testament*. Parisi. *consil.* 95. *num.* 37. *lib.* 2. Barbosa in *l. Si cum dotem. §. Si pater num.* 12. *versic. secundo principaliter*. Gutierrez. *lib.* 2. *qq. practic. quæst.* 124 *num.* 2. *versic. sed contrarium*. Spin. *de Testament. gloss.* 8. *num.* 74. Morquecho. *de Bonor. divis. cap.* 11. *num.* 17. *lib.* 4. Azeved. in *l.* 7. *tit.* 9. *lib.* 5. *Recopil. num.* 7. Cervantes in *l.* 16. *Tauri. num.* 19. & 20. Arias de Mesa *Variar. Resolut. cap.* 9. *num.* 16. *lib.* 2. Castill. *Controvers. juris lib.* 1. *cap.* 46. *num.* 9. Molina *disputat.* 200. *versic. dubium est*. Palacios Rubios *Rubrica de Donationib. §.* 27. Tellez. in *l.* 16. *Tauri. n.* 8. Montalvus in *l.* 1. *tit. de Arrhis lib.* 3. *fori*. Sãchez. *Consil. moral. lib.* 4. *cap.* 2. *dub.* 15. *num.* 7. Zamoran. *de Compensat. disputat.* 4. *cap.* 8. *§.* 2. *num.* 9 Galeota *controvers.* 29. *num.* 23. *lib.* 1. & *in controvers.* 30. *num.* 29. Angul. in *l.* 12. *gloss.* 1. *num.* 16. *tit.* 5. *lib.* 5. *Recopil.* De hac compẽsatione meminit Borgia contra Fabrum *lib.* 4. *Investigat. cap.* 9. *num.* 17.

29 Hujus conclusionis fundamina sunt. Primum text. in *l. unica. §. Sciendum. C. de Rei Uxor. act.* Ubi Imperator Justinianus docuit, quod vir legans uxori, non videtur animo compensandi legare; sed mulier utrumque consequitur.

30 Secundum text. in *l. Creditor.* 16. *C. de Legat.* Ubi habetur, quod si rem nexu pignoris constitutam creditori debitor legat, minimè creditor eam hæredi restituere compellitur, etiam oblato, vel soluto pretio.

31 Tertium text. in *l. Si compensandi* 6. *C. de hæredib. instituend.* Ubi institutio de parte hæreditatis facta, animo compensandi totum debitum, petitionem debiti excludit.

Quartum text. in *l. Creditorem* 87. *ff. de Legat.* 2. Ubi si debitor aliquid creditori relinquit, non censetur animo compensandi. Textus verba sunt hæc. *Creditorem, cui res pignoris jure obligata, à debitore legata esset, non prohiberi pecuniam creditam petere, si voluntas testatoris compensare volentis evidenter non ostenderetur.* 32

Omnium contrariæ sententiæ fũdamentorum unica vis recensetur; ideoque unicâ responsione omnibus satisfactum iri puto. Quapropter, in juribus ab asseclis opinionis adversæ adductis, verum est ibi compensationem dari, sed ratio quare, ibi datur est, quia omnes debitores legantes erant debitores necessarii, seu legales; id est ex legis dispositione, nullo prorsùs eorum posito ministerio, quo in casu regula generalis est constituenda; scilicet, quod quoties debitor necessarius suo creditori legat, legatum censetur relictum animo compensandi cum debito Covarruv. in *cap. Officii. n.* 2. *de Testament.* Castill. in *l.* 16. *Taur. n.* 28. Sanchez. *Consil. moral. lib.* 4. *cap.* 2. *dub.* 15. *n.* 2. Matienzus in *l.* 7. *gloss.* 1 *in fin. tit.* 9. *lib.* 5. *Recopilat.* Cravet. *consil.* 149. Molina *tom.* 1. *de Justit.* & *jur. disputat.* 200. Mãtic. *de Conject. ultim. volũtat. lib.* 10. *tit.* 2. *n.* 2. Altimar. *ad consil.* Rovit. *observat.* 25. *num.* 1. *lib.* 1. Barbosa in *l. Si cum dotem. §. Si pater num.* 4. *ff. Solut. matr.* Zamoran. *de Compensat. disputat.* 4. *cap.* 8. *§.* 1. *num.* 1. Sylva *de Salariis. quæst.* 69. *num.* 3. Gutierrez *de Tutel part.* 3. *cap.* 5. *num.* 4. Gomez. *Variar. Resolut. tit. de Legat. num.* 27. Barbosa *de Jur. Eccles. lib.* 3. *cap.* 19. *num.* 28. Ripoll. *Variar. Resol. cap.* 13. *num.* 220. Suarez in *l.* 1. *tit. de las Arrhas. num.* 37. Merlin. *dec.* 249. *num.* 4. Luca ad Gratian. *cap.* 198. *num.* 3. Molfes. *ad Consuetud. Neapol. part.* 6. *quæst.* 11. *num.* 4. Palma *allegat.* 194. *num.* 10. Andreol. *controvers.* 247. *num.* 11. Castill. *de Aliment. cap.* 18. *num.* 3. Marcian. *disputat.* 49. *num.* 5. Tepat. *Variar. sentent. tit.* 160. *cap.* 2. Capan. *de Vita*, & *Militia. quæst.* 15 *n.* 12. Botilier. *de Success. ab intest. cap.* 3. *theorem.* 115. *n.* 5. Barrius. *de Success. tit. de* Le-

33

34

Legat.lib.9.tit.22.num.9.Honded. consil.
176.num.4.Pacific. de Salvian. interdict.
inspect.2.cap.2.num.333.Cancer.Variar.
Resolut.part.1.cap. 9. num.74. & part. 3.
cap.20.num. 309. Castill. in l. 16.Tauri.
num.28.Reverter. decis. 306. n.1. & ibi
Marinis, & dixi latè in q.20.lib.1. tom.1.
35 In nostro verò casu, maritus non est
debitor necessarius arrharum, sed solũ-
modò voluntarius, quia illud dicitur
debitum necessarium, quod habuit ini-
tium à causâ necessariâ; at quando ma-
ritus promissit arrhas uxori, nullam
promittendi causam necessariam ha-
bebat, & licèt in Regno nostro Castel-
læ permittatur dicta arrharum promis-
sio l.1.tit.de las Arrhas lib.3.fori. Tamen
36 illa lex minimè eas promittere mari-
rũ cogir, vel non sunt in usu, ut testatur
Fernandez in l.16.Tauri.num.8. Sed ma-
37 ritorum præsuppositâ voluntate, quan-
titatem leges Hispaniæ taxant, quam
arrharum promissio excedere non po-
test, ut constat ex l.2. tit.2. lib.5. ordina-
menti. Castill. Controvers. jur.lib.1.cap 46.
num.11. Cervantes. in l.16.Tauri.num.20
Galeota. controvers. 29. num. 23. lib.1.
Sanchez. Consil. moral. lib. 4. cap. 2.
dub.15.num.7. Gloss. in Authentica. Sed
quæ nihil.C.de Pact.convent. Barbosa in l.
Si cum dotem. §. Si pater.num.12. vers. se-
cundo principaliter. Tellez in l. 16. Tauri
num.8. Molina disputat.200.vers. sed de-
bitum est. Zamoran. de Compensat. dispu-
tat.4.cap.8 §.2.n.9. Morquechus. de Di-
vision.bonor.lib. 4. cap. 11. num. 17. Arias
de Mesa Variar. Resolut. cap.9.num.16.
lib.2. Bald. in Authentic. Dos data.C. de
Donat.ante nupt. Matienzus in l.7. tit.9.
lib.5.gloss.1.num.8.
38 Et quod arrharum debitum, in no-
stro casu sit debitum voluntarium pa-
tet; eò quia donatio propter nuptias, ho-
die per consuetudinem est abrogata,
Gloss. in authentica. Æqualitas. C. de Pa-
ctis convent. Clar. §. Donatio. quæst. 11,
Paris. consil.95.num.35.lib.2. Bald. in au-
thentica. Dos data num.2. in fin. et num.6.
C. de Donat.ant.nuptias. Peregrin. consil.
128.num.1.lib.5. Salyc. in dicta authenti-
ca. Æqualitas. C. de Pact. convent Mantic.
de Tacit. et ambig. convent. lib. 20. tit. 4.
num.15. Sperell. decis.172. num. 29. Cra
vet. cons.462.num.1.lib.3. Ruger. tractat.
de Dote. quæst.29.num. 8. Boër. decis. 22.
num.19. Alban. consil.22.num.8. Honded.
consil.48.n.10. Cephal. consi.631.n.31. Co-
varruv. de Insinuat.part. 2. quæst. 6. Bar-
bosa in l. Si cum dotem. §. Si pater num.
12. versic. Secundo principaliter. ff. Solut.
matrim. Castill. Controvers. jur.lib.1. cap.
46.num. 11. Et per consequens, cum sit
per universalem consuetudinem abro-
gata text. in Authentica. Dos data. C. de
Donat.ante nuptias. Ubi necessariò do-
natio propter nuptias per maritum
uxori constitui debebat, sequitur, quod
non sit debitum necessarium, imò vo-
luntarium. Sed in Hispania loco dona- 39
tionis propter nuptias, successerunt ar-
rhæ l.1.tit.11.part.4. l.87. tit.18. part.3.
& testantur Suarez. in l. 1. tit. de las Ar-
rhas.num.2. Villadiego. in l.6. num.16.
tit.1 lib.3. del Fuero juzgo. Fernandez in
l.16.Tauri. num.8. Gregor. Lopez in di-
cta l.1.tit.11.partid.4. Gloss. en España
propriamente. Barbosa. in l. Si cum do-
tem. §. Si pater. num.12. versic. Secundo
principaliter. ff. Solut. matrim. Galeota.
controvers.29. num.23. & controvers.30.
num.29. lib.1. Ergo cum sit debitum 40
merè voluntarium procedens ex merâ
voluntate mariti promittentis; non est
compensandum cum debito arrharum
promissarum à viro uxori ex textu. in l.
Si creditorem 87. ff. de Legat.2 text. in l.
Unica. §. Sciendum. C. de Rei uxor. act.
Covarruv. in cap. Officii. de Testament.
num.2. & 7. Castill. de Aliment. cap.18.
num.3. Gutierrez. Practicar. quæstion.
lib.2.quæst.124.num.2. & tractat. de Tu-
tel.part.3.cap 5.num.4.& 5. Zamoran. de
Compensat. disputat.4. cap.8. §.1. num.1.
Sanchez Consil.moral.lib.4.cap 2. dub.15.
num.2. Matienzus. l.7. gloss.1. in fine. tit.9.
lib.5. Recopilat. Cravet. consil.149. Mo-
lina. de Justit.& jur.tom.1. disputat.200.
Mantica. de Conjectur. ltim. voluntat. lib.
10.tit.2.num.2. Bald. consil.58.num.4.lib.
2. Marescot. Variar. Resolut.lib.2. cap.86.
num.6. Menoch. de Præsumpt. lib.4. præ-
sumpt.106. Gomez. Variar. Resolut. tit.
de Legat. num 27. Ruin. consil.92.num.5.
vol.5. Urceol. Consult. forens. cap.39.num.
19.& 20. Altimar. ad consil. Rovit. obser-
vat.25.num.1.lib.1. Larath. consil.55. Fa-
ri-

rinac. *Repertor. ultim. voluntat. quæst.* 27. *num.* 3. Reverter. *decis.* 366. *num.* 1. Sabelli. *Summa divers. tractat.* §. *Legatum. num.* 32. Roland. *de Confect. invent. part.* 4. §. *An actio hypothecaria. num.* 13. Acosta. in *cap. Si pater. de Testament. in* 6. *verbo. Legavit. num.* 17. Petris. *de Interpretat. ultim. voluntat: lib.* 4. *dub.* 6. Bursat. *consil.* 60. *vol.* 1. Armilla. *verbo. Legatum* 21. Medic. *consil.* 123. *num.* 2. Diaz *Regul.* 171. Gregor. Lopéz in *l.* 16. *tit.* 9. *partid.* 6. Mascard. *de Probationib. conclus.* 333. Peregrin. *de Fideicommiss. artic.* 33. *num.* 41. Sylva *de Salariis. quæst.* 69. *n.* 3. & dixi latè in *quæst.* 20. *lib.* 1. *tom.* 1.

41 Quid dicendum, si aliquid maritus leget uxori: an tale legatum compensetur cum dimidia parte lucrorum, constãte matrimonio acquisitorum, quam in Regno nostro Castellæ uterque conjux habere debet ex *l.* 16. *Tauri*, quæ hodie est *l.* 7. *tit.* 9. *lib.* 5. *Recopilat.* Mihi
42 videtur legatum compensandum esse; Nam maritus est debitor necessarius in medietate lucrorum, cum hoc lucrum utrique conjugi debeatur, matrimonio constante, per consuetudinem Hispaniæ, exceptâ Diœcesi Cordubensi, ubi hæc consuetudo non viget, sed jus commune servatur teste Ayora *tractat. de Partitionib. in præfat. num.* 2. *ad fin.* Cujus cõsuetudinis meminit text. in *cap.* 2. *de Donat. inter virum, & uxorem.*
43 Igitur cum maritus sit debitor medietatis lucrorum, ex consuetudine, dicitur debitor legalis, seu necessarius, eum id, quod ex consuetudine debetur, habeatur ac si deberetur ex lege text. in §. 9. *Institut. de Jur. natural gent. & civil.* ibi: *Sine scripto jus venit, quod usus approbavit. Nam diuturni mores consensu utentium comprobati, legem imitantur.* Ergo subintrat illa ab omnibus recepta distinctio, quod quoties debitor necessarius ex legis dispositione creditori legat, censetur animo compensandi cum debito legasse text. in *l. Si cum dotem.* §. *Si pater. ff. Solut. matrim.* text. in *l. Omnimodo.* §. *Imputari.* text. in *l. Quoniam novella. C. de Inofficios. testament.* text. in *l. Hujusmodi.* §. *Cum pater. ff. de Legat.* 1. text. in *l. Titia cum testamento* § *Qui invita. ff. de Legat.* 2.

44 Comprobatur. Quippe si ex statuto aliquid à marito uxori debeatur, vel è contra, & ei legatum relinquat compensatur cum debito Phanuc. *de Lucro dotis gloss.* 8. *num.* 37. Barbosa in *l. Si cum dotem.* §. *Si pater. num.* 10. *ff. Solut. matrim.* Medic. *de Compensat. quæst.* 17. *num.* 5. *part.* 1. Altimar. *ad consil.* Rovit. *observat.* 23. *n.* 12. *lib.* 1. Roccus. *Respons.* 61. *num.* 10. *lib.* 1. Gutierrez *tractat. de Tutel. part.* 3. *cap.* 5. *num.* 25. Baëza. *de Decima Tutor. cap.* 5. *num.* 28. Campeg. *de Dote. part.* 4. *quæst.* 6. Molfes. *ad Consuetud. Neapol. part.* 6. *in addit. ad quæst.* 11. *num.* 29. Menoch. *de Præsumpt. lib.* 4. *præsumpt.* 109. *num.* 35. Tusch. *concl.* 494. *num.* 14. *lit. C.* Luca *de Legat. discurs.* 15. *num.* 4. 5. 6. & 7. Mans. *consultat.* 36. *num.* 28. Novar. *decis.* 159 *num.* 8. Surd. *decis.* 119. *num* 4. Bald. *consil.* 79. *vol.* 1. & *in l. Titia.* §. *Qui in vita. ff. de Legat.* 2. Ergo idem dicendum est in casu nostro, cum mi- 45
litet eadem ratio compensationis inducendæ; sed ubi militat eadem ratio, ibi debet esse eadem juris dispositio text. in *l. Illud. ff. ad Leg. Aquil.* text. in *l. Si postulaverit.* §. 2. *ff. ad Leg. Jul. de adulter.* text. in *l. Quidem numularios. ff. de Edend.* text. in *l. Illud. C. de Sacrosanct. Eccles.* text. in *l. Pari ratione. Institut. Quibus mod. jus patr. potest. solvit.* Ergo &c.

Sed hoc non obstante, contrarium 46
decernitur per *l.* 16. *Tauri*, quæ hodie est *l.* 7. *tit.* 9. *lib.* 5. *Recopilat.* Scilicet, quod tale legatum minimè compensetur cum medietate lucrorum, constante matrimonio, acquisitorum. Verba 47
legis sunt hæc: *Si el marido mandare alguna cosa à su muger, al tiempo de su muerte, ò de su testamento, no se le quente en parte, que la muger ha de aver en los bienes multiplicados, durante el matrimonio: mas aya la dicha mitad de bienes, y la tal manda, en lo que de derecho debiere valer.* Et fatentur Covarruv. in *cap. Officii. num.* 8. *de Testament.* Fernandez in dicta *l.* 16. *Tauri. num.* 1. Gutierrez *lib.* 2. *Quæstion. pract. quæst.* 124. *num.* 2. *in fine.* Barbosa. in *l. Si cum dotem.* §. *Si pater. num.* 12. *versu. Infertur tertio. ff. Solut. matrimon.* Matienzus in dicta *l.* 7. *gloss.* 1. *num.* 1. *tit.* 9. *lib.* 5. *Recopilat.* Arias de Mesa *Variar. Resolut. cap.* 11. *num.* 10. *lib.* 2.

*lib.*2.Merlin. *Controverſ. forenſ. cap.*44. *n.*16.*cent.*2.Morquechus.*de Diviſ.bonor. lib.*4.*cap.*11.*num.*31.Sanchez *Conſil. moral.lib.*4.*cap.*2.*dub.*15.*num.*6. Pater Zamoran. *de Compenſat.diſputat.*4.*cap.*8. §. 2. *num.*10.

48 In reddenda hujus legis ratione valdè torquentur Noſtrates, ut teſtatur Fernandez in *l.*16.*Tauri. num.*1. Sed quæ communiter recipitur ratio, ea potiſſimùm eſt; quia talis pars, ita eo ipſo jure, conjugi utrique defertur, ut ei illicò acquiratur, tametſi pro indiviſo. Nam propriè loquendo illa dimidia pars non dicitur debita uxorià marito; ſed eſt propria ipſius uxoris; quoniam bona, conſtante matrimonio acquiſita, ſunt viro, uxoriq; communia; tametſi revocabiliter, & propria utriuſque pro indiviſo, quo ad dominium, & quo ad poſſeſſionem, quam civiliſſimã nuncupant; ideoque cum tempore, quo maritus legat uxori, propriè; loquendo non ſit debitor illius partis dimidiæ, quę juxta legis interpretationem, ipſi uxori jam adepta, ac acquiſita cenſetur. Ergo conſequens eſt, cum maritus non ſit debitor, ut uxori legando non cenſeatur animo compenſandi legare,
49 cum compẽſatio dumtaxat locum habeat inter debitorem, & creditorem text.in *l.*1.*ff.de Compenſ.* text. in *l. Compenſatio.ff. Eodem.*text. in *l. Ejus* 9. *C. de Compenſat.* Et hanc rationem prædictæ legis aſſerunt Covarruv.in *cap.Officii de Teſtament.num* 8.Matienzus in dicta *l.*7. *gloſſ.*1.*num* 2.*tit.*9.*lib.*5.*Recopilat.* Lupus in *l.*16.*Tauri.num.*3.Barboſa in *l. Si cum dotem.§.Si pater.num.*12.*verſ.infertur tertio.ff.Solut.matrim.*Sanchez.*Conſil.moral. lib.*4.*cap.*2.*dub.*15.*num.*6.Gutierrez *Practic qq.lib.*2.*quæſt.*124.*num.*2.*in fine.* Arias de Meſa *Variar.Reſolut. cap.* 11. *num.* 10.*lib.*2.Tellez.in *l.Tauri* 16.*num.* 3. Zamoran. *de Compenſat. diſputat.* 4. *cap.* 8. §.2.*num.*10.

50 Non obſiſtit, ſi dicatur; quod quamvis dominium, & poſſeſſio in uxorem transferatur; tamen non transfertur actualis poſſeſſio facti, quæ multos operatur effectus, ut tradit Molina *de Primog.Hiſpan.cap.*14.*num.* 15. Præſertim,
51 cum uxor ad diviſionem agere nequeat, neque ut ſibi pars lucrorum tradatur, marito vivente, qui de parte lucrorum uxoris diſponere poteſt ex permiſſione legis Gregor.Lopez *l.*55.*tit.*5.*part.* *tid.*5.*verbo Comunalmente.ad finem.* Ita ut uxoris dominium, matrimonio conſtante, obumbratum videatur, & quaſi in habitu, quod matrimonio ſoluto exit in actum argument. text.in *l.In rebus.*30.*C.de Jur.dot.*Covarr.*Variar.Reſolut.lib.*3.*cap.* 19. *num.* 2. *ad finem.* Quapropter maritus cenſetur debitor neceſſarius lucrorum ex conſuetudine debitorum, argument. text.in *§. Sine ſcripto.Inſtitut.de Jur. natural.gent. et civil.* Ergo locum habere debet regula text.in *l.Si cum dotem.§.Si pater.ff. Solut. matrim.* text. in *Authentica Præterea.C. Unde vir, et uxor.* text.in *l. Omnimodo.§. Imputari.l. Quoniam novella. C.de Inoffic. teſtament.*text.in *l.Titia cum teſtamento. §. Qui invita.ff.de Legat.*2.text.in *l. Hujuſmodi* 86.*§.Cum pater.ff. de Legat.*1. 52

Nam breviter reſpondetur, quod 53
cum attentâ veritate, illa lucrorum pars, magis ſit in dominio, & poſſeſſione uxoris, quàm ei debita argument. text.in *§.Omnium.Inſtitut.de Actionibus.* Maritus non conſideratur, tamquam debitor, & ſic legando non cenſetur animo compenſandi; & locum ſibi vindicat regula text.in *l.Unica.§. Sciendum. C. de Rei uxor. act.* text. in *l. Creditorem* 86.*ff.de legat.*2.text.in *l.Creditor.*16. *C. de Legat.*

Alia quoque ratio prædictæ legis ad- 54
duci poteſt, videlicet, quod cum ibi debitum deſcendat ex matrimonii contractu, ubi liber requiritur conſenſus, eſt debitum voluntarium, quoniam voluntariam habuit originem, cum ex contractu deſcendat text.in *l.Lucius Titius.ff.de Legat.*2.Gutierrez. *tractat. de Tutel.part.*3.*cap.*5.*num.*11.Merlin.*deciſ.* 249.*num* 4.Sabell.*Summa diverſ.tractat. § Legatum.num.*32.*in fine.* Marcian. *diſputat.* 49. *num.* 10. Merlin. *Controverſ. forenſ. cap.*44.*num.* 5. *cent.* 2. Molfeſ. *ad Conſuetud.Neapol.part.*2. *quæſt.* 13. *num.* 10. Altimar. *ad conſil.* Rovit. *Obſervat.* 25.*num.*5.*lib.*1. Farinac.*Repertor. ultim. voluntat. quæſt.*27. *num.*2. Et dixi latè *quæſt.*20.*lib.*1. *tom.*1.Licèt ex poſt facto di-

dici possit debitor necessarius, text. in *l. Sicut. C. de Actionib. et obligat.* Ergo nil mirum, si compensatio excludatur.

55 Hoc autem de compensationis dubitatione procedit, quoties nihil de testatoris voluntate apparet; si verò ex conjecturis appareat, animo compensandi cum debito relictum fuisse legatum, compensationi locus erit Molina *de Justit. & jur. tom. 1. tractat. 2. disputat.* 200. Castill. in *l. 16 Tauri num.* 18. Cifuētes *num.* 18. Sanchez. *Consil. moral. lib.* 4. *cap. 2. dub. 15. num.* 2. Bart. Bald. Salyc. Roman. & Alex. in *Authent. Præterea. C. Unde vir. & uxor.* Bart. Imol. Paul. & Alex. in *l Sicum dotem. §. Si pater. ff. Solut. matrim.* & in *l. Hujusmodi. §. Cum pater. ff. de Leg.* 1. Baëza *de Decim. tutor. cap. 5. num.* 25. Gutierrez. in *tractat. de Tutel. cap. 5. num. 2. part.* 3. Merlin. *Controvers. forens. cap. 44. num. 17. cent.* 2. Panormit. in *consil.* 8 1. *vol. 2. lib.* 1. Covarr. in *cap. Officii, num. 2. in fine. de Testament.* Matienzus in *l. 7. gloss. 1. num. 10. tit. 9. lib. 5. recopilat.* Cravet. *consil.* 149. Fellez. in *l. 16. Tauri num. 2. & 3.* Capan. *de Vita, & Milit. quæst. 15. num. 2.*

56 Limitatur. Nam in casibus, in quibus diximus compensationem fieri, non procedit de specie ad speciem: nec de specie ad quantitatem text. in *l. Si convenerit. ff. de Pign. act.* text. in *l. Si ex pecunia. C. de Rei vindic.* text. in *l. Quod dicitur. ff. de Impens. in reb. dotal fact.* text. in *l Si non sortem. §. Si centum. ff. de Condict. indebit.* text. in *l. final.* & ibi Gloss. *C. de Compensat.* text. in *l. 2. §. Mulier. ff. de Dote prælegat.* Bart. in *l Hujusmodi. §. Cum pater. ff. de Legat.* 1. Jaso. in *§. In bonæ fidei. num. 67. Institut. de Act.* Suarez. in *l. 1. tit. de las arrhas. num.* 36. Bald. in *l. Quoniam in prioribus. C. de Inoffic. testam.* Covarr. in *cap. Officii num. 2. ad medium de testam.* Barbosa in *l. Si cum dotem. §. Si pater num. 13. in fin. ff. Solut. matr.* Trentacinq. *Variar. resolut. tit. de Compensat. resolut. 1. num. 1. lib. 3. vol. 1.* Nevizan. *consil. 62. num.* 21. Gutierrez. *de Tutel. part. 3. cap. 5. num.* 34. Fernandez. in *l. 16. Tauri num. 2.*

SUMMARIUM.

1 *Replicatio dicitur, quia implicatam exceptionis iniquitatem detegit.*

2 *Replicationes nil aliud sunt, quàm exceptiones, & ab actoris parte veniunt, defendendique causa sunt comparatæ, & adinventæ.*

3 *Debitor, si ex pacto exceptionem objiciat; jus ejus replicatione eliditur.*

4 *Replicatio dici potest secunda actoris allegatio ad firmandam actionem suam.*

5 *Replicatio juxta nonnullos admittitur contra compensationis objectionem.*

6 *Replicationes sunt exceptiones, quæ dicuntur armatorum.*

7 *Defensiones, cum sint juris naturalis, nemini denegari possunt*

8 *Exceptiones plures, ac diversas quilibet opponere potest.*

9 *Dolus doli replicatione tolli potest.*

10 *In pari causa melior est conditio possidentis.*

11 *Via se defendendi reis præcludi non debet.*

12 *Replicatio compensationis admitti non potest contra compensationis objectionem.*

13 *Compensatio ipso jure post oppositionem debitum perimit, & obligationem extinguit.*

14 *Creditum jam compensatum rursus in compensationem deduci non potest.*

15 *Distinguens proximus est veritati, & per distinctionem omnia oppugnantia jura conciliantur.*

16 *Doctori distinguenti inhærendum est.*

17 *Replicatio compensationis contra ipsius compensationis objectionem opponi non potest, quando electio compensationis ad debitorem pertinet,* & Bersanus *commendatur.*

18 *Obligatio utrorum ex compensationibus evanescit post compensationis oppositionem.*

19 *Replicatio compensationis contra compensationis objectionem locum non habet in illis casibus, in quibus compensatio fit ipso jure.*

20 *Replicatio compensationis admittitur contra compensationem, quando replicatio adeò est efficax, ut objectam jam*

com-

compensationem perimat.
21 *Replicatio compensationis locum non habet in delictis, quando agitur criminaliter.*
22 *Replicatio compensationis admittitur in delictis, quando pro eis agitur civiliter.*
23 *Compensatio, ne contractus bonæ fidei ad perfidiam trahatur, in deposito admitti non potest.*
24 *Fides servari summoperè homines decet.*
25 *Fides, si non servaretur, fatalia plura contingerent.*
26 *Actio ad consequendum debitum, quamvis compensatio denegatur, tolli non potest.*
27 *Retentio est juris veteris, reservatio nihil de novo tribuens.*
28 *Effectus retentionis qualis sit.*
29 *Remedium compensationis quando competat.*
30 *Retentio pro credito consequendo competit quotiescumque ob aliquam causam compensatio locum habere non potest.*
31 *Retentio favorabilior est creditori, quàm compensatio.*
32 *Reconventio quid sit.*
33 *Compensatione quod non potest consequi, reconventione acquiritur.*
34 *Compensatio, quando à Judice refellitur, an in alio judicio deduci possit.*
35 *Compensatio, quando refellitur, quia necessaria requisita deficiunt, vel quia non sit parata probatio, vel creditum certum, potest in alio judicio deduci tam per modum exceptionis, quàm per modum actionis.*
36 *Compensatio si fuerit exclusa, exclusionis causa minime expressa, principaliter induci potest, & quare.*
37 *Jura creditori reservantur in alio judicio ad creditum consequendum, quamvis excipienti compensatio denegetur.*
38 *Compensatio quando refellitur, nulla facta reservatione, tunc taliter excluditur, ut prorsus amplius opponi non possit, quoniam hujusmodi exclusio includit exceptionem rei judicatæ.*
39 *Judex, si compensationem expressè non reprobaverit, videtur in exequutionis tempus eam reservasse.*
40 *Compensatio in judicio exequutivo opposita poterit per modum actionis in plenario judicio cognosci.*
41 *Judex quando excludit compensationem, cavere debet, ne ita pronunciet, ut penitus compensationem reprobet, tamquam si nihil debeatur; sed ita potius ut asseveret, se nullam oppositæ compensationis rationem habere.*
42 *Judex potest compensationem excludere, & actionem servare.*
43 *Si reus conventus debitum non negavit, sed compēsationem dumtaxat opposuit, solet compensatio admitti, quamvis debitum, per quod compensatio facienda erat, nequeat statim probari, dummodò per documenta, vel per testes in loco existentes celeriter probari possit.*
34 *Comepensatio excluditur, & reservatur actio in causa depositi.*
45 *S[...]ii actione si quis conveniatur, & vult compensare, refellitur compensatio, salva tamen actione.*

ARGUMENTUM.

Utrùm adversùs Compensationis oppositionem, admittatur compensationis replicatio.

QUÆSTIO IV.

Dicta cernitur replicatio, vel quia implicatam, tectamque exceptionis iniquitatem replicet, ac patefaciat: Vel quia adversùm exceptionem, alteram ferè converttionem affert, ac exponit. Quippe juxta Plautum replicare pro explicare sumitur; licèt aliquādo pro plico accipiatur, ut patet ex Plinio. *lib.* 17. *Histor. natural. cap.* 14. ibi: *Ne luxetur, dum deprimitur, neve cortex replicetur in rugas*. Vel potiùs quia iniquitatem actionis ab excipiente reo tectam, complicatamque detegat. Rectho- 1

thores eam firmamentum appellant. Nam definitore Cicerone in *Partit.* Firmamentum eſt, quod ad labefactandam rationem (ea noſtris eſt exceptio) refertur, ut tradit Arnold. Vinn. in *princip. Inſtitut. de Replicat. num.* 1.

2 Nihil aliud ſunt replicationes, quàm exceptiones, & ab actoris parte veniũt, defendendique causâ ſunt comparatæ, & adinventæ, & nũcupari poſſunt exceptionũ exceptiones, quę competunt adversùs eas, & replicatione objectâ jus exceptionum reſolvitur. Videlicet ſi creditor cum debitore pactus fuerit de non petendo debito; poſtea verò in cõtrarium pacti ſint, ut petere liceat.

3 Quippe objiciente debitore ex pacto eam exceptionem, jus ejus replicatione elidetur Juſtinianus in *titul. Inſtitut. de Replicationibus.* text. in *l.* 1. *§. Replicationes. l. Exceptio* 21. *§.* 1. *ff. de Except.* text. in *l. Si unus* 27. *§. Pactus ne peteret. ff. de Pact.* text. in *l. Adverſùs* 3. *l. Non exceptionibus* 10 *C. de Except.* Mynſinger. Oynotom. Balduin. Hothoman. Borcholten. Vinn. Pichard. Faber. & Donell. in *tit. Inſtitut. de Replicat. & Commentar. jur. civil. cap.* 10. *lib.* 22. & in *l.* 3. *C. de Except.* Cujac. *lib.* 5. *Obſervat. cap.* 34. *& in Paratitl. tit. de Except.* Weſſembec. *Paratitl. tit. de Except. num.* 2. *&* 12. Gregor. *Syntagmat. jur. lib.* 21. *cap.* 17. Bart. in *l.* 2. *§. Replicationes. num.* 3. *&* 4. *ff. de Except.* Oſſuald. ad Donell. *Comment. jur. civil. lib.* 22. *cap.* 10.

4 Sicuti enim exceptio actorem excludit, ac reſpuit; ita replicatio reum refellit text. in *l.* 2. *§.* 2. *de Except.* Cum replicatio nihil aliud ſit, quàm ſecunda actoris allegatio ad firmandam, ſuffulciendamque actionem ſuam, cõtra exceptionem à reo oppoſitam. Itaque, & replicatio quædam exceptio eſt; ſed quæ à parte actoris venit text. in *l.* 2. *§.* 1. *ff. de Exceptionib.* Unde à Paulo contra exceptio appellatur, quaſi exceptionis exceptio text. in *l. Exceptio* 22. *§.* 1. *ff. de Exceptionib.* Licèt propriùs exceptio nuncupetur illa defenſio, quâ reus utitur ad excludendam actionem.

5 Quoad noſtri inſtituti hæſitationem duplex eſt Doctorum opinio. Prima eſt affirmativa; videlicet quod compenſationis replicatio admittatur contra compenſationis objectionem, v.g. peto à te decem, quæ tibi mutuavi, Tu excipis de compenſatione decem, quæ priùs mutuaveras. Ego autem replico contra tuam exceptionem de aliis decem, quæ mihi debebas priùſquam tibi hæc ultrà decem mutuaſſem: Et hanc opinionem amplectuntur Tyndar. *opuſcul. de Compenſat. artic.* 9. *num.* 47. Bald. in *l. Si conſtat. num.* 6. *C. de Compenſation.* Medices *de Compenſat. quæſt.* 30. *num.* 1. *part.* 2.

Hujus opinionis fundamenta ſunt ſequentia. Primum text. in *l.* 2. *§. Replicationes. ff. de Exceptionib.* Ubi Ulpianus ait, replicationes nihil aliud eſſe, quàm exceptiones; ſed exceptiones ſunt reorum defenſiones text. in dicta *l.* 2. *in princip. ff. de Exceptionib.* At defenſiones, cum ſint juris naturalis, nemini ſunt denegandæ text. in *l. Uranius* 18. *§. Cognitorum. ff. de Quæſt.* text. in *l. Defenſionis* 7. *C. de Jur. fiſc. lib.* 10. text. in *l. Scientiam. §. Qui cum aliter. ff. Ad Leg. Aquil. l.* 1. *C. Unde vi.* text. in *l. Ut vim. ff. de Juſtit. & jur.* Ergo nec replicationes, cum in iis eadem militet ratio; & ubi militat eadem ratio, ibi eadem eſſe debet juris diſpoſitio text. in *l. Illud. ff. ad Legem Aquil.* text. in *l. Illud. C. de Sacroſanct. Eccleſ.* text. in *l. Quidem nummularios. ff. de Edend.* text. in *l. Si poſtulaverit. §.* 2. *ff. de Adulter.* 6 7

8 Secundum text. in *l. Nemo* 8. *ff. de Except.* text. in *l. Quid in hæredem. §. Eligere. ff. de Tribut.* text. in *cap. Nullus. de Regul. jur. in* 6. Ubi ſicut plures exceptiones diverſas quilibet opponere poteſt: ita etiam pluribus replicationibus, quamvis diverſis uti non prohibetur, cum replicatio ſit exceptio text. in *l. Exceptio* 2. *§. Replicationes. ff. de Exception.*

9 Tertium text. in *l. Mulier. & l. Viro, atque uxore. ff. Solut. matrimon.* Ubi dolus doli replicatione tollitur; ut quoque tradidit Medices *de Compenſation. quæſt.* 30. *num.* 18. *part.* 2. Et ſi excipiens certat de damno, vel uterque, tam excipiens, quàm replicans ſunt in pari causâ, tunc melior eſt causa replicantis text. in *cap. In pari. de Reg. jur. in* 6. text. in *l. Favorabiliores. ff. de Regul. jur.* text. 10

text. in *l. Apud. §. Marcellus. ff. de Dolo.* text. in *l. Cum par. ff. de Reg. jur.* Ergo sicuti compensationis replicatio in criminalibus locum habet: ita etiam in reliquis casibus.

11 Quartum, quia si replicatio compensationis non admitteretur, via se defendendi reis præcluderetur; sed hoc non est dicendum: Ergo neque quod compensationis replicatio non admittatur.

12 Secunda est opinio negativa, videlicet, quod compensationis replicatio locum non habeat, eamque tenent Bald. in *Authentic. Et consequenter. col. 1. C. de Sentent. & Interloc. judic.* Gregor. Lopez in *l. 20. tit. 14. partid. 5. gloss. 5.* Guzman. *Veritat. jur. verit. 16.* Corn. *consil. 121. num. 6.* Rota apud Posth. *de Subhastation. decis. 88 num. 12.*

13 Hujus conclusionis fundamentum est, quod compensatio extemplò post oppositionem debitum perimit, obligationemque tollit ipso jure, juxta text. in *l. Si constat 4. C. de Compensat.* text. in *l. Ejus quantitatis. C. de Solut.* text. in *l. Si ambo 10. ff. de Compensat.* text. in *§. In bonæ fidei, & §. Compensationes. Institut. de Act.* Quamobrem suos jam est operata effectus. Ergo effectu compensationis sequuto, replicatio objici nequit adversùs id, quod jam fortitum est effectus.

14 Nam aliàs, quis posset unum creditum semel compensatum rursùs in campensationem deducere? quod non est dicendum text. in *l. Quod Labeo 13. ff. de Compensat.* & ibi Faber, & Brunneman.

15 Sed neutrâ amplexâ sententiâ, mihi distinctione utendum esse videtur. Nam distinguens proximus est veritati, & omnia distinguendo conciliantur text. in *l. Adeo. §. Cum quis. ff. de Acquirend. rer. domin.* Gloss. in *cap. Querenti. de Of-*

16 *fic. delegat.* Et cum quoque in hac quæstione Bersan, *cap. 1. quæst. 9. num. 9.* Distinguat, ei inhærendum puto; quippe Doctori distinguenti adhærendum esse tradit Gloss. in *l. Apud antiquos. C. de furt.* Gloss. in *l. Filiæ. C. Famil. ercifcund.*

17 Videlicet, quoties electio compensationis ad debitorem attinet, tunc compensationis replicatio locum habere nequeat, ut ex Corn. *consil. 121. num. 6. vol. 4.* Fatetur Bersanus, qui uberiùs omnibus materiam compensationis exposuit, quapropter nimis quidèm commendandus *de Compensat. cap. 1. quæst. 9 num. 3.* Hoc afferens exemplum. Si Titius adversùs Sejum agat ad centum. Et Sejus ex aliâ causâ pari creditor, de compensatione replicet. Titius verò replicet ea centum cum aliâ summâ vetustiore compensata fuisse; & cum ubi ex pluribus causis debitor est sui debitoris, magis debitoris conventi, quàm creditoris intersit, ejus erit electio, argum. text. in *l. Si debeat. ff. de Compensat.* Ergo in exposito casu replicatio Titii actoris adversùs objectam compensationem non subsistit, cum non sit in potestate creditoris plurium causarum compensare debitum suum cum credito, sibi magis beneviso, ut dicam suo peculiari loco. Unde, ut dicit Bersanus *de Compensationibus.* 18
cap. 1. quæst. 9. num. 4. Si Sejus conventus à Titio in effectu dicta centum objecerit alia pro compensatione alterius summæ, hoc in casu locum habet replicatio; quoniam unum creditum semel compensatum, ampliùs nequit compensari, ut expressè tradit Bersan. *loc. citat.* Nam compensatione oppositâ, utriusque partis evanescit obligatio, quia solutione ejus, quod debetur tollitur text. in *princip. Institut. Quibus mod. tollit. oblig.*

Quando igitur electio est debitoris, 19
tunc compensationis replicatio est rejicienda, & locum habet secunda opinio negativa Corn. *consil. 121. num. 6. vol. 4.* Bersan. *de Compensat. cap. 1. quæst. 9 num. 4.* Rota apud Posth. *decis. 87. num. 12.* Dummodò compensationis requisita concurrant. In casibus, in quibus compensatio fit ipso jure, de quibus in *quæst. 6.* Compensationis replicatio locum non habet, ut ex Rota dicta *decis. 88. num. 12.* tradit Bersan. dicto *cap. 1. quæst. 9. num. 5:* Quando verò replicatio 20
adeo efficax est, ut objectam jam compensationem perimat; videlicet si non sit liquida, aut aliquo ex ejus requisitis careat, tunc compensationis replicatio locum habebit, Judexque adversùs eam

eam pronunciabit, & sic procedit prima opinio affirmativa Tyndar. *opuscul. de Compensat.art.9.num.47.* Bald. in *l.Si constat 4.num.6.C.de Compensat*: Medic. *de Compensat.quæst.30.num.1.part.2.* Ut dixit Bersan. *de Compensat. cap.1. dicta quæst.9. num.6.* Annectens in casibus, pro quibus naturalis æquitas suadet, replicationē admittendā videri, ut in casu apud Bellon. *decis. Rot. Januens. 11. num.7.*

21 Sed quid dicendum in delictis, an replicatio adversùs compensationem locum habeat? & distinguendum est: Aut loquimur quando agitur criminaliter, aut quando agitur civiliter. In primo casu replicatio locum habere non potest, quia nec etiam compensatio admittitur Gregor.*Syntagmat. jur. lib.38.cap.7.num.15.* Wissembach. in *l. final.C.de Compensationib.*Bachovius ad Treutler.*vol.1.disput.25: thes.6. lit.A. &* B.Farinac.*Fragment.criminal lit.D.num. 112.*Oynotom.in *§.In bonæ fidei.num.22*

22 *de Act.* Igitur sicut compensatio locum non habet, nec replicatio locum habere potest Bersan.*de Compensat.cap.1.quæst. 9.num.8.* In secundo casu, quando agitur civiliter, admittitur compensatio Cujac.*lib.11.Quæst.Papin.in l.5.ff.Rerum amotar.* Wessembec.*Paratitl.lib.16. Digest.tit.2.num.5.*Bargal.*deDolo.lib.6.Reg. 15.* Pacian.*de Probat. lib.1. cap.59. num. 42.*Hothoman.*Epitom. lib.16. tit.2. n.5.* Guzman.*Verit.jur.verit.16.n.7.*Decian. *Tractat.crimin.lib.3.cap.33.num.1.*Ergo etiam compensationis replicatio erit admittenda, ut dicit Bersan.*de Compensat.cap.1.quæst.9.num.10.* Denegans hoc procedere, quando excipiens certat de damno vitando, replicans verò de lucro captando, ut asserit Farinac.*Fragment.criminal. lit.D. num.137.* cum ibi congestis. Vel si uterque objiciat compensationem, & replicans adversùs eam damnum vitare contendat; quoniam replicantis conditio melior censetur text. in *l.Cum par. ff.de Reg. jur.* Quamobrem replicationis beneficium non habet, ut tradunt Medic. *de Compensat.quæst.30. num.20.part.2.* Bersan. *quæst 9.num.11.cap.1.*

23 Sed nunc videndum est, compensatione non competente, an aliud remedium supersit? Cum indubitati juris sit pluribus in causis compēsationē refelli posse; vel propter actionis privilegium, ut est in deposito, ne id, quod bonâ fide gestum est perperam ad perfidiam trahatur text.in *cap.Bona fides. de Deposit.* text.in *l.Compensationes. & l.final. C. de Compensat.* text. in *§.In bonæ fidei. de Act.* Cum nos maximoperè fidem servare deceat, cum deficiente fide omnia prorsùs evertantur, ut innuit Sillius Italic.*lib.11.* 24

Stat nulla diu mortalibus usquam
Fortuna, titubante fides.

Unde si depositum prætextu compensationis non redderetur, fides hominum perfringeretur, cum fidē servare nimis intersit hominum, & quum depositarius depositum recipit, pollicetur se illud deponenti restituturum, quod observare debet. Nam pollicitum servari optimum est. Quò alludens Periander Corinthius ajebat: *Quodcumque pollicitus fueris serva*, teste Diogene Laërtio *de Vitis Philosophor.lib.1.in Periand.* Et ex fidei fractione fatalia plura contigerent, ut cecinit Manil.*lib.3.Astronomicon.*

Perque tot ætates, hominum, tot tempora, & annos,
Tu bella, & varios etiam, sub pace labores,
Cum fortuna fidem quærat, vix invenit usquam.

Vel si extrema habilia ad inducendam compensationem non adsint; vel in reliquis omnibus casibus, in quibus compensatio rejicitur, de quibus agit Bersan. *de Compensat. cap. 2. quæst. 2.* Quippe non competente compensatione, si non superesset aliquod remedium esset iniquum; quoniam actio ad consequendum creditum in omnibus actionibus tolli nequit; quamquam compensatio denegetur. Unde meritò quilibet exclusus à compensationis beneficio, non impeditur aliâ viâ, si vult etiam in eodem judicio id, quod sibi debetur consequi. Cui duo remedia ad creditum adipiscendum competunt. 26

Primum remedium est Retentio, 27 quæ

quæ juxta Molignat. *de Retent. quæst.* 1. Est juris veteris reservatio, nihil de novo tribuens; & compensatio indirecta nuncupatur Cyn. in *l. final. num.* 12. *C.*
28 *de Compensat.* Retentionis effectus est, debitum, quod quis retinens habet favore sui debitoris, vel aliam quamcumque rem ipsius, pro sui crediti securitate, donec retinenti solvatur in possessionem dumtaxat conservare, ut fatetur Bersan. *de Compensat. cap.* 1. *quæst.* 12.
29 *num.* 2. Tunc enim competit retentionis remedium, quando quis se fundat, in pignore, vel aliâ quoque sui debitoris re; usquequò sibi solvatur. Unde quo-
30 tiescumque compensatio ex aliquâ quavis causâ non competit, creditor ad consequendum creditum retentione uti potest, ut asseclantur, ac confitetur Fachin *lib.* 11. *contr. cap.* 7. Gonzalez in *cap. Bona fides num.* 13. *de Deposit.* Bonden. *de Jur. contr. colluct.* 38. *num.* 147. Oynotom. in *§. In bonæ fidei. num.* 9. *de Act.* Luca *de Judic. discurs.* 41. *num.* 9. Gothofred. in *l.* 3. *ff. de Compensat.* Tepat. *Variar. sent. tit.* 160. *cap.* 5. Duaren. *ad tit. de Compensat.* Donell. *lib.* 16. *comm. jur. civil. cap.* 15. & ibi Osfuald. Sigibert. *de Reconvent. cap.* 6. *num.* 1. *in fine.* Alderis. *de Simbolic. contract. tit.* 2. *cap.* 10. *num.* 24. Gratian. *Discept. forens. cap.* 728. *num.* 31. Cancer. *Variar. Resolut. part.* 3. *cap.* 16. *num.* 321. Cyriac. *controvers.* 441. *num.* 18. *et contr.* 224. *num.* 9. Marant. *Specul. part.* 4. *distinct.* 6. *num.* 3. *in fin.* Gloss. in *l. Gregè. §. Cum pignori. verbo Compensatum. ff. de Pign.* Medic. *de Compensat. quæst.* 28. *num.* 5. *part.* 2. Gallia. *consil.* 78 *num.* 31. Luca *de Credit. discurs.* 60. *num.* 8. Cephal. *consil.* 658. *num.* 25. *lib.* 5. Craver. *consil.* 148. *col.* 1. Urceol. *Consult. forens. cap.* 61. *num.* 42. Bersan. *de Compensat. cap.* 1. *quæst.* 11. *num.* 3. Mancin. *de Juram. part.* 4. *effect.* 30. Grass. *de Exceptionib. except.* 16. *num.* 20. Decian. *consil.* 94. *num.* 26. *lib.* 3. Seraphin. *de Privileg. juram. privileg.* 74. *num.* 144. Gabriel. *de Jur. jurand. consil.* 7. *num.* 2. Corn. *consil.* 61. *lib.* 3. Nam retentio
31 creditori longè favorabilior est, quàm compensatio text. in *l. Per retentionem. C. de Usur.* text. in *l.* 2. ibique Bald. *C. de Fideicomm.* Fellic. *Allegat.* 26. *num.* 11. *part.* 3. Bersan. *de Compensat. cap.* 1. *quæst.* 12. *num.* 6. Niger *de re judicat cap.* 24. *§.* 1. *num.* 8. Cravet. *consil.* 148. *num.* 2. Medic. *de Compensat. quæst.* 28. *num.* 5.

Secundum remedium est Reconventio, quam Vultejus. *lib.* 2. *Juris prudent. Roman. cap.* 30. *vers. Reconventio asserit.* Quod sit rei conventi coram suo Judice adversùs actorem instituta, & quasi conventioni actoris opposita actio. Sigibert. *de Reconvent. cap.* 4. *num.* 3. Asseveravit, quod reconventio est rei conventi adversùs actorem, durante conventionis judicio, vicissim sub eodem Judice instituta actio; cujus definitionis partes latè ipse Sigibertus explanat; sed breviùs dici potest, quod reconventio nil aliud sit, quàm mutua petitio, seu secunda conventio, ut depromitur, ac evincitur ex text. in *l. Si idem. cum eodem. § Quod si mutuæ. ff. de Jurisd. omn. Judic.* Hâc reconventione peti potest id, quod compensatione consequi non valet Gothofred. in *l. Ideo liter. L. ff. de Compensat.* Monach. *decis. Florent.* 70. *num.* 38. Bersan. *de Compensat. cap.* 1. *quæst.* 11. *num.* 5. Matesca. *de Reconvent. enarrat.* 1. *n.* 91. Ubi ait animadversioni 33
est advocatis id, quod viâ compensationis, fortiri non potest, per modum reconventionis constituere, quod procedit, mutuas instituendo petitiones, ut fecêre Hebræi adversùs Ægyptios, quamobrem dixit Tertullian. adversùs Marc. *lib.* 2. *reposcunt Ægyptii vasa aurea de Hebræis, è contra, Hebræi mutuas instituunt petitiones.*

Quid dicendum, quando compensa- 34
tio semel à Judice excluditur; an tunc iterum possit in alio judicio deduci? Et respondetur quod; vel resellitur compensatio, & conservatur actio, vel compensatio denegatur, & simul actio adimenda. Primus casus accidit, quoties quis est creditor sui creditoris, sed creditum alicui subjacet exceptioni, quæ compensationem impedit fieri, vel propter creditoris agentis privilegium, ut sunt casus relati in *l. In ea 3. C. de Compensat.* Vel quia extrema habilia ad inducendam compensationem non adsunt; juxta requisita à Modestino in *l.* 1. *ff. de Compensat.* Secundus, quoties debitor conventus opponit compensationem, cum

eum credito, quod non est, vel jam fuit solutum. Nam tunc compensationis necessaria deficient; quoniam compensatio est debiti & crediti invicem inter se contributio text. in dicta *l.1.ff.de Compensat.*

35 Quando compensatio excluditur eò quia necessaria requisita deficiunt, vel quia non sit parata probatio, seu creditum certum, potest in alio judicio proponi, tam per modum exceptionis, si fortassis ab eodem creditore ob aliam summam conveniatur, quamvis liquida non sit, quia in alio judicio poterit liquidari Scacc. *de Re judic. gloss.14. quæst.2. num.29.* Tynd. *de Compensat. art.9. num.13.* Gabriel. *comm. concl. lib. 2. tit. de Except. concl.2. num. 13.* Bersan. *de Compensat. cap.1. quæst. 15. num. 4.* Felin. in *cap. Suborta. num. 4. de Re judic.* Medices *de Compensat: quæst.19. num. 6. part. 2.* referēs textū in *l. final. C. de Compēsat.* Quàm per modum actionis, si velit agere ad prædictæ summæ solutionem Vigel. in *Method. jur. civil. lib. 15. cap. 11. in fine.* Ricc. *Collectan part.6. collect.2445. Vers. si autem.* Maresca. *de Reconvent. enarrat. 1. num. 61.* Quia hæc est exceptio, ut ex Scacc. tradit Bersan. *de Compensat. cap.1. quæst.15. num.5.*

36 Hoc etiam locum sibi vindicat, etiam si compensatio fuerit exclusa; nempè exclusionis causâ minimè expressâ; quoniam illo casu existimatur ob non liquidum creditum rejecta; secùs ob insubsistentiam ejus, quoad substantiam; Quapropter etiam principaliter induci potest text. in *l. In rebus. §. Quod autem. ff. de Commod.* text. in *l. Si autem. §. Si quocumque. ff. de Negot. gest.* Coppel. *de Compensat. cap.9. num.12.* Magon. *decis. Florent. 3. num.11.* Bersan. *de Compensat. cap.1. quæst.15 num.6.*

37 Nec rei judicatæ exceptio obest, cum jam fuerit rejecta; Quippe in hoc nostro casu quamquam excipienti compensatio denegetur, ei jura reservātur, in alio judicio ad creditum nanciscendum text. in *l. final. C. de Compēsat.* Nam licèt judex compensationis rationem non habuerit; nihilominus tamen salva petitio ejus, quod debetur manet; neque prædictæ rei judicatæ objici potest: nisi compensationē Judex, quasi nō existente debito, reprobasset text. in *l. Quod in diem. §.1. ff. de Compensat.* Medic. *de Compensat. quæst.19. num.6. part.* Bersan. *de Compensat. cap.1. quæst.15. num. 7.* Si verò jura minimè reserventur, sed in dubio resellatur, hoc factum fuisse haud creditur propter crediti insubsistentiam, ut tradit Bersan. *loc. relat.*
Quando verò excluditur compensa- 38
tio absque ullâ prorsùs reservatione jurium, nempè si contra compensationem declaratur, quandocumque causa, in qua se fundat soluta, vel aliquo affecta sit impedimento, quod perimat actionem reo; tunc aliter excluditur compensatio, ut prorsùs ampliùs opponi nequeat; quia hujusmodi exclusio rei judicatæ exceptionem includit text. in *l. Quod in idem. §. Si actionem ff. de Compensat.* text. in *l. Si autem. §. Si quocumque. ff. de Negot. gest.* Donell. *Comm. jur. civil. lib. 16. cap.15. col final num.50.* Bersan. *de Compensat. cap.1. quæst. 15. num. 9.* Felin. in *cap. Suborta. num.2. de Re judicat.* Coppel. *de Compensat. cap.9. num. 9.* Scaccia *de Re judic. gloss.14. quæst.2. num.30.* Si ve-
rò Judex prædictam compensarionem 39
expresè non reprobaverit, ut sui muneris esse tradidit Bersan. *de Compensat. cap.1. quæst.10. num. 10.* Videtur in exequtionis tempore eam reservasse: ut expresè fatentur Gratian. *Discept. forens. cap.445. num.22.* Brunneman. in *l. Quod in diem. num.8. ff. de Compensat.* Mævius *decis.308. p.2.* & Carpzov. *lib.2. Respons.5.*
At verò in judicio exequutivo objecta, 40
poterit per modum actionis in plenario judicio cognosci Bersan. *de Compensat. cap.1. quæst.15. num.11.* Tusch. *Pract. conclus.495. num.1. litera.C.*

Quotiescumque Judex resellit, com- 41
pensationem cavere debet, ne ita pronunciet, ut penitùs compensationem reprobet, tamquam si nihil debeatur; sed ita potiùs, ut asserat, se nullam objectæ compēsationis rationem habere, quo salva ipsi maneat petitio Lautherbach. in *tit. de Compensat. th.15.* Faber. *C. lib.4. tit.23. definit.5.* Brunneman. in *l. Quod in idem. num.4. ff. de Compensat.* Carpzov. *part.1. Jurisprud. const.8. def.5.*

Potest enim Judex compensationem 42
ex-

excludere, & tamen actionem reservare. Primò, quoties quis debitū illiquidū opponit, quod de facili liquidari nequit.
43 Quippe si reus conventus debitum haud inficiatus fuit, sed compensationem dumtaxat opposuit, & quidem initio, solet compensatio admitti, quamquam debitum, per quod compensatio facienda, nequeat extemplò probari; dummodò per documenta, vel testes in loco existentes celeriter de probatione clarescat Brunneman in *l. final. C. de Compensat.* Lautherbach. in *tit. de Compensat. th.* 11. Zanger. *de Except. part.* 3. *cap. num.* 104. Bachovius ad Treutler. *vol.* 1. *disp.* 25. *th.* 8. *litera. G.* Bruneman. in *l. Quod in diem* 7. *num.* 5. *ff. de Compensat.* Se-
44 cundò excluditur compensatio, & conservatur actio in causâ depositi text. in *l. final.* §. 1. *C. de Compensat.* Offuald. ad Donell. *lib.* 16. *Comm. jur. cap.* 15. *litera. I.* Brunneman. in *l. Quod in diem. num.* 6. *ff. de Compensat.* Mantic. *de Tacit. et ambig. convent. lib.* 10. *titul.* 10. Tertiò quando
45 quis convenitur actione spolii, & is vult compensare, excluditur compensatio, salvâ tamen actione text. in dictâ *l. final.* §. 1. *C. de Compensat.* Brunneman. in *l. Quod in diem.* 7. *num.* 7. *ff. de Compensat.* Medic. *de Compensat. p.* 2. *quæst.* 28. *n* 3. Carpzov. *lib.* 2. *respons.* 101. Zas. in *tit. de Compensat. num.* 7.

SUMMARIUM.

1 *Usura unde dicatur, & quid sit.*
2 *Usura quotuplex sit.*
3 *Usura centesima quænam dicatur.*
4 *Usuræ centesimæ intra centum menses æquiparant sorti.*
5 *Liber rationum quare apud veteres dicebatur.*
6 *Kalendarium quid sit.*
7 *In usuris centesimis ex centum partibus duodecim singulis annis penduntur.*
8 *Usuræ unciales quales sint.*
9 *Usuræ trientales quænam dicantur.*
10 *In usuris trientalibus erat terminus virorum illustrium fœnerantium, ut ampliores ex mutuo recipere nequirent.*
11 *Usuræ quincunces æquant sortem viginti annis.*
12 *Romani cum totum aliquid partiri vellent, id ad assem redigebant, qui constabat duodecim partibus.*
13 *Usura terrestris, & nautica apud veteres qualis dicebatur.*
14 *Fœneratoris pecunia fluctibus æquoris à* D. Ambrosio *comparatur.*
15 *Usurarum nomen nimis odiosum est.*
16 *Usuræ prohibentur jure naturali.*
17 *Usuræ jure divino in utroque testamento improbatur:*
18 *Usuræ jure canonico damnantur.*
19 *Usuræ ex Sacrorum Conciliorum decretis interdicuntur:*
20 *Usuræ jure positivo Ecclesiastico damnantur.*
21 *Usuræ jure civili positivo, & moribus gentium reprobantur.*
22 Cato *fœneratio morti comparatur.*
23 *Usura Chaldæis nuncupatur* Chabulia, *& ab Hebræis* Nelechec.
24 *Usuræ descriptio.*
25 *Usuræ sterilitatem producunt.*
26 *Usurarii manifesti qua pœna plectantur.*
27 *Romani fœneratores, ut fures manifestos coercebant.*
28 *Fœneratores Romæ ad medium Janum sedebant.*
29 *Improbitas hominum maxima; præsertim divitum.*
30 *Usura in quibus rebus permittatur:*
31 *Doctores agentes de usuris adducuntur.*
32 *Compensatio admittitur ipso jure absque oppositione partis adsistendas usuras,* & referuntur Doctores hujuscemodi sententiam consectantes.
33 *Compensatio ne currant usuræ, fit ipso jure legis ministerio.* Et refertur text. in l: Ejus quantitatis. C. de Solutionibus.
34 *Usuræ non debentur ejus, quod in compensationem deduci potest.* Et adducitur text. in l. Etiam si fideicommissum. C. de Compensat.
35 *Usuræ per compensationem ipso jure abolentur, cujus comprobationem expenduntur verba* text. in l. Si constat. C. de Compensat.
36 *Compensatio fit ipso jure, etiam in usuris diversis.*
37 *Quod comprobatur ex* text. in l. Cum alter alteri 11. ff. de Compensat.

38 *Per-*

38 *Perpenditur quædam objectio adversùs* text. in dicta l. Cum alter alteri.
39 *Usuræ quare debeantur.*
40 *Satisfit objectioni supraposita.*
41 *Debitor non dicitur in mora, quando aliqua justa exceptione se tueri potest.*
42 Refellitur Surdus.
43 *Compensatio admittitur in omnibus judiciis, ac actionibus veteri sublato discrimine.*
44 *Compensatio admittitur tam in usuris debitis ex contractu bonæ fidei, quàm stricti juris, quia inter eos quoad compensationem sublata est differentia.*
45 *Compensatio admittitur, quamvis creditum, quod habet usurarum debitor sit illiquidum.*
46 *Compensatio in usuris admittitur, sive ab una, sive ab utraque parte debeantur.*
47 *Compensatio ad evitandas usuras fit ipso jure.*
48 *Compensatio admittitur, quando usuræ debentur ab una parte in majore quantitate, quàm ab alia.*
49 *Compensatio admittitur in usuris debitis vigore statuti.*
50 *Compensatio recipitur in usuris, sive jure actionis, sive officio Judicis debeantur.*
51 *Compensatio admittitur in usuris fiscalibus, quamvis ex diversis stationibus debeantur.*
52 Ganaverrus qua de causa objurget, & corripiat Glossam in l. Idem juris. ff. de Compensat.
53 *Compensatio quando possit opponi à ministri hæredibus.*
54 *Usuræ dotales, ac similes compensari possunt.*
55 *Usuræ non solùm compensantur, sed etiam usurarum sors.*
56 *Usurarum nomine quid contineatur.*
57 *Debitor non censetur à quo ob aliquam exceptionem nequimus extorquere.*
58 *Usuræ decursæ per compensationem sisti nequeunt.*
59 *Jurans solvere usuras an possit uti compensatione, si usurarius aliunde est debitor.*
60 *Affirmativam sententiam nonnulli insequuntur.*
61 *Compensatio dicitur solutio.*
62 *Suffulcitur supraposita assertio affirmativa.*
63 *Usurarius non est debitor, donec ejus usuræ solvantur.*
64 *Opinionem negativam quidam tuentur.*
65 *Jurans solvere compensare non potest.*
66 *Juramentum, quod in æternæ salutis dispendium non vergit, velin alterius præjudicium adimpleri debet.*
67 *Refellitur utraque sententia, ac proponitur quædam authoris distinctio.*
68 *Juramentum intelligitur rebus sic stantibus.*
69 *Media via semper est eligenda.*
70 *Impugnatur principalis conclusio.*
71 *Compensatio non admittitur in præteritum tempus.*
72 *Compensatio admittitur pro rata usque ad concurrentes quantitates.*
73 *Satisfit impugnationi.*
74 *Usuræ per compensationem abolentur eò ipso, quo deberi incipiunt.*

ARGUMENTUM

Utrùm in Usuris locum sibi asciscat compensatio,

QUÆSTIO V.

Sit fas mihi, antequam rogitationis thema adoriar, ab usuræ definitionis etymo ordiri, quam ab utendo ortum capesisse opinor, estque accessio sortis debitæ ex solo tempore tardæ solutionis: quæ accessio ponitur veluti genus text. in *l. Frumenti. C. de Usuris.* text. in *l. final. in fine. C. de Jur. dot.* Cum accessionis nomen latissimè pateat, comprehendatque fructus, qui è terrâ, & ex arboribus nascuntur, pensiones domorum, vecturas navium, & fœtus pecorum, omnemque utilitatem, seu causam, vel ex aliquâ re percipiatur, et etiam usuras, & redditus pecuniæ ex quacumque causâ debitæ, ut constat ex text. in *l. Si navis. ff. de Rei vindicat.* text. in *l. ultim. C. de Jur. dot. tit. de Usur.* Usuræ multiplices sunt, videlicet centesimæ, unciales, trientales, & quincunces. 1

2

Cen-

3 Centesima usura dicitur non ea, quæ intra annum æquat sortem, ut aliqui volunt, quando centum pro centum singulis annis creditor lucratur, ut sentit Accursius in *l. Si non sortem*. *§. Supra duplum. verbo. Duplum. ff. de Condit.*
4 *indebit.* Sed centesimæ usuræ sunt, quæ intra centum menses æquant sortem; scilicet quando ex centum denariis, duodecim singulis annis penduntur, ut observant Donell. *de Usur. fol. mihi* 32. Budæus *lib.* 1. *de Asse.* Dossan. *lib. de Asse.* Alciat. *lib.* 2. *Parerg. cap.* 23. Cujac. *novell.* 130. Anton. Augustin. *lib.* 2. *cap.* 10. Cicer. *lib.* 1. *ad Attic. epistol.* 9. & *lib.* 5. *epistol.* 21. Senec. *epistol.* 128. Et usura legitima vocatur text. in *l. Lecta. ff. de Reb. credit. l.* 1. *C. Theodos. de Usur.* Plinius *lib.* 20. *epistol.* 53. Savar. ad Sidonium *lib.* 4. *epistol.* 24. Solebant veteres singulis mensibus exigere usuras, & rationes cum debitoribus inire, idque docet no-
5 men, quo rationum libri, seu nominum, & debitorum breviaria nuncupabantur, quæ sub Kalendarii nomine comprehendebantur text. in *l. penult. ff. de Reb. credit.* text. in *l. Nepoti* 6. *ff. de Fund. instruct.* Et indicat Horat. *lib.* 1. *Serm. Satyr.* 3:

Paulum deliquit amicus:
Odisti, & fugis, ut Drusonem debitor æris,
Qui nisi, cum tristes misero venere Kalendæ,
Mercedem, aut nummos unde unde extricat amaras;
Porrecto jugulo, historias captivo, ut audit.

Idem Horat. *lib. Epod. ode* 2.

Hæc ubi loquutus, fœnerator Alphius
Jamjam futurus rusticus,
Omnem relegit, idibus pecuniam,
Quærit Kalendis ponere.

6 Kalendarium rationum liber dicitur, in quem pecuniæ datæ, & acceptæ referebantur à kalendis, quia in singulas kalendas pecunias fœnerari solebant, sic Africanus servum kalendario præpositum dixit, qui fœnerandis, exigendisque pecuniis præpositus erat text. in *l. Ejus, ff. Si cert. petat. l. Qui filium. de Leg.* 3. Donell. in *l. Eos.* §. 1. *num.* 3. *C. de Usuris.*

In hujusmodi usuris centesimis erit 7
calculus, ut ex centum partibus, duodecim singulis annis pendantur, vel singulis mensibus una pars, ut intra centum menses, præstatio usurarum sit æqualis sorti, hoc est debito, sortem enim debitum vocat Papinianus in *l. Uxori usufructu bonorum. l.* 24. *ff. de Usufruct. legat.* Hanc usuram centesimam libram appellavit Martial. *lib.* 11. *Epigramm.* 106.

Mittebas libram, quadrantem Gaurice mittis,
Saltem semissem Gaurice solve mihi.

Unciales usuræ dicuntur, quando una 8
uncia, seu una pars centesimæ ex duodecim tantùm solvitur, veluti quoties pro centum singulis annis dumtaxat una pars ex centum solvitur text. in *l. Titius.* §. *Præfectus. ff. de Administrat. tutor.* Et intra centum annos æquatur sors; scilicet si pro centum aureis, unus annuatim solvatur, & sic intelligendus Cornelius Tacitus *lib.* 15. *Annal.* dum ait: *Lege duodecim tabularum cautum, ne quis amplius unciario fœnore usuram exerceret, cum antea ex libidine locupletatum ageretur.*

Trientales, quando quatuor unciæ, 9
hoc est, quarta pars centesimæ præstatur annuatim, & de illis meminit text. in *l. Tutor qui repertorium.* § *Quæ sint. vers. sed & si. ff. de Administrat. tutor.* Sortique æquant 25. annis. In hujusmo- 10
di usuris erat terminus virorum illustrium fænerantium, ut ampliores ex mutuò accipere nequirent text. in *l. Eos.* §. *Super usurarium. vers. quantitate. C. de Usur:* Et hoc trientario fænore usus fuit Antonius Cæsar, ut patrimonium suum superabundè ditaret Capitolin. in *Anton.* Et Alexander Severus Lampryd. in *Alex. Sever.* Et cum ex spoliis victoriæ Octaviani, adversùs Cleopatram, & Marcum Antonium, plurimum aurum Romam delatum esset, fenus, quod antea pendebatur denario, ad trientem dumtaxat recedit Dion. Cassius. *lib.* 51. *Histor.*

Quincunces habent solummodò 11
quintam partem centesimæ, & æquant sorti viginti annis, de quibus est text. in *l. Tutor qui repertorium.* § *Quæ sint. ff.* de

*de Administ.tutor.*text.in *l.Alimenta. §. Basilicæ.ff.de Aliment. legat.*Et hùc allusit Horat. *lib.*1.*Serm.*

Quinas hic capiti mercedes exigit: atque
Quanto perditior quisque est, tantò acrius urget.

Persius *Satyr.*15.

Quid petis, ut nummi, quos hic quincunce modesto,
Nutrieras, peragant avidos sudare deunces.

12 Sic enim veteres Romani, cum totum aliquid partiri vellent, id ad assem redigebant, qui constabat duodecim partibus; idque non solùm fecerunt in hæreditate, cum hæreditatis partes numerare, & partiri vellent, quod illos in hoc genere fecisse certum est text. in *l. Servus.§ fin ff.de Hæred. instituend.* Sed in omnibus aliis rebus partiendis Horat. *de Art.Poetic.*

Romani pueri longis rationibus assem
Discunt in partes centum deducere: dicat
Filius Albini, si de quincunce remota est
Uncia: quid superat? poteras dixisse, triens, heu
Rem poteris servare tuam, redit unica, quid fit?
Semis &c.

Et quoque patet ex Tito Livio *lib.*8. *ab Urb. cond. cap.*11. *ad fin.* ibi: *Bina in Latino jugera, ita ut dodrantem ex Privernati complerent, data: terna in falerno, quadrantibus etiam pro longinquitate adjectis.*

13 Apud veteres duplex fuit usura, Terrestris, & Nautica. Terrestris menstrua dicebatur. Nautica duplex fuit juxta Jul.Poll.*lib.*1.*Onomast.* Habitâ ratione periculi, Heteroploon, & amphoteroploon. Heteroploos cùm fænerator dumtaxat commeatus periculum suscipit, videlicet alterius navigationis. Amphoteroploos, quæ commeatus, & remeatus periculum suscipit, quæ ita contrahitur, ut nec usura; nec sors debeatur: nisi navis cum mercibus sospes in domiciliũ appulisset Jul. Pollux *lib.* 1. *Onomast.* Nicephorus Imperator Orientis sustulit usuras nauticas, omnibus demptis Christianis, quorum odio flagrabat *lib.*1 *Jur.orient. in Constit. Nicephor.in* 2.

De usurarum improbitate loquẽs D. 14
Ambros.*lib. Tob cap.*5. Fæneratoris pecuniã, fluctibus maris cõparat. *Pecunia fæneratoris*, ait, *est fluctus quidam maris, nunquã quiescit, labitur, velut scopulo illisa: ita gremium debitoris percutit, continuò relabitur, unde processit cum murmure venit, cum gemitu revertitur; frequenter tamen placidum stat ventis mare semper fænoris unda jactatur. Mergit naufragos, vestitos exuit, insepultos relinquit.* Et *cap.*13. scripsit *Mare fænerator est, omnium patrimonia ut ãquam fluctus absorbet, & ipsi nescit expleri, mari plerique utuntur ad quæstum: hic est universorum naufragium.*

Nimis autem odiosum est usura- 15
rum nomen, quadecausa usurarum nomen in interesse mutatum fuit. Unde Clemens Maro in *Satyr.*

L' on ne presle à usure, plus
Mais à interest tant qu' on veut.

Idcirco eas omni jute reprobatas, inter 16
dictas, vetitasque contuemur. Jure naturali prohibentur, quia creditor ex re alienâ lucrum percipiens, cum alterius jactura locupletatur, quod naturali juri refragatur text.in *l.Nam hoc natura. ff.de Condict.indeb.* Connan.*lib.*1.*Comm. cap.*1. & 2. Castropal. *Oper. moral. tractat.*32.*disputat.*4. *punct.*8. *num.*6. Filguera *Summ.tractat.*29 *cap.*6.*art.*3.*in fin.* Gregor. *Syntagmat. jur. univers. part.*3. *lib* 22.*cap.*3.*num.*6. D. Augustin.*lib.*19.*de Civit.Dei. cap.*4. Beyerlinck.*Theatr.vitæ human. verbo Usura.* Abulens.in *cap.*25.*Matth.quæst.*171.& 172. Molina *de Justit.& jur.disput.*304. Leotard.*de Usuris.quæst.*2.*n.*16. Grotius *de Jur.belli.lib.*2 *cap.*12.*n* 20. Aristotil.*lib.*1. *Politic.cap.*6. & *lib.*4: *Ethic.cap.*1. Et tradidit Cicer.*lib.*3.*de Offic.*ibi: *Illud natura non patitur, ut aliorum spoliis nostras facultates, copias, & opes augeamus.*

Jure Divino etiam usuræ impro- 17
bantur, vetantur in utroque testamento Castropal.*Oper.moral. tractat.*32.*disputat.*4. *punct.*7.*num.*5. Filguera *Summ. tractat.*29.*cap.*6.*art.*3. *in fine*. Levitic.

*cap.*1. ibi: *Ne accipias usuras ab eo, nec
amplius, quàm dedisti.* Ezechiel. *cap.*18.
ibi: *Si ad usuram non commodaverit, &
amplius non acceperit, ab iniquitate aver-
tit manum suam, hic justus vita vivit, &
non morietur.* Luc.*cap.*6. ibi. *Benefacite,
& mutuum date, nihil inde sperantes.*
Exod.*cap.22.vers.*15. Deuteronom.*cap.*
23.*vers.*19. Nehemiæ *cap.*5.*vers.*7. Psal.
14.*vers.*5. Proverb.*cap.*12.*vers.*16.*& cap.*
28.*vers.*8. Jerem.*cap.*15.*vers.*10.*cap.Quia
in omnibus.* 3. *de Usur. cap.Si quis* 14.
*quæst.*4. *cap.super eo. cap.Consuluit. eod.
tit.* Leo Imperator *Novell.*84. Basil. Im-
perat. apud Harmonopul. *lib.*3. *Prompt.
cap.*7. ibi: *Et si majorum nostrorum pleris-
que visum est tolerandam esse usurarum
solutionem propter creditorum fortè mole-
stias, & incommoda: nos tamen à nostra
Republica penè indignam, aversandam, &
exercendam esse censuimus, tamquam jure
Divino interdictam.*
18 Jure Canonico, & Catholicæ Ec-
clesiæ censurâ damnatas esse non am-
bigitur text. in *cap.*1.*& tot. tit. de Usur.*
Clapperius *quæst.*2.*causa* 77.*num.*1. Pau-
lus de Castr. in *l.Julianus. §.Ex vendito.
ff.de Act.empt.* Salycet. in *l.Lucius. in 3.
ope.ff. eod.* Beyerlinck. *Theatr. vitæ hu-
man.verbo.Usura.* Leotard. *de Usur.quæst.*
2.*num.*38. Gregor. *Syntagmat.jur.part.*3.
*lib.*22.*cap.*3. *num.*11. Lang. *Polianthea.
verbo. Usura.* Gonzalez in *cap.Quia in
omnibus.*3. *de Usur.* Et hæreticus decla-
ratur, qui dixerit usuras exigere fas es-
se Clementin.1. *de Usur.* Et damnatio-
nis eternæ pœnæ exigentibus indicta
text. in *cap.*1. *de Usur. in* 6. Clementin. 1.
§.final.eod.tit. Et ut removeantur à pro-
motione ad Sacros Ordines sancitum.
cap.de Petro.distinct 47. Utique jam pro-
moti expelluntur à Clero, & usuras
reddunt *cap.Qui accipit. & cap. Si quis
oblitus* 14 *quæst.*4. *cap.Si quis* 47. *dist.*1.
19 Ex Sacrorum Conciliorum decretis
usuræ meritò interdicuntur, ut in Cō-
cil. Apostol. in *Canon.cap.*44. In Concil.
Nicen.1. *cap.*17. *relat. in cap. Quonian*
14. *quæst.*4. In Elibertino celebrato sub
Constantino Magno circa ann. Domini
336. sub Julio Summo Pontifice coa-
ctis in Hispania novem, & decem Epi-
scopis *cap.*20. Isidor. *lib.*1. *consil.* In Con-
cilio Arelatensi 1.*cap.*12. In Concilio
Carthag.3. *cap.*16. In Turonense sub
Alexandro III. *cap.*1. *de Usur.* Aquis-
granense sub Ludovic. *cap.*4. Troslejan.
*cap.*15. Et ab Ecclesiæ Patribus impro-
batæ sunt D. Ambros. *lib.de Tob. Basil.
Psalm.*14. D. Bernard. *Epistol.*22. Chry-
sostom. super Matth. Lactant. Firmian.
*lib.de Vero cultu cap.*18. Nissen. *Homil.
in Eccles.* Cirill. *lib.*5.*cap.*3. D. Augustin.
*Psalm.*36. S. Antioch. *homil.*12.
Jure positivo Ecclesiastico, usuras 20
damnari constat ex Decreto 14. *quæst.*3
& 4. & ex Decretalibus *tot.tit.de Usur.*
& ex Clementin. *de Usur.* Jure civili po- 21
sitivo, & moribus gentium reperiuntur
damnatæ Authentic. *de Ecclesiastic. ti-
tul. §.*1.*collat.*9. Authentic. *Ad hæc.C.de
Usur. l.*1. *versic.Petrum Apostolum. C.de
Summ.Trinit. & Fid.Catholic.* Gutierrez
*de Jurament. confirm.cap.*2.*num* 2. Covar-
ruv. *lib.*3. *Variar. cap.*1. *num.*6. Castro-
pal. *Oper.moral.tractat.*32.*disput.*4 *punct.*
8.*num.*7.*in fine.* Gregor. *Syntagmat. jur.
part.*3.*lib.*22.*cap.*3.*num* 15. Beyerlinck.
Theatr. vitæ human. verbo. Usura. Gon-
zalez in *cap.*3. *num.*10. *de Usur.* Lang.
Polyant. verbo Usura. Leotard. *de Usur.
quæst.*2. *num.*40. Nam Aristotel. *lib.*4.
*Ethic.cap.*1.*in fine.* Usuram inter illibe-
rales quæstus connumerat Senec. *lib.*7.
de Benefic. Quid fænus, ait, *& Kalenda-
rium, & usura, nisi humanæ cupiditatis
extra naturam quæsita nomina.* Lex est
Platonis *lib.*5. *de Legib.* Ut nemini fœ-
nerari liceat, & si quis usuram accepe-
rit, nec sortem, neque usuras reddere
compellatur. Lex Oxei Legislatoris, ne
cuiquam super aliqua fundi parte fœ-
nerari liceret. Aristotel. *lib.*6. *Politic.
cap.*4. Lælius Genutius Tribunus ple-
bis rogationem etiam ad populum tu-
lit: ne fænerari liceret juxta Titum Li-
vium *lib.*7. Byzantii, cùm nonnulli in-
colarum fænerati essent super posses-
siones suas, statuerunt, ut quicumque
debiti tertiam partem ferri vellet, libe-
rè possessionem suam haberet, ut tra-
dit Aristotel. *lib.*2. *Æconomicor.* Julius
Cæsar legem tulit, quâ statuit de pecu-
niis mutuis, dejectâ tabularum nova-
rum expectatione, quæ crebrò move-
batur, ut debitores creditoribus satis-
fa-

facerent, per æſtimationem poſſeſſionum, quanti quaſque ante civile bellum comparaſſent, deductâ ſummâ æris alieni, ſi quid uſuræ nomine numeratum, aut præſcriptum fuiſſet: qua conditione ferè quarta pars debiti deperibat, prout refert Suetonius in Jul. Cæſ. *cap.* 42. Cornelius Tacitus *de Morib. German. Fænus*, inquit, *agitare, & in uſuras extendere ignotum* (*ideſt Germanis tunc*) *ideoque magis ſervatur, quàm ſi*
22 *vetitum eſſet.* Cato interrogatus quid de fœneratione ſentiret; reſpondit idem eſſe fœnerari, ac hominem occidere, ut refert Cicer. *lib.* 2. *de Offic. in fine*.

23 Uſura à Chaldæis nuncupatur Chabulia, hoc eſt perditio, quod omnes perdat, & devoret. Ab Hebræis Neſehec, ideſt morſus, voce ductâ à verbo Naſchac, quod eſt mordere, & ſerpentibus tribuitur; ſicut enim ſerpens mordet, ita uſura debitores devorat. Unde Lucan. *lib.* 1. Voracem vocat uſuram.

Hinc uſura vorax, avidumque in tempore fœnus,
Et concuſſa fides, & multis utile bellum.

Auſon. *Ædil.* 15.

. . . . *Si turpia lucra*
Fænoris, & velox inops uſura trucidat.

24 Aſt uſura hujuſmodi deſcribitur à Leotardo de Laudibus Beati Amadæi Ducis Sabaudiæ *lib.* 2.

Virginis os illi, ſermo mitiſſimus oris,
Et mites oculi; ſed hians in mare vorago
Ventris, & unca manus. Tales Phineia quondam
Obſecro, ut prohibent, fœdarunt atria tactu
Harpiæ, & ſtropbadum coluere ingentia ſaxa.

25 Denique ſterilitatem ex uſuris plerumque, & crudelitatem in pauperes naſci, teſtatur Anthol. *Sacr. Jac. Bil.*

Quod tepeant hyemes, æſtivaque tempora rurſum
Algida ſint, fruges terra negetque ſuas.
Deſine mirari, ſtultaſque explode querelas,
Hoc etenim læſi poſtulat ira Dei;
Nam quia jam nobis ſunt ferrea pectora, reddit,
Cœlum etiam nobis durius ære Deus.
Et quia jam nummos, gignunt per fœnora nummi,
Ante ferax tellus deſinit eſſe ferax.

Quapropter ſæviſſimè uſurarii plectū- 26
tur manifeſti, & ſive Clerici, ſive laici ab Eccleſiæ communione repelluntur *cap. final.* 46. *diſtinct. cap.* 1. *diſtinct.* 47. *cap.* 1. 14. *quæſt.* 4. *cap.* 1. *& cap. Quamquam. de Uſur. in* 6. *cap.* 2 *de Vita, & honeſtat. cleric.* Gregor. *Syntagmat. jur. par.* 3. *lib.* 22. *cap.* 3. Roviſel. *lib.* 6. *Hiſtor. Pontiſ. juriſd. cap.* 3. Anton. Auguſtin. *Epitom. jur. lib.* 35. *tit.* 6. Fragoſ. *de Regimin. Chriſtian. Reipub. part.* 1. *lib.* 2. *diſput.* 4. §. 21. Mancin. *lib.* 1. *de Triplic. jur. collat. cap.* 153. Selden. *lib.* 6. *de Jur. natur. Hebr. cap.* 10. Pineda *de Reb. Salomon. lib.* 6. *cap.* 10. *num.* 14. Et fiunt infames text. in *l. Improbum* 20. *C. Ex quib. cauſ. infam.* text. in *l. Eos* 16. §. 1. *C. de Uſur.* Covarruv. *lib.* 3. *Variar. cap.* 3. *num.* 2. Oſſuald. ad Donell. *Comm. jur. civil. lib.* 18. *cap.* 7. *lit. L.* Amaya. in *l. Unica. C. de Infam. lib.* 10. *num.* 52. Vela. *de Delict. cap. fin. num.* 6
Et fæneratores eodem loco, quo le- 27
nones, & fures ponit Ariſtotel. *lib.* 4. *Ethic. cap.* 1. *in fine.* Nam & veteres Romani fæneratorem quadrupli, ut furem manifeſtum damnabant, ut refert Cato *lib.* 1. *de Re ruſtic. in princip.* De fæneratoribus ſic cenſet Fran. apud Plaut. in *Moſtellar.*

Nullum ædepol hodie genus eſt hominum tetrius,
Nec minus bono, cum jure, quàm Daniſticum.

Et fæneratores, homines lacerare, his verbis tradit Paraſit. apud Plaut.

Hi ſaltem in occultis locis, vos in ipſo foro:
Vos fœnore: hi male ſuadendo, et luſtris lacerant homines.

Olim Romæ fæneratores ad medium 28
Janum ſedebant, præſtabantque pecuniam rogantibus ſub fœnore daturi, ut refert Cicer. *lib.* 2. *de Offic. in fin. et Philipic.* 6. Unde Damaſippus ſic loquitur apud Horat. *lib.* 7. *Sermon. ſatyr.* 3.

Poſtquam omnis res mea Janum
Ad medium fracta eſt, aliena negotia curo.

29 Tanta enim hominum est improbitas, ut omninò à nomotheta tam benè emēdari, vel purgari nequeat; ut Scoriæ aliquid non remaneat perpetuò; aut si omninò tollere vellet in pejus vitium non degeneret: in quo discrimine pejus malum evitandum est, ac fugiendum, *cap. Quod David* 22. *quæst.* 4. *cap. Si aliquid. eod.* Hoc modo in usuris si prohibentur omninò facit divitum pessima avaritia, & crudelitas, seu immisericordia, ut malint potiùs arca nummos rubigini committere, quàm indigentes gratis juvare: vel si mutuent gratis, ita truculenter repetunt, ut maximâ inquietudine debitores infestent: proinde, & modus quidam fœnerandi permissus ob perspicaciam creditorum, ad debi-
30 torum inopiam adjuvandam. Consideramus autem in usurarum permissione res, personas, & taxationem: res in quibus usuræ permitti dicuntur, his carminibus continentur.

Feuda, fidejussor, pro dote, stipendia, cleri,
Venditio fructus, cui velles jure noceri.
Vende sub dubio, pretium post tempora solvens,
Pœna nec in fraudem, lex commissoria gratis.
Dans socii, pompa; plus forte modis da- tur istis.

Hæc omnia latè explanantur à Gloss. in *cap. Cōquestus. de Usur.* Fabro. *Breviar. tit. de Usur.* Ang. *de Clavis in summ. verb. usura.* Bald. Fulgos. & Jaso in *l.* 1. *C. de Summ. trinit.* Hostiens. in *Summ. de Usur.* §. *In aliquo casu.* Chassan. *ad Consuetud. Burg. tit.* 23.

31 Quoad reliquum verò de usuris cōsulendi sunt Gutierrez *lib.* 2. *Canon. quæst.* 18. Cujac. in *cap.* 2. *de Vita, & honest. Cleric.* Annæū Robert. *lib.* 2. *Rer. judic. cap.* 4. *& lib* 4 *cap.* 18. Gregor. *Syntagmat. jur. univers. part.* 3. *lib.* 22. *cap.* 3. Vigel. in *Method. jur. civil. lib.* 5. *cap.* 7. Anton. Aug. *part.* 3. *lib.* 35. *tit.* 6. Covarr. *Variar. resolut. lib.* 3. *cap.* 1. Solorzan. *de Jur. Indiar. tom.* 2. *lib.* 1. *cap.* 14. *num.* 112. Molin. *de Just. & jur. tract.* 2. *disputat.* 303. Parlad. *Rer. quotid. lib.* 2. *cap.* 2. Leotard. *de Usur. quæst.* 1. *& final.* Menoch. *de Arbitr. casu.* 398. Soto. *de Just. & jur. lib.* 6. *quæst.* 1. Sabelli *Summ. divers. tract.* §. *Usura.* Simanc. *de Catholic. Instit. tit.* 66. Toled. *lib.* 5. *Instruct. cap.* 28. Arauxū *de Stat. civil. disp.* 1. *quæst.* 1. Oleam *de Cess. jur. tit.* 3. *quæst.* 12. *num.* 23. Matheu *de Re criminal. contr.* 40. Bovadillam. *lib.* 2. *Politic. cap.* 17. *num.* 40. Velam. *dissertat.* 35. *num.* 55.

His omnibus ita adductis, ad 32 nostram quæstionem affirmativè respondetur, videlicet, quod in usuris admittatur compensatio, etiam ipso jure legis ministerio absque hominis oppositione; quam opinionem consectantur, ac veram esse profitentur Faber *Rational.* in *l. Cum alteri. ff. de Compensat.* Posth. *Resolut.* 121. *num.* 10. Gloss. in *l. Ejus quantitatis. C. de Solut.* Maresca *de Reconvent. enarrat.* 1. *num.* 67. Panphil. *dec.* 682. *num.* 2. Gizz. ad Latr. *Observ.* 124. *num.* 42. *&* 46. Bachovius ad Treutler. *vol.* 1. *disp.* 25. *thes.* 10. *litera D. post medium.* Bersan. *de Compensat. cap.* 2. *quæst.* 1. *n.* 7. *& cap.* 1. *quæst.* 6. *n.* 20. *cap.* 2. *q.* 16. *n.* 3. Tepat. *Variar. sentent. tit.* 160. *cap.* 1. *&* 2. Abb. in *cap. Bonafides. num.* 11. *de Deposit.* Bart. in *l. Cum alteri. ff. de Compensat.* Bald. in *l. Ejus quantitatis. C. de Solutionib.* Gloss. in *l. Si constat. C. de Compensat.* Jaso. in §. *In bonæ fidei. num.* 82 *Institut. de Act.* Alex. *consil.* 74. *num.* 4. *lib.* 5. Bertachin. *Repertor. verbo compensatio* Wissembach. in *l. Si constat.* 4. *C. de Compēsat.* Fōtana *Bibliothec. legal. Verbo compensatio.* Oliban. *de Act. in* §. *In bonæ fidei num.* 12. Giballin. *de Tot. univers. neg. tom.* 2. *lib.* 5. *cap.* 2. *art.* 8. *num.* 5. Donad. *de Renunciat. cap.* 4. *num.* 81. Bonden. *de Jure controvers. collect.* 43. *num.* 28. Balduc. ad Ramon. *observ.* 36. *num.* 26. Socin. *consil.* 130. *num.* 20. *lib.* 4. Tiraquell. *de Retract. lignag. gloss.* 3. §. 2. *num.* 8. Trentacinque *Variar. Resolut. tit. de Compensat. resolut. unic. num.* 24. *lib.* 3. *vol.* 1. Gregor. *Syntagmat. jur. univers. lib.* 21. *cap.* 23. *num.* 1. *part.* 3. Surd. *decis.* 117. *num.* 2. Caballin. *de Usur. quæst.* 43. *num.* 322. Alex. *consil.* 196. *num.* 5. *lib.* 7. Visconte *Concl. jur. verbo. Compensatio.* Alberic. in *l. Si quid. ff. de Compensat.* Calvin. *de Æquitat. lib.* 1. *cap.* 64. *num.* 26. Imol. in *cap. Bonafides, col.* 5. *de Deposit.* Ponte *consil.* 19. *num.* 4. Tusch.

Tusch. conclus.293. num.1. lit.C. Latro decis.15.num.21. Medices. de Compensat. quæst. 50.num.1. part.1. Less. in l.1. num. 11.C.de Compensat. Scacc. de Commerc. §.2. gloss.4. num 425. Torre de Cambiis. disputat.2.quæst.8. num.13. Rocca. Disputat. select. cap.146. num.5. Luca de Cambiis. discurs.31.num 7. & de Dote discurs 161.num.39. & de Credit discurs. 46.num.15. Mascard. de Probation. conclus.1387.num.32. Merlin. de Pignorib. lib.5.tit.1.quæst.6.num.6. Honded. consil. 38.num.4. lib.2. Staiban. observat. 80. num.9.tom.1. Luca Specileg. ad Oleam quæst.42. num.10. & Laberynt. cess.jur. via 38. num.9.in fine. Faber C. lib.4. tit. 23.definit.4. Leotard. de Usur. quæst.84. num.10. Surd.de Aliment.tit.1. quæst.41. num. 88. Caballin. milleloq.222. num.1. Urceolus Consultat.forens. cap.61. num. 13. Mantica. de Tacit. & ambig. convent. tom.2.lib 22. tit.27. num.64. Schiforde-ger. lib.1.tractat.2.quæst.2. Niger.de Except. cap.13.§.13.num.6. Costa. de Retrotract. cap.9. casu.4. num.13. et de Ratiocin rat. quæst.61.num.1. Dondeus consultat.43 num.2. et consult.75. num.21. Sabelli Summ.divers.tractat.§.Compensatio num.2. Motillus Prax. de Gradu citat. num 224 Rota decis.409.num.21.part 9 Recent. Christinæus.decis Belg.232. vol. 1.et decis.39.num.3.et 4. vol.3. Hodiern. adSurd.decis.117.Roland.consil.87.num. 26.vol.1. Azo. Summ. C. de Compensat. num.13. Rota apud Merlin. de Pignor. decis.126.num.16. Theodorus. alleg. 69. num.6. Rota in divers. decis.53. num.3. part.1 et in Recent.decis.303.num.4.part. 8. Bellon decis.34.num.8.Besold.in Considerat. politic. Vitæ, et mortis. num.22. Bersan. de Compensat. cap.3. quæst.26. num.4. Costalius.part.3. Adversarior. ex lib.16.Pandectar.in l.Cum alter.tit.ff.de Compensat. Et ex Nostratibus docēt, ac attestantur Gutierrez de Jurament. confirmat. cap.6. num.1. part.3. Hermosill. lib.10.tit.1.part.5. gloss.4. num.210. Pichard.in §.In bonæ fidei. num.45. Institut. de Actionib. Carleval.de Judic.tom.2.lib. 1. tit.3. disputat.27. num.4. Castropal. Oper.moral.tractat.32. disputat.1. punct. 16.§.2. num.6. Larrea. decis.87. num.7. Molina. de Justit.et jur. tractat.2. disputat.560. num.1. Barbosa. in l.Divortio. aliàs in l.Si constat 4. num.21. C.de Compensat. Navarrus. Comm de Usur.num. 124.Flores de Mena ad Gamm.decis.91 Rodriguez.de Ann. redditib. lib.2.quæst. 18.num.2. Castill. Controvers. jur. lib.4. cap.40.num.112. Cardosus. Prax.Judic. verbo.Compensatio. num.5. Gamma. decis.Lusit.91.num.2. Barbosa in l.Divortio 8. §.Ob donationes. num. 33. ff.Solut. matrim. Escobar.de Ratiocin. computat. 14.num.2. Ripoll Variar.Resolut. cap.7. num.335. Barbos. vot.60. num.15. lib.2. Fontanell.decis.206.num.16.Valenzuela. consil. 78.num.36.

Huic namque conclusioni magnoperè favet id, quod tradidit Titus Livius lib.6.Histor.cap.35. Nimirum, ut postquam creati fuêre Tribuni C. Licinius, & Lucius Sextius, quasdam promulgavêre leges, adversùs opes patritiorum, pro commodis plebis, quarū una de ære alieno erat ibi: *Ut deducto eo de capite, quod usuris pernumeratum esset, id quod superesset, triennio æquis portionibus persolveretur.* Quem locum Livii, seu legem ita interpretatur Dusatius in notis ad Titum Livium dicto lib.6.cap.35.lit.A. Nempe ut quod usurarum nomine solutum esset, imputaretur, hoc est compensaretur in sortem. At hujus quidèm opinionis verissimæ, fundamina sunt sequentia.

Primum est text. in l. Ejus quanti- 33
tatis. C.de Solut. Ubi Philippus Imperator rescripsit, quod ad hoc, ut ne currant usuræ, compensatio fit ipso jure ministerio legis, absque partis oppositione: Philippi verba sunt hæc: *Ejus quantitatis, cujus petitionem ratio compensationis excludit, usuras non posse reposci, manifestum est.*

Secundum text. in l.Etiam si fideicom- 34
missum 5. C.de Compensat. Ubi Alexander Imperator præcipit, ut ejus, quod in compēsationem deduci potest, minimè usuræ debentur. textus verba hæc sunt: *Etiam si fideicommissum tibi, ex ejus bonis deberi constat, cui debuisse te minorem quantitatem dicis, æquitas compensationis usurarum excludit computationem.*

Tertium text. in l.Si constat 4. C.de 35
Compensat. Ubi quoque idem Alexander

der jussit, in usuris, hoc est ad sistēdum earum cursum, compensationem fieri ipso jure. Textus verba sunt hæc: *Si cōstat pecuniam invicem deberi, ipso jure pro soluto compensationem haberi oportet ex eo tempore, ex quo ab utraque parte debetur, utique quoad concurrentes quantitates, ejusque solius, quod amplius apud alterum est, usuræ debeutur, si modò petitio earum subsistit.*

36 Quartum text. in *l.Idem juris* 12. §. *Sed et si.ff.de Compensat.* Ubi Ulpianus docuit, etiam in usuris diversis, compēsationem rectè admitti posse. Jurisconsulti verba sunt hujusmodi: *Sed etsi invicem sit usuraria pecunia, diversæ tamen usuræ: compensatio nihilominus locum habet, ejus quod invicem debetur.*

37 Quintum text. in *l.Cum alter alteri* 11.*ff.de Compensat.* Ubi etiam in usuris compensatio admittitur ipso jure. Verba textus sunt hæc: *Cum alter alteri pecuniam sine usuris, alter usurariam debet; Constitutum est à Divo Severo, concurrentis apud utrumque quantitatis usuras non esse præstandas.*

38 Sed contra hunc textum urget id, quod sicuti compensatio, quæ nihil aliud est, quàm debiti, & crediti invicem inter se contributio text. in *l.1.ff.de Compensat.* Exposcit, ut ex utraque parte sit debitum hujusmodi, & optare videtur, ut utrumque debitum sit ejusdem rationis Castropal. *Oper. moral. tractat.* 32. *disp.* 1. *punct.* 16. §. 2. *num.* 10. *et tractat.* 14. *disputat.* 2. *punct.* 11. *num.* 6. Suarez *de Religion. lib.* 2. *cap.* 37. *num.* 12. Hoc est, vel quod utrumque sit gratuitum, vel usurarium, ne alioquin injuria fieri videatur creditori usurario, si ei alterius debiti, etiam non usurarii opponatur compensatio. Igitur verum videri debet, quod tradit Ulpianus in dicta *l.Cum alter*. à Divo Severo fuisse constitutum, ut si alter alteri pecuniam sine usuris, alter usurariam debeat: non solùm compensatio inter eos admittatur ipso jure; sed etiam concurrentis apud utrumque quantitatis à debitore, qui pecuniam usurariam debuit, usuræ non sint præstandæ.

39 Huic enim objectioni respondetur, quod usuræ non tam ob petentium lucrum, quàm propter non solventium moram infliguntur text. in *l.Cum quidam* 17. §. *Si pupillo. ff. de Usur.* Atque compensatio vim solutionis obtinet text. in *l.Debitor* 4. *ff. Qui potior. in pignor. hab.* Ut quantùm creditor debitori suo vicissim debet, tantùm ex sorte solutum esse ipso jure intelligatur text. in *l.2. et 4. et l.Posteaquam* 31. *ff.de Compensat.* Ergo quantitatis, quæ per compensationem ipso jure factam, solutæ intelligitur, usuræ nullæ intelligi possunt text. in *l.Si constat* 4. *C.de Compensationibus*.

Nec distinguitur, an utrumque debitum sit usurarium, an alterum dumtaxat; quoniam nihil ea qualitas habet commune cum sorte, quominus utroque casu compensatio sortis fieri possit text. in *l.Idem Juris* 12. *ff.de Compensat.* Estque hic unus casus ex iis, in quibus suspicantur Interpretes, & rectè, prout dixi, compensationem adeò fieri ipso jure, ut nec ab homine sit opponenda text. in *l. Si constat* 4. *C. de Compensat.* text. in §. *In bonæ fidei. Institut. de Act.* Nam cum usuræ ex mora dumtaxat, non etiam ex stipulatione debeantur, non potest videri esse in mora debitor, qui si conveniatur, tutus sit exceptione aliquâ perpetuâ, & favorabili text. in *l.Lecta* 4.*ff.de Reb.credit.* text. in *l.Si pupillus* 127.*ff.de Verbor. obligat.* text. in *l.Creditores* 10. text. in *l.Creditor* 55.*ff.de Verbor. signif.* Qualis est absque dubio compensationis exceptio. 40

Non debet attendi, nec meditari opinio Surdi *decis.* 117. à communi regulâ discedentis, de usuris ipso jure cōpensandis, quoties debitor usuris obnoxius cōperitur in alia manu sui creditoris creditor; excipit enim favorabiles usuras afferēs nō aliter cōpēsatione posse aboleri, nisi priùs compensatio à debitore objiciatur. Unde cum nulla ratio huic opinioni opituletur, non est, cur in omni usurario debito locum asciscere sibi non debeat compensatio ipso jure facta, ut etiam increpans, ac coarguens opinionem Surdi dixit Bersanus *de Compensat. cap.* 3. *quæst.* 26. *num.* 5. Præsertim cum hodie sublata sit differentia, quæ olim inter judicia stricti juris, 42 43

&

& bonæ fidei vertebatur, videlicet, ut compensatio absolutè in omnibus judiciis ipso jure admittatur Borcholten. *deCompensat.cap.3.num.*8. Bachovius *de Actionib. disputat.*6. Faber in *l.Qui invicem* 30.*ff.de Cōdict.indeb*, Harpprecht. in *§.In bonæ fidei. de Act.* Compensatio est inducta à jure naturali text. in *l.Inter tutores. ff.de Administrat.tutor.* Sed si usuræ, quamvis sint favorabiles, non sisterentur per compensationem, refragaretur ipsiusmet compensationis æquitati. Ergo &c.

44 Ampliatur 1. Hæc conclusio, ut locum habeat, tam in usuris debitis ex contractu bonæ fidei, quàm stricti juris text. in *l.Posteaquam* 21.*ff.de Compensat.* Quoniam hodie vetus discrimen exolevit, quod inter bonæ fidei, ac stricti juris judiciū servabatur, & compensatio in omnibus judiciis recipitur Duaren.*tit.deCōpensat.in princ.* Cujac.*lib.*28. *Quæst.Papin. in l.*95. *§.Si creditor. ff.de Solut.fol.mihi* 758.*et lib.*2.*Salvii Julian. col.*1. *ad fin. fol.mihi* 521. Hothoman. *Epitom.lib.*16.*tit.*2.*num.*5. Vultejus in *§. In bonæ fidei.num.*6. *Institut.de Act.* Donell. *Comm.jur. civil.lib.*16. *cap.*15. Jul. Pac.*Isagoc.lib.*16. *tit.*2. *num.*11. Faber. *Rational. in l.In rebus* 18. *§.ultim. ff.de Commod.* Borcholt. *de Compensat. cap.*3. *num.*8. Gregor. *Syntagmat. jur. univers. part.*3.*lib.*21. *cap.*22. Cujac.*lib.*8.*Observat.cap.*16.*et lib.*15.*cap.*1. Budæus. in *§. In bonæ fidei. in princip. Institut. de Act.*

45 Ampliatur 2. Etiam si creditum, quod habet usurarum debitor esset illiquidum, quia liquidatione sequutâ retrotrahitur ad illud tempus, aliàs iniquum esset, quempiam obstringi, cum sui creditoris sit creditor Leotard. *de Usur.quæst.*84.*num.*9. Bersan.*deCompensat.cap.*2.*quæst.*16.*num.*5.

46 Ampliatur 3. Licèt usuræ ab una, sive ab utraque parte debeantur. Nam etiam in illo casu admittitur compensatio text. in *l.Si cum alter alteri ff de Compensat.* Gregor. *Syntagmat. jur. univers.part.*3.*lib.*21.*cap.*22.*num.*2. Barbos. in *l.Etiam si. num.*4.*C.de Compensat.* Bersan.*opuscul.de Compensat.cap.*2.*quæst.*16. *num.*6. Glofs.in dicta *l.Si cum alter alteri.ff.de Compensat.*

Ampliatur 4. Quamquam summa usurarum debitori debita, ipsius debito non æquiparet; quoniam hoc non refragante admittitur compensatio usque ad concurrentem quantitatem text. in *l.Si constat* 4 *C. de Compensat.* Lup. *de Usur.ad l.*2. *C.de Pact. inter emptor.et venditor. comment.*2.*§.*3.*num.*115. Bersan.*deCompensat.cap.*2.*quæst.*16.*num.* 8. Costa. *de Ration.rat.quæst.*61.*num.*1. 47

Ampliatur 5. Quando usuræ debentur ab utraque parte, sed ab una parte debentur in majori quantitate, quàm ab alia. Nam tunc ipso jure usque ad concurrentem quantitatem profectò fit compensatio text. in *l. Idem juris. ff. de Compensat.* 48

Ampliatur 6. In usuris debitis, vigore statuti. Nam ad impediendum earum cursum rectè locum sibi vindicat compensatio Tusch.*concl.*493.*num.* 3.*litera C.* Bersan. *de Compensat. cap.* 2. *quæst.*16.*num.*10. 49

Ampliatur 7. In usuris debitis sive jure actionis, sive officio Judicis, etiam minoris ætatis privilegio Lupus *de Usur.ad l.*2.*C.de Pact.inter.empt.& vend. comment.*2.*§.*4.*num.*115. Caballin.*Milleloq.*222.*num.*1.*ad fin.* Bersan. *de Compensat.cap.*2.*quæst.*16. *num.*11. Vel debeantur ex mora, vel ex æquitate text.in *l.* 11.*ff.de Compensat.l.*7.*C-Eod.* Fontanell. *de Pact.nupt.claus.*6.*gloss.*4.*part.*6. *n.* 61. Hodiern.ad Surd.*decis.*117.*num.*3. Leotard.*de Usur.quæst.*84.*num.*12. 50

Ampliatur 8. Quamvis usuræ fisco debeantur ex diversis Stationibus, quia hoc non reluctante admittitur compensatio Bald. Salyc.& Paul. de Castro.in *l.*1.*C.de Compēsat.* Marinis ad Reverter.*Observat.*494.*num.*2. Bersan. *de Compensat. cap.* 2. *quæst.* 10. *num.* 11. Ponte *consil.* 19. *lib.* 2. *num.* 4. 5. & 6. Theodor. *Alleg.*69.*num.*5. *vers.secundo tale interesse.* Tynd. *de Compensat. art.* 5. *n.*40. Graffis *de Except except.*16. *n.* 49. Unde perperam hanc ampliationem Bersan. *de Compensat. cap.* 2. *quæst.* 16. *num.*18. Restrinxit ad terminos text.in *l.* 1.*C. de Compensat.* Licèt contrarium amplexus fuerit eodem *cap.*2. *quæst.* 10 *num.*11. Quamobrem corripit Glossam in *l.Idem juris.ff.de Compensat.* Ganaverrus 51 52

rus *decis.*28.*num.* 14. Eò quia longè differt compensatio ad detinendum cursum usurarum, de qua loquuti sunt text. in *l. Cum alter.*& *l.Idem juris. ff. de Compensat.* Cùm ab eodem textu fiscus, & privatus parificentur. ibi. *Idem juris est, non solùm in privatis, verùm etiam in causa fisci constitutum.* Ergo ubi lex non distinguit, nec nos distinguere debemus. Unde infert idem Ganaverr.
53 in dicta. *decis.* 28. *num.* 18. Quod minister, qui gessit duas stationes, & finito officio per mortem, vel devolutionem, remanserit debitor ex unâ, & creditor ex aliâ, tūc in utriusque stationis computo, veritate facti explicatâ, utriusque debiti fit compensatio, quia tunc non imminet periculum confusionis officiorum, ob quam in diversis stationibus compensationem prohibet Antoninus in *l.1.C. de Compensat.* Cujus casus cum ... ragetur juris principiis, quia interest potiùs nostra non solvere, quàm solutum repetere text. in *l.3 ff. de Compēsat.* text. in *l. Si stipulatus esses. in princ. ff. de Fidejuss.* Strictè debet interpretari *cap. Cum olim. el primero. de Verb. sign. & de Usuris fiscalib.* Vide quæ dixi in *quæst.*1. *lib* 4. *tom.*2.

54 Ampliatur 9. Ut compensatio quoque subintret in usuris favorabilibus, nempè dotalibus Donell. *Comm. jur. civil lib.*16.*cap.*15. Rota *decis.*231.*num.*25. *part.*9.*in recent.* Ludovis. *decis.*568.*num.*12. Seraphin. *decis.* 1455. Sabelli *Summ. diversi tractat. §. Compensatio n.*20.*in fin.* Costa *consil.*89 *n.*19. Alex. *consil.*74. *num.* 4. *lib.*5. Trentacinq. *Variar. resolut. tit. de Compensat. Resolut. unic. num.*24 *vol.*1. *lib.* 3. Bersan. *opuscul. de Compensat. cap.* 2. *quæst.*16 *num.*17. Cenc. *de Censib. quæst.* 88.*num.*6. Sccac *de Commerc. §.*2 *gloss.* 2. *num.*425. Rocca. *Disputat. jur. cap.* 146. *num.*6. Leotard. *de Usur. quæst.*84.*num.* 9. Olea *de Ceff. jur. tit.* 6. *quæst.* 2. *num.* 52. Tusch. *concl.*493.*num.* 7. *litera C.* Costa *de Rat. rat. quæst.*61.*num.*1. Franch. *decis.* 642 *num.*2. Castill. *Contr. jur. lib.* 4. *cap.* 40.*num.*113. Surd *de Aliment. tit.*1.*quæst.* 42.*num.*85. Salgad. *Laberynt. cred. part.* 2. *cap.* 28. *num.* 26. Fontanell. *de Pact. nupt. clausul.* 6. *gloss.* 2. *part.* 6. *num.* 61. Calvin. *de Æquitat. lib.*1.*cap.*64.*num.*26. Merlin. *de Pignorib. lib.*5. *tit.* 1. *quæst.* 6. *num.*6. Franzk. *Variar. Resolut. lib.*1. *resolut.*13.*num.*19.

Ampliatur 10. Ut nedum usuræ compensentur ipso jure; sed quoque ipsa sors. Caballin *Milleloq.* 222. *num.* 1. *circa med.* Bersan. *de Compensat. cap.* 2. *quæst.*16.*num.*23. 55

Hîc enim usurarum nomine comprehenditur ad hunc effectum etiam pœna, & interesse, ut ex Avendaño *de Censib. Hispan. cap* 102.*num.*8. Valenzuela. *consil.*78. *num.* 36. tradit Bersan. *de Compensat. cap.*2.*quæst.*16.*num.*19. Et minimè perpenditur; an pœnæ ex causis diversis debeantur Lup. *de Usur. quæst. ad leg.*2.*C. de Pact. inter. empt. & vendit. comm.*2.*§.*4.*num.*115. Nec etiam meditatur, an interesse debeatur ratione lucri cessantis, aut damni emergentis; quia interesse non currit ei, qui non est constitutus in mora, & ille in mora non est, à quo propter exceptionem competentem extorquere nequimus Gloss. in *l. Si quid in fine. ff. de Compensat.* Castill. *Controv. jur. lib.* 4. *cap.* 40. *num.* 113. Tynd. *de Compensat. art* 6. *num.* 49. Merlin. *de Pign. lib.*5.*tit.*10.*quæst.*6.*num.* 8. Bersan. *de Compensat. cap.*2.*quæst.*16. *num.*22. Reusner. *consil.*4.*num.* 21. *lib.* 2. 56 57

Limita nostram conclusionem in usuris decursis, priusquam debitor evaderet creditor. Nam illæ cum jam sint decursæ, nequeunt per compensationem sisti, quoniam per compensationem dumtaxat detinentur decurrendæ Reverter. *decis.* 443. Bersan. *opuscul. de Compensat. cap.* 2. *quæst.* 16. *num.*24. Urceol. *Consultat. forens. cap.*61. *num.*32. 58

Nunc videndum est, an jurans solvere usuras, uti possit compensatione; si usurarius aliunde est debitor? Affirmativam sententiam tutantur Molina *de Justit. & jur. tractat.* 2. *disputat.*160.*num.*10. *vers. ad confirmationem.* Sanchez. in *Decalog. lib.* 3. *cap.* 11. *num.* 11. Castropal. *Oper. moral. tractat.* 14. *disputat. punct.*10. *num.* 5. *vers. ad quartum in fine.* Eò quia remittendo quantum est ex parte suâ, quamvis aliunde sit irrita illa remissio, ratione involuntarii mixti propter injuriam, in æstima- 59 60

matione communi solvere censetur, debitamque rem tradere; hancque opinionem robotant ex eo, quod si debitum esset absque injuria cotractum, compensatione hac satisfieret juramento: ergo à fortiori satisfecit, quando est per injuriam; nec enim hoc majori privilegio debet gaudere.

61 Potest enim hæc conclusio firmari, ac roborari, eò quod potest solvi; potest quoque compensati; quoniam compensatio est solutio text. in l. *Debitor. ff. Qui potior. in pign.* text. in *l. Vel per* 62 *mutavit. ff. de Liberal. caus.* At promittens solvere usuras cum juramēto compellitur eas præstare text. in *cap. Debitores 6. de Jur. jur.* Igitur cum debeat solvere poterit compensare; maximè quia nostra potiùs interest non solvere, quàm solutum repetere. text. in *l. 3. ff. de Compensat.* At qui promissit usurario aliquid extra sortem, si illud solvat, poterit postea repetere text. in dicto *cap. Debitores.* Quamquam juramento firmasset. Ergo potest etiam antea compensare, non solvendo, sed quasi anticipatè retinendo, quod postea recuperaturus est.

63 Non obstat si dicatur, usuratium nondùm esse debitorem, donec ei usuræ solvantur, ideòque compensationi locū nō esse juxta text. in *l. 1. ff. de Compensat.* Sed priùs esse solvendas juratas usuras. Nam respondetur jam esse factam injuriam exigendo illarum promissionem: ergo licet illam injuriam compensare non solvendo promissum realiter. Deinde si promissio illa simpliciter facta fuisset absque juramento, liceret ex vi justitiæ compensatione uti, non solvendo: igitur potest dari anticipata compensatio justa: Ergo juramentum ex se compensationem non excludit.

64 Negativam verò opinionem defendunt, ac sectantur Sotus. *de Justit. lib. 8. quæst. 1. artic. 7. fol. mihi 261. in fine. vers. fortasse.* Suarez. *de Relig. lib. 2. cap. 37. num. 21.* Sayrus in *Clavi Regia lib. 5. cap. 6. num. 16 vers. dixi autem.* Moventur ex eo, quod mutuatarius non juravit transferre usurarum dominium, sed traditionem illarum; at in remissione debiti nulla est traditio, sed quod est jam traditum remittitur. Ergo juramento minimè hocce modo satisfacit. Huic sententiæ opitulatur text. in 65 *cap. Ad nostram. el primero. de Jur. jurand.* Ubi qui juravit se soluturū, cōpensare nequit, quia juramentum in specificā formā adimplere debemus dicto *cap. Ad nostram. extra. de Jure jurand.* Suffragatur quoque id, quod omne 66 juramentum, quod in æternæ salutis dispendium non vergit, vel in alterius præjudicium, adimpleri debet Fortun Garcia. *de Ultim. fine. illat. 22. princip. num. 465.* Suarez. *lib. 2. de Juram. cap. 27. in fine.* Covarruv. in *cap. Quamvis pactum part. 2. §. 3. num. 2. vers. primum ex hoc intellectū.* Lessius *de Justit. & jur. lib. 2. cap. 27. dub. 6. n. 51.* Gonzalez. in *cap. Debitores 6. num. 3. de Jur. jurand.*

Sed quamvis utraque opinio solidis 67 fulciminibus innitatur; nihilominus mihi neutra tuta cernitur. Unde distinguendum arbitror: vel promittens, seu jurans solvere usuras tempore juramenti sciebat eū, cui juravit, esse suum creditorem, vel ignorabat: si sciebat nequit compensationem opponere, quia videtur ipsi compensationi renunciasse; si verò nesciebat, vel creditum post juramenti interpositionem supervenit, tunc rectè compensatione utetur Sayrus in *Clavi Regia lib. 5. cap. 6. num. 24. vers. quod juramentum.* Gutierrez. *de Juram. confirm. part. 3. cap. 6. num. 7.* Covarruv. in *cap. Quamvis pactū. part. 1. §. 4. num. 6. de Pact. in 6.* Cevallos *de Cognit. per viam volent. quæst. 1. num. 29.* Hahnius ad Wessembec. *lib. 16. dig. tit. 2. num. 10.* Fulgin. *de Jur. emphit. tit. de Solut. canon. quæst. 1. num. 364* Christin. *dec. Belg. 38. num. 6. vol. 3.* Salgad. *Laberynt. credit. part. 3. cap. 6. §. unico num. 10.* Ancharan. *quæst. famil. lib. 1. quæst. 2. num. 4.* Grat. *consil. 121. num. 5. vol. 1.* Tynd. *de Compensat. tit. 7. num. 14.* Urceol. *Consult. forens. cap. 61. num. 42.* Intrigl. *de Censib. quæst. 22. num. 8.* Ratio est 68 quia juramentum intelligitur [illegible] bus sic stantibus text. in *l. Cum quis 38.* text. in *l. Stichum. 95. §. Usumfructum. ff. de Solut.* text. in *l. final. ff. Qui satisd. cog.* text. in *cap. Quemadmodum. de Jur. jur.* Quod com-

comprobatur ex authoritate Senecæ *de Benefic.lib.4.cap.39.ibi: Omnia esse debent, quæ fuerunt, cum promitterem, ut promittentis fidem teneam.*

69 Cùm autem hæc posterior quæstio nimis dubia videatur, ut ex supra relatis clarescit, mediâ viâ est eligendâ, mediante suprapositâ distinctione text.in *l.Antiqui ff.Si pars hæred.petat.* text. in §. *Penult. Institut. Quib. ex causf.manumit. non licet.* text.in §.*Cum ex aliena Institut. de Rer.divis.* & facit Aristotel. *lib. 2. Ethic.& lib.4 politic.* Martial.*Epigr. lib. 1, epigramm* ad Flaccum, & illud Horat.

Quisquis medium defugit iter
Stabili numquam tramite curret,
Tradidereque passim.

70 Licèt principalis nostra conclusio verissima sit, cùm eam magnus Doctorum cumulus tueatur: attamen disputationis gratiâ contra eam sic urgeri potest. v.g.debui tibi ante quinquennium 100. sub usuris, de quibus inter nos conventum fuit, quæ usuræ toto quinquennio non solvi. Tu quoque mihi ex aliâ causâ 100.debuisti; hodie centum à me petis principaliter tibi debita, & usurarum nomine, quæ per quinquennium minimè sunt solutæ, petis 25.ego compensare volo 100. quæ mihi debes cum aliis centum, quæ ego debeo; citra controversiam est compensationem quantitatis utriusque admitti posse. Sed difficultas est: an à me petere possis 25.usurarum nomine?

71 Hæc quæstio innixa spectatur, tempore, quo mihi debere cæperis 100. Nam si paulò ante hanc petitionem tuam, debere cæpisti, usuras præteriti temporis totas tibi debeo: nec compensatione tolluntur; quoniam compensatio non admittitur in præteritum tempus, quo tu mihi pecuniam non debuisti text.in *l.1.ff.de Compensat.* Sed si tu centum mihi debuisti ante quinquennium, eodem tempore evenit, ut liberer à te, ita ut 100. quæ principaliter debui, & usuras ejus 100. tibi omninò non debeam; quia sublatâ obligatione principali ante quinquennium, quod contigit compensatione, non potui tibi ejus sortis exinde debere usuras. Ratio est, quia si tibi 100. solvissē ante quinquennium, absque dubio usuras ejus sortis non deberem text.in *l.Acceptam. C. de Usur.* Compensatio autem admissa facit, ut videar tibi solvisse ex illo tempore, quo cæpi debere: cōsequēs est igitur tibi ex eo tempore minimè usuras debere.

Hoc enim innititur text.in *l. Si constat. C. de Compensat.* Ubi habetur, admitti compensationem usque ad concurrentes quantitates, & ejus solius pecuniæ, quæ debetur peti posse. Unde si ejus pecuniæ, quæ reliqua est, usuræ peti nequeunt; consequens est ejus pecuniæ, cujus obligatio compensatione sublata est, usuras ampliùs peti non posse, & apertiùs in *l. Ejus quantitatis. C.de Solut.* Ubi compensationis æquitas usurarum compensationem excludit, idest admisâ compensatione concurrentium quantitatum, quæ invicem debentur, usuræ earum quantitatum ampliùs compensari non possunt. Sed refragatur dicta *l. Si constat.* Ubi usque ad concurrētes quātitates admittitur compensatio: ergo in specie proposita compensatio admittetur usque ad 100. quæ tibi debeo, & quæ invicem tu mihi debes; ultra autem non admittitur compēsatio pro soluto: ac proinde usuras quinquēnii integras adhuc tibi debeo, quia horum 100. summam excedunt. 72

Sed respōdetur, quod neque sors principalis, neque ejus sortis usure in propositâ specie debeantur ex eo tempore, quo compensatio admittitur. Nec opponitur, quod dicitur compensationem admitti, nisi quoad concurrentes quantitates; nō autē quod usuræ quinquēnii præteriti à me non præstentur, non fit per compensationem: nec enim compensari potuerunt usuræ, quæ nullæ fuerunt, sed fit, ut sublatâ obligatione 100. ante quinquennium, non potui ex inde tibi, ejus sortis debere, propter ea, quæ supra dixi. Non ergo hîc tollitur usurarum obligatio; sed verè cedit; non tolluntur usuræ debitæ, sed ab initio non debētur: ergo locum habere nequit compensatio in usuris, aliàs daretur compensatio de credito ad non creditum, quod non est dicendum text. in *l. 1.ff.de Compensat.* 73

Hoc

74 Hoc non obstante vera est nostra conclusio. Nam per compensationem usuræ debitæ abolentur eò ipso, quod deberi incipiunt, cum certum sit, quod debeantur; at mediante compensatione ipso jure solvuntur, tamquàm si non fuissent debitæ text. in *l. Si constat. C. de Compensat.* text. in *l. Cum alter. l. Idem juris. ff. de Compensat.* text. in *l. Solutionis. C. de Solut.*

SVMMARIVM

1 *Maritus tenetur res dotales custodire.*
2 *Dominus quisquis res suas custodire tenetur.*
3 *Cimo Atheniensis adeò liberalis fuit, ut prædiis suis fructus servandi gratia nunquam posuit custodes.*
4 *Impensæ factæ in custodiendo fundo, impensæ gratia fructuum factæ censentur.*
5 *Impensæ factæ gratia fructuum cum ipsis fructibus compensatur, sive loquatur de fructibus naturalibus, sive de industrialibus.*
6 *Impensa factæ fructus quærendi causa, ut aratio, vindemiatio, trituratio, & conductio horreorum censentur factæ gratia fructuum.*
7 *Fructus semper percipiendi sunt pro impensarum compensatione eorum causa factarum.*
8 *Impensæ factæ in prædio custodiendo gratia fructuum factæ non videntur, sed ad ipsius rei conservationem factæ diriguntur.*
9 *Impensæ factæ causa custodiendi inter impensas gratia fructuum factas numerantur.*
10 Exponitur, & illustratur text. in l. Cum quæreretur. §. Prædiis. ff. de Legat 3.
11 *Topiarium ars qualis sit.*
12 *Topiarii qui dicantur?*
13 *Topiarii dicuntur à typis, idest à formis, & figuris, quas faciunt.*
14 *Topiarii non ad agriculturam; sed ad ornatum fundi pertinent,* & traditur intellectus ad dictum §. Prædiis.
15 *Saltuarius servus non ad agriculturam, sed ad custodiam pertinet.*
16 *Saltuarii servi dicuntur custodes saltuum fructuum servandorum gratia parati, vel finium custodiendorum causa.*
17 *Saltus quid sit.*
18 *Saltus ab alendo dicuntur.*
19 Traditur intellectus ad secundam partem dicti §. Prædiis.
20 *Concordia, seu distinctio* Imolæ *refertur.*
21 *Impensa facta gratia fructuum deducitur etiam de decimis solvendis Pontifici.*
22 *Impensa facta in rebus dotalibus dotem minuit.*
23 *Impensæ temporales in agri custodiam factæ ab eo, qui minimè eas facere tenebatur, repeti possunt.*
24 *Distinctio Authoris proponitur.*
25 *Impensæ necessariæ ad integram fructuũ collectionem videntur necessariæ.*
26 *Expensa facta à marito in custodiendo castro dotali ab eo tamquam utilis repeti potest.*
27 *Contrarium insequutus fuit* Paulus de Castro.
28 *Maritus ad custodiam rerum dotalium compelli potest.*
29 Intellectus ad text. in l. Vel si vites 3. §. Nos generaliter. ff. de Impens. in reb. dotalib. fact.
30 *Expensa factæ à marito circa Castri victualia, quamvis sint temporales, prout utiles repetuntur.*
31 *Maritus non tenetur compensare expensas factas in domo cum fructibus perceptis ex locatione domus ejusdem.*
32 *Maritus tenetur tueri res dotales, dummodò modica fuerit expensa.*
33 Refertur text. in l. Quod dicitur. ff. de impens. in reb. dotal. fact.
34 *Creditor ex natura contractus tenetur custodire pignus.*
35 *Bellum si fortuitò contingat, & maritus in tuitione castri dotalis impensam fecerit, an eam deducere possit, vel teneatur cum fructibus compensare.*
36 *Affirmativam sententiam nonnulli sequuntur.*
37 *Maritus si tempore belli magnas expensas in Castri dotalis custodia faceret, eas tamquam utiles repetere potest; secus verò eas tenetur compensare.*
38 *Maritus si debitorum nomina in dotem* ac-

acceperit, et in eorum exactione impensas fecerit, eas repetere nequit.

39 *Hoc tamen non procedit, quando magnæ sunt expensæ; quippe tunc id, in quo excedunt, maritus repetere potest.*

40 *Maritus si uxoris, consensu in prædio dotali expensas faciat, eas minimè repetere potest, sed ei permittitur abrasio.*

41 *Impensæ factæ à marito cum rebus paraphernalibus compensantur cum fructibus ab eo perceptis.*

42 *Dos ob impensas utiles, vel voluptarias retineri non potest; secus verò propter necessarias, quæ ipso jure dotem minuunt.*

ARGUMENTUM

Utrùm Impensę factæ in custodienda Re dotali fructuum gratia factę dicantur, & per consequens an debeãt cum illis compensari?

QUÆSTIO VI.

1 PRimâ facie, huic quęstioni affirmativè respondendum videtur per text. in *l. Penult. ff. de Impens. in reb. dotal. fact.* Ubi docemur, quod maritus custodire, seu tueri res dotales tenetur; & ibi Glossa: *verbo. Extra tutelam.* juxta

2 Barbosę placitum, quod in quolibet domino rei locum assequitur, cum unusquisque res suas custodire teneatur: nisi ob maximam segnitiem, seu fatuitatem, vel ob liberalitatem eas perdere

3 relinquat, ut contigit Cimoni Atheniensi Miltiadis filio, qui adeò liberalitate polluit, ut prędiis suis fructus servandi gratiâ unquam posuit custodes, ut testatur Cornelius Nepos in *Vita Cimon ad finem. fol. mihi 27.* ibi: *Fuit enim tanta liberalitate, cum pluribus locis prædia, hortosque haberet, ut nunquam eis custodem posuerit, fructus servandi gratia, nequis impediretur, quominus ejus rebus, quibus vellet frueretur.* Et impensæ factæ in fundo custodiendo, ut impensæ gratiâ fructuum factæ autumãtur à Bartolo in *l. penult. num. 2. ff. de Impens. in reb. dotal. fact.* Bald. in *l. 1. num. 25. C. de Fructibus et lit. expens.* Jasone in *l. Sumptus. num. 7. ff. de Legat. 1.* Idem Jaso in *§. Propter. num. 2. Institut. de Action.* Angel. in dicta *l. Sumptus. in fine. ff. de Legat. 1.* Barbosa in *l. Divortio 8. §. final. part. 1. num. 22. in fine. ff. Solut. matrimon.* 4

Ideòque hujusmodi expensæ compensandæ sunt, cum juxta Bersan. *de Compensat cap. 2. quæst. 19. num. 2.* Sit indubitata resolutio, ut expensæ gratiâ fructuum factæ cum ipsis fructibus compensari debeant, sive loquatur de fructibus naturalibus, sive industrialibus text. in *l. Fructus. ff. Solut. matrim. l. Si à patre 39. ff. de Petit. hæred. §. Fructus.* 5

Nempe expensæ factę in fructibus curandis, ac custodiendis, ut tradit Covarruv. *lib. 1. Variar. cap. 3. num. 3.* Quia labor, & industria, & quæ fiunt fructus quærendi causâ, ut aratio colligẽdi gratiâ, ut vindemiatio, trituratio, & conservandi causâ, ut conductio horreorum Redoan. *de Rebus Eccles. non alienand. quæst. 72 num. 17.* Quæ conclusio adeò vera est, ut nullus casus sit, ubi quis fructus percipere non debeat pro compensatione expensarum, eorum causâ factarum Bersan. *de Compensat cap. 2. quæst. 29. num. 4.* Redoan. *de Rebus Eccles. non alien. quæst. 72. num. 17.* Manica *de Tacit. & ambig. convent. lib. 11. tit. 8 num. 35.* 6 7

Sed refragatur text. in *l. Cum quæretur 58. §. Prædiis. ff. de Legat. 3.* Ubi Africanus docet, quod si prædia legetur & ea, quæ eorum prædiorum colendorum causâ parata sunt; neque Topiarium, neque Saltuarium Servũ legatum cẽseri nitet; quia magis custodiẽd fundi, quàm colendi causâ paratũ esse apparet; ex quo textu rectè est inferẽdũ, expẽsas factas in prædio custodiẽdo deducendas esse, quia gratiâ fructuum hæ impensæ haudquaquam factæ dicu- 8

cuntur; sed ad ipsius rei conservationem maximè diriguntur Bart. in *l.Cum quæreretur* 58.*in fine ff.de Legat.* 3. Bald, *consil.*303.*num.*2.*lib.*1. Pinell.in *l.*2.*C.de Rescind. vendit. num.*31. Decius *consil.* 420.*num.*5. Salycet.in *l.*1.*num.*4. *C.de Fructib.& lit.expens.*Angel.in *l.Cum quæreretur* 58.*ff. de Legat.* 3. *num.* 1. Natta *consil.*536.*num.*12.*lib.*3.

9 Sed hoc haud obnitente, prima opinio verior mihi videtur per text. in *l.Si à patre* 39. *§.fin. ff. de Petit. hæred.* Ubi connumerantur inter impensas gratiâ fructuum factas ea,quæ fructus custodiēdi causâ fiūt,ut sectātur,Petra *de Fideicomm.quæst.*15. *num.* 228. Rom. *Sign.* 332. Cota *Memorab. lib. in verbo fructus.*Barbosa in *l.Divortio.§.fin. part.* 1.*num.*27.*ff Solut.matrimon.*

10 Non obest text. in *l. Cum quæreretur.§.Prædiis.ff. de Legat.* 3. Quia juxta Barbosæ expositionem, ibi legata fuerunt ea, quæ parata erant agri colendi causâ; ideò Topiarius servus legatario non cedit, quia is ad prædii culturam neutiquam pertinet; sed ad ornatum Alex. ab Alex. *Genial.dier.cap.* 25.Corras.*lib.* 5.*Miscell. cap.* 21. *num.* 2.

11 Ruizius *decis.Lituan.*5.*num.* 359.Quod manifestè apparet ex eo,quod ars Topiariorum nil aliud est,nisi opus ex arbore,aut fruticibus, aut herbâ ornatū,aut vitandæ æstus causâ factum; & Topia-

12 rii juxta Plin.*lib.*3.*Epistol.ad Calvis.* Sūt qui hederâ gestationis convestiunt formas ex plantis,fruticibus, & arboribus variasque ex his subtiliter compositis, & plicatis figuras exprimunt, & reddunt;ut tradidit Harduin. in notis ad

13 Plin.*lib* 21.*cap.*12.Quapropter Topiarios dictos esse contendunt à typis , hoc est à formis,& figuris,quas faciunt.Firme. *lib.*8.*Mathes cap.* 10. Sic Topiarios describit.*Vel qui buxeas arbores tondent in belluas fingant , aut virides porticus in circulum flexis viribus faciant, ab opere topiario,quod ipsi facere sciūt,dicti.* Cujus operis Topiarii meminit Plin.*lib.*15.*cap.* 30.*& lib.*21.*cap.*11.Plin.Jun.*Epistol.*Forcatul.in *suo Cupid.Juris per cap.*15.*num.*8 Corras *lib.* 5.*miscellan.cap.*21.*num.* 2. *&* 3.

14 Turneb.16.*advers.*23.*& lib.*24.*cap.*11.Unde ex Topiariorū officio,satis superque clarescit Topiarios ad agriculturam non pertinere;sed potiùs ad exornationem spectare: Ergo nil mirum si in dicta *l.Cum quæreretur.§.Prædiis.* Legatario non cedant,cum ei solummodò debeantur , qui ad culturam agri operam navant. Topiarii non agri culturam locupletant; sed ipsius speciem concinnant,ac comunt.Ideòque eos legatarius haudquamquam vindicare potest .

Nec etiam Saltuarius servus venit 15 in legato; quia non ad agriculturam, sed ad custodiam pertinet, ut tradidit Garcia *de Expens. cap.* 13. *num.* 40.

Quod enim servus Saltuarius non ad 16 agriculturam , sed ad custodiam pertineat, nitescit ex text.in *l Quæsitum ff.de Instruct.et instrum. leg.*& docent Corras. *lib.*5.*miscellan cap.*21.*num.* Hi enim dicuntur custodes saltuum, fructuum servandorum gratiâ parati , vel finium custodiendorum causâ *l Quæsitum* 12.*§.Saltuarium. ff.de Fund.instruct. l.Si ita* 17.*§.*1.*ff.de Usu. & habit* text.in *l.*8. *ff.de Usu, & habit.* Appellantur Saltuarii, quia ad saltus custodiam præponebantur. Saltus prisci vocabant loca pa- 17 scua , & pastionibus accomodata, ut enitet ex Virgil.*lib.*3.*Georgic.*

Saltibus in vacuis pascant , & plena secundùm
Flumina.

Et *lib.*2.

Aut fœtus ovium,aut urentes culta capellas:
Saltus, & Saturi petito longinqua Tarenti.

Et quoque depromitur ex text.in *l.Penult.§.*1. *ff Si servit.vindic.* text. in *l.*8. *ff.de Instruct.& instrum.leg.* text. in *l.*15. *ff.de Pignor act.* text.in *l.*51. *ff de Act. empt.*Ut benè Oterus *de Pascuis,& jura pasc end.cap.*1. *num.*10. Saltus sic describitur à Valla. *lib.*4.*Elegant.cap.*56.*Saltus verò sylva invia , nec transeuntibus pervia, in quo pasci , atque æstuari pecudes solent.*Ut apparet ex Manilio. *lib.*3. *Astronomicon.in princip.*

In nova surgentem, majoraque viribus ausum,
Nec per inaccessos metuentem vadere saltus
Ducite Pierides.

Et

Et ita definitur ab Ælio Gallo apud Festum *lib.* 17. Unde Varro. *lib.4.de Lingua latin.* dixit, *[Quos agros non colebant propter sylvas, aut id genus, ubi pecus possit pasci*; & postea pascua ab usu suo saltus nominarunt. Quò allusit Virgilius in *Bucolic.eclog.6.*

. . . . *Claudite Nymphæ*
Dyctææ Nymphæ, nemorum jam claudite saltus.

Et *lib.4.Æneid.*

Pastor agens telis, linquitque volatile ferrum
Nescius: illa fuga sylvas, saltusque peragrat
Dyctæos.

Et Lucret.*lib.2.de Natur.Rerum.*

At mater virides saltus orbata peragrans,
Linquit humi pedibus vestigia pressa bisulcis.

Et *lib.5.*

Avia per nemora, ac sylvas, saltusque reperta,
Per loca Pastorum deserta, atque otia dia.

18 Quapropter saltus ab alendo dictos nominatur Connan.*lib.3.Comm. jur.civil.cap.9.num.5. in fine.* Eò quia pascendis,& alendis pecoribus inservireut;& ii, qui ad hujusmodi saltus incumbebant, saltuarii nuncupabantur, quia saltus custodiebant Oterus *de Pascuis, & jur.pascend.cap.1. num.14.* Ergo nil mirum, si ad legatarium non spectent, cum non ad agriculturam, sed ad custodiam inservirent, ut satis ex supra relatis clarescit,& exprimit Africanus ipse,dum in prædicto textu hoc modo profatur: *Prædiis legatis, & quæ eorum prædiorum colendorum causa empta, parataque essent, neque Topiarium, neque saltuarium legatum videri ait? Topiarium enim ornandi, Saltuarium autem tuendi, custodiendique fundi magis, quàm colendi causa paratum esse.*

19 Et licèt prædictus textus probet fundi custodem non colere; sed custodire, minimè tamen diffitetur id spectare ad fructuum præservationem, eosque integros percipere. Ob quod fructuum causâ paratum fuisse dici posset Barbosa in dicta *l.Divortio.§.final. num.27. ff.Solut.matrimon.* Si verò in *§.Prædiis.* legati verba comprehenderunt, quod legabantur parata causâ fructuum percipiendorum; legatario cederet servus saltuarius argum. text. in *l.Instrumentum 8.ff.de Fund. instruct. l.Si ità is. §.final. ff.eod.* Garcia *de Expens. cap.13. num.40.* Câpeg.*de Dote.part.2.quæst.46.* Imola in *l.8. ff.de Fund.instruct.* Con- 20 cordiam allicere nititur; ut si impensa sit temporalis,& assignatur custodi aliquod salarium;tunc impensæ non sunt repetendæ,sed cum fructibus compensâtur; & sic procedit opinio Glossæ in *l.Penult.versic.Tueri. ff.de Impens.in Rebus dotal fact.* Si verò impensa respicit perpetuam fundi custodiam, hæc impensa tamquam utilis deducitur Gloss. in dicta *l.penult. verbo. Extra tutelam. ff.de Impens.in reb.dotal.fact.*Hanc enim concordiam consectantur Alciat. *Respons.450.num.27.* Jaso in *l.penult. num. 2. ff.de Impens. in reb. dotal. fact.* Beroi. *cap.1. num.96. de Usur.* Alex. in *l.Quod dicitur 15.ff.de Impens.in reb.dotal. fact.* Zas.in dicta *l.15. num.10.ff.eod.* Andr. Sicul.*consil.56.col.fin.lib.4.* Campeg. *de Dote.part.2.quæst.46.* Sed Barbosa lo- 21 co supra relato per text. in *Extravagant.1.versic.in solvendo. de Decim.inter comm.* Amplexatus fuit indistinctè impensam factam causâ custodiæ minimè fructuum gratiâ videri factam, & per consequens non sunt cum fructibus compensandæ, ducitur ex supradicto textu, ubi adest, quod etiam de Decimis solvendis Papæ deducitur impensa gratiâ fructuum facta; & minimè detrahuntur impensæ factæ in castri custodiam; quia sunt diversæ impensæ ab illis,quæ fructuum gratiâ fieri solent; ideò si non sunt fructuum gratiâ factæ, minimè sunt cum ipsis fructibus compensandæ; sed potiùs tamquam utiles repetendæ, ut voluit Brunneman. in *l.Si à domino.* cum ibi relatis. *ff.de Petit.hæredit.*

Sed reluctari videtur text. in *l.Quod* 22 *dicitur 5. ff.de impens. in reb. dotal.fact.* Ubi impensa facta in rebus dotalibus dicitur dotem minuere; Ast idem 23 Barbosa respondit,hûc textum de marito loqui, qui dotales res tutari, & cu-

custodire tenetur argument. dictæ *l. final. ff. de Impens. in reb. dotal. fact.* Et impensas factas in dotalibus rebus custodiendis deducere nequit; non ob id, quòd fructuum gratiâ factæ videantur; Sed potiùs, quia cum ad illas faciendas astrictus sit, nihil earum nomine repetere potest Gloss. in *l. Sumptus. ff. de Legat.* 1. Ideò si quis in agri custodiam temporales fecit expensas, ad quas faciendas minimè tenebatur consonum est æquitati, ut illas repetere possit Gloss. & quoque Bart. in *l. Vel si vites. ff. de Impens. in reb. dotal. fact.* Sed
24 ego utrâque explosâ sententiâ, concordiæ Pauli in *l. Fructus. num. 6. ff. Solut. matrim.* Adhæresco; videlicet, quod aut custodes sunt necessarii ad integram fructuum perceptionem; vel ad hoc, ut post eorum collectionem meliùs serventur; & tunc cum impensa necessaria ipsos fructus directè respiciat, dicitur gratiâ fructuum facta, & cum fructibus est compensanda, & procedit doctrina textus in *l. Si à domino 39. §. final. ff. de Petit. hæredit.* Quod colligendum suadetur ex text. in *l. Si ita is. § final. ff. de Fund. instruct. l. 8. ff. eodem.*

25 Aut nequaquam ad integram fructuum collectionem similis custodia videtur necessaria; & principaliter non respicit fructus, ut evenit in custodia castri, vel prædii; & tunc hæc impensa non dicetur gratiâ fructuum facta; sed solùm ad conservationem substantialem ipsius rei; sive dominium, & possessionem illius; & tunc tamquam utilis impensa deducenda venit, ad tradita per Rosenthal. *de Feud. cap. 10. cõcluf. 43. num. 68.* Et patet ex præallegato textu in *Extravagant. 1. versic. In soluendo. de Decimis inter communes.* Dum præcepit, ex decimâ Summo Pontifici solvendâ, expensam factam causâ custodiæ castri, deducendam non esse, quia non sunt factæ similes expensæ gratiâ fructuum; sed ad castri substãtialem custodiam; & sic tamquam utilis veniat repetenda.

26 Ex hoc potest inferri, quod maritus expendens in castro dotali custodiendo, possit illam impensam, tamquam utilem repetere, per dictum textum in *Extrauagant. 1. Versic. In soluendo. de Decimis inter communes.* Et hanc illationem sectantur Salycet. in *l. 1. num. 4. C. de Fructibus, & litium expens.* & in *l. Sumptus 48. ff. de Rei uindicat.* & in *l. Sumptus. ff. de Legat.* 2. Bald. in *l. 1. num. 9. C. de Fructibus, et litium expens.* Alex. *consil. 168. column. final. num. 8. uolum. 2.* Petra *de Fideicommiss. quæst. 15. num. 219. et 238.* Natta *consil. 536. num. 10. lib. 3.*

Ast Paulus in *l. Fructus. num. 6. ff. So-* 27
lut. matrim. Contrarium amplectitur; eâ ratione ductus, quia hæc impensa est temporalis, & non durat ampliùs post matrimonii solutionem; & ideò repeti minimè potest text. in *l. Vel si vites 3. §. Nos generaliter. ff. de Impens. in reb. dot. fact.* Alex. in *hac eadem lege num. 4.* & ibidem quoque Aretin. in *column. 3.*

Hoc enim vires capessit ex eo, quod si 28
maritus cum familia inhabitat castrũ, habitationis fructus videtur habere, quæ cum expensis compensandi sunt text. in *l. Vel si vites 3. ff. de Impens. in reb. dot. fact.* Maximoperè, quia, maritus custodiã rebus dotalibus adhibere tenetur & ad earum tuitionem compelli potest text. in *l. Quod dicitur. penult. ff. de impens. in reb. dotal. fact.* Ex quo deducitur, quod eo nomine nihil repetere potest, ut sequitur Gloss. in *l. Sumptus 64. ff. de Legat. 1.*

His verò parum obsistentibus, ve- 29
ram esse fatendum est nostram illationem. Nam non obnititur text. in *l. Vel si vites 3. §. Nos generaliter. ff. de impens. in reb. dotal. fact.* Quia hic textus procedit in expensis, quæ directè fructus respiciunt; hæ impensæ, si temporales fuerint, cum fructibus compensantur Gloss. & Bart in dicta *l. 3. ff. de Impens. in reb. dotal. fact.* Hîc verò sermo est de expensis circa castri custodiam persusis, quæ principaliter dominii conservationẽ contuentur, ipsiusque dominii utilitatem respiciunt: ergo ut utilis expensa, quamquam temporalis sit, repeti potest Gloss. in *l. In fundo. ff. de Rei vindicat.* Ratio est, quia quamvis temporalis fuerit custodia, & transitoria; attamen quod attinet ad effectum est

pro

pro perpetua existimanda Bald. *consil.*
30 303.*num.*2 *lib.* 1. Hoc etiam extendi-
tur,ut procedat, in expensis factis circa
castri victualia; quæ,quamvis sint tem-
porales,ut utiles repetũtur Angel.in *l.*1.
§.1.*n.*1.*ff.de Impẽs.in reb.dotal.fact.* Petra
*de Fideicomm.quæst.*15.*num.*227.Barbo-
sa in *l.Divortio.*8.*part.*1.§.*final. num.* 29.
ff.Solut.matrim.

31 Minus quoque refragatur secunda
ratio;quia minimè est inferendum; ma-
ritus habitationis fructus percepit : er-
go tenetur eos compensare cum expen-
sis factis circa substantialem conserva-
tionem ipsiusmet rei . Nam cum his
fructibus,prædictas expensas non com-
pensare probat text. in *l.* 1. *in finalibus
verbis.ff. de Impens. in reb. dotal. fact.* Et
tradidit,ac insectatur Aretin.in *l.Si ser
vum in princip. num.*6.*ff.de. Reb. obligat.*

32 Ad tertiam verò rationem respon-
dendum est,verum esse maritum tene-
ri ad rerum dotalium tuitionem . Sed
hoc Doctores dulcescunt, ac mulcent,
dũmodò modica fuerit expensa text.in
*l.Omninò.ff.de Impens.in reb.dotal.fact.*Et
33 hoc etiam infertur ex text.in *l.Quod di-
citur.*15.*ff.de Impens.in reb.dotal.fact.*ibi.
*Nam tueri res dotales vir suo sumptu de-
bet alioquin, tam cibaria dotalibus man-
cipiis data,quàm quævis modica ædificio-
rũ dotaliũ refectio. Modicã verò refectio-
nem, maritus repetere nequit, non eo quia
temporalis sit ; vel quia gratia fructuum
factam esse videatur. Sed quia ex dotis na-
tura similis expensa incũbat marito, nihil
eo nomine deducere potest.* Gloss.in *l.Sũp-
tus* 64.*ff.de Leg.*1 Bart.in *l.final.in Prin-*
34 *cip.ff.de Impens. in reb. dotal. fact.* Quod
etiam procedit in creditore circa ex-
pensas factas in custodiendo pignore;
cum creditor ex natura contractus te-
neatur ad pignoris custodiam text. in *l.
Sicut vim C.de Pignorib.*text.in §.*final.
institutionib.quib.mod.re contrahit obliga-
tio.*Bart.in *l. Cum quæreretur.* §.*final.ff.
de Leg.*3.Petra *de Fideicomm. quæst.* 15.
*num.*231.

35 Quid si bellum fortuitò contingat,
& maritus in tuitionem, ac castri custo-
diam magnas expensas effuderet , an
eas possit tamquam utiles repetere ?
36 Negat Gregorius Lopez in *l.* 41. *tit.*
28.*part.* 3. *verbo.Entregando.* Referens
Gloss.in *l.Sumptus.ff.de Legat.*1.Bald. in
l.Ex parte. ff.Famil erciscund.& in §. *Si
quis ac manso.column.*5.*de Controvers. in-
vestitur.*Paul.in *l.Domos hæreditarias.ff.
de Leg.*1.

Sed contrarium est verius ; scilicet, 37
quod maritus magnas expensas tempo-
re belli factas in castri custodiam ; tan-
quam utiles repetere queat , non verò
eas tenetur compensare,ut affectantur,
& amplectuntur Cuman. *consil.* 19. *ad
fin.* Bartol. in *l.Cum quæreretur .* §.*final.
ff.de Legat.*1. Angel. in *l.Divortio.* §.*fi-
nal.ff.Solut.matrimonio* . Imol. & Alex.
in *l.Domos.ff.de Legat.*1. Roman.*singu-
lar.*332.Barbosa. in *l.Divortio* 8.§.*final.
num.*29.*ff.Solut.matrim.* Petra *de Fidei-
commiss.quæst.*15.*num.*229. Schrader. *de
Feud.part.*9.*sect.*2.*num.*21. *versic.Quar-
to hæc conclusio.*Rosenthal.*de Feud. cap.*
10.*concl.*43.*num.*96 Et hujusmodi asse-
ruit Barbosa *loco citat.*hasce opiniones
ad concordiam , & amicitiam redigi
posse .

Si verò debitorum nomina dentur 38
in dotem,& maritus in eorum exactio-
ne expensas fecerit , eas repetere ne-
quit ; quia nomina exigenda accipien-
dò videtur tacitè se obligare ad expen-
sarum solutionem;ut affectãtur Gloss.
in *l.*1. *verbo. Non sint . ff.de Impens.in
reb.dotalib.fact.*Barbosa in *l.Divortio.*§.
*final part.*1.*num.*30.*ff.Solut.matrimonio.*
Hoc verò intelligendum est de mo- 39
dicis expensis . Nam si fuerint magnæ,
id,in quo excedunt maritus repetere
potest Menchaca *de Successiõn.creation.*
§.5.*num penult.* Pinell.in *l.*1. *C. de Bon.
matern. part.*2.*num.*70. Garcia. *tractat.
de Expens.cap.*13.*num.*17.Jaso in *l.Si in
arca. num* 3.*ff.de Condit.indeb.* Bald.in
*l.*1.*num.*13.*C.de Bonis matern. & in l.Per
diversas . num.*10. *C.de Mandat.* & in
*l.*3.*num.*2.*C.de Fals.caus.adject.* Barbosa
in *l.Divortio* 8. §.*final.part.*1.*num.*30.*ff.
Solut.matrim.* Aretin. in *l.Si in arca co-
lumn.*2.*ff.de Condict.indebit.*

Sin autem de uxoris consensu mari- 40
tus in dotali prædio expensas volunta-
rias effundat; non datur marito repeti-
tio ; sed permittitur abrasio, vel evul-
sio : nisi mulier tantùm dare vellet ,
quan-

quantum maritus habere possit de rebus abrasis, vel evulsis Mathesil. *singul.*

41 29. Impensæ verò factæ à marito in rebus paraphernalibus compensantur cum fructibus ab eo perceptis Beroj. *quæst.* 22. Maritus in re dotali temporales præstat expensas; sed si ad perpetuã rei utilitatem expensas diffundat, uxor ad illas tenetur Afflict. *decis.* 252. *num.* 4.

42 Ob impensas utiles, vel voluptarias dos retineri nequit: sed quidẽm ob necessarias, quæ dotem in quantitate minuunt ipso jure text. in *l.* 1. *§. Sed nec ob. C. de Rei uxor. act.* Tepat. *Variar. sententiar. tit.* 273. *cap.* 3.

SUMMARIUM

1 *Emendi, & vendendi origo à permutationibus orta fuit, juxta* Paulum.
2 *Tria requiruntur ad substantiam emptionis.*
3 *Venditio quando imperfecta censeatur?*
4 *Consensus utriusque partis in venditione requiritur.*
5 *Venditio ut perfectè dicatur pretium debet esse certum, & determinatum, aliàs dicitur contractus permutationis.*
6 *Emptio apud Græcos non dicebatur, nisi confestim pretium exiberetur.*
7 *Emptio, & venditio quandoque sumitur pro speciali quodam contractu.*
8 *Emptio latè sumpta accipitur pro quacumque acquisitione, et alienatione earum rerum, quæ sunt in commercio.*
9 *Emptionis dominium quæ res perficiant?*
10 *Emptio, et venditio quandoquidem ad permutationes adaptantur.*
11 *Venditio vel vera, vel imaginaria in omni ferè alienatione interveniebat.*
12 *Emptio nonnunquam complectitur locationem.*
13 *Emptio latissimè, et metaphoricè accipitur pro acquisitione, et ammissione etiã rerum, quæ non sunt in commercio.*
14 *Antiqui emptionis, et venditionis vocabulo promiscuè utebantur.*
15 *Emere veteres pro sumere accipiebant.*
16 *Vendere est quasi vænum dare, hoc est facere ut res ad emptorem veniat.*
17 *Emendi vocabulum est merè latinum.*
18 *Emptio dicitur contractus juris gentium nominatus, qui consensu perficitur, quo res aliena nobis certo pretio datur, quæ definitio latè exponitur.*
19 *Compẽsatio admittitur in omnibus actionibus, et contractibus, except a actione depositi, et actione spolii.*
20 *Emptor, si creditori venditori solvit pro re vendita luitione, istud solutum cum pretio compensabit.*
21 *Venditor, si ad rei venditæ pretium consequẽdum adversùs emptorem experiatur, et emptor ex alia causa sit creditor venditoris, tunc emptor optimè venditori potest compensationem opponere.*
22 *Verbum* opponitur, *quod est in* l. Si ex venditione 7. C. de Compensat. *quomodo debeat intelligi.*
23 *Fiscò agenti nequit à debitore compensatio objectari.*
24 *Emptor compensat cum pretio solvendo, non solùm creditum suum, quod habet contra venditorem ex præexistente contractu, verùm etiam id, quod intuitu rei venditæ coactus fuit solvere ob culpam venditoris.*
25 Adducũtur verba text. in l. Quoniam liberum 10. C. de Compensat.
26 *Cujus dispositio juxta* Cujacium *extenditur ad casum, quo minimè venditum fundum à venditore expressum sit esse liberum.*
27 *Debitum, et creditum est materia habilis ad inducendam compensationem.*
28 *Emptor an pro concurrente quantitate sui crediti ratione retardationis solutionis teneatur ad usuras recompensativas ratione pretii non soluti.*
29 Referuntur verba text. in l. Curabit 5 C. de Act. empt. & vendit.
30 *Dispositio prædictæ legis* Curabit, *dum usuras permittit, refragatur jure divino.*
31 *Decisio legis* Curabit, *summa ratione innititur.*
32 *Æqualitas inter contrahentes exactè debet servari.*
33 *Emptor, si fructus rei emptæ percipit, non dum soluto pretio, justum est, ut pretii usuras usque ad fructuum quantitatem debitori solvat.*
34 *Usuræ recompensativæ omni jure permit-*

tuntur; quia dantur in recompensationem ejus, quod justè competebat, et debitum erat eas recipienti.

35 *Dispositio* text. in dicta l.Curabit, *authori videtur iniqua.*

36 *Intereſſe non habetur ratio quoad lucrum ceſſans, quoties qui illud habere cupit nihil lucraturus erat.*

37 *Mora quando non adeſt nemo compellitur ſolvere id, quod intereſt.*

38 *Emptor tenetur à die traditionis rei venditæ, dum pretium ſolvere differt, reddere venditoris uſuras pretii non ſoluti, ſecundùm quantitatem fructuum ipſius rei.*

39 Referuntur verba text. in l.final.ff.de Peric.& comm.rei vendit.

40 *Emptor in caſu* l.Curabit, *qui venditoris erat creditor ex alia cauſa non tenetur præſtare uſuras recompenſativas ratione pretii non ſoluti.*

41 *Compenſatio ad impediendum curſum uſurarum fit ipſo jure.*

42 Textus in l.Curabit *præcipit, ut quamquam nulla fuerit ex parte emptoris interpoſita mora, uſuræ recompenſativæ debeantur.*

43 *Uſuræ in ſpecie* text. in l.Curabit, *debentur ob moram.*

44 *Verbum* Percepit *temporis curſum denotat.*

45 *Deciſio* text. in l.Curabit, *procedit in emptore, qui venditoris creditor non erat.*

46 *Diſpoſitio* textus in l.Curabit, *cum ſit odioſa, non debet extendi.*

47 Explicatur, ac exornatur intellectus ad text. in l.Curabit. C.de Act.empt. & vendit.

48 *Venditor, ſi ex alia cauſa eſt debitor emptoris illico poſt debitum, & creditum contractum per compenſationem rei venditæ pretium conſequi videtur.*

49 *Legis ratione ceſſante, ejus quoque diſpoſitio ceſſat.*

50 Refellitur, ac notatur Berſanus.

51 *Fructus recompenſativi pro prætio ſoluto debentur à venditore emptori evecto ſibi pretio, vel non tradito.*

52 *Fructus recompenſativi non debentur quando ad pretium ſolvendum dilatio fuit data, quamvis fuerint taxati, & conventi.*

53 *Fructus recompenſativi quando recipi poſſint.*

54 *Fructus recompenſativi juxta terminos* legis Curabit, *debentur ſolummodò habito reſpectu ad perceptos, ſecus ad eos, qui percipi potuerunt.*

55 *Judex poteſt ex officio taxare fructus recompenſativos ad rationem quinque, vel ſex pro centenario.*

56 *Fructus recompenſativi in terminis* legis Curabit, *non debentur quando non fuerunt percepti, nec percipi potuerũt ex natura rei ſterilis, vel infructiferæ.*

57 *Emptor ſi ſub haſta aliquid emerit poteſt loco pretii dedurre ſuum creditum, ad hoc ut compenſetur cum pretio rei ſubhaſtatæ abſque obligatione deponendi.*

58 *Fructus ab emptore percepti in omnibus caſibus, in quibus venditio reſcinditur compenſantur cum intereſſe pretii ſoluti.*

59 *Fructus quando contractus ab initio annullatur non compensãtur cum intereſſe pretii, ſed emptor fructus venditori reſtituere debet; & venditor emptori pretium cum intereſſe.*

60 *Emptor, ſi fuerit in mala fide fructus compenſantur cum ſorte prætii, & cum uſuris.*

61 *Fructus ex contractu reprobato percepti cum ſorte compenſantur.*

62 *Uſuræ novæ in omni anno compenſatæ pro rata ſortis diminuuntur, ſi ad venditionis reſciſſionem ob ſuperventam cauſam deveniatur.*

63 *Venditio feudi ſi revocetur per emptorem ex vigore Conſtitutionis Regni.* Conſtitutionem Divæ memoriæ, *ex quo aſſenſus non fuerat regiſtratus infra biennium: an tunc emptor teneatur reſtituere rem cum fructibus, & venditor pretium cum intereſſe, vel debeant compenſari fructus cum intereſſe pretii?*

64 *Fructus extantes pro ſpecie exiſtimantur.*

65 *Compenſatio ſpeciei ad ſpeciem diſpellitur.*

66 *Species ſi ſit perempta, & deveniatur ad æſtimationem, compenſatio locum habet.*

67 *Venditio ſi reſcindatur ex remedio* l.2. C.de Reſcind.vendit. *non fit compenſa-*

satio fructuum ex venditione perceptorum cum inter usuris pretii soluti.

68 *Emptor quibus in casibus deducat expensas necessarias, vel utiles in fundo factas.*

69 *Obærati debitoris bonis proscriptis: an si unus ex creditoribus subhastarem debitoris obærati emerit illo in casu pretium cum debito compensari possit.*

70 *Compensatio admittitur inter debitorem, & creditorem.*

71 *Creditor debitoris sui bona subhasta emens non debet vicissim aliquid suo debitori.*

72 *Creditor si rem debitoris subhasta emerit, non venit jure creditoris, sed tamquam straneus.*

73 *Compensatio rei judicatæ optimè objici potest.*

74 *Compensatio in omnibus actionibus admittitur, excepta actione depositi.*

75 *Casus exceptus firmat regulam in contrarium.*

ARGUMENTUM

Utrùm in Emptionis contractu locum habeat compensatio.

QUÆSTIO VII.

1 Paulus *lib.* 30. *ad Edict.* Testatus fuit, originem emendi, & vendendi à permutationibus fuisse profectam, tradidit etiam Harduinus in *notis ad* Plin. *lib.* 33. *cap.* 1. *num.* 2. Olim enim non ita erat nummus; neque aliud merx, aliud pretium vocabatur: sed unusquisque juxta necessitatem temporũ, ac rerum, utilibus res inutiles permutabat, quoniam plerumque evenit, ut quod alteri superest, alteri desit. Sed quia non semper, ac facilè concurrebat, ut eum tu haberes, quod ego peroptarem, invicem ego haberem, quod tu accipere velles: electa materia est, cujus publica, ac perpetua æstimatio difficultatibus permutationum æqualitate quantitatis subveniret, ea materia, formâ publicâ, percussa usum, dominiumque non tam ex substantiâ pręxbet, quàm ex quantitate: nec ultra merx, utrumque est, sed alterum pretium vocatur text. in *l.* 1. *ff. de Contrab. emption. & vendition.* Ad hujus emptio- 2
nis, & venditionis contractus substantiam præcipuè tria quidem requirũtur:
Primò, quod certum corpus adsit, & sic 3
venditio facta ad mensuram (ex quo in singula jugera est distributa) imperfecta censetur antequam illud corpus interveniat Ossuald. ad Donell. *Comment. jur. civil. lib.* 5. *cap.* 2. *lit.* G. Nevizan. *consil.* 38. *n.* 24. Menoch. *consil.* 26. *n.* 29. *vol.* 1. Tiraquell: *de Retract. lignag.* §. 2. *gloss.* 2. *n.* 21. Cabreros *de Metu lib.* 2. *cap.* 1. *n.* 12. Covarruv. *Pract. cap.* 3. Surd. *cõsil.* 38. *num.* 2.
vol. 1. Secundò, utriusque consensu text. 4
in *l.* 1. *ff. de Contrab. empt. & l.* 1. *C. eodem.* text. in §. *Emptio. Institut. eod.* Matienzus in *l.* 7. *gloss.* 6. *n.* 12. *tit.* 11. *lib.* 5. *Recopilat* Aretin. in *l. Si fidejussor.* §. *Meminisse. col.* 2. *versic super. ff. de Legat.* 1. Cabreros *de Metu. lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 13. Tiraquell. *de Retract. lignag.* §. 1. *gloss.* 2. *num.* 48.
Tertiò, quod pretium sit certum, 5
ac determinatum. Nam si pretium non est certum, & determinatum contractus non dicetur emptionis, & venditionis, sed permutationis text. in *l. final. C. de Contrab. empt.* text. in *l. Si merces. ff. de Locat.* & in pecunia numerata consistere debet text. in dicta *l. ultim. C. de Contrab. emption.* text. in *l.* 2. *l. Hæc venditio* 7. §. 1. *l. In venditionibus. l. Quod sæpè* 35. § *l. Sequente l. Pacta conventa* 27 *ff. de Contrab. emption. l. Empti fides* 9. *C.* Connan. *lib.* 7. *cap.* 6. *num.* 7. Gregor. *Syntagmat. jur. lib.* 25. *cap.* 12. Gomez. *lib.* 2. *Variar. cap.* 2. *num.* 9. Christinæus. *decis. Belgar.* 53. *num.* 3. *vol.* 3. Pinell. *Rub. de Rescind. vendit. part.* 2. *cap.* 1. *num.* 1. Mo-
ribus autem Græcorum emptio, nisi 6
confestim pretium exhiberetur, non constituebatur Cujac. *lib.* 11. *Observ. cap.* 19. Et Plato *lib.* 11. *de Legib.* Jubet res vænum expositas stato loco vænire presẽti utrinque traditione. Hinc Grecâ fide mercari dicitur Fornel. 2. *select.* 8. Id est pecuniâ præsẽti; quo sensu his verbis Græcâ mercamur fide usus est Plaut. in

Asin.act.1.scen 3. Ubi aliter commodè accipi non posse apparet, quo modo interpretatur Turneb.4.*ad vers.*13.& alii, quos laudat Taubm. ibidem, quibus adde Erasm.*Chiliad.*1.*cent.*8.*adag.*97.

7 Quatuor præcipuè modis accipitur emptio, & venditio. Primo modo pro speciali quodam contractu text. in *l. 5. ff.de Justit.& jur.* text.in *l.1.§.ultim. l. 7. §.1.ff de Pact.* text. in *l. Si quis fundum 37.ff.de Contrab empt.*text.in *l. 2. ff. de Act.& oblig.*text.in *§.Sed jus quidem In-*
8 *stitut.de Jur.natural.gent. & civil.* Secundo metonymicè pro instrumento emptionis text.in *l.2.C. Quæ res pign.* Tertio latè pro quacumque acquisitione, & alienatione catû rerum, quæ sunt in commercio text.in *l.Pignus 8.§. Venditionis ff Quib.mod. pign. solvit.* text. in *l. Statu liberi a cæteris 29.§.1.ff.de Stat.lib.*
9 At Varro *lib.2.de Re Rustic.cap.*10. Dixit quêvis in emptionibus, dominiû sex ferè rebus perficere. Si hæreditatem justam adiit, si ut debuit mancipium ab eo accepit, à quo potuit: aut si in jure cessit, cui potuit cedere, & id ubi oportuit: aut si usucepit: aut si è præda sub corona emitumvè, cum in bonis sectionemve, cujus publicè venit. Sed Plin.*lib.*33.
10 *cap.*1. Emptionis nomê ad permutationem adaptat, dum enim dixit veteres permutationibus uti solitos esse, sicut Trojanis temporibus factitatum fuisse, Homero credi côvenit. Ita (ut opinatur) commercia fructus gratiâ convecta. Alios coriis bovû, alios ferro, captivisq; rebus mutasse tradit. Nec dubium quin respiciat ad verba Homeri *Illiad.lib.*7. Quæ referstitur à Jurisconsulto Paulo in *l.1.§.1.ff.de Contrah.empt.* Hujus latè significationis ratio esse videtur; quia olim solebant in omni alienationum genere, venditionis solemnitatem adhibere, ut & in testamentis conficiendis ei, qui em-
11 ptor familiæ vocabatur vendebatur hæreditas. Quapropter in omni ferè alienatione, aut erat vera, aut saltem imaginaria venditio Connan. *lib.7.cap.*
12 6.*num.*1. Oldendorp.*Class.4.quæst.*1.*sing.* 20. Quin etiam locationem complectitur, ut ait textus. Venditiones olim dicebantur Censorum locationes Higinus 2.*de Limit.constit.* Mancipiis ementibus, itaque conductor dicitur redimere text. in *l. Si hi qui 14.C. de Locat.* Et nuncupatur redemptor text.in *l. Qui insulam 30.§.Penult.*text.in *l.Ea lege 51. §. 1.ff. de Locat.*text.in *l.Redemptores 39. ff. de Rei vindicat.*text.in *l.Cæsar.ff. de Publican.* Quartò latissimè, & metaphoricè 13
pro acquisitione, & amissione quacumque etiam eorum, quæ non sunt in commercio Plaut. in *Trinumm. act. 4.scen.3.*

Nam ego talentum mutuum
Quod dederam, talento inimicum mihi emi, amicum vendidi.

Quibus verbis indicat se repetêdo, quod mutuum præstiterat, debitorem suum ex amico inimicum sibi reddidisse. Virgil.*lib.1.Georg.*

Teque sibi generum Thetys emat omnibus undis.

Hoc respicit ad veterem contrahendi matrimonii formam per coëmptionem Horat.*lib.1.Epist.2.*

.... *Nocet empta dolore voluptas.*

Et dicto *lib.1.Epist.18.*

Cenes, ut pariter pulmenta laboribus empta.

Claudian.*de Tert.Consulat.Honor.*

.... *Emitur sola virtute potestas.*

Et Epicharmus.

Dii omnia laboribus nobis vendunt.

Antiqui emptionis, & venditionis 14
vocabulo promiscuè ütebantur text. in *l.Veteres 19.ff de Act.empt.* Hinc actio ex vendito interdum sumitur pro actione ex empto text.in *l. 4. §. Penult. ff. de Leg. commissor.* text. in *l. Sed hoc nomine 26. l. Si eum venditor 66. §. Penult. ff. de Evict.* text. in *l. Ex conventione 11.C. de Pact.* Et è contrariò actio empti, sivè ex empto accipitur pro actione ex vendito text.in *l.Julianus 13. §. Si procurator in fine.ff.de Action empt.* text. in *l. Unica C.Si serv.exter.se em. mand.*

Emendi, & sumendi vocabula nônûquam promiscuè accipiuntur à Festo. 15
Emere, quod nunc est mercari, antiqui accipiebant pro sumere Cicer. *lib. 7. epistol.* 23. ad Fabium Gallum. *Quanti ego genus omne signorum omnium non æstimo tanti ista, quatuor, aut quinque sumpsisti.* Horat.*lib.2 satyr.7.*

Quæ parvo sumi nequeunt obsonia captas.

Ut

16 Ut grammaticis placet, vendere dici-
tur quaſi venundare, hoc eſt operari,
ut res ad emptorem veniat Donell.
Comm.jur.civil.lib. 13. *cap.* 1. Emere au-
tem dico, vel quia id, quod emo fit
meum Connan.*lib.7. cap. 6. num.* 1. Vel
quia fit, è tuo meum. Sed ut vult Jul.
17 Pac.*tractat.*6.*cap.*1. *num.* 6. Veriùs eſt
emendi vocabulum eſſe ſimplex, &
emere latinum, proinde hæ etymolo-
giæ ſunt rejiciendæ Jul. Pac. *loc. cit.*
Nam id, quod emimus non fit noſtrum,
ut hæ etymologiæ falsò demonſtrant,
ſed nobis debetur text.in *l.3.ff.de Act.et
oblig.*text.in *l. Alienatum* 67.*ff.de Reg.jur.*
18 Eſt autem emptio contractus juris
gentium nominatus, quique conſenſu
perficitur, quo res aliena nobis certo
pretio datur, dicitur emptionem eſſe
juris gentium ex mente Pauli in *l.* 1. §.
final.ff.de Contrab. empt. Ex hoc autem
jure omnes penè contractus introducti
ſunt text.in *§.Jus autem.Inſtitut.de Ju-
re natural.gent.&.civil.*& ex Ulpiano in
l.Juris gentium. ff. de Pact. Emptionem
eſſe nominatum contractum, quia à ju-
re nomen habet expreſſum, additur ex
Paulo in dicta *l.*1.*§.final. ff. de Contrab.
empt.* Quia conſenſu perficitur. Nam
in emptionibus, & venditionibus con-
ſenſum debere intercedere non ambi-
gitur, & ſi in venditione, in pretio, vel
in aliquo alio diſſentiant, emptio im-
perfecta eſt text.in *l.In venditione. ff.de
contrab.empt.* Subnectitur, quo res alie-
na. Nam quod meum eſt, ampliùs meũ
fieri nequit text.in §.*Si cui fundus.Inſtit.
de Legat.* Cũ regulariter ſuæ rei emptio
non valeat, ſive ſciens, ſive ignorans
emit text.in *l.Suæ rei.ff.de Contrab.empt.*
Adjungitur, certo pretio; Nam pre-
tium eſt conſtituendum, quia nulla
emptio abſque pretio eſſe poteſt; ſed
certum pretium eſſe debet text. in *§.
Pretium.Inſtitut.de Empt.et venditionib.*
poſtremò adhibetur (nobis datur) eò
quia in emptionibus transfertur domi-
nium text.in. *§. Sic itaque diſcretis.Inſti-
tut.de Actionib.*
19 Cum enim Juſtinianus in *l.final.C.de
Compenſat.* & text.in *§. In bonæ fidei. In-
ſtitut.de Actionib.* In omnibus rebus, ac
actionibus compenſationem admittat,
exceptâ depoſiti actione, ac perperam
occupantis alienam poſſeſſionem; ſe-
quitur quod in omnibus aliis præter
exceptas ſit admittenda; quoniam ex-
ceptio, ut dicit Diego *Opuſcul.de Compenſ.
fol.mihi* 13. Firmat regulam in caſibus nõ
exceptis. Ideòque ſi emptor creditori 20
vẽditoris ſolvit pro rei vẽditæ luitione,
ſolutum cũ pretio compenſabit text. in
l. Quoniam 10. *C. de Compenſat.* Dum-
modò naturæ rei, cauſæ, & formæ
non refragetur Tynd. *Opuſcul. de Com-
penſat.art.7.num.2.* Medic.*de Compenſat.
quæſt.29.num.1.part.1.*
Si autem venditor, ad rei venditæ 21
pretium aſſequendum contra empto-
rem experiatur, & emptor ex aliâ cau-
sâ, ſit creditor venditoris, tunc emptor
rectè poteſt venditori compenſationem
opponere textus expreſſus in *l.Si ex
venditione 7. C. de Compenſat*: Ubi Ale-
xander Imperator ſic ait. *Si ex venditio-
ne pretium venditori debetur, compenſa-
tionis ratio opponitur*: Et teſtantur ibi
omnes Doctores Bertazol. *de Clauſul.
clauſul.41.gloſſ.8.num.1.* Cagnol. in *l. In
omnibus 136.§.Non debeo.num.2.ff.de Reg.
jur.* Medic.*de Compenſat.quæſt.29.num.1.
part.1.* Gloſſ.in dicta *l. Si ex venditione
C. de Compenſat.* Berſan. *de Compenſat.
cap.3.quæſt.24.num.* 1. Brunneman. in
dicta *l.Si ex venditione. C. de Compenſat.*
Sed quomodo debeat intelligi illud 22
verbum *opponitur*, cum ibi ſit mutuæ
quantitatis compenſatio, quæ ipſo jure
liberationem parit, prout naturalis ſo-
lutio videndũ? arg.text.in *l.5.C.de Pact.*
Cui difficultati reſpõdet Hothomanus
aſſerens oppoſitionẽ, ſecus exceptionem
hãc eſſe, quæ oppoſitio apud prætorem
fieri debet, ad hoc ut cognitâ causâ de-
cernat: utrùm in tota ſumma actio-
nem dare; an eam inminuere debeat, in
quo ſenſu accipi debere verbum oppo-
nendi teſtatur.
Limita hanc concluſionem non pro- 23
cedere, videlicet ſi fiſcus rem mihi ven-
didit pro decem, & mihi ex aliâ causâ
tenetur in decem; ſi verò fiſcus ſua de-
cem petat. Ego non potero ei objicere
compenſationem. Quod etiam expreſ-
ſit Imperator Alexander in prædicta
l. Si ex venditione 7.ibi. *Adverſus fiſcum*
enim

enim solummodò emptores petitioni pretii compensationem objicere prohibentur. Et consonat ejusdem Alexandri rescriptum in *l.* 3. *C. de Compensat.* Glossa, & omnes Doctores in dicta *l. Ex venditione* Bersanus *de Compensat. cap.* 3. *quæst.* 24. *num.* 2. Gregor. *Syntagmat. jur. univers. lib.* 21. *cap.* 22. *num.* 6.

24 Animadvertendum est, quod emptor compensat cum pretio solvendo, non solùm creditum suum, quod habet adversùs venditorem ex præexistente contractu; sed quoque id, quod intuitu rei emptæ coactus fuit solvere ob culpam venditoris; videlicet si res, cum verè non esset, tanquam libera vendatur; sed quia creditoribus hypothecata fuerat, necessùm est, emptorem venditoris debita solvere, ut est casus in *l. Quoniam liberum.* 10. *C. de Compensat.* Ubi extat rescriptum Imperatorum Diocletiani, & Maximiani, quod si quis pro liberando prædio empto aliquid creditori solvit, illud venditori cum pretio compensat, juxta Salyceti, &

25 Bartoli interpretationem. Imperatorum verba sunt hæc. *Quoniam liberum fundum distractum tibi proponis, post verò, veluti præcedente emptionem obligatione certum quid soluisse: si debitum à te apud præsidem Provinciæ petatur, compensationem ejus, quod indebitè soluisti*

26 *potes opponere.* Quod secundùm Cujacii in dicta *l. Quoniam.* Interpretationem porrigendum est, ad casum, quo minimè venditum fundum à venditore expressum sit esse liberum; vel si à venditore emptori promittatur expensarum factarum circa prædium venditum refectio ob culpam venditoris. Nam tunc sicut emptor ad expensarum petitionem agere potest text. in *l. Cum tibi.*

27 *C. de Evictionib.* Ita quoque & compensare eum pretio nondum soluto; cum hoc in casu adsit materia, super qua rectè cadit compensatio; cum habeatur ex uttâque parte creditum, & debitum text. in *l.* 1. *ff. de Compensat.* text. in *l. Compensationem. ff. eod.*

28 Sed an emptor pro concurrente quantitate sui crediti, ratione retardationis solutionis, teneatur ad usuras recompensativas, ratione pretii non soluti? Et quod ad usurarum solutionem teneatur respondendum videtur per textum expressum in *l. Curabit* 5. *C. de Actionib. empt. & vendit.* Ubi Diocletianus, & Maximianus rescripserũt, quod emptor, qui percepit fructus rei emptę, 29 tenetur ad usuras pretii non soluti. Verba textus sunt hæc: *Curabit Præses Provinciæ compellere emptorem; qui nactus possessionem fructus percepit, partem pretii, quam penes se habet cum usuris restituere, quas & perceptorum fructuum ratio, & minoris ætatis favor, licèt nulla mora intercesserit, generavit.* Et hoc præter Doctores omnes in prædicta lege testatur Covarruvias *Variar. Resolut. cap.* 4. *num.* 1. *versic. primo. lib.* 3. Et quamvis decisio textus in dicta *l. Curabit.* Ad- 30 versetur juris divini, naturalis, humanique rationi; quoniam usuras ab omni jure interdictas permittat, cum aliquid præter ipsam sortem plerumque jure, justèque recipitur; ubi id redditur ex causâ interesse damni emergentis, vel lucri cessantis text. in *l.* 3. *§. final. ff. de Eo, quod cert. loc.* text. in *l. Atqui natura.* *§. Non tamen. ff. de Negot. gest.* text. in *l. Socium. ff. Pro Socio.* text. in *l. In contraria. ff. de Usur.* text. in *cap. Pervenit. de Fidejuss.* text. in *cap. Dilecti. de foro Compet.* Attamen prædictæ legis decisio sum- 31 mâ ratione nititur. Nam usuræ, quas venditor ex dicta *l. Curabit* percipit non sunt veræ usuræ, sed rei propriæ persequutio, quæ ab æquitate justitiæ commutativæ deducitur, quę in æqualitate consistit, ut scribit Aristotel. *lib.* 3. *Ethic. cap.* 5. Nam quatenùs contrahen- 32 tiũ unus implet, debet & alter vicissim implere: aut impleti solvere lucrum implementi recepti: ne inter proprias res commutantes inæqualitas sequatur. Nam si emptor fructus rei emptæ per- 33 cepit, nondum soluto pretio, justũm est, ut pretii usuras usque ad fructuum quantitatem venditori persolvat, qui liberè ei rem tradidit, cum eam, pretio nondum soluto, minimè tradere teneatur text. in *l. Exempto. ff. de Action. empt.* Quapropter justissimè ab Imperatoribus statutum est id, quod extat in dicta *l. Curabit.* Et probatur ibi: *Quas usuras perceptorum fructuum ratio, licèt nul-*

nulla mora interecesserit generavit.
Idemque statuitur in *l.2. C.de Usur.* ibi:
*Æquitatis ratione præstare emptor usuras
pretii non soluti cogitur.* text. in *l. Julia-
nus. §.Ex vendito. ff.de Actionib. empt
& vendit.* Ubi Jurisconsultus dicit, ut
cum emptor re fruatur æquissimùm
est, eum usuras pretii debiti deperdere
quod etiam apparet ex text. in *l.final.ff.
de Fund.dotal.*

34 Quibus accedit, usuras lucratorias
omni jure reprobas esse; usuræ autem
recōpēsatoriæ omni jure permittūtur,
quia dantur in recompensationem ejus,
quod justè competebat, & debitum
erat eas recipienti, quodque ipse justis-
simè habiturus esset Cagnol. in dicta
l.Curabit. col.2.C.de Act.empt. Anan. in
cap.1.col.pen. & in *cap. Conquestus. col.1.
de Usuris.* Covarruv *Variar. Resolut.
cap.4.num.1.lib.3.* Molinæus ab eo rela-
tus in *Consuetud Parisiens.tit.1.§.1.gloss.
9.num.20.*

35 Sed ego, ut verum confitear, nescio
quâ ratione fulciatur textus in dicta *l.
Curabit:* decisio. Quippe si illa consti-
tutio rationem ducat ab eo, quod inte-
rest venditoris, causâ damni emergen-
tis? aut lucri cessantis contra prædicti
textus decisionem respondendum fo-
ret, & respōsionis ratio esset, quia inte-
resse nequit peti: nec ejus est habenda
ratio quoad lucrum cessans, quoties qui
36 illud nancisci cupit, nihil lucraturus
erat, aut minimè erat solitus lucrari
text.in *l.Si sterilis. §.Si per venditionem.
ff.de Act.empt.* Gloss. in *cap.Conquestus.
de Usur.* Alex.*consil.200.num.3. lib.6.* Ja-
so.in *l.3.§.final.ff.de Eo,quod cert.loc.* Ab-
bas, & Anan.in dicto *cap.Conquestus.de
Usur.* Alex. *consil.52. num.5. lib.6.* Dec.
consil.3.num.5.& consil.322. Socin.*consil.*
37 *156.num.9.lib.2.* Nam insolita lucra, ra-
tione ejus, quod interest, peti nequeunt.
Et si prædicta lex ob interesse lucri ces-
santis, damnique emergentis lata fo-
ret, esset ejus ratio habenda post morā.
At cùm mora non adest, minimè quis
comppellitur id, quod interest solvere.
text.in *l.2.§.Si navis.ff.ad Leg. Rhod.de
Jact.* text.in *l.Lecta.vers.non enim. ff.Si
cert.petat.* text.in *l.In hac. in fine. ff.de
Cond.tritic.* text.in *l.Si insulam ff.de Ver-
bor.oblig.* text.in *l.Unica. C.de Sentent.
quæ proeo, quod interest.* Hinc infertur, 38
emptorem teneri à die traditionis rei
venditæ, dum pretium solvere differt,
reddere venditori usuras pretii non
soluti juxta quantitatem fructuum ip-
sius rei; Secus autem juxta rationem,
quod venditoris intersit ex causâ dam-
ni sibi illati ob pretii solutionem dila-
tam; cum eâ ratione non teneretur em-
ptor ad compensationem fructuū; sed
ad damni illati restitutionem, quod
quandoque excederet ipsorum fru-
ctuum æstimationem, quandoque mi-
nus esset; sic & lucri cessantis æstima-
tio nequaquam in hoc casu venditori
debetur, eum attentâ ejus industriâ,
fortassis esset major, quàm fructuum
perceptorum valor. Et profectò ipsa
lex solummodò restituendi usuras pre-
tii non soluti obligationem inducit, 39
juxta perceptorum fructuum quanti-
tatem, qua de re est locus celebris apud
Jurisconsultum Hermogenianum *lib.
2.Juris in l.final.ff.de Pericul.& commod.
rei vendit.* Cujus verba sunt hæc: *Ven-
ditori si emptor in pretio solvendo moram
fecerit, usuras dumtaxat præstabit, non
omne omninò quod venditor, mora non fa-
cta consequi potuit, veluti si negotiator
fuerit, & pretio soluto ex mercibus, plus-
quam ex usuris quærere potuit.*

His omnibus haud obstantibus, asse- 40
rendum est, quòd in casu prædictæ *l.
curabit.* Emptor, qui venditoris erat cre-
ditor ex aliâ causâ, non tenetur præsta-
re usuras recompensativas, ratione pre-
tii non soluti, de quibus Cæsares loqu-
untur in dicta *l. Curabit.* Et ratio quare
ibi emptor ad solvendas usuras recom-
pensativas venditori teneatur est, ob
moram contractam in solutione pre-
tii, ut rectè comprobatur ex supra relà-
tâ *l. Venditori.ff. de Pericul. & commod.
rei vend.* ibi. *Si emptor in pretio solvendo
moram fecerit.* Sed hæc mora non datur 41
in emptore, qui poterat compensare;
Nam illico, quod debitum, & credi-
tum hinc inde contractum fuit inter
emptorem, & venditorem, compensa-
tio fuit facta, cum juris comperti sit ad
impediendum cursum usurarum, com-
pensationem fieri ipso jure absque op-
po-

positione partis Bonden. *de Jure controv.collect.*43. *num.* 28. Tepat: *Variar. sentent.tit.*160.*cap.*1.Rodriguez.*de Ann. reddit. quæst.*18..*num.* 2. Gregor. *Syntagmat.jur.part.*3.*lib.*21. *cap.*22. *num.* 2. Faber.C.*lib.*4.*tit.*23.*definit.*4.Schifordeger. *lib.*1.*tractat.*2.*quæst.* 2. Larrea *decis.* 87. *num.*7.Barbosa in *l.Divortio. §. Ob donationes.num.*33.*ff. Solut. matrim.* Luca *de Camb.discurs.* 2. *num.* 21. Castropal. *tractat.*32.*disputat.*1.*punct.*16.§. 2. *num.* 6. Molina *de Justit.& jur. tractat.* 2. *disputat.*560 *num.*1.Barbosa *Voto* 60.*num.*15. *lib.*2. Hothoman. *Epitom. lib.* 16. *tit.* 2. *num.*7.*in fine.*

42 Sed urget text. in eadem *l. Curabit.* Ubi Cæsares statuunt, quod etiam si nulla mora fuerit interposita ex parte emptoris, usuræ recompensativæ debentur,ut clarissimè patet ex illis verbis *Licèt nulla mora intercesserit*. Compensationis beneficium dumtaxat efficit, ut debitor à solutione usurarum liberetur; sed hîc hæc compensatio,quæ aliàs ipso jure locum asciscere deberet, nullũ commodũ quidèm utenti affert, cum antequam usuræ currere incipiant adversùs omnem æquitatem, & rationem jam debeantur usuræ. Ideò compensatio in hoc casu nil prodest; sed idem est ac si emptor eam opponere non posset.

43 Huic objectioni respondetur, quod licèt hæc *l.Curabit*,Iniqua semper mihi visa fuerit; & juri divino,humano, & naturali adversari attestetur Covarr. *Variar.Resolut.lib.*3.*cap.*4.*num.*1.Tamen ex prioribus verbis dicendum videtur, quod debitor ideò ad usuras tenetur, quia fuit in mora, ut apparet ex illis

44 verbis. *Qui nactus possessionem fructus percepit*.Nam illud verbum *percepit*, Cum sit præteritum perfectum temporis cursũ ostendit,ob quem usuræ ab emptore venditori debentur.Sed hæc interpretatio,quamvis vera sit destruitur ex dictæ *l. Curabit.* contextu. ibi: *Partem pretii, quam penes se habet, cum usuris restituere, quas perceptorum fructuum ratio, & minoris ætatis ratio licet nulla mora intercesserit generavit*. Ex quibus profectò verbis colligendum videtur, quod etiam nullâ præsuppositâ morâ,post emptionem contractam debentur usuræ. Sed hujus legis decisio dumtaxat procedit in emptore, qui venditoris creditor non erat, & per consequens compensationem opponere non poterat text.in *l.*1 *ff. de Compensat.* 45

Ideòque cum legis *Curabit* decisio sit maximoperè odiosa, non est extendenda ad emptorem, cui compensatione adversùs venditorem uti licebat text. in *l. Cum quidam.ff.de Liber. & posthum.* text.in *cap.Renovantes.distinct.* 22. text. in *cap.Odia* 15. *de Reg. jur. in* 6. text. in *cap.Ne aliqui.de Privileg. in.* 6. Maximè quia debitor non dicitur,qui habet causam compensandi, cum nec quantitas, quam debet ab eo exigi queat; hoc est quantitas ipsa, quæ compensari debet text.*Ejus quantitatis. C. de Solut.* Ergo si venditor ob compensationem rei emptæ pretium exigere nequit, à fortiori nec exiget usuras pretii text. in dicta *l. Ejus quantitatis C. de Solut.* Usuræ autem debentur ex eo,quod emptor fruitur re,& pretio, ut dixit Merend. *Controv.jur.lib* 4. *cap* 49. *num.* 50. 46

Undè tenendum est dictam *l.Curabit.* Maximâ æquitate niti, & minimè procedere ratione lucri cessantis · aut damni emergentis; sed æquissimè præcipitur,ut emptor,cui res vendita traditur ante numeratum pretium ad illius usuras, quãdiu non solverit taneatur. Quippè aliàs esset iniquum,ut emptor re venditâ, & pretii pecuniâ frueretur, & fructus ex re fructifera perciperet, venditore utrâque utilitate carente; Nam ille cum istius jactura contra naturalem rationem locupletaretur,quod non est dicendum text.in *l. Nam hoc natura* 14.*ff.de Condict.indeb.*text.in *l.*1.*C. Si.ff. Ex delict.defin.* Quod naturæ obluctari dixitCicer.*lib.*2. *offic.*ibi.*Nostræ utilitates nobis omittendæ non sunt,aliisque tradendæ eum ijs ipsis egeamus. Sed suæ cuique utilitati,quod sine alterius injuria fiat serviendum est. Et lib.* 3. ibi. *Rei familiaris amplificatio nemini nocens,non est vituperanda, sed fugienda semper injuria. Sed detrahere aliquid alteri, & hominem hominis incommodo suum agere commodum, magis est contra naturam, quàm mors, quàm paupertas, quàm dolor, quàm cætera-* 47

ra, quæ possint, aut corpori accidere; aut rebus externis. Illud enim natura non patitur, ut aliorum spoliis nostras facultates copias, opes augeamus. Ideòque placuit, ut quemadmodum emptor fructus rei lucratur;ita & venditor usuras pretii; & sic usuræ respondent pretio, & fructus rei Cujac.in l.Julianus. §.Ex
48 vendito.ff.de Act.empt.Sed quando venditor ex aliâ causâ est debitor emptoris,statim post debitum, & creditum hinc inde contractum per compensationem rei venditæ pretium consequ-
49 utus fuit: Ergo legis ratione cessante, ejus quoque dispositio cessat text. in l. Omni.ff.de Adopt.text.in l.Quod dictum. ff.de Pact.text.in l.final.ff.ad Syllan.text. in l.Adigere. §. Quamvis.ff. de Jure ju-
50 rand.Denique lapsus fuit Bersanus de Compensat.cap.3.quæst.24.num.12. Dum sit ait:Quare igitur, si neglexerit opponere compensationem, cogendus est ad usuras, seu interesse. Nam hoc est omninò falsum,ac sibi ipsi in eâdem quæst. num. 7.refragatur,cùm sit omnium cõmunissima opinio,quod ad sistendum cursum usurarum lex ipsa absque hominis ministerio Compensationem faciat Molina de Justit. & jur.tractat. 2. disputat.560.num.1.Castropal.tractat. 32. disputat.1.punct.16.§.2.num.6.Bonden.de Jur.contr. colluctat.43. num.28. Barbosa
51 Voto. 60.num. 15. lib.2. Fructus autem recompẽsativi pro pretio soluto debentur à venditore emptori,evicto sibi pretio, vel non tradito, juxta texr. in dicta l. Curabit Sabelli Summ. diverf. tractat. §.fructus. num. 29. Hoc non procedit, quando dumtaxat fuit promissa restitutio pecuniarum pro quantitate evicta Rodolphin.Prax.part.1.cap. 8. num. 278. Debentur autem venditori, qui emptori fundum sibi,nõ soluto pretio, tradidit, & pro rata pretii non soluti, vel retenti, etiam ob imminentem evictionem, vel non implementum partis cum minimè æqùum sit, ut quis re, & pretio fruatur dicta l. Curabit. text. in l.Julianus.§.Ex vendito. ff. de Act. empt. Sabelli.Variar.Resol.cap.84.n.15.&in §.
52 Emption. n. 4. Nec etiam debentur dicti fructus recompensativi, quando ad pretium solvendum dilatio fuit data,

licèt fuerint taxati, ac conventi, maximè si sit translatum dominium ad emptorem, de quo Gratian.Discept. forens. cap.911.num.1.Ubi docet cautelam, ut 53
recipi possint, scilicet quod venditor sibi reservet dominium, donec sibi pretium solvatur, vel locet rem venditam emptori pro certâ pensione, donec pretium solvatur Magon.Decis.Florent.92. num.15.Gratian.Discept.forens.cap.206. num.9.& Sperell.decis.18.num. 19. & decis.119. Ubi prædictum pactum asserit valere Staiban. de Interesse tit. 9. lib. 2. quæst. 1. num. 108. Urceol. Consultat.forens.cap.5.num.88.Ricc. in collect. 3003. Ubi quod non debentur datâ ab initio certâ dilatione Beltramin.ad Ludovis. decis.264.num.32.& decis. 297.num. 10. Fagundez. de Just. & contractib. lib. 5. cap.9.

Prædicti fructus recompensativi 54
juxta terminos dictæ l.Curabit.Debentur solummodò,habito respectu ad perceptos, & non ad eos, qui percipi potuissent; nisi constet de dolo manifesto, ac ideò indigẽt liquidatione, à qua,licèt essensus in exequutivis,datur appellatio Gratian.Discept.forens.cap.716. num. 1. cap.911.num.11.cap. 588. num. 20. cap. 241.num.50.cap.939.num. 24. & in dicto cap.588.num.20.Et Judex ex officio po- 55
test taxare hujusmodi fructus ad rationem quinque, vel sex pro centenario. Staiban. de Interess. lib. 2. tit. 9. quæst. 1. num 91.Seraphin.decis.480.num.4. Mangil.de Evict.quæst. 548. num. 17. Fontanell.decis.92.num.25. Sperell. decis. 118. num.5.

Nec minus debentur fructus recom- 56
pensativi in terminis prædictæ l. Curabit. Quando non fuerunt percepti: nec percipi potuerunt ex naturâ rei sterilis, vel infructiferæ, cum tunc omnino cesset æquitas, immò iniquum reputetur velle usuras exigere ab eo, qui fructus minimè potuit assequi Natta consil.494 Christin Decis.Belg.241.n.11.vol.1. Cagnol.in l.Curabit.num.48.C.de Act.empt. Fachin.Contr.jur.lib. 2. cap. 31. Covarr. lib.3.Variar.cap.4.Surd.Consil. 101. num. 11.lib.1.Staiban. de Interesse lib. 2. tit. 9. quæst.1.num.102.Socin.consil.109. & consil.132.lib.1.Viv.Comm.opinion. 243. Benin-

nintend.*decis.*29.*num.* 6. Sanfelic. *decis.* 124.*num.* 9. Gratian. *Discept.forens.cap.* 241.*num.*50.*cap.*911.*num.*11.Manz. *Decis palatin.*6. *num.* 6. de Cujus *l. Curabit.*Intelligentia latè Faria ad Covarr. *lib.*3.*Variar.cap.*4.

57 . Si emptor sub hasta aliquid emerit, potest loco pretii deducere suum creditum ad hoc, ut compensetur cum pretio rei subhastatæ absque deponendi obligatione Posth. *tractat .de Subhastationib.inspect.*39.*num.*26. Mastrill. *decis.* 287.*num.*82.*part.*3 Intrigl.*decis.*15.*num.* 57. Rebuff. *de Præcon. & licitat. art.* 5. *gloss.unica.num.*19.Giurba *decis.*53. *num.* 5.& 10.Bersan.*de Compensat.cap.*3.*quæst.* 24.*num.*15.

58 Nunc autem animadvertendum est, quod in omnibus casibus, in quibus rescinditur venditio fructus ab emptore percepti compensantur cum interesse pretii soluti Riether *Variar. jur decis.* 99.*num*: 219. Sed hoc cum aliquo temperamento est intelligendum . Nam aut venditio rescinditur ex causâ præexistente ,vel superventâ post contra-
59 ctam emptionem.In primo autem casu contractus ab initio irritatur ; ideoque fructus minimè compensantur cum interesse pretii;sed emptor fructus venditori restituere debet,& venditor emptori pretium cum interesse Censal. *consil.*6.*num.*9.Bersan. *de Compensat. cap.*
60 3 *quæst.*24.*num.*35. Si emptor fuerit in mala fide ; fructus compensantur cum sorte pretii, & cum usuris Latro *decis.* 25.*num.* 19 .Thorus.in *Alleg. post. vota num.*61.Et idem est in quolibet contractu reprobato . Nam fructus ex illo percepti cum ipsâ sorte compensantur Medic. *de Compensat. part.* 1. *quæst.* 10.
61 *num.*23.Et usuræ novæ in omni anno compensatæ pro ratâ sortis diminuuntur, si ad venditionis rescissionem ob su-
62 perventam causam deveniatur ; tunc fructus minimè restituuntur: nisi à die litis contestatæ ,quia medio tempore percepti compensantur cum interesse pretii soluti , cum sint percepti bonâ fide , jureque dominii Censal.*consil.* 6. *num.* 17. Bersan. *de Compensat. cap.* 3. *quæst.*24.*num.*38.

63 Quid si revocetur venditio feudi per emptore ex vigore constitutionis Regni incipientis : *Constitutionem Divæ memoriæ.* Ex quo assensus non fuerat registratus infra biennium , pro ut debet fieri stante clausulâ in illo appositâ,*aliàs habeatur pro non præstito* , an illo casu emptor teneatur restituere rem cum fructibus,& vêditor pretium cum interesse, vel debeant compensari fructus, cum interesse pretii? Et quod compensentur post longam disputationem testatur Tapia *decis.* 8. *num*: 2. & Thorus *Compend decis.verb.Compensatio.* Sed hoc 64
est intelligendum dummodò fructus sint consumpti. Nam si extarent non admitteretur compensatio , quia fructus extantes specierum naturam præseferunt , ac speciei loco subrogantur. Negusant. *de Pignorib. & hipoth. part.* 5. *memb.*4. *num.*11. Ber. *de Usur. cap.* 1. *num.* 43. Medic. *de Compensat. quæst.* 3. *num.*4.*part.*1.Jaso in *l.Divortio.§. Ob donationes.num.*2.*ff.Solut.matrim.* Abb. in *cap.Cum mulier.n.*5.*de Convers.conjung.*Jaso in *l.Hujusmodi.§.Cum pater.n.*13.*ff. de Legat.*1.Abb.in *cap.*1. *de Deposit.* Sed de 65
specie ad speciem non admittitur compensatio text.in *l.Si convenerit.ff.de Pign. act.*text.in *l.Si non sortem.§.Si centum.ff. de Condit. & demonstrat.* text. in *l. Si ex pecunia. C. de Rei vindic* .text. in *l. Quod dicitur.ff.de Impens.in reb.dotal.fact.* Hoc 66
autem non militat, quando species esset perempta , quia tunc devenitur ad æstimationem , & compensatio inducitur Jaso.in *l.Triticum.ff. de Verb. oblig.* Mynsign.in *§.In bonæ fidei.num.*21.*Institut.de Actionib.*Gloss. in *l.*1.*ff.de Rer.permutat.*Medic.*de Compensat.quæst.*3.*num.* 6.*part.* 1. Jaso in dicto *§. In bonæ fidei. num.*62 *Institut. de Actionib.* Nichos in dicto *§.In bonæ fidei.num.* 8. Faber *num.* 10.Azo. *Summ. C. de Compensat. num.* 1. Gloss. in *l. final. in fine. C. de Compensat.* Medic. *Opuscul. de Compensat. quæst.*30. *num.*4.*part.*1.

Nota quod, quando venditio rescin- 67
ditur ex remedio *l.*2.*C.de Rescind. vendit.* Non fit compensatio fructuum ex venditione perceptorum cum interusuriis pretii soluti ; cum nec etiam pretii soluti interusuria emptori debeantur, nisi concludenter probentur Paul.

de

de Castro: in *l. 3. §. final ff. de Eo quod cert. loc* Riminald. Jun. *consil.* 218. *num.* 90. *usque ad num.* 104. *lib.* 2. Posth. *de Subbast. inspect.* 55 *num.* 126. Put. *decis.* 237. *lib.* 1. Gratian. *Discept. forens. cap.* 67. *num.* 30. Mangil. *tractat. de Subhastationib. quæst.* 44. *num.* 2. Gamma *decis. Lusitanic.* 232. *num.* 5. Licèt contrarium sectetur Bersan. *de Compensat. cap.* 3. *quæst.* 24.
68 *num.* 40. Et subnectit, quod in his, & similibus casibus emptor deducet expensas tam necessarias, quàm utiles in fundo factas juxta Brunneman. in *l.* 2. *C. de Rescindend. vendit.* Etiam si venditor esset minor text. in *l. Si prædium. §. Si emptor. C. de Præd. & aliis reb. minor.* Et quoque laborem suum, si per seipsum laboravit Pinell. *de Rescind. vendit. part.* 1. *cap* 3. *num.* 4. Nisi malignè expensæ necessariæ, sive excessivæ factæ fuerint, idem Pinell. *num.* 5. Bersan. *de Compensat. cap.* 3 *quæst.* 24 *num.* 42.

69 Quid dicendum, quando proscriptis bonis obærati debitoris, si unus ex creditoribus sub hastâ rem debitoris obærati emerit: an in illo casu pretium cum
70 debito compensari possit? Et negativè respondetur, eò quia compensatio locum habet solummodò inter debitorem, & creditorem ad invicem text. in *l.* 1. *ff. de Compensat.* Hothoman. *lib.* 16. *Epitom. tit. de Compens. n.* 4 Wessembach.
71 in *l.* 16. *C. de Compensat.* Quotiescumque creditor debitoris sui, bona sub hastâ, vel præcone emit, minimè suo debitori vicissim aliquid debere incæpit, sed debitoris sui creditoribus, quibus pretiibus res væneût, quo in casu apertè clarescit compensationem excludendam esse juxta regulam text. in *l.* 9. *C. de Compensat.* Ubi ejus, quod non ei debetur, qui convenitur, sed alii compensatio fieri non potest.

72 Suffragatur quoque, ut quando unus ex creditoribus debitoris rem sub hastâ emit, non venit jure creditoris; sed tamquam extraneus, eaque præstare tenetur, quæ quilibet emptor extraneus præstaret, cùm totum pretium solvere debeat *l.* 2. *C. Si in caus. judic. pign. l. Eû qui.* 17. *ff. Qui potior. in pign.* Moller. *ad constit. elect. part.* 1. *constit.* 32. *num.* 19. Wessembach. in *l.* 9. *C. de Compensat. Tom. II.* Berlich. *part.* 1. *concl.* 81. *num.* 212. Pappon. *lib.* 18. *tit.* 6. *arrest.* 4. *in append.*

Nec obest si dicatur, rei judicatæ 73 compensationem posse objectari, ut habetur in *l. Ex causa quidem judicati* 2. *C. de Compensat.* Ergo locum habere debet in causis exequutivis; quia respondetur id procedere, quotiescumque loqueretur de duobus, qui invicem inter se debent, juxta terminos text. in *l.* 1. *ff. de Compensat.* Ut contingit, quando actio rei judicatæ instituitur, ut refert Wissembach. in *l. Ejus. C. de Compensat.*

Minùs refragatur si dicatur, compẽsationem in omnibus actionibus locum 74 habere, exceptâ depositi, ac spoliationis actione *l. final. C. de Compensat. §. In bonæ fidei. de Act.* Ergo à contrario sensu 75 in nostro casu debet admitti, quia casus exceptus in non exceptis firmat regulam in contrarium, ut testatur Hothoman. *lib.* 12. *observ. cap.* 20. *ad finem per* text. in *l. Tribunus* 20. *§. ultimo. ff. de Militar. testam.* Nam respondetur hoc ar- 76 gumentum falsâ hypothesi fulci, tamquam creditor debitoris bona sub hastâ emens, ad solvendum pretium debitori obligetur, ut benè tradidit Wissembach. in *l. Ejus. C. de Compensat.*

Nec hoc argumentum procedit. In 77 omni causa admittitur compensatio. Ergo etiam in nostro casu, quia hæc verba in omni causa, magis singulorum genera, quàm singula generum comprehendit, veluti si diceretur. In omni 78 causarum genere locum sibi vindicat compensatio, sed non in singulis speciebus, & casibus generum Rebuff. *de Præcon & civil. art.* 5. *num.* 19, Faber. *C. tit. de Destract. pign. defin.* 33. Wissembach. in *l.* 9. *C. de Compensat.* Pappon. *lib.* 18. *tit.* 6. *art.* 4.

SUMMARIUM

1 *Facti quæ esse dicantur.*
2 *Ignorantia facti quæ sit.*
3 *Sensus quæstionis proponitur.*
4 *Compensatio in omnibus contractibus, & actionibus admittitur.*
5 *Casus exceptus firmat regulam in contrarium.*

6 *Facti obligatio compensari non potest.*
7 *Compensatio admittitur in rebus fungibilibus.*
8 *Facti obligatio non recipit functionem circa solutionem cum alio debito.*
9 *Industria personæ quando compensari nequeat.*
10 *Promittens ædificare in uno loco, si in alio ædificet non liberatur.*
11 *Factum cui detur nequit uti compensatione cum facto sibi promisso, & nondum expleto, dum ob aliam causam convenitur ab eo, qui ad factum tenetur.*
12 *Sed habebit summæ petitæ retentionem, donec obligationi facti satisfaciat.*
13 *Compensatio ubi nequit admitti, retentio datur.*
14 *Compensatio quando in obligatione facti admittatur.*
15 *Compensatio admittitur quando ab utraque parte creditum consistit in obligatione facti.*
16 *Compensatio an certi ad incertum admittatur.*
17 *Compensatio singuli ad singulum refellitur.*
18 *Debitum speciei compensari non potest.*
19 *Illiquidum debitum in compensationem non venit.*
20 *Compensatio admittitur quando hinc inde debetur servus absque electione data.*
21 *Fideicommissi causa an compensari possit.*
22 *Casus cujusdam difficultatis proponitur.*
23 *Compensationes actiones directas, civiles, & ordinarias minuebant.*
24 *Petitio fideicommissi non est actio directa, nec civilis; sed extraordinaria persequutio ex jurisdictione pendens.*
25 *Civilia quæ sunt, modis civilibus abolentur.*
26 *Compensatio in causa fideicommissi rectè potest admitti.*
27 Proponitur species text. in l. Etiam si fideicommissum. C. de Compensat.
28 Cujus textus verba referuntur.
29 *Compensatio in fideicommissis admittitur de æquitate, & favore fideicommissorum.*
30 *Compensatio ex bono, & æquo introducta fuit.*
31 *Compensatio in iis, quæ naturaliter tantùm debentur locum habet.*
32 *Æquitas compensationis usurarum quæstionem excludit.*
33 *Compensatio habetur pro soluto ex eo tempore, à quo binc inde cæpit debere.*
34 Verba text. in dicta l. Etiam. quomodo intelligantur à Donello.
35 *Compensatio non admittitur, quando fideicommissum est relictum Civitati.*
36 *Fideicommissum non pertinet ad usum necessarium; sed ad bonorem Civitatis spectat.*
37 *Voluntas suprema morientium exitum habere publicè interest.*
38 Plinius *propriam quandam legem sibi dixisse tradit, ut defunctorum voluntates serventur.*
39 *Fideicommissum relictum Civitati dicitur causa fisci.*
40 Cujacius communem lectionem text. in l. In ea 3. C. de Compensationibus. evertit.
41 *Jura Civitatis ad Præsidem pertinet, non ad Procuratorem Cæsaris.*
42 *Procurator Cæsaris dicitur quodammodò vectigalium curator.*
43 *Compensatio quare in causa fideicommissi excludatur.*
44 *Causa Civitatis causa publica appellatur.*
45 *Roma olim communis patria dicebatur.*
46 *Negotia, ac bona Civitatum, ac municipiorum inter publica habentur.*
47 *Prætores fideicommissarii duo à Claudio Cæsare instituti fuere.*
48 *Quorum unus à Tito Cæsare detractus fuit.*

ARGUMENTUM

Utrùm in Obligatione Facti, & in causa Fideicommissi admittatur compensatio.

QUÆSTIO VIII.

Ea sanè facti esse dicuntur, quæ non 1
in jure aliquo civili, hoc est aliquo
ex

ex jure Quiritum; sed solummodò in factis posita profectò reperiuntur. Juris civilis instituta dicuntur, veluti capitis diminutio, postliminium, tutorum, curatorumve authoritas, & similes v.g. possessio, quæ dicitur esse facti; non juris. Quapropter possessio interrupta negatur posse postliminio restitui; quia possessio in factis, non in jure consistit text. in *l. Denique 19. ff. quib. caus. major.* Et hac de causa negatur, hæreditatē possessionē habere text. in *l. 1. §. Scævola. ff. Si quis testam. lib.* Quoniam hæreditas jus est, neque facere quicquam intelligitur. Possessio dicitur à pupillo intelligente, etiam absque tutoris authoritate acquiri, atque adeò amitti text. in *l. 1. §. 1.* text. in *l. Possessionem 29. ff. de Acquir. possess.* Similiter habitatio dicitur esse facti text. in *l. Penult. ff. de Capit minut.* Quadecausa habitationis legatum per capitis diminutionem non perimitur; ac nimirum hoc illud est, quod ait Jurisconsultus Paulus in *l. 1. §. 2. ff. de Acquir. possess.* Res facti jure civili infirmari non posse; ratio est, quia cum ex eo jure non constent, ab eo nequeunt averti, neque restitui. Solutio, venditio, traditioque magis facti, quàm juris esse dicuntur text. in *l. 7. ff. de Curat. furios.*

2 Dicitur quoque ignorantia facti; videlicet, si me fugiat eum objisse mortem, qui mihi cognatione junctus fuit, aut non fugit me eum mortem objisse; cæterum, vel intestatum obesse, vel me hæredem institutum latet text. in *l. 1. ff. de Jur. & fact. ignor.* & hic error facti, sive hujusmodi ignorantia, neque maribus, neque fœminis in damnis, vel compendiis obest text. in *l. Error facti. ff. de Jur. et fact. ingnor.* Quinimò nulli nocet ignorantia facti, text. in *l. Regula est. ff. de Jur. et fact. ignor.* Etiam qui suum prosequitur, nisi fuerit nimis crassa, vel supina, quæ ferenda non est text. in *l. 6. ff. de Jur. et fact. ignorant.* Sed potiùs excusat, & præsumitur text. in *l. Si pro suo*, & text. in *l. Verius. ff. de Probationib.* Nisi quando disquisitio diligētis initio actus esset necessaria, ut cum aliquis defert, vel denunciat alium de crimine, vel indignitatis gradu. Bald. in *l. 1. ff. ad Senatusconsult. Macedon.* Gloss. in *cap. Innotuit de Elect.*

Hinc autem sensus quæstionis est hujusmodi. Quidam promisit domum ædificare, vel agrum colere, in hoc casu, licèt promittens sit creditor ex aliquâ causâ ejus, cui promisit; tamen non potest compensationis prætextu omittere id, quod facere promisit; sed sanè adimplere tenetur. Huic conclusioni affirmativè respondetur, nempe compensationem locum habere in obligatione facti, quia hodie, sublatâ differentiâ inter actiones bonæ fidei, & stricti juris quoad compensationem admittendam à Justiniano rescriptum fuit in *l. final. C. de Compensat.* & in *§. In bonæ fidei. de Act.* In omnibus actionibus tam bonæ fidei, quàm stricti juris, cōpensationē admitti posse, ut fatetur Cujac. *lib. 8. Observat. cap. 16.* Duaren. *ad tit. de Compensat. cap. 1.* Bachov. ad Treutler. *vol. 1. disput. 25. thes. 10. lit. E.* Donell. *Comment. jur. civil. lib. 16. cap. 15.* Hunnius *lib. 4. Variar. Resolut. jur. civil. part. 9. tractat. quæst. 2.* Hothoman. *Epitom. lib. 16. tit. de Compensat. num. 1.* Jul. Pac. *lib. 16. Isagog. tit. 2. num. 11* Bronchorst. *cent. 2. assert. 41.* Bachov. in *§. In bonæ fidei. num. 4.* Donell. *num. 2.* Krembergk. *num. 4.* Harppreсht. *num. 2.* Ruttershusius. & Zasius *num. 4. de Act.* Cujac. in *lib. 2. Salvi Juliani. col. 2. ad fin. fol. mihi 521.* Exceptâ actione depositi, & actione spolii dictâ *l. final. C. de Compensat. §. final. bonæ fidei. de Act.* Ergo à contrariò in cæteris aliis actionibus, ac obligationibus compensatio locum habere debet; quia, ut dixit Hothoman. 5 *lib. 12. Observat. cap. 20. ad fin.* Casus exceptus in non exceptis firmat regulam in contrarium text. in *l. Tribunus 20. §. final. ff. de Testament. milit.* text. in *l. Nam quod liquidè. § final. ff. de Pen. leg.*

3 (margin) 4 (margin)

6 Sed hoc non obsistente contraria opinione verissima adsequenda est; scilicet quod in obligatione facti locum non habeat compensatio, ut tradunt Gothofred. in *not. ad l. final. lit. T. C. de Compensat.* Zas. in *§. In bonæ fidei. versic. Super quarto. Institut. de Act.* Medices. *de Compensat. quæst. 44. num. 1.* Gratian. *Discept. forens. cap. 356. num. 29.* Cravet. *consil. 893 num. 7.* Fachin. *Controv. jur. lib. 1. cap. 6.* Ber-

6. Bersan. *de Compensat. cap.2. quæst.38. num.1.* Zanger. *de Except. cap.8. num.123 part.3.* Oynotom. in *§. In bonæ fidei. num. 29. Institut. de Act.*

7 Hujus conclusionis fūdamenta sunt. Primum, quod compensatio dumtaxat locum habet in rebus fungibilibus, quæ ad invicem inter se functionem recipiunt text. in *l.2. §. Mutui datio. ff. Si cert. petat.* Oynotom. in *§. In bonæ fidei num.30.* Pichard. *num.31 Institut. de Act.*

8 Sed obligatio facti non recipit functionem circa solutionem cum alio debito text. in *l.2. §.7. ff. de Eo, quod cert. loc.* Medices *de Compensat. quæst.44. num.2.* Bersan. in *eod. tractat. de Compensat. cap.2. quæst.38. num.3.* Ergo compensari nequit Gothofred. in dicta *l. final. liter. T.*

9 Secundum, quia quando quis eligit aliquem ad factum, vel considerat industriam personæ electæ, vel loci, ubi factum præstari debet, industria personæ ubi electa est, nequit compensari Medices *de Compensat. quæst.44. num.2.* per text. in *l.2. §. Item. ff. de Eo, quod. cert. loc.* Bersan. *de Compensat. quæst.38. num.2*

10 Ergo &c. Tertium, quia quando quis promittit ædificare in uno loco, in alio ædificando minimè liberatur text. in *l.2. §. Item Julianus. ff. de Eo, quod cert. loc.* Ergo neque obligationem adimplet, qui non ipse, sed alius intuitu ejus factum præstat, ut notat Bersan. *de Compensat. cap.2. quæst.38. num.4.*

11 Ampliatur 1. Nostra conclusio, ut nec ille, cui factum debetur uti possit compēsatione cum facto sibi promisso, & nondum expleto, dum ob aliam causam convenitur ab eo, qui ad factum tenetur; sic Bersan. *de Compensat. cap.2.*

12 *quæst.38. num.8.* Sed nihilominus tamen in hoc casu habebit summæ petitæ retentionem: donec obligationi facti satisfiat Cravet. *consil.893. num.7.* Gratian. *Disceptat. Forens. cap.356. num.29.* Quia

13 ubi non est compensationi locus, datur regulariter retentio Bonden. *de jur. contr. colluct.38. num.147.* Gothofred. in *l.3. ff. de Compensat.* Sigibert. *de Reconvent. cap.6. num.1. in fine.* Oynotom. in *§. In bonæ fidei. num.9. Institut. de Act.* Gonzalez in *cap. Bona fides. num.13. de Deposit.* Luca *de Judic. discurs.41. num.9. et de Credit. discurs.60. num.8.* Fachin. *lib.11. Controv. jur. cap.7.* Alderis. *de Symbolic. contract. tit.2. cap.10. num.24.* Cancer. *Variar. Resolut. part.3. cap.16. num.321.* Tepat. *Variar. sentent. tit.160. cap.5.*

Limitatur 1. Quoties ageretur ob non adimpletam obligationem; vel adimpletam, sed non loco destinato, vel modo convento. Nam in hoc casu rectè compensatio locum habet cum credito illius, qui ad interesse convenitur; quoniam in effectu fieri dicitur de quantitate ad quantitatem, & non de quantitate ad speciem Faber in *§. In bonæ fidei. num.8. Institut. de Act.* Medices *de Compensat. quæst.44. num.3.* Tusch. *conclus.490. num.27. lit.C.* Bersan. *de Compensat. cap.2. quæst.38. num.6.* 14

Limitatur 2. Quando ab utraque parte debitum consisteret in obligatione facti, vel etiam si ab una tantùm, & ab alterâ verò in quantitate; quoties vel mutuò partium consensu, vel alio quovis modo factum in interesse converteretur. Nam tunc compensatio venit admittenda Brunneman. in *l. Inter artifices. num.3. ff. de Solut.* Oynotom. in *§. In bonæ fidei. num.29. Institut. de Act.* Bersan. *de Compensat. cap.2. quæst.38. num.7.* 15

Hine videndum est, an certi ad incertum admittatur cōpensatio? Et negativè est respondendum. v.g. tu teneris mihi ex legato ad præstandum unum de servis tuis, quem elegero: ego quidèm tibi teneor ad unum de meis, quem elegeris: an in hoc casu locum sibi vindicet compensatio? & respōdetur, quod non, quia hujusmodi obligatio comprehendit singulos servos text. in *l.3. ff. Quis, & à quibus.* Et singuli ad singulum non habet locum compensatio, propterea quod ego potero eligere meliorem, quàm tu, & quodammodò videtur debitum ad speciem, quæ non compensatur Curt. in *l. Cum fundus. §. Servum, num.13. ff. Si cert. petat.* Nichas. in *§. In bonæ fidei. num.3. Institut. de Act.* Medices. *de Definit. part.2. definit.63. num.4. & opuscul. de Compensat. quæst.3. num.1. part.1.* Negusant *de Pignor. et hypothec. memb.5. part.5. num.21.* Jaso. in *§. In bonæ fidei. num.62. Institut. de Act.* Nam cum debitum sit incertum, dicendum est compen- 16 17 18 19

pensari non posse, sicut nec etiam compensatur, quando non est liquidum text. in *l. final. C. de Compensat.* Gutierrez *de Jurament. confirmat. part. 3. cap. 6. num. 2.* Larrea. *decis. 87. num. 16.* Gonzalez in *cap. 1. de Deposit. num. 10. in fine.* Christin. *decis. Belg. 231. num. 3.* Escobar. *de Confessar. sollicitant, ad vener. part. 2. quæst. 3. §. 3. num. 20.* Thesaur. *quæst. 21. num. 3.* Cormer *lib. 19. Jur civil. tit. 6. part. 2. cap. 9.* Zamoran. *de Compensat. in proem. num. 1. in fine.* Gregor. *Syntagmat. jur. part. 3. lib. 21. cap. 22. num. 3.* Vultejus in *§. In bonæ fidei. num. 10. Institut. de Act.* Diego. *opuscul. de Compensationibus. fol. mihi 27.* Covarruvias. in *cap. Quamvis pactum. part. 1. §. 4. num. 21. de Pactis in 6.*

20 Non procedit hæc quæstio, quando hinc inde in genere deberetur servus absque electione datâ, quia ab utrâque parte certum est compensari, adeòque admittitur compensatio argument. à contrario sensu text. in *l. Ultima. C. de Compensat.* Joan. Faber. in *§. In bonæ fidei. num. 7. Institut. de Act.* Medic. *de Compensat. quæst. 46. num. 5. part. 1.*

21 Sed an in causa fideicōmissi locum habeat compēsatio? Et negativè respōdēdum videtur; ut ex casus figuratione
22 meliùs clarescit. Finge Titium, cui ego quinquaginta debebam fideicommissum mihi centum relinquere, & cum hæres aliquandiù in solvendo moram admisisset, ab eo petere cœpi totum fideicommissum, totinsque usuras ejus. Quippe fideicommissi tardiùs soluti ab hærede usuræ debentur text. in *l. In fideicommissi 3. ff. de Usur.* Nunc nostra subintrat quæstio: an prædictus hæres mutui debiti compensationem opponere possit, & dimidiam partem; cum ejusdem usuris offerendo liberari? & negativè, ut dixi, respondetur.

23 Ratio est, quia compensationes jure directo sunt introductæ, hoc est jure civili, jureque ordinario; quapropter actiones directas, civiles, & ordinarias minuebant text. in *l. Si cōstat. C. de Com-*
24 *pensat.* Sed petitio fideicommissi non est actio directa, nec civilis; sed extraordinaria persequutio ex jurisdictione pendens text. in *l. Pœnæ 178. §. 2. ff. de Verbor. signif.* Et patet apud Ulpian. *tit.*
de Fideicommiss. Præcipuè cum adsit re- 25
gula juris, quæ vult, ut quæ civilia sunt, civilibus tantùm modis tollantur text. in *l. Nil tam naturale. ff. de Regul. jur.*

Sed his non obstantibus, contrarium 26
est tenendum, videlicet, quod in causa fideicommissi admittatur compensatio, ut tradunt Brunneman. Wissembach. Donell. & Hothoman. in *l. 5. C. de Compensat.* Cujac. *Recitat. solemn. in lib. 4. C. ad tit. 31. de Compensat. in fine.* Idem Cujac. in *notis ad lib. 4. C. Justin. tit. 31. in l. In ea 3. versic. Civitatis.*

Hujus conclusionis fundamentum 27
est text. in *l. Etiam si fideicommissum. C. de Compensat.* Cujus textus species hæc est. Cētum debui Semproniæ ex fideicommisso ei testamento patris à me relicto, qui patri successi: & cū cæpissem facere moram ejus fideicōmissi ante quinquennium ab ipsa Sempronia interpellatus, cœpi ex eo tempore fideicommissi usuras debere. Quippe in fideicommissi persequutione usuræ, ut fructus fundi veniunt ex mora. Hoc modo fideicommisso post moram equidèm accedunt usuræ, quæ in bonæ fidei judiciis, in legatis, & fideicommissis vicem fructuū assequuntur text. in *l. Usuræ. ff. de Usur.* Prædicta Sempronia ante quinquennium minorem quātitatem ex aliā causâ debuit, puta quinquaginta sine usuris. Sempronia nūc à me centum simul cum usuris quinquennii petit ex causâ fideicommissi. Ego verò compensationem 50. mihi debitorum opponere cupio, ita ut quoad ea quoque quinquaginta præteriti temporis usuras præstare non debeam; quod sanè Imperator Alexander rescripsit in dicta *l. 5. C. de Compensat.* 28
ibi: *Etiam si fideicommissum tibi, ex ejus bonis debere constat, cui debuisse te minorem quantitatem de eis, æquitas compensationis usurarum excludit computationem.*

Non obnititur ratio adducta pro 29
contraria sententia. Nam nostra conclusio procedit de æquitate, & favore fideicommissorum, ut refert Hothoman. in dicta *l. 5. in fin. C. de Compensat.*
Et cum ex bono, & æquo compensatio 30
introducta sit text. in *l. Ideò 3. ff. de Compensat.* text. in *l. Inter tutores 37. ff. de Administrat. tutor.* text. in *l. Sumptus 48. ff. de*

Rei

Rei vindicat. text. in *l. In rem.* 18. *ff. de Cõpensat.* text. in §. *In bonæ fidei. et* §. *Penult. Institut. de Act.* Æquitas, quæ in fi-
31 deicommissis nominatur, compensationem admittit, cum in iis, quæ naturaliter dumtaxat debentur compensatio locum habeat text. in *l. Etiam quod natura. ff. de Compensat.*

32 Unde neque eorum 50. usuræ debentur, quamvis totum quinquenium cessatum sit, quia æquitas compensationis, usurarum quæstionem excludit, ut tradit Brunneman. in dicta *l. Etiam. C. de Compensat.* Et ratio est, quia compensatio habetur pro soluto ab eo tempore, ex quo cæpit utrinque deberi text.
33 in *l. Si constat. C. de Compensat.* Et cum in nostrâ facti specie fictum sit, me tibi centum debuisse, & antequinquenium, te vicissim mihi debuisse ex eo tempore quinquaginta, ut figuratur à Wissembach. in dicta *l. Etiam. C. de Compensat.* Ideò ex eo tempore tibi usuræ deberi non potuerũt ejus partis, quæ compensatione sublata est. Unde illa verba, quę
34 extant in dicta *l. Etiam.* ibi: *Æquitas compensationis usurarum excludit computationem.* Intelligi debent juxta Donell. ut refellat ex eo tempore, ex quo pecunia utrinque deberi cæpit; quod quamvis in dicta *l. Etiam.* Non exprimatur eo ipso, quod compensationis æquitas nominatur, satis intelligitur. Quæ æquitas inducitur retroversis, ex eo tempore, ex quo invicem pecunia debetur text. in *l. Si constat. C. de Compensat.* Ergo in casu de quo text. in dicta *l. Etiam.* Si solvis summam, quæ amplius debetur Semproniæ, usuræ veniunt præstandæ, ut concludunt Donell. in dicta *l. Etiam num.* 3. Wissembach. *in fine C. de Compensat.*

35 Hanc conclusionem limita, quando fideicommissum est relictum Civitati. Nam tunc non admittitur compensatio, ut tradunt Donell. in *l. In ea* 3. *num.* 12. *C. de Compensat.* Hothoman. *Epitom. lib.* 16 *tit. de Compensat. num.* 6. *ad fin.* Cujac. *Recitat. solemn. in lib.* 4. *C. ad tit. de Compensat. in fine.* Brunneman. in dicta *l.* 3. *num.* 2. *C. de Compensat.* Et rescripsit Imperator in *l. In ea* 3. *C. de Compensat.* Ubi inter cæteras causas, quæ compensationem non admittunt, refertur ea, quando quis est debitor fideicommissi Civitatis.

Sed cur in dicta *l.* 3. Excipiatur à 36
compensatione causa fideicommissi relicti Civitati, cum fideicommissum ad usum necessarium non pertineat, ut cæteræ res exceptæ in dicta *l.* 3. Sed solummodò ad honorem Civitatis? Et duæ rationes tradũtur à Donello in dicta *l.* 3. *num.* 12. Quadecausa compensatio locum habere non possit in fideicommisso relicto Civitati. Prima quia 37
publicè interest supremas morientium voluntates exitum habere text. in *l. In conditionibus. ff. de Condit. & demonst.* text. in *l. Vel magna ff. Quemmadmod. testam. aperiant.* text. in *l.* 1. *C. de Sacrosanct. Eccles.* Quia ut ait Quintilian. in *declam.* 308. *Nullum sanè majus est solatium mortis, quàm voluntas ultra mortem.* Unde benè Tacit. *lib.* 2. *Annal.* ait. *Non hoc præcipuum amicorum unus est, prosequi defunctum ignavo quæstu, sed quę voluerit meminisse, quæ mandaverit exequi.* Et Plin. *lib.* 2. *epist.* 16. Scribit, se propriam, 38
quamdam legem sibi dixisse, ut defunctorum voluntates, quamvis jure defficerent, quasi perfectissimæ haberẽtur; quod ex pluribus eruditè, moreque suo cõprobat Annæus Robert. *lib.* 2. *Rer. judicat. cap.* 10. Secunda ratio Donelli 39
est, quia, quando fideicommissum relinquitur Civitati est causa fisci, ideòque ei objici nequit compensatio.

At Cujacius *Recitat. solemn. in lib.* 4. *C.* 40
ad tit. 31. *de Compẽsat. in fin.* Contrarium docet, videlicet dictam *l.* 3. *C. de Compensat.* Loqui de Civitate, non de fisco, ut voluit Donell. *loc. cit.* Quod ipse Cujac. probat ex illis verbis positis in dicta *l.* 3. *C. de Compensat.* ibi. *Is cujus de ea re notio est.* Licèt Cujacius fortassis ex vitio Typographi legat *Negotiatio.* Quamvis me nõ lateat, rectiori intellectu eũdẽ Cujac. in *Notis ad lib.* 4. *Cod. tit.* 31. in *l.* 3. Legisse *notio*, secus *negotiatio*; quibus ex verbis dicit, ea verba ad Præsidem, nõ ad Cæsaris procuratorem referri; testatur quoque in *Not. ad lib.* 4. *C. tit.* 31. *vers. Is cujus de ea re notio est.* Et ideò de Civitate, non de procuratore Cæsaris debent intelligi, quia jura Civitatis ad Præsidem 41
per-

pertinent, ut fatetur idem Cujac.*Recitat solemn. in lib.4. C. tit. 31. ad fin. & in exposit. Novell. constit Justin. 8. de Præsidibus. & in Novell. 134.* Et quoque tradidit Hothoman. *lib. 1. Antiquitat. Roman. de Præsidibus provinciar.* Secus ad procuratorem Cæsaris. Quippe si dicta *l.3.* Loqueretur de hujusmodi procuratore, sanè tamquam à causa victuali repelleretur compensatio, quia Cæsaris procu-
42 rator, est quodammodò vectigalium curator, ut testatur Hothoman. *lib. 1. Antiquitat. Roman. de Procurat cæsar.* Qui jurisdictionem inter privatos extra fiscales causas non habebat text. in *l.1. C. de Jurisdict. omn. judic.* text. in *l. 1. C. Ubi fisc. caus.*

43 Sed non obstante Cujacii discrimine, vera mihi videtur ratio tradita à Donello. in dicta *l.3. num.12. C. de Compensat.* Ideo in fideicommisso refellitur compensatio, tamquam à causa publica, de quibus loquitur Imperator in di-
44 cta *l.3. C. de Compensat.* Et quod dicitur de Civitate procedit, tamquam si de fisco diceretur, quia causa Civitatis est causa publica. Et quamvis olim Urbs sola Roma diceretur, cum sit communis
45 patria, ut habetur in *l. Roma 33. ff. ad Municip. l Si duas. 6. §. Roma. ff. de Excusat. tutor. l final. ff. de Interdict. & relegat. l. Eos qui. ff. de Vacat. muner.* Ut exprimit Rutil. de Roma.

> *Fecisti patriam diversis gentibus unam.*
> *Profuit injustis, te dominante, capi.*
> *Dumque offers victis proprii consortia juris,*
> *Urbem fecisti, quæ prius orbis erat.*

46 Et reliquæ Civitates Populo Romano subjectæ privatorum loco haberentur Calvln. *Lexicon. jur. verb. Civitatem appello.* Tamen hodiè reliquarum etiam Civitatum, & municipiorum bona, ac negotia ipsius Civitatis, aut municipii jure communi inter publica habentur, & iisdem gaudent privilegiis, quibus illa fruebatur. Vultejus in *Princip. Institut. de Rer. divis. num. 17* Gæd. in *l. 15. num. 4.* & in *l. 17. num. 15. ff. de Verb. sig.*

47 Fuerunt enim duo Prætores fideicommissarii à Claudio Cæsare instituti, qui de fideicommissis jus dicebant. text. in *l. 2. §. 17. ff. de Origin. jur.* Ex iis unum 48
à Tito Cæsare detractum esse fatetur Sueton. in *Claud.* De quo fideicommissario Prætore est text. in *l. 2. C. Qui potior in pign. hab.* text. in *l. Quæsitum. 78. § fin. ff. de Legat. 3.* text. in *l. Sicuti legatum 92. ff. de Condit. & demonstrat.*

SUMMARIUM

1 *Pensio dicitur ab ære impendendo.*
2 *Pensitatio idem est ac solutio.*
3 *Pensio quid dicatur.*
4 *Pensionis appellatione quid intelligatur.*
5 *Pensionibus solvendis olim Kalendæ Juniæ erant solemnes.*
6 *Pensio diversimodè à Doctoribus definitur.*
7 *Pensionis definitio quam amplectitur auctor.*
8 *Pontifex in beneficialibus est dominus absolutus.*
9 *Ususfructus morte usufructuarii finitur.*
10 *Pensio compensari non potest, quando Clerico pro alimentis reservata fuit.*
11 *Venter dilationem non patitur.*
12 *Pensio non compensatur, quando in obligatione adhibitum fuit juramentum.*
13 *In obligatione camerali solet apponi ut plurimum juramentum.*
14 *Compensatio contra juramentum opponi non potest.*
15 *Pensio compensatur, quando debitum, cujus opponitur compensatio, est liquidum.*
16 *Creditor pensionarii in minori summa beneficii privationis pœnam compensando non evitat.*
17 *Compensatio semper fit pro concurrente quantitate.*
18 *Emphyteuta solvens solummodò partem canonis cadit à jure suo.*
19 *Promittens sub pœna solvere centum; si partem dumtaxat solvat, incidit in pœnam.*
20 *Quod procedit quamquam debitor omne debitum solvat, excepto uno nummo; Nam tunc nec pœnam evitat.*
21 *Quod extenditur ad emptionem.*
22 *Pœna evitatur, quoties compensatio fit in totam summam.*
23 *Jurans compensationem objectare non potest.*

24 *Juramentum successorem non ligat.*

25 *Juramentum non ligat successorem quoad perjurii reatum, secus verò quo ad observationem contractus.*

26 *Episcopus pensionario agenti ad pensionem compensationem opponere potest.*

27 *Quod magis procedit, quando pensiones non sunt reservatæ pro alimentis, ut contingit in divitibus, aliisque personis, quæ aliundè se alere possunt.*

28 *Pensiones quando alimentorum privilegiis potiuntur, compensari non possunt.*

29 *Alimenta denegans necare videtur.*

30 Textus in cap. Cum Apostolus. §. Prohibemus. extra. de Censibus. quid præcipiat,

31 *Subsidium charitativum à principio cum charitate peti debet.*

32 *Subsidium quare sic nuncupetur.*

33 *Episcopus potest imponere subsidium charitativum, quando pro satisfaciendis oneribus non sufficiunt redditus Ecclesiæ suæ; quamvis Episcopus habeat maximum patrimonium.*

34 *Episcopo agenti ad exactionem subsidii charitativi contra subditum; potest hic compẽsationem opponere, si tantundem, vel magis, aut minus ei ab Episcopo debeatur.*

35 *Dummodò charitativum subsidium reservatum non sit pro alimentis ipsius Episcopi.*

36 *Episcopo, quando debet nomine proprio, et agit nomine Episcopi, nequit objici compensatio.*

37 *Expensæ, quæ fiunt in re compensari possunt, et pro eis datur retentio.*

38 *Pœna censurarum, et beneficii privationis impeditur per compensationem ipso jure factam, dummodò debita sint æqualia.*

39 *Retentionem domus habentes ob meliorationes factas durante retentione pensiones perceptas cum meliorationibus compensare debent.*

40 *Pensio, si ob meliorationes augeatur, hujusmodi augumentum compensari non debet.*

ARGUMENTUM.

Utrùm in Pensionibus admitti possit compensatio.

QUÆSTIO IX.

Pensio, juxta Varronem, ab ære impendendo dicitur; vel quia à beneficio, unde extrahitur pendet; sicut ususfructus à proprietate Cardin in *clementin.* 1. *de Supplend. neglig. prælat.* Vel quia appenditur, idest solvitur. 1
Nam & quælibet annua solutio dicitur pensio, & ipsius pensionis solutio dicitur pensitatio Azo. *Summ. C. Si propter publica pensitat.* Barbosa. *de Pensionibus. lib.* 3. *cap.* 11. *num.* 2. Et patet ex Ovid. *de Medicamin. faciei.* 2

Cultus humum sterilem cerealia pendere jussit,
Munera,

Pensio appellatur illud, quod pro re aliquâ conductâ solvitur; hoc est quod datur pro rei alicujus usu Cicer. *lib.* 6. *Epistol. Teneor tamen, dum à Dolabellæ procuratoribus exigam primam pensionem.* Tit. Liv. *lib.* 6. *de Bell. Macedon. Et stipendium, quod prioribus pensionibus in multos annos deberent, præsens omne daturos.* Quod etiam in diminutivo apparet ex Columell. *lib.* 18. *in Præfat. Fanoris tui Silvinæ, quod stipulanti spoponderam tibi reliquam pensiunculam recipe.* 3
Appellatione pensionis quoque includitur merces inhabitationis alienarum ædium, etiam præstationem, temporibus, & terminis divisam significat text. in *l.* 3. *ff. de Ann. legat.* textus in *l.* 8. *§. Si annua. ff. de Pignor. act.* text. in *l.* 40. *ff. Si cert. petat.* text. in *l.* 12. *ff. de Usur.* text. in *l.* 47. *ff. ad Leg. falcid.* text. in *l.* 59. *ff. de Fidejuss.* Pensiones trientes pro fœnore trientario dixit Lamprid. in *Alex.* & vectigalium pensiones dicuntur in *l.* 10. *§. ult. ff. de Publican.* Olim pẽsionibus 4 5

sol-

solvendis *Kalendæ* Juniæ erant solem-
nes, ut testatur Africanus *lib.8.Quæst.in*
l.Qui balneum. ff.Qui potior.in pignor.hab.
Quod etiam consuevit antiquitas *Ka-*
lendis Martiis, ut refert Scevol.*lib.3.Res-*
ponf. in l.Defuncta fructuaria 65. ff.de
Usufruct. Et asserit Vultejus in *Com-*
ment.instit.tit.de Locat.& conduct.in prin-
6 *cip.num.27.* Pensio variè à Doctoribus
definitur, & videri potest apud Gigan-
tem *de Pension.quæst.1.num.1.*Navarr.in
Manual.confess.cap.23. num.111. Garc.
de Benefic.part.5.num.162. Ugolin.*lib.1.*
de Simon. in genere. cap 28. §.3. num.3.
Less.*de Just. & jur. lib.2. cap.34. dub.37.*
num,201. Jordan.*Locubrat.tom.2.lib.10.*
tit.20.num.28. Zach. *de Benefic. & pen-*
7 *sion. cap.11. num.1.* Sed mihi præcete-
ris omnibus placet definitio Barbosæ *de*
*Pensionibus. lib.3.cap.11.num.3.*Nempe,
quod sit certa portio ex aliquo benefi-
cio, vel mensâ, ex causâ ad tempus, nō
autem in perpetuum separata, pendens
à proprietate beneficii, à quo extrahi-
tur. Dicitur certa portio, quia non in
quotâ fructuum, vel ut dimidia; sed in
certâ quantitate solet assignari. Nam
aliàs esset beneficium scindere, quod nō
licet text.in *cap.Majoribus. de Præbend.*
text.in *cap.De cætero. de Transact.* Quā-
8 vis hoc ex aliquâ causâ possit Pontifex
facere, cum in beneficialibus sit domi-
nus absolutus text.in *Clemētin.1.Ut lit.*
9 *pendent.*Dicitur ad tempus, quia ad in-
star usufructus conceditur, qui usufru-
ctuarii morte perimit text.in *§.Finitur.*
Institut.de Usufruct.

10 His positis ad quæstionis enodationē
distinctione opus est. aut loquimur in ca-
su, in quo pro pēsione exequutivè agitur:
aut verò sermo est, quādo agitur viâ or-
dinariâ. Primo casu, nēpe quādo viâ exe-
quutivâ agitur adversùs pensionis debi-
torem, & iterum est distinguendum; aut
pensio pro alimentis Clerico fuit reser-
vata: & tunc non admittitur compen-
satio text. in *l. In ea 3. C. de Compensat.*
Gigas *tractat.de Pensionib.quæst.92.num.*
*4.*Grass.*de Exceptionib. cap.16.num.64.*
Medices *de Compensat. quæst.23. num.1.*
part.1. Barbos.*Collectan.in l.In ea 3.num.*
13.C.de Compensat. Surd.*tractat.de Ali-*
ment.tit.8.privileg.53. num.7. Gratian.
*Disceptat.forēs.cap.728.num.36.*Donell.
Comment.jur.civil.lib.lib.16.cap.15.col.4.
in princip.versic. Quarta causa. Bersan.
cap.2.quæst.8.num.3. Calvin.*de Æquitat.*
lib.1. cap.7.num.14. Gregor.*Syntagmat.*
jur.part.3.lib.21.cap.22.num.6. Cujac. in
Novell.88.de Deposit.et denunciat. fol.mi-
bi 533. Fulgin.*de Jur.emphyt. tit.de So-*
lut.canon.q.1.num.317. Balmased.*de Col-*
lect.num.13.quæst.110. Donell.in dicta
*l.3.num.9.C.de Compensat.*Rota *decis.225*
num.1.part.8.Recent. Nam qui alimen-
ta denegat, necare dicitur text. in *l.Ne-*
care. ff.de Liberal.caus. Cum minimè 11
vēter dilationem patiatur text. in *l.Ea-*
dem ratione.ff.de Feriis. text.in *l.1.ff.Ubi*
pupill.educ.deb. text.in *l.Pecuniæ 8. ff.de*
Aliment. legat. Aut pensio dumtaxat 12
fuit simpliciter reservata; & rursus sub-
distinguendum venit: Aut facta fuit
obligatio camerali obligatione munita,
vel nō. Primo casu, hoc est si in forma
obligationis cameralis, rejicitur compē-
satio Marchesan.*de Commiss.appellat. ad*
cameral.obligat.part.1. cap.16. num.106.
Lancellot. *de Attentat. part.3. cap.24.*
quæst.8.num.3.tit.de Reo, & except.contra
attentat. part.3. Sarmient.*Select.inter-*
pretat.lib.2.cap.1.num.11. Sessè *decis.90.*
Medic. *de Compensat. quæst.23. num.3.*
part.1. Gratian.*Disceptat.forens. cap.129.*
*num.18.et decis.Marcb.179.num.9.*Gabr.
de Jur.jurand. conclus.7. num.1. Quia in
Camerali obligatione solet per pluri- 13
mum inseri juramentum, adversùs
quod non objicitur compensatio text.
in *cap.Ad nostram. el primero.extra.de* 14
Jur.jurand. Bald. in *l.Generaliter. col.2.*
C.de Episcop.& Cleric. Crem.*singul.117.*
Tiraquell. *de Legib. connub. verbo.epref.*
gloss.5.num.182.& de Retract.lignag.gloss.
3. §.3.num.6. Abb. in *cap. Venientes.de*
Jur.jurand. Jaso in *l.Eum qui. §.Si jura-*
vero.num.2.ff.de Jur.jurand.& in *l Si con-*
venerit. ff de Jurisdict omn.judic. Si verò
simpliciter absque juramento, an con-
tra possit opponi compensatio? & de-
nuò distinguendum est. Aut quæri- 15
mus utrùm compensatio vindicet sibi
locum, saltem ad evitandam pœnam
censurarum, privationisque benificii,
in quam sæpè incurrere solent pensio-
nem non solventes; & tunc si pensiona-

rii erit creditor in debito liquido, admittitur compensatio text. in *l.Final. C.de Compensat.* text.in *l.Si debeas* 22.*ff. eod.* text.in *§.In bonæ fidei.Instit.de Act.* Medices *de Compensat. quæst.*23. *num.*4. *part.*1. Gutierrez *de Jurament. confirm. part.*3.*cap.*6. *num.*2. Rodriguez *de Ann. Redditib.lib.*2.*quæst.*18.*num.*10. Gregor. *Syntagmat.jur.part.*3.*lib.*21.*cap.*22.*num.* 3. Larrea *decis.*87. *num.*16. Cormer. *lib.* 19.*Jur. civil. tit.*6. *de Compensat. part.*2. *cap.*9. Thesaur. *quæst.*21. *num.*3. Borcholten.in dicto *§.In bonæ fidei. Institut. de Act.* Zamotan.*de Compensat.in proœm.*
16 *num.*2. Si debitor pensionis, creditor fit pensionarii pro æquali quantitate, vel pro majori; si verò in minori, beneficii privationis pœnam compensando non evitat Bersan. *de Compensationib.cap.*2.
17 *quæst.*8.*num.*6. Ratio est, quia in illis casibus, in quibus ad evitandam pœnam compensatio absque oppositione, seu hominis ministerio fit ipso jure, fieri intelligi debet pro concurrente quantitate text.in *§.In bonæ fidei.Institut. de Act.* text.in *l.Si constat.C.de Compensat.* Bald. in *l.Si constat* 4. C.de *Compensat.* Oldrad. *consil.*29. Medices.*opuscul.de Compensat. quæst.*23.*num.*4.*&* 5.*part.*1. Faber *Rational.tit.de Compensat. in l.Si ambo sociis in princip.ff.de Compensat.* Bald.in *Rubric. de contrahend.empt.* Barbos.*Collect.in l.Si constat* 4. *num.*1. *C.de Compensat.* Nam
18 emphyteuta solvens partem canonis, si totum non solvat, cadit à jure suo Oldrad. dicto *consil.*29. Imol. in *cap.Potuit, col.*38. *extra. de Locat.* Medic. *opuscul.de Compensat.quæst.*23.*num.*5. *part.*1. Corbul. *tractat. de Jur. emphyt. tit.de caus.privat.ob non solut.canon.limitat.*5.*in fine.* Fulgin.in *eod.tractat.de Jur.emphyt. tit.de Solut.canon. quæst.*1.*n.*318. Quippe
19 si quis solvere centum promittat sub pœna, & partem dumtaxat solvat, incidit in pœnam Salycet. in *Authentic. Perpetua.C.de Sacrosanct.Eccles.* Imol.in dicto *cap.Si potuit.col.*38.*extra.de Locat.*
20 Quod etiam potrigitur, quamquam omne debitum debitor solvat, excepto uno dumtaxat nummo, quia hoc in casu nec etiam pœnam evitaret Paul. de Castro in *l.In exequutione. §.Pro parte. ff.de Verbor.obligat.* Quod meritò quoque extenditur ad compensationem 21
Gloss.in *l.Res bona.ff.de Contrah.emption.* Barbat.*consil.*36.*vol.*2. Jaso in *Authentic. Qui rem. C.de Sacrosanct. Eccles.* & ibi Glossa.

Quoties enim in totam summam fit 22
compensatio, toties evitatur pœna. Gloss.in *l.Si constat. C.de Compensation.* Bald.in *l.*1.*C.eod.tit.* Gozadin. *consil.*69. Abb.in *cap.Cum dilectus.de Ordin.cognit.* Angel.in *l.Semel mora. ff.Solut. matrim.* Alex. *consil.*12. *vol.*5. Doctores in *§.In bonæ fidei. Institut.de Act.* Abb. in *cap. Ad nostram.de Jur.jurand.*

Sed hic articulus rursus distingui debet: aut pensio à Rectore, qui compensare cupit fuit reservata, aut ab ejus antecessore.

Primo casu debitor nequit compen- 23
sationem objicere, quia cum reservationi consenserit, de stylo Curiæ jura vit; & jurans non potest opponere compensationem text.in *cap. Ad nostram.el primero. extra. de Jur.jurand.* Ancharan. *consil.*138. Gutierrez. *de Jurament. confirm. part.*3.*cap.*6.*num.*7. Alex.*consil* 91. *vol.*2. Fulgin.*de Jur.emphyt.tit.de Solut.canon. quæst.*1.*num.*304. Felin. in dicto *cap. Ad nostram, extra de Jur. jurand.* Bersan. *cap.*2.*quæst.*8.*num.*9.

Secundo rectè compensabit, quia 24
juramentum successorem non ligat Doctores in *cap.Veritatis. de Jur.jurand.* Joan.Andr.in *cap.final.de sepultur.* Gloss. in *Summ.*24. *quæst.*9. Roland. *consil.*17. *num.*15.*vol.*1. Ruin. *consil.* 71. *num.*11. *vol.*3. Gigas *de Pension.quæst.*92.*num.*12. Alba *consil.*77. *num.*18. Paris. *consil.*64. *num.*33.*vol.*1. Fulgin. *de Jur. emphyt. tit. de Solut.canon.quæst.*1.*num.*309. Sed rejectâ hujusmodi distinctione absolutè 25
conclusio procedit. Nam licèt juramentum sit personale, & sic ad hæredes non transeat, id procedit quoad perjurii reatum; secùs quoad contractus observationem Gutierrez in *Repetit. Authentic. Sacramenta puberum.num.*15. Sanchez *Summ.lib.*3.*cap.*13. Castropal. *Oper.moral.tractat.*14. *disput.*2. *punct.*11. *num.*1. Bersan.*cap.*2.*quæst.*8.*num.*14. Suarez *lib* 2.*de Juram.cap.*31.*num.*12. Costa *de Reintegr.dist.*93.*num.*13.

Quid si alicui super aliquo Episco- 26
pa-

patu aliqua concedatur pensio, & Episcopus ex aliâ qualibet causâ sit creditor pensionarii: an si iste agat pro pensione adversùs Episcopum, hic possit pensionario compensationem objectare; & dicendum est, quod sic, cum hoc minimè reperiatur prohibitum, ac in omnibus actionibus, & rebus compensatio admittatur text. in *l. final. C. de Compensat.* text. in *§. In bonæ fidei. Instit. de Act.* Medic. *de Compensat. quæst.* 23. *num.* 4. *part.* 1. Bersan. *de Compensat. cap.* 2. *quæst.* 8. *num.* 6. Gigas *de Pension. quæst.* 92. *num.* 6.

27 Sed quid si talis pensio loco alimentorum succedat, an hoc in casu compensatio admittatur? & distinguendum est: aut pensionarius aliunde habet unde se alere possit, ut accidit in personis divitibus, quibus Pontifex, vel Rex super Episcopatibus locupletibus (etiamque pauperibus, ut perperam in hoc Regno experitur) pensiones concedunt. Nam si hi pensionarii adversùs Episcopum agant pro pensionis consequutione, absque dubio tenendum est, quod in hoc casu Episcopus conventus rectè possit compensationem opponere, sive viâ exequutivâ, sive ordinariâ

28 procedatur. Aut pensionarius non habet unde se alat, & tunc cum pensiones alimentorum privilegiis potiantur, sequitur compensationem admittendam non esse per text. in *l. In ea* 3. *C. de Compensat.* Cujac. *Novell.* 88. *de Deposit. & denunc. fol. mihi.* 535. Gregor. *Syntagmat. jur. part.* 3. *lib.* 21. *cap.* 22. *num.* 6. Donell. *Comm. jur. civil. lib.* 16. *cap.* 15. *col.* 4. *in princip. vers. quarta causa.* & in dicta *l. In ea num.* 9. *C de Compensat.* Gigas *de Pensio-*

29 *nib. quæst.* 92. *num.* 4. Nam denegans alimenta necare dicitur text. in *l. Necare. ff. de Liber. agnosc.*

30 Adest textus in *cap. Cum Apostolus. §. Probibemus. de Censib.* Ex Cōcilio Lateranēsi desumptus, qui prohibet, ne Episcopi gravēt subditos suos talleis, & exactionibus, sed pro multis necessitatibus permisit, existente manifestâ, ac rationabili causâ, posse Episcopum ab eis auxilium moderatum postulare; cujus occasione Doctores in dicto *cap.* tractant Subsidii charitativi materiam, de quo etiam in *cap. Conquerente de Offic. ordin. cap. Ex parte de censib. & in extravag. unica. §. de Præmissis de Censib. inter comm.*

Appellatur subsidium charitati- 31 vū, quia à principio cum charitate peti debet, & non violenter extorqueri text. in dicto *cap. Ex parte. de Censib.* Dicitur subsidium, quia in subsidium 32 peti debet, videlicet quando Episcopi facultates non sufficiunt, ad onera satisfacienda, ad exemplum actionis subsidiariæ, ideò dicta, quia datur, quando deficit propria, & specialis actio Barbosa *de Jur. Eccles. lib.* 3. *cap.* 21. Meroll. *Theol. moral. part.* 3. *disputat.* 7. *cap.* 15. *dub.* 21. *num.* 435. Bellenz. *de Charitativ. subsid. quæst.* 14. Potest Episcopus charita- 33 tivum subsidium imponere, quādo pro satisfaciendis oneribus non sufficiunt redditus Ecclesiæ suæ Chathedralis, & quamvis Episcopus habeat maximum patrimonium, cum quo oneribus incumbentibus satisfacere possit, adhuc subsidium charitativum exigere potest, nec ex hoc subditi se excusare possunt Oldrad. *consil.* 249. Bellenz. *de Subsid. charit. quæst.* 49. *num.* 4. Vētrigl. *Prax. Ecclesiast. annotat.* 25. *§.* 1. *num.* 4. Nunc dubitatur si Episcopus petat à subdito subsidium charitativum, an possit subditus petere, quod fiat compensatio, ejus, quod sibi debet Episcopus?

Cui difficultati affirmativè respon- 34 sum iri videtur juxta dispositionem text. in *l. fin. C. de Compensat.* & text. in *§. In bonæ fidei. Institut. de Act.* Cum unusquisque debitorem suum, eundemque creditorem petentem summoveat, si paratus sit compensare text. in *l. Unusquisque* 2. *ff. de Compensat.* Igitur si in hoc casu debitor potiùsquàm solvere, compensare velit, audiendus est; dummodò subsidium charitativum impositum, ac reservatum non sit pro alimentis ipsius Episcopi debitis; Nam tunc 35 resellitur compensatio text. in *l. In ea* 3. *C. de Compensat.* Bellenz. *de Subsid. charit. quæst.* 53. Medic. *de Compensat. quæst.* 28. *num.* 2. *part.* 1. Ventrigl. *Prax. Ecclesiastic. annotat.* 25. *§.* 2. *num.* 12. Quia alimenta denegans dicitur necare text. in *l. Necare ff. de Liber. agnosc.*

36 Nec

36 Nec quando Episcopus debet nomine proprio,& ex personâ suâ, tanquam Episcopus,quippe tunc non admittitur compensatio argument.text.in *l.1.C. de Compensat.* Bellenc. *de Subsid. charit. quæst.*53.Gigas.*de Pension.quæst.*92. *num.* 4.Monald.*conf.*52.*num.*4.Ventrigl.*Prax Eccles.annotat.*25.§.2.*num.* 12. Gratian. *Discept.forens.cap.*728.*num.*36.Grassis.*de Except.except.*16.*num.*64.

37 Nota quod regulariter expensæ, quæ in re fiunt compensantur, pro quibus quoque datur retentio Angel.*conf.*245. *col.*3.Gloss.in *cap.Cupientes.de Elect.in* 6. Gloss.in *Authentic.Nunc si hæres. C. de Litig.*Oldrad.*consil.* 27. Gozadin. *consil.* 94.*num.* 38. Medic. *de Compensat: quæst.* 28. *num.* 4.*part.* 1. Barbosa. *consil.* 46. *vol.*4.

38 Pensionum debitores, qui à solutione desistunt, & incurrent in pœnam censurarum, & beneficii privationis, si pensionarii in æquali summâ creditores extiterint, dummodò creditum canonis debito æquet ad evitandam caducitatem ipso jure compensationis privilegio potiuntur Medic. *de Compensat.part.1.quæst.*23.*num.*4. Gigas. *de Pens. quæst.*92. *num.* 8. Bersan. *cap.*2. *quæst.*8. *num.*8.

39 Habentes domus retentionem ob meliorationes factas, retentione durante,pensiones perceptas cum meliorationibus compensare debent; at si propter
40 meliorationes pensio aucta esset ad illud augumentum minimè teneretur, nec compẽsare deberet;quia tunc ex re propria proficiscitur, donec meliorationes solvantur, ut ex Puteo tradit Martâ *tom.*3.*digest. tit. de Compensat. cap.* 12.

SUMMARIUM

1 *Fides apud veteres magna fuit.*
2 *Templum quondàm Romæ fidei erectum fuit.*
3 Plinius *fidei fideliter incumbebat.*
4 *Fideicommissa ante leges duodecim tabularum sub Numa Pompilio viguerunt.*
5 *Augustus præcepit consulibus, ut quoad fideicommissa suam authoritatem interponerent.*
6 *Hæreditas quomodò per fideicommissum olim relinquebatur.*
7 *Hæreditate instituta, restituens permanet hæres. Recipiens verò aliquando loco hæredis, & aliquando loco legatarii habetur.*
8 *Senatusconsultum Trebellianum factum fuit tempore Neronis, Trebellio Maximo, & Annæo Seneca consulibus.*
9 *Seneca fuit Hispanus Cordubensis,Neronis Præceptor,Vir continentissimus.*
10 *Senecam incontinentissimum fuisse refert* Dion.
11 *Seneca moriens sibi ipsi fecit Epitaphium.*
12 *Trebellius Maximus molliter se gessit Præfectũ, & Præsibus quietem ab exercitu comparavit.*
13 *Hæredes cum totam hæreditatem restituere rogabantur, ob nullum, vel minimum lucrum, quod ex hæreditate consequebantur, hæreditatem adire recusabant.*
14 *Hæres rogatus hæreditatem restituere, quartam partem ex Senatusconsulto Pegasiano retinere poterat, quæ quarta Trebellianica appellabatur.*
15 *Pegasus vir,quamvis ignobilis, integerrimæ vitæ.*
16 *Justinianus authoritatem Senatusconsulti Pegasiani in Senatusconsultum Trebellianum transtulit.*
17 *Hæres quomodo restituat hæreditatem ex Senatusconsulto Trebelliano.*
18 *Fructus compensantur in Trebellianicam ante casum fideicommissi.*
19 Expenditur text.in l.In fideicommissariam. ff.Ad Trebellian. *et referuntur fundamina conclusionis.*
20 *Filii primi gradus rogati hæreditatem restituere ex privilegio non tenentur fructus in Trebellianicam compensare.*
21 *Filii primi gradus non tenentur fructus in Trebellianicam compensare, quamquam pater jubeat, ut eos compensent.*
22 *Nepotes tenentur fructus in Trebellianicam compensare.*
23 *Nepotes fructus in Trebellianicam compensant, quamvis sublato patre de medio primum locum teneant.*
24 *Filii primi gradus non tenentur fructus compensare in Trebellianicam, etiam si duas quartas sint habituri.*
25 *Filii possunt detrahere duas quartas.*

26 Fi-

26 *Filii primi gradus non tenentur compensare fructus in Trebellianicam.*

27 *Licèt extraneis rogati sint restituere, ne pejoris conditionis sint, quàm extranei, quamquam contrarium nonnulli amplectantur.*

28 *Pater non potest efficere, ut filii gravati compensent fructus in Trebellianicam.*

29 *Filii legitimati non tenentur compensare fructus in Trebellianicam.*

30 *Filio legitimato debetur legitima, prout legitimè nato.*

31 *Filii dispensati tenentur compensare fructus in Trebellianicam, quia isti non gaudent privilegio* l. Jubemus. C. Ad Trebell.

32 *Filii adoptivi tenentur fructus in Trebellianicam compensare. Quia isti simpliciter loquendo in filiorum disputatione non veniunt.*

33 *Filii primi gradus non tenentur fructus in Trebellianicam compensare, quamvis sint gravati simul, & instituti.*

34 *Ascendentes, si sint gravati hæreditatem restituere, an teneantur fructus in Trebellianicam compensare? Nonnulli affirmativam sententiam sequuntur.*

35 Expenditur text. in l. Filiusfamilias 18. ff. ad Leg. Falcid.

36 *Filii primi gradus, quamvis non teneantur fructus in Trebellianicam compensare, eos tamen compensare debent in creditum.*

37 *Nepos, si ex malè administrata tutela sit creditor avi, & si ex hæreditate avi sibi relicta plures fructus percipiat, tenetur eos in creditum compensare.*

38 *Substitutus pupillariter per fideicommissum universale gravatus non tenetur fructus in Trebellianicam compensare.*

39 *Fructus non omnes compensantur in Trebellianicam.*

40 *Hæres falcidius debet habere quartam.*

41 *Filius gravatus, vel ejus hæredes tenentur fructus à die litis contestatæ in Trebellianicam compensare.*

42 *Fideicommissarius, si ob propriam absentiam hæreditatem sibi restitui non petit, fructus percepti compensari debent.*

43 *Pupillus, vel furiosus absentibus equiparatur.*

44 *Restitutio verbalis bona fideicommissarii efficit, quamvis possessionem non nanciscatur.*

45 *Dominium ipso jure post conditionis eventum in fideicommissarium transit.*

46 *Hæres fructus ex quarta perceptos suos facit; quapropter non tenetur eos compensare.*

ARGUMENTUM

Utrùm Fructus compensentur in Trebellianicam.

QUÆSTIO X.

Licèt antiquitùs ingens apud priscos fuerit fidei religio, cum fidem sustringere impium, iniquumque reputarentur. Et idcircò publicè Romæ fidei Numen porrò coleretur, ut attestantur Plin. *lib. 2. Natur. histor. cap. 7.* Alex. ab Alex. *lib. 2. Dier. genial. cap. 22.* De cujus templo meminit Seneca *Epistol. 88.* ibi: *Venerabile fidei numen*. Dicatum quidem fuit à Numâ Pompilio ann. ab urbe condita 54. ad cujus templum flamines magnâ pompâ perducebantur, ut refert Tit. Liv. *lib. 1. ab urb. condit. cap. 21.* ibi. *Et soli fidei solemne instituit, ad id sacrarium flaminis bigis curru arcato vehi jussit, manusque ad digitos usque involuta rem divinam facere: significantes fidem tutandam.* Et quamquam recti viri non deerant, qui fidem fallere gravissimum opinabatur scelus, argum. text. in *l. 1. ff. de Constit. pecun.* Attamen erant, qui Deorum nihil veriti religionem, impunitatis spe ad perfidiam sollicitabantur; & facilè contemnebant officium, ad quod se non posse ullo Judicis officio, nec etiam actionis formulâ compelli; quamvis probi viri reperirentur, qui defunctorum voluntati parerent. Sic Plinius, cui nihil erat fide, obsequioque antiquiùs, cum esset scriptus hæres à Julio Largo ex Ponto homine incognito, rogatusque, ut adiret hæ-

Margin numbers in the text column: 1 (beside "Licèt antiquitùs"), 2 (beside "dèm fuit à Numâ Pompilio"), 3 (beside "rent. Sic Plinius").

hæreditatem; ac deinde perceptis quinquaginta millibus nummis, reliquum omne redderet Civitatibus Heracleotarum, & Theanorum: non gravatim paruit huic fideicommisso, uti apparet ex quadam ejus ad Trajanum Epistola.

4 Primis enim temporibus, nempe ante leges duodecim tabularum, fideicommissa sub Numa Pompilio viguisse verosimile est. Sed illis quoque temporibus infirma fuisse testatur Justinianus *Institut.de Fideicommiss.hæredit.* Quia nemo invitus cogebatur præstare id, de quo rogatus erat. Qui nequibant relinquere hæreditatem; si relinquebant, fidei committebant eorum, qui ex testamento capere poterant hæreditatem; & ideò fideicommissa appellata sunt, quia nullo vinculo juris; sed tantùm pudore eorum: qui rogabantur, contine-
5 bantur. Postea Divus Augustus primus semel, iterumque gratiâ personarum motus, vel quia per ipsius salutem rogatus, quis diceretur; aut ob insignem quorumdam perfidiam, jussit Consulibus authoritatem suam interponere. Quod quia justum erat, & populare videbatur; paulatìm conversum est in assiduam jurisdictionem; tantusque eorum favor factus est, ut pedetentim Prætor proprius crearetur, qui de fideicommissis jus diceret, quem fideicommissarium appellabant.

6 Hæreditas enim sic per fideicommissum relinquebatur: cum igitur quis scripserit: *Lucius Titius hæres esto;* adjiciebat: *Rogo te, ut cum primum poteris hæreditatem meam adire, eam Cajo Se-*
7 *jo restituas.* Hæreditate restitutâ, qui restituit hæres nihilominus permanet, recipiens hæreditatem aliquando hæredis, aliquando legatarii loco habetur.

8 Neronis Imperatoris temporibus Trebellio Maximo, & Annæo Seneca Consolibus Senatusconsultum factum est: in quo cautum fuit, ut, si hæreditas ex fideicommissi causâ restituebatur, omnes actiones, quæ jure civili hæredi, & in hæredem competerent ei, & in eum
[illegible] deicommisso restitu-
[illegible] enim, L.Anne equestri, & Lucani Poëtæ patruus Phocionis Stoici, ac Ciri Marilli discipulus. Relegatus à Claudio, precibus Agrippinæ ejus uxoris fuit revocatus, & illicò Prætor effectus, Neronique da- 10
tus præceptor continentissimus; quamvis Dion. in *Nerone* testetur: *Seneca factus est reus multorum scelerum, sed præsertim, quod cum Agrippina rem haberet, nec enim in hac re solùm, sed in plerisque aliis contra facere usus est, quam philosophabatur; cum enim tyrannidem improbaret, Tyranni præceptor erat, cumque insultaret his, qui cum principibus versarentur ipse à Palatio non discedebat, &c.* Sed diversè scribit Cornelius Tacitus *lib.14. Annal.* Cujus verba ob brevitatem omitto. Et si fides præstanda est Panciro l. *lib.2.Thesaur.variar.lect.cap.278. lit. B.* Seneca oppetens, hoc sibi modulatus 11
fuit Epitaphium.

Cura, labor, meritum, sumpti pro munere honores
Ite, alias post hac sollicitate animas.
Me procul à vobis Deus evocat, illius actis
Rebus terrenis, hospita terra vale.
Corpus avara, tamen solennibus accipe saxis:
Namque animam Cælo reddimus, ossa tibi.

Alius Conf. Trebellius Maximus mol- 12
liter se gessit Præfectus, & precibus quietem ab exercitu jam corrupto cõparavit, ut tradit Tacit. in *Jul. Agricol.* Petronius Turpilianus Britanniam provinciam Trebellio Maximo tradidit. Trebellius segnior nullis Castrorum experimentis comitate quadam curandi provinciam tenuit. Didicêre etiam Barbari quoque ignoscere vitiis blandientibus, atque interventu civilium armorum præbuit justam segnitiæ excusationem; sed discordia laboratum, cum assuetus expeditionibus miles otio lasciviret. Trebellius fugâ, ac latebris, vitata exercitus ira, indecorus, atque humilis præcario mox præfuit, ac velut pacti exercitus licentiam, dux salutem, hæc seditio sine sanguine stetit. Quapropter meritò de ejus nobilitate dubitat Pancirolus *lib.1. Variar. cap.278.* Post quod Senatusconsultum 13
Præ-

Prætor utiles actiones ei, & in eo, qui recipit hæreditatem, quasi hæredi, & in hæredem dare cæpit text.in *l.1. ff.ad Trebell.* text. in *§.Restituta. Institut.de Fideicommiss. hæredit.* Sed hæredes scripti cum totam, aut penè totam hæreditatem plerumque restituere rogabantur; adire hæreditatem ob nullum, vel minimum lucrum obnitebantur, atque fideicommissa extinguebantur. Po-
14 stea Vespesiani Augusti temporibus Pegaso, & Pisone, Consulibus Senatus censuit, ut ei, qui rogatus esset hæreditatē restituere, perinde liceret quartam partem retinere text.in *§.Sed quia. Institut. de Hæred. fideicomm.* Neque à lege falcidia ex legatis retinere conceditur; & hanc quartam, quam hæres rogatus retinet, postea Trebellianicam appellarunt; quia à Consule Trebellio Maximo inducta fuit.
15 Hic Pegasus, juxta Pancirol.*lib.2.Variar.cap.278.* Consulfuit cum Pisone, & quamvis ignobilis, ut ipse Pancirolus autumat; tamen integerrimæ vitæ, ut apparet ex Juvenal.*Satyr.4.*

Currite rem sedit repta properabat ab olla
Pegasus attonitæ positus modo villicus urbi,
An ne aliud tum præfecti? quorum optimus, atque
Interpres legum sanctissimus, omnia quamquam
Temporibus diris tractanda putabat inermi
Justitia.

16 Sed quia stipulationes ex Senatusconsulto Pegasiano descendentes, & ipsi antiquitati displicuerunt, & quibusdā casibus captiosas eas, vir excelli ingenii Papinianus appellat; & cum in legibus magis simplicitas, quàm difficultas placeat; placuit Justiniano, exploso Senatusconsulto Pegasiano, quod postea supervenit, omnem authoritatem Senatusconsulto Trebelliano præstare, ut ex eo si fideicommissariæ hæreditates
17 restituantur: vel habeat hæres ex voluntate testatoris quartam, sive plus, sive minus, sive nihil penitus, aut tunc quādo vel nihil, aut minus quarta apud eum remaneat, liceat ei, vel quartam, vel quod deest ex Imperatoris Justiniani constitutione retinere, vel solutum repetere, quàm si ex Trebelliano Senatusconsulto pro ratâ portione actionibus, tam in hæredem, quàm in fideicommissarium competentibus. Si verò totam hæreditatem spontè restituerit, omnes actiones fideicommissario, & adversùs eum competant. Sed etiam id, quod præcipuum Pegasiani Senatuscōsulti fuerat, ut quando recusaret hæres scriptus sibi datam hæreditatem adire, necessitas ei imponeretur totam hæreditatem, volēte fideicommissario, restituere, & omnes ad eum, & contra eum actiones transferre. Et hoc transtulit Justinianus ad Senatusconsultum Trebellianum, qua de causa illā portionem, quam gravatus detrahit, nuncupavit Trebellianicam.

His præjactis, themati responsum iri 18 cernitur, fructus in Trebellianicam cōpēsari ante casum fideicommissi, quam conclusionem tradunt, ac insequuntur Azo *Summ.in Rubric. C.Ad Senatusconsult.Trebellian.num.23.24.& 25.* Alex.in *l.Quod de bonis. §.Quod avus. num.2. ff. Ad Leg.Falcid.* Luca *Summ.tit.de Fideicommiss. num.322.* Gaill. *observat. 133. num.2.* Urceol. *Consult.cap.20. num.48. versic.Distinguitur in appendic.* Merlin. *de Legitim.lib.2.tit.2. quæst.32. num.10.* Socin.Jun.in *l.Centurio. num.163.ff.de Vulg.substit.* Paris.*consil.83.num.20.lib.2.* Calvin.*de Æquitat.cap.22.lib.1.* Mantic. *de Conject. ultim. voluntat. lib.7. tit.10. num.22.* Tusch.*lit.F.conclus.505. num.1.* Peregrin.*de Fideicommiss. artic.49. num. 52.* Menoch.*consil.88.num.6.* Bersan. *de Compensat.quæst.29.num.13.* Bald.in *l.2. C.ad Trebellian.* Franch. *decis.11. num. 11.* Medices *de Compensat.part.1.quæst 9. num.16.* Bart. in *l.Ita tamen. §.Ex asse. ff.ad Trebell.* Bursat. *consil.151. num.83. vol.2.* Grass. in *§.Trebellianica. quæst.9. num.6.* Mangil. *de Imputat. quæst.125. num.2.* Bero. *consil. 116. num.12. vol.2.* Andreol.*controv.157.num.20.* Costa *de Rat.rat.quæst.17.* Rota *part.9.decis.438. num.51.* Sabelli.*Summ.diversi.tractat.verbo Fructus. num.20.*

Præfulcitur quidèm hujusmodi asser- 19 tio textu.in *l.In fideicōmissariā 18. ff.Ad* Se-

Senatusconsult. Trebell. Ubi Ulpianus expresè docet, fructus regulariter in quartam compensandos esse, ut eruitur ex illis verbis ibi: *Planè fructus in quartam imputantur, ut est rescriptum.* Hoc ipsum in conclusionis nostræ comprobationē profectò elicitur ex Jurisconsulto Papiniano in *l. Deducta* 58. §. *Ante diem. ff. ad Trebell.* Quo in loco habemus, fructus perceptos testatoris judicio in quartam compensari debere, ut clarè evincitur ex Papiniano ibi: *Ante diem fideicommissi cedentem fructus, & usuræ, quas debitores hæreditarii, cum postea cessisset dies solverunt: item mercedes prædiorum ab hærede perceptæ, portione quadrantis imputabuntur.* Huic miro in modo opitulatur, ac favet Ulpianus in *l. Mulier* 22. §. *Alia causa. ff. ad Trebellian.* Quò dixit fructus perceptos negligētiā non petentis in quartam compensari posse; si judicio testatoris percipiantur.

20 Limitatur 1. Ut non procedat in filiis primi gradus gravatis restituere, qui ex privilegio hujusmodi fructus non compensant Bart. in *l. Papinianus. §. Unde. ff. de Inoffic. testam.* Angel. in *l. Qui de Bonis. §. Quod avus. ff. Ad leg. falc.* Roland. *consil.* 30. *num.* 8. *vol.* 1. Bursat. *consil.* 44. *num.* 17. *vol.* 1. Boër. *decis.* 44. *num.* 19. Paris. *consil.* 9. *num.* 11. *lib.* 2. Raudens. *decis.* 28. *num.* 153. Et novissimè Gallus *de Fructibus disputat.* 16. *quæst.* 2. *num.* 7. Gaill. *Observat.* 133. *num.* 4. Bersan. *de Compensat. cap.* 2. *quæst.* 29. *num.* 14. Peregrin. *de Fideicommiss. art.* 49. *num.* 55. Menoch. *de Arbitr. jud. casu* 256. *num.* 32. *& consil.* 303. *num.* 23. *vol.* 4. Riminald. Jun. *consil.* 131. *num.* 20. *vol.* 2. *& consil.* 244. *num.* 102. *vol.* 3. Bott. *consil.* 10. *num.* 9. Medic. *de Compens. quæst.* 9. *num.* 16. *part.* 1. Franch. *decis.* 11. *num.* 11. Marant. in *l. Is potest. num.* 28. *ff. de Aquir. hæred.* Tusch. *concl.* 505. *lit. F.* Christinæus *decis.* 318. *n.* 24. *vol.* 1. Gratian. *Discept. forens. cap.* 265. *num.* 24. Mangil. *de Imputat. quæst.* 125. *num.* 3. Merlin. *de Legitim. lib.* 2. *tit.* 2. *quæst.* 32. *num.* 43. Urceol. *Consult. forens. cap.* 53. *num.* 21. *vol.* 2. Bellon. *consil.* 64. *num.* 5. *& consil.* 30. *num.* 8. Menoch. *de Ar-*

21 *bitr. cap.* 256. Hoc etiam procedit, licèt pater præcipiat, ut fructus in trebellianicam compensēt, quia compēsare non tenentur textus expressus in *l. Jubemus. C. ad Trebell.* text. in *cap. Raynutius*, & *Rainaldus.* & ibi Doctores *de Testament.* Cephal. *consil.* 153. *num.* 19. Mantic. *de Invent. hæredit. cap.* 10. *num.* 370. Surd. *decis.* 21. *num.* 1. Gallus. *de Fructib. disputat.* 16. *quæst.* 3. *num.* 22. Ripa in *l. In fideicommissariam num.* 28. *ff. ad Trebell.* Socin Jun. *consil.* 136. *num.* 12. *lib.* 11. *& consil.* 131. *num.* 25. Crass. §. *Trebellianica. quæst.* 11. *num.* 4. Gaill. *lib.* 2. *observat.* 133. *num.* 4. *&* 5. Crotus in *l. Filius. §. Divi. ff. de Leg.* 2. Magon. *Decis. Florent.* 10. *num.* 10. Medic. *de Compensat. quæst.* 9. *num.* 16. *part.* 1. Mangil. *de Imputat. q.* 125. *n.* 3. Rot. Cassiod. *sub Rub. de Testam. decis.* 2. Pich. in *Repet. l. In quartam. num.* 228. Perus. *consil.* 33. *num.* 24. *&* 36. Peregrin. *de Fideicommiss. artic.* 49. *num.* 55. Roland. *consil.* 30. *num.* 8. *vol.* 1. Bursat. *consil.* 44. *num.* 17. *vol.* 1. Urceol. *Appendit. ad cap.* 20. *in fin.* 2. *vol.*

Sed hoc beneficium non extenditur ad 22
nepotes. Nam isti compensare fructus in trebellianicam tenentur. text. in *l. In fideicommissariam. ff. ad Trebell.* Medic. *de Compens. quæst.* 9. *num.* 16. *part.* 1. Tusch. *concl.* 505. *num.* 17. *lit. L.* Gallus. *de Fruct. disputat.* 16. *quæst.* 2. *num.* 12. Menoch. *de Arbitr. judic. cas.* 256. *num.* 35. Cephal. *consil.* 398. *num.* 31. Rol. *consil.* 30. *num. lib.* 1. Alex. *consil.* 36. *num.* 4. *lib.* 7. Merlin. *de Legit. lib.* 2. *tit.* 1. *quæst.* 32. *num.* 48. cum ibi relatis. text. in *l. Quod de bonis. §. Quod avus ad l. Falcid.* Quamvis sublato patre 23
de medio primum locum assequantur Cagnol. in *l. Papinianus. §. Meminisse vum.* 14. *ff. de Inoffic. testam.* Bald. in *cap.* 1. *de Natur. success. feudor.* Mangil. cum ibi congestis *quæst.* 125. *num.* 18. Socin. Sen. *consil.* 252. *vol.* 2. Thesaur. *Quæst. forens. quæst.* 50. *lib.* 1. Bart. in *l. Quod de bonis. §. Quod avus. ff. ad Legem falc.* Imol. in *l. Sed si in conditione. §. Nepotes. ff. de Hæred. institut.* Urceol. *Consult. forens. cap.* 53. *num.* 21. Gramm. *decis.* 1. *num.* 5. Roland. *consil.* 30. *lib.* 1. Alex. *consil.* 201. *num.* 17. *lib.* 6. Boer. *decis.* 44. *num.* 19. Jaso *consil.* 108. *col. pen.* Mantua *consil.* 291. *col. ult.* Gabr. *consil.* 22. *dub.* 2. Paul. in *l. Sed si in conditione. §. Nepotes. ff. de Hæred. institut.* Rota apud Cavaler. *decis.* 540. Vivius *decis.* 402. *num.* 2. Peregrin. *de Fideicomm.* ar-

artic.49.num.62.Gabr.consil.122.num. 5. lib.1.& consil.111. num. 1. lib.2. Gloss. in cap.Raynutius de Testament. Cyn. Aretin.Bald.Paul.Castro.Salyc.in l.Jubemus C.ad Trebell.Alex.in l.In fideicommissariam col. 2 ff. ad Trebell. Vivius in Sylv. Comm.opinion.opinion.489.num.8.lib.2.

24 Ampliatur 1.Prima limitatio, ut locum habeat, etiam si filii duas quartas sint habituri Gallus de Fructib.disputat. 16.quæst.2.num.10. Tusch. conclus. 505. num.3.litera F.Ruin.in consil.21.num.11. Gozad.consil.81.num.13.Menoch.de Arbitr.jud.cas.256.num.35.Grass. §.Trebellianica.quæst.11.num. 3. Bersan. de Compensat.cap.2.quæst.29.num.14. Bart. in l. Quod de bonis.§.Quod avus.ff.ad Leg.falc. Nevizan.consil.1.num.5. Paul. de Castr. consil.188.col fin. vol.2. Bertrand. consil. 101.col.2.& consil.152.col.fin.vol.1. Alex. consil.150.vol.6.Ruin.consil. 143. col. fin. & consil.163.col.5.vol.2. & consil. 91. col. penult.vol:3.Jaso consil.231.col. 2. vol.2. & consil.43.col.fin.vol.3.Paul.de Castr.in l.Scimus. C.de Inoffic.testam. Mangil. de Imputat.quæst. 125. num.4. Vivius decis. 402.num.5.Angel.consil.131.Corner:consil.108.col. 7. vol.4. Paul. de Castro. in l. Mulier.§ Cum proponeretur.ff.ad Trebell. Petris.de Interpretat.ultim.volunt. lib. 3. fol. 9. num. 18. Clar. in §. Testamantum quæst.63.Peregrin.de Fideicommiss.artic. 49.num.56. Mantic. de Conject.ultim. volunt.lib.7.tit.10.num.22. Peregrin. consil. 36.num.14. lib. 2. Dec. consil: 203. col. 1. Quamvis contrarium sensère Alex. in l.Mulier. num 13. ff. ad Leg. falc. alias ad trebell.Corset.de Potest.reg.quæst.74.in 3. dub.& in tractat.de trebellianic.§. 1. num. 8. Castr.in l. Quod fructus. ff. ad Trebell. & in l.Scimus.§.Repletionem. C.de Inoffic. testam.& in consil.188.& 393.vol 2.Decian.consil.44.num.87.vol.3.Cephal. consil. 153.num.69.Dec.consil.480.num.13.Gozad.consil.45.num.22.Jaso.consil.131. col. 2.vol.2.

25 Quod filii utramque quartam deducere possint apertè depromitur ex text.in l.Quoniam 67.text. in l.3.§.2. ff. ad Leg.falcid.text.in l.10.C. Eod.Quam assertionem affectantur, ac veram esse confitentur Villalob.tom.1.lib. 3. tit. 16. num.74.Annæus Robert.lib.4: Rer.judicat.cap.17. Peregrin. de fideicomm. artic. 3.num. 51. Crot. Memorabil. verb. filius. num.4.Gratian.Decis.Marcb.58.num.12 Clarus in §.Testamentum.quæst.63.Mantic.de Conject.ultimar.voluns.lib.7.tit.11. num.7.Græv.ad Practic.Camer.Imperial. lib.2. consult.121. num.5. Caldas Comment.ad §.Sed hæc. num.61. Institut. de Inoffic.testament.Molina.de Justit. & jur. tractat.2.disput.187.versic.Prætermissis.

26 Nec etiam filii primi gradus teneantur compensare fructus in trebellianicam, quamvis extraneis rogati sint restituere: ne descendentes pejoris sint conditionis, quàm extranei Petra de Probibit. alienat. quæst.15.num.162. & 169.Gallus de Fructibus.dicta disputat.16 quæst.7.num.38. Crass.in §.Trebellianica. quæst.10.num.2. Berreta.consil.60.num.1 vol.1. Gabr.consil.122.num.9.vol.1.Bartol.in l.Quod de bonis. §.Quod avus.ff.Ad Leg.Falcid. Paul.de Castro in l.Jubemus C.Ad Trebellianum. Ruin.consil.163.col. 5.vol.2.& consil.21.num.1. vol.3. Ripa in l.In fideicommissariam.num.29. ff.ad Trebell. Picus in l.In quartam.col.penult .ff. Ad Legem Falcid. Bertran.consil.21. col. penult.vol.1. Corneus consil.180.num.13. vol 4. Paris.consil.25.col.9.vol.2. Bizon. in Repetit.l.Jubemus.num.195.C.Ad Trebell.Alex.in l.Quod de bonis.§ Quod avus ff.Ad Legem Falcid. Salyc. in l.Jubemus. C.ad Trebell. & in eadem l.Imol. Pich. in Repetit.l.In quartam .ff.Ad Leg. Falcid. Bero. consil.78.num.37. vol.2. Vivius decis.402.num.1.& num.4. Socin Jun. in l.In quartam. num.98. ff.Ad Leg. Falcid. Marzar.consil.24.num.3. Peregrin.art.3. num.114. & art.49.num 57. Cagnol. in l.Papinianus. §.Meminisse.ff de Inofficios. testament. Medic.de Compensat. quæst.9. num.16.& 17.part.1.Mangil.de Imputat. quæst.125.num.9. Eugen.consil.34 num.8 Censal.ad Peregrin. art.49. Fachineus. Cõtrovers.jur. lib.5 cap.10.

27 Licèt contrarium perperàm tutentur Fulgos. Corneus, Montesperel. in l.Jubemus. C.ad Trebell. Cephal.consil.153.num.71.Paul. de Montepic. in l.In quartam. num. 44. 226.& 228.ff.Ad Leg.Falcid.Cotta Memorabil.verbo Trebellianica. Cuman. cõsil.124. Corn.consil.321. num.11. Riminald.Jun: consil.23.num.337. Paris. con-

sil.92.col.penult. consil.21.col.ultim.& con-
sil.25.num 27. Roland.à Vall. consil. 30.
& consil.78.num.11. Gloss. in l.Jubemus.
verbo Hæreditariis. Roman. consil.232.
Abb.consil.79.vol.1. Oldrad. consil.131.
Seysell. in l.In fideicommissariam. num.4.
ff.ad Trebell. Dec.consil.120.num.25.vol.
3.Bertrand.consil.21.num.13.lib.1.Gabr.
tit.de Trebell.cõcl.12.num.5.Ripa.in Re-
spons.1.num.10. tit.Ad Trebell. Honded.
28 cum ibi relatis in consil.63. num.114.
Sed à primâ opinione,juxta Mangilium
in judicando,& consulendo recedendũ
non est. Ratio est, quia si filii gravati
non coguntur,etiam patre volente,fru-
ctus in trebellianicam compensare,
textus expressus in l.Jubemus. C.ad Tre-
bell.Quando gravantur descendentibus
restituere, quorum causa illâ extraneo-
rum est favorabilior : à fortiori quando
extraneis gravati sunt restituere Man-
gil. de Imputat. quæst.125. num.7. in fin.
Peregrin.de Fideicommiss.art.3.num.114
29 in fin. Nec etiam fructus in trebelliani-
cam compensant filii legitimati Alex.
in l.Ex facto. §.Si quis rogatus. num.29.
ff.ad Trebell.Ripa in l.Nemo potest.num.
55.ff.de Legat.1. Paris. cons.1. num.19.
Gallus.de Fruct.disputat.16.quæst.2.num.
34.in fine. Decian.consil.49.lib.2. Mer-
lin.de Legitim.lib.2.tit.2. quæst.32. num.
52. Cephal.consil.194. col.ult. Peregrin.
de Fideicommiss.art.3.num.115.Mangil.
30 de Imputat.quæst.125. num.11. Quia le-
gitimato debetur legitima, prout legi-
timè nato Bald.in cap.De causis. col.pen.
de Offic.deleg. Jaso Rubric. de Liberis, &
posthum.num.11. Curt.Sen.consil.84. col.
16. Decian. consil.338. Ruin. consil.89.
num.3. Menoch.consil.164.num.35.Cum
certum sit,eos propriè filios esse censen-
dos Alex.in l.Ex facto.§.Si quis rogatus.
num.29.ff.Ad Trebell. Decian. consil.49.
31 vol.2. Hoc debet intelligi in plenè legi-
timatis, secùs verò in dispensatis. Nam
isti non gaudent privilegio l.Jubemus.
Ripa in dicta l.Nemo potest. num.55.
Ruin.consil.61. Peregrin.consil.69. num.
10.& de Fideicommiss.art.3.num. 115. in
32 fin. Legis jubemus beneficium non pro-
cedit in filiis adoptivis. Nam hi fru-
ctus in Trebellianicam compensare te-
nentur Merlin. de Legitim. lib.2. tit.2.
quæst.32.num.53. Quia simpliciter lo-
quendo in filiorum disputatione non
veniunt Tiraquell. in l.Si unquam. num.
2.& Mangil.de Imputat.quæst.125. num.
12. Quod etiam procedit in filiis natu-
ralibus Ang.in l Jubemus. C.Ad Trebell.
Alex. in l In fideicommissariam. num.52.
ff.Ad Trebell.Ripa in l.Nemo potest.num.
55.ff.de Legat.1.& in dicta l.In fideicom-
missariam. ff.ad Trebell. Ruin. consil.1.
num.5.vol.3. Mangil. de Imputat. quæst.
125.num.30. Peregrin. de Fideicommiss.
artic.3.num.116. Ratio est, quia leges
naturalibus effectæ non sunt text. in l.
Filium definimus. ff. de His qui sunt sui.
Quod de filiis primi gradus dixi, proce- 33
dit, quoties sunt gravati, & instituti
Bart.in l.Quod de bonis.§.Quod avus. ff.
Ad Trebell. Gloss. in l. In fideicommissa-
riam. ff Ad Trebell. Covarruv. in cap.
Raynutius.§.11.num.4.de Testament.So-
cin.Jun. consil.132. num.2.vol.1. Paris.
consil.36.num.24.& cons.45.num.17.vol.2.
Gozadin.consil.81.num.15. Roland.con-
sil.30.num.1. Cephal.consil.153. num.18.
Vivius decis.402.num.8.

Quid si sint gravati ascendentes: an 34
fructus teneantur in trebellianicam
compensare? & dicendum est compen-
sare debere text.in l.Filiusfamilias 18.ff
ad Leg.Falcid. Ripa in l.In fideicommis-
sariam. num.21.ff.ad Trebell.Gallus.de
Fructibus. disputat.16. quæst.2. num.16.
Borg.de Usufruct.num.18. Tusch. concl.
505. num.18. lit.F. Menoch. de Arbitr.
Judic.cas.256.num.49. Roland.consil.39.
num.21.vol.3. Pich.in l In quartam.num.
239.ff.ad Leg. Falcid. Bart. in l.In fidei-
commissariã.ff.ad Trebell. Crass in § Tre-
bellianica. quæst.11. Peregrin. de Fidei-
commiss.art. 49. num.63. Tepat. Variar.
sentent.tit.640.cap.5. Berengar. in l.In
quartam. cap.1.num.98. Alex. in l. In fi-
deicommissariam. ff.ad Trebell. Sed con- 35
trariũ mihi probatur ex text.in l.Filius-
familias 18.ff.ad Leg.Falcid. Ubi pater
de restituendo gravatus à filio, non so-
lùm non compensat fructus in trebel-
lianica; sed eam cum fructibus lucra-
tur, ut clarè patet in fine textus ibi: His
consequens erit, ut si ex fructibus medio
tempore quartam, & quartæ fructus ha-
buerit pater etiam Trebellianum Senatus-
con-

consultum inducemus. Fructus pendentes tempore mortis testatoris, aut eos, qui jam erant percepti hæres debet compẽsare cum Trebellianica Medices *de Cõpensat. part. 1. quæst. 9. num. 16. circa med.* Bersan. *de Compensat. cap. 2. quæst. 29. num. 21.* Quod extendit etiam si hæredes sint extranei, vel primi gradus; quoniam hi fructus dicuntur pars hæreditatis text. in *l. Fructus 45. ff. de*
36 *Rei vindication.* Ast enim quamvis filii primi gradus fructus non compensent in trebellianicam: attamen compensare tenentur in creditum Bart. in *l. Quod de bonis. §. Quod avus. ff. ad Legem Falcid.* Socin. Jun. *consil. 57. num. 13. vol. 3.* Rota Roman. *decis. 680. num. 6. tom. 1.* Peregrin. *de Fideicommiss. art. 49. num. 4.* Paul. de Castr. in *l. Quod de bonis. §. Quod avus. ff. ad Legem Falcid.* Paris. *consil. 25. num. 65. vol. 2.* Alex. in dicta *l. Quod de bonis. §. Quod avus. ff. ad Le-*
37 *gem Falcid.* Si testator hæredem gravat, ne creditum suum deducat, quòd adversùs hæreditatem habet; pro ratâ creditum compensatur etiam cum fructibus perceptis; quod etiam procedit in casu, quo nepos ex malè administratâ tutelâ est creditor avi. Nam si ex hæreditate avi sibi relicta plures percepit fructus, eos compensabit cum suo credito text. in *l. Quod de bonis. § Quod avus. ff. ad Legem Falcid.* Mangil. *de Imputat. quæst. 17. num. 2.* text. in *l. Cum pater. § Titio. ff. de Legat. 2.* Paul. de Castro in *l. Lucius. §. Maritus. ff. ad Trebell.* Medices *de Compensat. quæst. 9. num. 17. part. 1.* Peregrin. *de Fideicommiss. art. 49.*
38 *num. 31.* Hoc enim non habet locum in pupillariter substituto per fideicommissum universale gravato, qui quamquam fructus detrahat haud compensare tenetur per text. in *l. In fideicommissariam. ff. ad Trebell.* Et text. in *l. Jubemus.* Dispositio cessat, quia illa lex habet locum in filio primi gradus hærede universaliter instituto, & per fideicommissum gravato Corn. *consil. 198 num. 6. vol. 3.* Paul. de Castro *consil. 239. col. final. vol. 2.* Medices *de Compensat. quæst. 9. num. 17. part. 1.* Sed animad-
39 vertendum est, quod non omnes fructus post aditam hæreditatem per hæredem gravatum percepti, ante fideicommissi casum compẽsantur in quartam trebellianicam, quia hic habere debet quartam, quartæque fructus, text. in *l. Mulier. §. Alia.* text. in *l. Ita tamen. § Hæres ex asse. ff. ad Trebell.* text. in *l. Paulus respondit. ff. ad Legem Falcid.* Ripa in *l. In fideicommissariam. num. 24. ff. Ad Trebell.* Alex. in *l. Quod de bonis. §. Fructus. ff. Ad Trebell.* Peregrin. *de Fideicommiss. art. 49. num. 53.* Medices *de Compensat. quæst. 9. n. 17. part. 1.* Quod etiam 40
in hærede falcidio procedit text. in *l. Quod de bonis. §. Fructus* text. in *l. Paulus respondit. ff. ad Leg. Falcid.* Doctores in *l. Scribit Celsus. ff. ad Trebell.* Ripa in *l. In fideicommissariam num. 24. ff. ad Senat. consult. Trebell.* Paul. de Castro in dicta *l. Quod de bonis. §. Fructus. ff. ad Leg. falcid.* Peregrin. *de Fideicommiss. artic. 49. num. 53.* Medic. *de Compensat. quæst 9. num. 17. part. 1.* Peregrin. *consil. 70. num. 6. lib. 1. & consil. 38. n. 14. lib. 2.* Alex. in præallegat. *l. Quod de bonis. §. Fructus. ff. ad Leg. falc.* Hoc enim non procedit in fructibus 41
à die litis contestatione perceptis, quos filius gravatus, vel ejus hæredes tenentur in trebellianicam compensare, quatenùs non extent, si extent quatenùs velint. Paul. de Castro. in *l. Jubemus. C. ad Trebellian.* text. in *cap. Raynutius de Testament.* ibique omnes Canonistæ Angel. in *l. 1. §. de illo. ff. ad Trebell.* Socin. *consil. 42. num. 5. vol. 3.* Vivius *Comm. opin. opin. 459. lib. 1.* Paul. de Castro. in *l. 1. §. de Illo. ff. ad Trebell.* Peregrin. *de Fideicommiss artic. 49 num. 85.* Medic. *de Compensat. quæst. 9. num. 17. part. 1.* Hoc quoque 42
procedit, quando fideicommissarius ob propriam absentiam, hæreditatem non petit sibi restitui; quia tunc fructus percepti sunt compensandi Bart. in *l. In fideicommissariam. ff. ad Trebell.* Ratio verò est, quia nihil est, quod ipsi fideicommissario culpæ, vel negligentiæ ascribi possit Ripa in dicta *l. In fideicommissariam num. 10. ff. ad Trebell.* Qui idem 43
dicit quoties fideicommissarius est pupillus, vel furiosus, qui absentibus æquiparantur text. in *l. In minorum. C. Quib. ex caus. in integ. restit. non est. nec* Gabr. *consil. 121. num. 58. vol. 1.* Quod etiam locum habet in fructibus perceptis

post

post verbalem restitutionem, quamvis
fideicommissarius negligat petere resti-
tutionem, cum effectu Ripa in *l. In fi-
deicommissariam num.* 13. *ff. ad Trebell.* &
ibi omnes Doctores Laurēt. in eâdem *l.*
44 *num.* 28. Ratio est, quia per verbalem
restitutionem ipsius fideicommissarii
bona efficiuntur, licèt nondum adeptus
fuerit possessionem text. in *l. Facta, & l.
Restituta. ff. ad Trebellian.* Ideoque fru-
ctus ipsi debentur text. in *l. In fundo. ff.*
45 *de Rei vindicat.* Extenditur quoque ad
fructus perceptos ante restitutionem,
sive verbalem: sive realem, quando do-
minium ipso jure, post conditionis
eventum transit in fideicommissarium
Bart. in dicta *l. In fideicommissariam. ff.
ad Trebell.* Ripa in eadem *l. num.* 41. &
eodem loco Laurent. *num.* 2. Franch. *de-
cis.* 293. & ibi Addentes. Mangil. *de Im-*
46 *putat. quæst.* 125. *num.* 34. Sed hoc limi-
tatur non procedere in fructibus ex
ipsamet quartâ perceptis, hos minimè
compensat, quia suos facit text. in *l.
Quod de bonis. §. fructus* text. in *l. Mulier
§. Si hæres. ff. ad Trebell.* text. in *l. Ita ta-
men. §. Hæres ex asse. ff. ad Trebell.* text.
in *l. Paulus respondit. ff. ad Legem falcidi-
am.* Paul de Castro. in *l. Quod de bonis. §.
fructus. ff. ad leg. falcid.* Ripa in *l. In fidei-
commissariam. num.* 24. Alex. in dicta *l.
Quod de bonis §. Fructus. ff. ad Legem fal-
cidiam.* Mangil. *de Imputat. quæst.* 125.
num. 35. & Medic. *de Compensat. quæst.* 9.
num. 17. *part.* 1. Peregrin. *tractat. de Fi-
deicommiss. artic.* 49. *num.* 53. Mangil. *de
Imputationib. quæst.* 125. *num.* 29.
47. Bona mobilia absque hæredis dolo
consumpta, non sunt cum ejus trebel-
lianica compensanda, ut fatentur Pere-
grin. *de Fideicommiss. art.* 10. *n.* 44. Bersan.
de Compensat. cap. 2. *quæst.* 29. *n.* 22. Urce-
ol *Consult. Forens. cap.* 19. *num.* 31. Fusar.
de Substit. quæst. 624. *num.* 10. Rota. *decis.*
530. *num.* 6. *part.* 5. *Recent.*

SUMMARIUM

1 *Species quæstionis figuratur.*
2 *Ad hoc, ut compensatio locum habere possit requiritur, quod adsit debitum, et creditum ad invicem inter debitores, & creditores.*
3 *Quilibet creditorem suum, eundemque debitorem petentem summovere potest, si paratus sit compensare.*
4 *Dispositio generaliter loquens, generaliter est intelligenda.*
5 *Distinguere non debemus ubi lex minimè distinguit.*
6 *Compensatio, si debitum, & creditum sit liquidum, optimè locum habere potest.*
7 *Pater compensare potest, quod filio debetur, & quare hoc permittatur?*
8 *Conjunctio inter virum, & uxorem cæteras omnes conjunctiones præcedit.*
9 *Maritus dicitur caput uxoris.*
10 *Vir, & uxor eadem persona intelliguntur.*
11 *Maritus non potest compensare id, quod uxor debet, nec uxor id, quod debet maritus.*
12 *Maritus nequit compensare id, quod uxor debet, quamvis nomine dotis experiatur.*
13 *Ejus quod non ei debetur, qui convenitur, sed alii compensatio fieri non potest.*
14 *Compensatio, si permitteretur marito ad hoc, ut compensaret id, quod uxor debet, non fieret inter debitores, & creditores ad invicem.*
15 *Compensatio uni hæredum de eo, quod pervenit ad alterum opponi non potest.*
16 *Compensare creditor non compellitur id, quod alii, quàm debitori suo debet.*
17 *Debitum, & creditum requiritur inter eosdem creditores ad hoc, ut locum habere possit compensatio.*
18 *Pupillorum nomine quod debetur si tutor petat, compensare non potest.*
19 *Respondetur ad primum contrariæ sententiæ fundamentum.*
20 *Respondetur ad secundum.*
21 Exponitur text. in l. Si cum filiosfamilias. ff. de Compensat.
22 *Proponitur altera difficultas.*
23 *Compensatio de debito alieno admitti non potest.*
24 *Maritus an possit alienare fundos dotales.*
25 *Compensatio, nisi versetur in debitis propriis eorum, qui compensare cupiunt, admitti non potest.*
26 *Uxor matrimonio durante dicitur domina dotis, quia dos est proprium ejus patrimonium.*
27 *Maritus si in fundo dotale thesaurum in-*

inveniat, non in suo, sed potiùs in alieno invenisse dicitur.

28 *Mariti creditor non potest opponere uxori compensationem ex persona mariti quantitatis debitæ à marito.*

29 *Necessariæ expensæ dotem minuunt.*

30 *Compensari non potest id, quod non ei, qui convenitur, sed alii debetur.*

31 *Compensatio locum habet, quando maritus experitur contra debitorem dotis, ut ipsemet dotem consequatur, vel ipsius interesse; & tunc debitori convento proficit compensationis exceptio, eo quia sit creditor mariti in æquivalente summa, vel pro concurrente quantitate.*

32 *Quod extenditur tam respectu interesse, quàm respectu ipsius dotis.*

33 *Compensatio ipso jure absque partis oppositione in usuris admittitur.*

34 *Usuræ favorabiles optimè compensantur, quamvis creditor sit ex alia diversa causa, licèt non sit usuraria.*

35 *Usuræ, quotiescumque locum habere potest compensatio, non currunt.*

36 *Debitor, si conveniatur ex causa futurorum alimentorum, non potest compensationem opponere.*

37 *Usuræ debitæ ab hæredibus mariti propter dotis solutionem retardatam ipso jure compensantur.*

38 *Hæredes mariti non possunt uxori opponere compensandam esse dotem cum moribus ipsius.*

39 *Maritus, si ob adulterium uxoris agat ad dotis consequutionem, uxor potest objicere compensandum esse adulterium utriusque.*

40 *Maritus potest compensare dotem cum rebus ab uxore amotis.*

41 *Compensatio tantummodò admitti potest, quando versatur debitum, & creditum ex utraque parte.*

42 *Reus non potest petente marito compensationem opponere ejus summæ, quam sibi debet uxor.*

43 *Compensatio locum habet in regionibus quarum nomina tam activa, quàm passiva inter conjuges communicantur.*

44 *In Anglia vir æs alienum uxoris, quod hæc ante nuptias contraxit, dissungere jubetur.*

ARGUMENTUM

Utrùm Maritus possit compensare, quod Uxori debetur, vel è contrà.

QUÆSTIO XI.

Huic certè sciscitationi, multùm difficultatis influit unitas, quæ virum, uxoremque unum corpus ferè constituit. Nam si hypothesis dubium ex personarum separatione gliscit, hoc sanè si viri, & uxoris conjunctionem intueamur diluit, cum una caro existimetur. Quapropter cùm certissimum juris principiũ sit, neminem cõpensare posse, quod alii, quàm debitori suo debetur, inspectâ conjugum unitate: an id, quod maritus debet censeatur debitum ab ipsâ uxore, ut ea id compensare possit investigare nobis in animo est? Quam percunctationem, præjactâ casus figuratione, quidèm aggrediar. Unde oportet effingere, me tibi ex causâ mutui centum debere; & tu è conversò ex diversâ, vel ex eâdem causâ alia centum uxori meæ debebas. Convenior à te ad solutionem centum. Ego cupiebam tibi compensationem opponere de illis centum, quæ uxori meæ debebas. Nunc quæritur: an possim hanc compensationem objectare? Et quod in hoc casu locum sibi vindicet compensatio primo aditu videtur. Primò ex text. in *l.1. ff. de Compensat.* Quo in loco ad hoc, ut compensatio haberi possit, nil aliud optatur: nisi quod adsit debitum, & creditum ad invicem inter contrahentes; sed hoc requisitum concurrit in casu nostro. Ergo venit admittenda compensatio. Secundò ex text. in *l. Unusquisque. ff. de Compensat.* Ubi Julianus docuit indistinctè, ac absolutè, & generaliter, quod unusquisque creditorem suum, eundemque debitorem petentem summovet, si paratus est compen- 1 2 3

pen-

pensare; ideòque si maritus vult compensare rectè potest, cum per hunc textum in ejus voluntate relinquatur, si velit, vel non, & cum Julianus in di-
4 cta *l.Unusquisque*.generaliter loquatur, generaliter ejus dispositio intelligi debet argum. text. in *l.Fraudem* 16.*§.ultimo*. *ff.de Testament.milit.* text.in *l.*1.*§. Generaliter.ff.de Legat.præstand.*text.in *l.*1.*§.Quod autem.ff.de Aleator.* text.in *l. Final.C.de Dotis promiss.*Maximè quia, nullam affert distinctionem personarum, quæ compensare possunt,vel nequeunt, sed indistinctè voluit ejus dispositionem locum obtinere. Ast est regula juris, quod ubi lex non distinguit,
5 nec nos distinguere debemus text.in *l. De pretio.ff.de Public.in rem act.* text.in *l.Non distinguimus. ff.de Recept. arbitr.* Quod adeò porrigitur, ut una lex indistinctè semper intelligatur: nisi expressè, aut specialiter per alteram limitetur,aut distinguatur text.in *l.Sciendum ff.Qui satisd.cogant.* text. in *l.Quamvis. ff.de Injus vocand.* text.in *l.Si filiusfamilias. ff.de Action.& obligation.*

6 Prædictæ legis *Unusquisque* generalitati opitulatur unum Justiniani Imperatoris rescriptum in *§. In bonæ fidei. de Act.* Ubi generaliter docet,debitum, & creditum ex utraque parte liquidum ipso jure rectè compensari, nullo personarum discrimine constituto. Quod confirmatur per aliam ejusdem majestatis cõstitutionẽ in *§.Compẽsationes* 39
7 *Institut.de Act.*Tertiò ex text.in *l.Si cũ filiofamilias.ff.de Cõpẽs.*Ubi habetur,quod filius potest compensare id, quod patri debetur,qui textus minimè refragatur textui in *l.*1.*ff.de Cõpensat.*Ubi compensatio locum habet inter debitorem, & creditorem ad invicem.In hoc textu in *l.Si cum filiofamilias. §.*1. Ideò filius potest compensare id, quod patri debetur, quia videtur deberi filio, & ideò compensatio admittitur, quia pater, & filius eadem persona censetur text.in *l. Final.C de Impuber.& aliis substit.* Et ob conjũctionem, quæ inter patrem, & filium versatur locum habet hujusmodi
8 compensatio. Sed hæc conjunctionis ratio urgẽtior meditatur inter virũ, & uxorem, ut rectè colligitur ex Genes. *cap.*2.ibi:*Dixitque Adam,hoc nunc,os, ex ossibus meis, & caro de carne mea.* Nam individuallitas conjugalis,duos in carne unâ constituit,unumque corpus ex duobus facit *cap.Debitum. de Bigamis. cap. Idonei* 4.*quæst.*3. Apostol. 1. *ad Corinth. cap.*6.*versic.*16: ibi: *An nescitis quoniam qui adhæret meretrici unum corpus efficitur?* & ad Ephes.*cap.*5.*vers.*28. ibi. *Ita, & viri debent diligere uxores suas, ut corpora sua, qui suam uxorem diligit, seipsum diligit.* Idcircò jure meritò Chrysostomus.*orat.*3.*ad finem.* Uxorem non lecti tantùm, & rei venereæ consortem existimat; verum & consilii,& operum,& totius vitæ cooperatricem. Quippe vir 9
non solùm est idem corpus cum uxore; sed est uxoris caput *cap.Est ordo. cap. Mulierem* 33. *quæst.*5.*cap.Duo pueri. de Desponsalit.impuber.*Igitur cum eadem 10
persona esse intelligantur vir, & uxor, rectè unus compensare potest, quod alteri debetur, cum bona conjugum sint communia,ut quoque apud priscos morem fuisse testatur Columella *lib final.de Re Rustic.in Præfat.* ibi: *Nihil in domo conjugali, apud priscos dividuum conspici, nihil, quod aut maritus, aut fœmina proprium sui juris esse diceret, sed in cõmune conspiciebatur.*Et quoniã uxor filiis bona sua relinquebat,& nõ marito, is acriter queritur apud Apulejũ in *Apolog. fol.mihi* 562.ibi: *Cur ergo Pudentillæ animũ veneficiis flecterem? quod ex ea commodum caperem? uti dotem mihi modicam potiùs, quàm amplam diceret? O præclara carmina! an quid addi ad hanc Magiam potest? an uti rem familiarem suam meo adhortatu pleramque filiis condonasset, quæ nihil illis ante me maritum fuerat largita, mihi quidquam impartiret! O grave veneficium dicam, aut ingratum beneficium: an ut testamento, quod irato filio scribebat filium potiùs, cui offensa erat, quàm me, cui devincta, hæredem relinqueret?*

His nusquã refragantibus, contraria 11
opinio est verissima; videlicet quod maritus, nequeat cõpensare id, quod uxor debet, nec è contra quod uxori debetur Faber *C. lib.*4. *tit.*23. *def.*16. Bersan. *de Cõpẽs.cap.*3.*q.*26.*n.*1.Ricc.*Collect.p.*6.*collect.*2445. *vers.Sed debitum.* Castill. *lib.* 4 *Contr jur. cap.*40.*num.*118. Quamvis 12
ma-

maritus nomine dotis experiatur, ut ex Cutell. *de Donat. contemplat. matrim. tom.* 1. *tractat.* 1. *discurs.* 2. *part.* 10. *num.* 76. tradunt Olea. *de Cession. jur. tit.* 6. *quæst.* 11. *num.* 26. *in fine.* & Bersan. *de Compensationib: loc. citat. & cap.* 2. *quæst.* 34. *num.* 29. Wissembach. in *l. Ejus* 9. *in fine. C. de Compensat.* Marta *tom.* 3. *Digest. tit. de Compensat. cap.* 24.

13 Hujus conclusionis fundamenta sunt sequentia. Primum text. in *l. Ejus* 9. *C. de Compensat.* Ubi expressè statuit Gordianus Imperator, quod ejus quod non ei debetur, qui convenitur, sed alii compensatio fieri non potest: sed si in nostro casu admitteretur compensatio, fieret ejus, quod non ei debetur, qui convenitur, sed alii, quod ex diametro huic Gordiani rescripto opponitur in dicta *l. Ejus.* Ergo meritò compensatio venit rejicienda.

14 Secundum text. in *l.* 1. *ff. de Compensat.* Ubi compensatio definitur, quod sit debiti, & crediti invicem inter se contributio, sed si maritus compensaret, quod uxori suæ debetur, vel è contra uxor, quod debetur viro, compensatio minimè fieret inter debitorem, & creditorem ad invicem inter se contrahentes; sed inter alios contra ipsiusmet compensationis naturam, quod esset absurdum. Ergo etiam absurdum esset, si in hoc casu compensatio locum haberet adversùs ejusdem compensationis definitionem.

15 Tertium text. in *l. Si cum militi.* 16. *ff. de Compensat.* Quo in loco Papinianus *lib.* 3. *Quæst.* Dixit, quod non potest uni hæredum compensatio opponi de eo, quod pervenit ad alterum. Ergo nec etiam id, quod debet uxor maritus compensare.

16 Quartum text. in *l. In rem suam.* §. 1. *ff. Eod.* Ubi habetur, quod creditor compensare non cogitur quod alii; quàm debitori suo debet: quamvis creditor ejus pro eo, qui convenitur ob debitum proprium velit compensare. Igitur idem asserendum in casu nostro.

17 Quintum text. in *l. Posteaquam. ff. de Compensat.* Ubi Paulus, tunc compensationem admittendam dicit, quando debitum, & creditum, quod in compensatione deducitur, versatur inter debitorem, & creditorem ad invicem compensantes; sed in nostro casu compensatio non versatur inter eosdem debitores, & creditores ad invicem compẽsantes. Ergo juxta hujus textus dispositionem compensatio locum non habet.

Sextum text. in *l. Id quod. ff. de Compensat.* Ubi habetur, quod id, quod pupillorum nomine debetur, si tutor petat, compensare nequit. Igitur id, quod maritus debet, nec quod debet uxor maritus compensare potest, & in hoc textu, ideò prohibetur, quoniam hæc compensatio fieri nequit, quia non versatur inter debitorem, & creditorem ad invicem, juxta definitionem compensationis in *l.* 1. *ff. de Compensat.* Sed hæc eadem ratio militat in nostro casu: ergo ubi est eadem ratio, ibi debet esse eadem juris dispositio text. in *l. Illud. ff. ad Leg. Aquil.* text. in *l. A Titio. ff. de Verbor. oblig.* text. in *l. Quidem numularios. ff. de Edend.* text. in *l. Nauta.* §. *final. ff. Naut caupon. & stab.* 18

Non obstant fundamenta contrariæ sententiæ. Non primum ex *l.* 1. *ff. de Compens.* Quippe hic textus retorquetur hujusmodi. Compensatio per dictã *l.* 1. Est debiti, & crediti invicem inter se contributio; sed in hoc casu debitum, quod compensari exoptatur, non vertitur inter debitorem, & creditorem ad invicem contrahentes, sed inter alios: Ergo juxta hanc legem locum habere nequit compensatio. 19

Non obest secundum ex text. in *l. Unusquisque. ff. de Compensat.* Nam, quamvis ibi Julianus generaliter, & absolutè dicat, quod unusquisque creditorẽ suũ, eundemque debitorem summovet, si paratus est compẽsare; tamen hujus textus generalitas verissima est, ac procedit, quotiescumque is, qui compensationem objicit, est debitor ex propriâ personâ; sed si in hoc casu admitteretur is, qui compensationem opponit, non est debitor ex propriâ personâ, sed ex personâ uxoris: Ergo hujus textus dispositio ad nostrum casum adaptari nequit, & ut ait Faber in dicta *l. Unusquisque. in fin.* Quod hæc lex di- 20

dicit, unicuique debitori dandam esse compensationem, non tamen generaliter intelligendum est, quasi nullo casu compensatio deneganda sit; cum multi sint casus, in quibus compensatio refellitur, quos refert Gloss. in *l. 30. ff. de Condict. indeb.*

21 Non obluctatur tertium ex text. in *l. Si cum filiofamilias. §. 1. ff. de Compensat.* Nam respondetur, prædictum textum minimè compensationis naturæ adversari, quia quamvis de essentia compensationis sit, rigorosè loquendo, ut fiat inter easdem personas contrahentes, ut habetur in *l. 1. ff. de Compensat.* Tamen hic *§. Sed si cum filiofamilias.* Minimè huic legi refragatur; quoniam licèt filius possit compensare, quod patri debetur, id ideò permittit J.C. Paulus, quia unus contractus est; & quamquam filiofamilias creditori duæ actiones competant, una adversùs filiumfamilias, altera adversùs patrem de peculio text. in *l. Si quis cum filiofamilias 44. ff. de Pecul.* Tamen unicus est contractus, ex quo oritur utraque actio. Quippe ex filiisfamilias contractu pertinente ad rem peculiarem, paterfamilias obligatur etiam invitus text. in *l. 1. ff. de Pecul.* Ideoque non minus permittendum est filiofamilias convento in solidum à creditore peculiari compensare id, quod creditor patri suo debet; quàm permittitur eidem creditori convento à patre compensare insolidum, quod sibi à filiofamilias debetur.

22 Quid dicendum in casu, quo ego tibi centum debeo ex causâ locati, & tu ex causâ dotis alia centum uxori meæ debeas, an si conveniar à te ad solvendum illa centum, quæ ex locati causa tibi debeo, possim objicere tibi compensationem de illis centum, quæ ex dotis causâ uxori meæ debes?

23 Cui difficultati affirmativè responsum iri arbitror; eò quia, si à contrario sensu argumentū ducitur, veram hanc opinionem esse haud ambigitur. Nam text. in *l. Ejus. C. de Compensat.* Prohibet de debito proprio, ad debitum alienum non admitti compensationem; ergo quotiescumque de alieno debito non objicitur, rectè à sensu contrario admitti potest; sed sic est, quod maritus dotis dominus dicitur text. in. *Princip. Institut. Quib. alienar. licet, vel non*: Ergo cōpensatione opponendo, de debito proprio, non de alieno objicere videtur; quod verò dotalium rerum maritus sit dominus, lucescit ex rescripto Imperatoris Deocletiani; qui loquens de muliere, quæ dotale prædium vendiderat, rescripsit. Eam marito dominium auferre non potuisse text. in *l. Si prædium. C. de Jur. dot.* Constat enim maritum res dotales vindicare posse; secus verò uxorem text. in *l. Doce. C. de. Rei vindic.* Et juris indubitati censetur, rei vindicationis actionem domino soli dumtaxat competere. text. in *l. In rem actio. ff. de Rei vindic.*

Non obnititur text. in *l. Unica. §. Et cū lex. C. de Rei uxor. act.* Ubi marito prohibetur, dotalem fundum obligare, & alienare, quod per legem Juliam hoc vetitum esse fatetur Justinianus in *Princip. Institut. Quib. alienar. licet, vel non*: Nam respondetur hoc esse exemplum, quo ostenditur eum, qui dominus est aliquando alienare non posse, propositum judicio dianæchico Syllogismi tertiæ figuræ partibus omnibus explicati. Est verò partium metathesis, quâ sublatâ apparebit Syllogismus integer in Felapton. Maritus prædium dotale alienare nō potest, maritus est dominus prædii dotalis: Ergo quidam rei dominus eam alienare non potest; & cum rerum immobilium alienatio marito prohibeatur, mobilium verò prohibita non sit, quod probatur ex text. in *l. 3. §. 2. ff. de Suis & legitim.* text. in *l. 3. C. de Jure dot.* text. in *l. final. C. de Serv. pign. dat.* text. in *Authentic. sive à me. C. ad Vellejan.* Igitur si, ut probatum est, rerū dotalium maritus est dominus, tamquam de proprio debito rectè poterit opponere compensationem. 24

Sed his haud refragantibus, contrarium est verum, ac amplectendum, videlicet, quod minimè compensatio locum habeat. Nam de debito unius, ad creditum alterius excluditur compensatio. text. in *l. Ejus 9. C. de Compensat.* Escobar. *de Confessar. solicit. ad vener. part. 2. quæst. 3. §. 3. num. 19.* Donell. in dicta 25

ctâ *l. Ejus C. de Compensat.* Faber. in *l. Si cum filiofamilias* 9. *ff. Eod.* Salgad. *Laberynt. Credit. part.* 2. *cap.* 22. *num.* 97. Tynd. *de Compensat. art.* 7. *num.* 2. Gregor. *Syntagmat. jur. lib.* 21. *cap.* 22. *num.* 4. Donell. *Comm. jur. civil. lib.* 16 *cap.* 15. *col.* 8. *in fine num.* 50 *fol. mihi* 698. Jul. Pac. *lib.* 16. *Isa-*
26 *gog. tit.* 2. *num.* 7. Nec tamquam dominus, & ex propriâ personâ compensationem objicere potest maritus in casu proposito, quia rerum dotalium maritus dominus esse non potest, eò quia, matrimonio durante, uxor dicitur domina dotis, quia proprium ipsius uxoris patrimonium nuncupatur. text. in *l. Denique. ff. de Minorib.* Nec marito dotem dissipare, nec aliter eâ uti, quàm frugi hominem, bonumque patremfamilias decet text. in *l. Si cum dotem. §.*
27 *Sin autem. ff. Solut. matrim.* Quod non sit dominus patet ex eo, quod si maritus in dotali fundo thesaurum inveniat, potiùs in alieno, quàm in suo invenisse dicitur text. in *l. Fructus. §. Si fundum. ff. Solut. matrim.*
28 Nunc videndum est, an creditor mariti possit objicere compẽsationem uxori ex personâ mariti, quantitatis debitæ sibi à marito? & negativè respondendum est, ut quoque respondêre Faber. *C. lib.* 4. *tit.* 23. *definit.* 16. Castill. *Controvers. jur. lib.* 4. *cap.* 40. *num.* 118. Bersan. *de Compensat. cap.* 3. *quæst.* 26.
29 *num.* 2. Quippe uxori petenti, videlicet, ab alio, quàm à marito, hoc est, à tertio rerum dotalium possessore, litis expensas ex judicato, quas maritus in conservandæ dotis causam necessariam impendit, condemnatus nequit ei compensationem opponere ejus, quod sibi maritus debet, quamvis non revocetur in dubium hujusmodi expensis dotem diminutam esse in mariti utilitatem, cum semper dici soleat per necessarias impensas, dotem ipso jure diminui text. in *l. Si is qui* 56. § *Quod dicitur. ff. de jur. dot.* text. in *l. Dote.* 5. *ff. de Dote prælegat.* text. in *l. Unic. §. Sed nec impensas. C. de Rei.* tex. in *l. Quod dicitur* 5 *ff. de Impẽs. in reb. dotal. fact.* Quod accidit, quãdo nõ in corporibus, sed in pecunia numerata dos ipsa consistit text. in *l. Quod dicitur* 5. *ff. de Impens. in reb. dotal. fact.* De cujus sententia; & emendatione scripsit Faber. *lib.* 2. *Conject. cap.* 2.

Quid dicendũ, si soluto matrimonio, 30
futurum sit, ut maritus judicio de dote teneatur ad aliquas præstationes, quarum nomine, illa dotis diminutio, quam impensæ necessariæ operatæ sunt, eâdem juris potestate reficiatur. Igitur verum est, non quod uxor marito debeat, id eam quoque mariti creditori debere; quamobrem succedit illa regula juris: ejus, quod non debetur illi, qui convenitur, sed alii, compensationem fieri nullam posse text. in *l. Ejus. C. de Compensat.* text. in *l. In rem suam. §. Creditor. ff. de Compensat.*

Dubitatur enim si maritus experia- 31
tur cõtra debitorem dotis, ut ipsammet dotem assequatur, vel ipsius interesse: utrùm debitori cõvento proficiat compensationis exceptio, eò quia sit creditor mariti in æquivalente summâ, vel pro concurrente quantitate, si creditor sit inequalis quantitatis? & quod locum habeat compensatio asserẽdum est cum Merenda *lib.* 24. *Controvers. jur. cap.* 49. *num.* 51. Bersan. *de Compensat. cap.* 3. *quæst.* 26. *num.* 3. Quod porrigunt tam 32
respectu interesse, quàm respectu ipsius dotis, cum æquum non sit, quod quis ad illius summæ interesse, cui æquitas equidèm refragatur, sit alligatus, ut ex Merenda loco relato tradidit Bersan. dicto *cap.* 3. *quæst.* 26. *num.* 4. Et in hoc casu non secus, ac in cæteris aliis casibus compensatio admittitur ipso jure, ita ut ab initio illicò pro quantitate crediti concurrenti, usuræ, seu interesse detineatur; cum communissima omniũ 33
Doctorum opinio sit, ut in usuris ipso jure locum habeat compensatio Barbosa in *l. Divortio. §. Ob donationes. num.* 33. *ff. Solut. matrim.* Valenzuel. *consil.* 78. *num.* 36. Gutierrez *de Juram. confirmat. part.* 3. *cap.* 6. *num.* 1. Ripoll *Variar. Resolut. cap.* 7. *num.* 335. Escobar *de Ratiocin. computat.* 14. *num.* 2. Larrea *decis.* 87. *num.* 7. Pichard. in *§. In bonæ fidei. num.* 45. *de Act.* Rodriguez *de Ann. Reddit. lib.* 2. *quæst.* 18 *num.* 2. Castill. *lib.* 4. *Controvers. jur. cap.* 40. *num.* 112. Castropal. *Oper. moral. tractat.* 32. *disput.* 1 *punct.* 16. *§. n.* 6.

34 Hoc enim procedit, etiam in usuris favorabilibus; minùs æquitas id exposcit, videlicet, quod usuræ favorabiles, haud vigore compensationis detineantur, priusquam hujusmodi compensatio objiciatur à parte; eò quia usura, vel interesse debetur ab eo, qui est debitor; sed quotiescumque idem est creditor ex aliâ diversâ causâ, quamquàm non æquè, nec pariter usuraria, juxta text. in *l. Cum alter alteri . ff. de Compensation.* Non potest ampliùs dici creditor ob compensationem sibi competentem; Ideòque nec summa ab eodem debita, nec usuræ pro illâ quantitate debitæ exigi queunt text. in *l. Ejus quantitatis.*
35 *C. de Solut.* Quippe ipso jure compensantur cum eo ipso, quod debitor sub usuris factus est creditoris creditor text. in *l. Si constat* 4. *C. de Compensat.* Spretâ consideratione illâ, an ex mora, vel ex æquitate debeantur, ut ex Merlin. *de Pignorib. lib. 5. tit. 1. quæst. 6. num. 6.* tradidit Bersan. *de Compensat. cap. 3. quæst. 26. num. 10.*

36 Hæc autem conclusio, locum habere nequit, quotiescumque interesse debitum ob non solutam dotem exigeretur intuitu alimentorum; quoniam fortassis non haberet unde se alere posset, ut rectè Bersan. dicto *cap. 3. quæst. 26. num. 11.* Quia in illo casu, non posset debitor compensationis beneficio gaudere, & sic interesse solutionem effugere; cùm incontroversum sit, futurorum alimentorum debitorem ad compensationem admittendum non esse. Cujac. *ad tit. C. de Compensat. in fine. lit. C. & in Novell. 88. de Deposit. & denũciat fol. mihi* 535. Hothoman. *Epitom. lib. 16. tit. 2. num. 6.* Gregor. *Syntagmat. jur. lib. 22. cap. 22. num. 6.* Donell. in *l. In ea. num. 9. C. de Compensat. & in Comment. jur. civil. lib. 16. cap. 15. col. 4. versic. Quarta causa.* Diego *opuscul. de*
37 *Compensat. fol. mihi* 13. Usuræ quoque debitæ ab hæredibus mariti propter dotis solutionem retardatam ipso jure compensantur text. in *l. Cum alter alteri. ff. de Compensat.* Bersan. *de Compensat. cap. 3. quæst. 26. num. 12.* Rota *decis.* 306: *num. 3. part. 17. Recent.*

38 Hæredes mariti nequeunt uxori opponere compensandam esse dotem, cum moribus ipsius Tepat. *Variar. sentent. lib. 1. tit. 160. col. 10.* Bersan. *de Compensat. cap. 3. quæst. 26. num. 13.* Licèt ma- 40
ritus nequeat agere ad dotis consequutionem ob uxoris adulterium, dummodò mulier non opponat compensationem de alio adulterio à viro commisso Scaffaltalphain. *observat.* 15 *lib. 1. tit. 46.* Marsil. *singul.* 234. Bersan. dicto *cap. 3. quæst. 26. num.* 14. Potest quoque maritus compensare do- 41
tem cum rebus ab uxore amotis, ut est textus expressus in *l. Compensationis* 1. *C. de Action. rerum amotar.* Quod ad hæredem mariti extendendum esse autumat Bersan. dicto *cap. 3. quæst. 26. num.* 16. Sed hoc mihi (juris perpensis principiis) alienum à veritate videtur, eò quia, ut ex ipsiusmet compensationis definitione patet in *l. 1. ff. de Compensat.* Tunc dari potest compensatio, quotiescumque vertitur inter debitorem, & creditorem ad invicem; sed in hoc casu hæc debita, & credita non sunt contracta ad invicem inter uxorem, & viri hæredes, sed inter virum, & uxorem: Ergo ab hæredibus compensari nequeunt, quia quod alteri debetur, nemo compensare potest text. in *l. Ejus* 9. *C. de Compensat.* text. in *l. In rem suam* 18. *§. Creditor. ff. eod.*

Ampliatur 1. Nostra conclusio, ut 42
reus non possit, petente marito, opponere compensationem, ejus summæ, quam tibi debet uxor, quod probatur ex text. in *l. 1. C. Ne uxor pro marit.* Ubi Imperatores Diocletianus, & Maximianus rescripserunt, uxorem ex contractu viri conveniri non posse; quia ob maritorum culpam uxores inquietari leges vetant, ut habetur in *l. 2. C. Ne uxor pro marit.*

Limitatur 1. Nostra conclusio, lo- 43
cum non habere apud eas Regiones, quarum moribus nomina, tam activa, quàm passiva inter conjuges communicãtur, ut de Batavis, & Ultrajectinistestatur Wissembach. in *l. Ejus 9. de Compensat.*

Limitatur 2. Ut nec etiam apud An- 44
glos procedere queat, ubi vir æs alienum uxoris, quod hæc ante nuptias contra-

traxit dispungere jubetur, ut fatetur Albert. Gentil. *lib. 2. de Nupt. cap. 25.* & Wissembach. *loc. cit.*

SUMMARIUM

1 *Etymologia furti dicitur à furvo, juxta communiorem sententiam.*
2 *Furtum regulariter clam, & obscurè committitur.*
3 *Furtum est contrectatio rei alienæ fraudolosa lucri faciendi gratia, vel ipsius rei alienæ, vel etiam usus ejus possessionis.*
4 *Furtum non committitur per solum animum furandi; sed rerum furatarum amotio requiritur.*
5 *Furtum tantummodò committitur in rebus mobilibus.*
6 *Furtum quandoque sumitur pro adulterio, & coitu clandestino.*
7 *Furtum interdum accipitur pro insidiis.*
8 *Furtum manifestum quando committatur?*
9 *Furtum non manifestum quale dicatur?*
10 *Furtum dicitur cæteris omnibus delictis generalius.*
11 *Furtum de jure divino prohibetur.*
12 *Scithæ nullum scelus furto gravius existimabant.*
13 *Furtum apud nonnullas nationes non punitur.*
14 *Egyptii legem de furibus tulerũt, & quid in ea cavebatur.*
15 *Minos fures enixè persequebatur.*
16 *Pœna furti manifesti, & non manifesti qualis sit.*
17 *Furtum de jure Canonico quomodò puniatur.*
18 *Hebræi quomodò furtum puniebant.*
19 *Lex furti dupli extimationem habuit.*
20 *Furtum apud Cymensios rarò contigebat.*
21 *Servus de jure duodecim tabularum, si committebat furtum, ad quid tenebatur.*
22 *Romani fures publicè per Civitatum vias flagellabant.*
23 *Actisanes Rex Egyptii, & Æthyopiæ furibus nares abscindi præcepit.*
24 *Athenienses qua pœna furta patrantes animadvertebant.*
25 *Locrenses furem oculis privabant.*
26 *Furtum compensationem admittit.*
27 Referuntur verba textus in l. Si ambo. §. Quoties. ff. de Compensat.
28 *Delicta optimè compensationem recipiunt.*
29 *Dispositio generaliter loquens absque limitatione generaliter intelligi debet.*
30 *Lex si aliquid voluisset expressisset.*
31 *Occupans per vim alienam possessionem beneficio compensationis uti non potest.*
32 *Exceptio firmat regulam in contrarium.*
33 *Maleficia puniri publicè interest.*
34 *Furtum quoties agitur civiliter, seu pecuniariè optimè compensari potest: secus verò quando agitur criminaliter ad pœnam.*
35 *Utilitas publica versatur, quoties agitur criminaliter:*
36 *Civiliter quotiescumque agitur, seu pecuniariè compensatio locum habet.*
37 *Pecuniarè agitur quando agitur civiliter ad id, quod nostrum est., aut nobis debetur, aut etiam ad pœnam nobis applicandam.*
38 *Pœna pecuniaria potiùs ad privatam, quàm ad publicam utilitatem spectat.*
39 *Delictum cum pecunia an compensari possit.*
40 *Conditione furtiva non agitur ad pœnam, neque ad vindictam criminalem; sed ad ad ipsam rem furtivam, vel ad ejus æstimationem.*
41 *Compensatio in speciebus locum habere non potest.*
42 Bersanus refellitur.
43 *Absurda semper sunt vitanda.*
44 *Compensatio tantummodò locum habet in iis rebus, quæ inter se mutuam functionem recipiunt.*
45 *Furtum cum furto quandoquidem compensari non potest.*
46 *Copia Judicis quotiescumque haberi non potest, & si sit periculum in mora possum rem mihi furatam clam recuperare, vel aliam æquivalentem furari, dummodò absit scandalum.*
47 *Lex ubi non distinguit, nec nos distinguere debemus.*
48 *Rapina solummodò committi potest in rebus mobilibus.*
49 *Rapina compensationem admittere potest, sicut cætera omnia delicta eam recipiunt.* Ra-

50 *Rapina, si forsan committatur in rebus immobilibus, tunc compensationem refellit.*
51 *Spoliatus ante omnia debet restitui.*
52 *Attentare accipitur pro quodam conatu, & nixu ad aliquem actum faciendum.*
53 *Attentatum quid sit.*
54 *Attentata juxta quandam opinionem inducta sunt à jure naturali.*
55 *Defensio de jure naturali est introducta.*
56 *Attentata secundùm aliam sententiam inducta videntur à jure civili positivo.*
57 *Princeps tollere potest ea omnia, quæ sunt juris civilis: secùs ea, quæ sunt juris naturalis, vel divini.*
58 *Majestas Prætoris contempta in attentatorum revocatione vindicatur.*
59 *Scriptura Sacra ad causarum decisionem allegari potest.*
60 Referuntur verba cap. 35. Numer.
61 *Obedientia Magistratibus, & Judicibus de jure divino debetur.*
62 *Attentata de jure civili, naturali tamen ratione dictante introducta sunt.*
63 *Attentatorum materiam qui tractant.*
64 *Attentata minimè compensationem admittunt*, & referuntur Doctores hanc conclusionem insectantes.
65 *Beneficium compensationis gratia debitorum introductum est à lege.*
66 *Auxilium legis implorare non potest, qui in legem, aut ejus Ministros committit.*
67 *Attentata perpetrans non solùm Judicis Majestatem contemnit, sed etiam jus ipsum lædit.*
68 *Attentata haudquaquam compensari non possunt, quamvis creditum, propter quod deducitur ipsa compensatio proveniat ex causa pensionis cum clausula sine retardatione solutionis.*

ARGUMENTUM.

Utrùm compensatio locum habeat in Furtis, Rapinis, & Attentatis.

QUÆSTIO XII.

De compensatione in furtis indagaturus, priùs nosse oportet unde furtum effluat; quid, & quotuplex sit; quâque pœnâ apud varias plectatur nationes, quod dum cardinē effictæ disputationis adorior, sciscitari, exquirere que nequaquam piget. Et licèt Etymon furti à ferēdo ortum fuisse harioletur Cujacius. *lib. 6. Observat. cap. 2.* Attamen receptior, ac communior opinio est, quod à furvo, ideſt nigro, & obscuro dicatur, ut apparet ex text. in *l. 1. ff. de Furt.* text. in *§. 1. Institut. de Obligat. quæ ex delict. nasc.* Quod probat Varro *lib. 1. de Rat. voc.* & Aull. Gell. *lib. 11. cap. 18.* Meritò enim à furvo etymologia desumitur, quia furtum præcipuè clam & obscurè committitur; ideòque à furvo descendit, quod obscuritatem importat Ovid. *lib. 5. Matamorphos.* 1 2

Ascalaphus vidit, quem quondam dicitur orpne,
Inter avernales, haud ignotissima nymphas,
Ex Acheronte suo furvis peperisse sub antris.

Est enim furtum contrectatio rei alienæ fraudolosa, lucri faciendi causâ, vel ipsius rei alienæ, vel etiam usus ejus possessionis. text. in *l. 1. §. Furtum est. ff. de Furt.* text. in *§. Furtum est. Institut. de Obligat. quæ ex delict. nasc.* Aull. Gell. *lib. 11. cap. 10.* In furto animus intercipiendi, vel contrectandi res alienas reposcitur text. in *l. Si quis testamentum 42. §. final. ff. ad Legem Aquil.* Animus fraudandi hîc est inspiciendus, sive res modica intercepta fuerit, sive majoris valoris. Sic Plato *lib. 2. de Legib.* ibi: *Qui rem parvam sustulit, etsi minori vi, quàm qui rem magnam, æqua tamen cupiditate furatus est.* Nec lex furti parvitatem alterum minùs, quàm alterum puniendum censet, sed eo forsitan interesse putat, quod alter sit insanabilis, sanabilis alter. Quippe dolus, aut fraus, non in quantitate, sed in qualitate versatur text. in *l. Dolus 10. C. de Rescind. vendit.* Nec etiam solus animus furandi in jure furtum constituit; sed rerum furata- 3 4

tarum amotio requiritur text. in *l.3.§. Si rem ff.de Acquirend.possess.* text. in *l.* 1. text.in *l.Procurator. ff.de Mand.* Licèt quo ad offensionem Dei fur sit, qui decrevit furari; quia cordium scrutator Deus est Exod. *cap.*20. Nec ambigitur, quin furti dominus sit condemnandus, qui servo suo ut furtum faceret imperavit. text. in *l.Si quis servo* 20. *ff.de Furt.* text.in *l.*1. *C.Si famil.fur.fec.dicat.* Aull.Gell.*lib.*11. *cap.final.* Contractam rem alienam esse oportet ad hoc,ut furtum committatur text.in *§.Furtum est. Institut. de Obligat. quæ ex delict. nosc.* Unde si res pro derelicto habeatur,sive contrectans sciat, sive ignoret, sive animo, sive alio modo rem capiat, furtum non patrat, quò facit illud Sulmonensis,qui loquens de iis, qui rem neglectam,& incustoditam tollunt ait Ovid. *lib.*2.*Amor.eleg.*19.

Ille potest vacuo furari littore arenas,
Uxorem stulti si quis amare potest.

5 Res verò, in quibus furtum committitur immobiles sunt, dummodò credamus fures à ferendo dictos, ut docuit Cujac.*lib.*6.*Observat.cap.*2.& Lang.*Polyanth.verbo Furtum.* text.in *l.Furtum. Institut. de Obligat. quæ ex delict. nasc.* Quoniam hujusmodi res capi, auferri, ac contrectari possunt; secus verò immobiles text.in *l.Verum est. ff.de Furt.* Quocirca refellitur quorundam sententia asserentium in fundis furtum committi posse. text. in *l.Quare. ff.de Usucap.* text. in *§.Quod autem. Institut. de Usucap.*Et tradidit Aull.Gell.*lib.*11. *cap.* 18.Sabinum in *lib. de Furtis*. Scripsisse illud, quod vulgò, ait, inopinatum: *Non hominum tantùm, neque rerum moventium, quæ auferri occultè, & surripi possunt; sed fundi quoque, & ædium fieri furtum. Condemnatum quoque furti colonum, qui fundo, quem conduxerat vendita possessione ejus dominium intervertisset.*

6 Veteres quoque furtum dicebant quidquid clam committebatur: unde furta pro adulteriis, coituque clandestino frequenter sumi legitur apud Poëtas, Virgil.*lib.*4.*Georgic.*

Inter quas curam Clymene narrabat inanem
Vulcani, Martisque dolos, & dulcia furta.

Ovid.*Eleg.*1.*lib.*2.*de Tristib.*

Non potuit Veneris furta tacere suæ.

Præcinuit quoque Romanus Eques Tibullus *lib.*1.*Eleg.*2.

Parcite luminibus, seu vir, seu fœmina fias
Obvia; celari vult sua furta Venus.

Nonnunquam furtum pro insidiis accipiunt Sallustius *lib.*2.*Histor.Metu gentis ad furta peridoneæ.* Virgil. *lib.*11. *Æneid.* 7

Furta paro belli convixo in tramite Sylvæ
Armato, ut bivias obsidam milite fauces.

Ovid.*lib.*3.*Metamorph.*

. . . . Furtisque, & fraude simillimus illi

Et ibidem,

Rem gerit, & furtis incautum decipit hostem.

Furtum dividitur in manifestum, & non manifestum text.in *l.* 2. *ff. de Furt.* text.in *§.Furtorum.Institut.de Oblig quæ ex delict.nasc.* Manifestum furtum tunc cõmittitur, quoties fur deprehẽditur in ipso furto, dum furatur, vel cum re furata, antequam,quò destinaverat detulisset quamvis visus postea furtum abjecerit. text.in *l.* 4. 5. 6. 7. *ff. de Furt.* text. in *l.Si quis quid deferendum* 35.*ff. Eod.*text.in *§.Furtorum.Institut.de Oblig. quæ ex delict.nasc.*Manifestum illud dicitur, quod nullâ prorsùs indiget probatione *cap. Manifesta* 2. *quæst.* 1. Hoc est, quod habet rei evidentiam. text. in *cap.Cum olim.de Verb. sign.* Furtum non manifestum est, quod manifestum non est,text.in *l.Nec manifestum* 8. text. in *l. Vulgaris* 21.text.in *l.Is, qui opem.*text. in *l Si quis ex domo.*54.*ff. de Furt.* text. in *l. Falsus procurator.*19. *C. Eod.*text. in *§. Nec manifestum.Institut. de Oblig.quæ ex delict.nasc.* 8 9

Ob effrænatam hominum avaritiam, quæ est omnium malorum radix, delictum furti omnium ferè criminum generalissimum est, & facilè primum locũ hoc pessimo furum ævo consequitur eximio Rerumpublicarum damno: ita ut nullæ pœnæ, nullæ cruces, nulla tormenta ad eum coërcẽdum sufficere videatur, Wesẽbec.*Paratitl.ff.de Furt.* 10

In

11 In Divinæ legis præceptis scriptum est, *Non furtum facies*. Et jure Divino furtum prohibetur, & punitur Exod. *cap.* 20.*verſ.* 15. Levit. *cap.* 19. Deuteron. *cap.* 5. Josuè *cap.* 7. Tob: *cap.* 2. Proverb. *cap.* 6. Ossea. *cap.* 4. Machab. *cap.* 12. Jerem. *cap.* 7. Zoach. *cap.* 5. Matth. *cap.* 19. Joann. *cap.* 12. Apost. 1. *ad Corinth. cap.* 5. ad Ephes. *cap.* 4. Apocalips. *cap.* 9. Unde furtũ graviùs omnibus peccatis, dẽpto adulterio, existimavit Chrisostom. *Pſalm.* 49. & D. Paulus 1. *ad Corinth. cap.* 6. ait. *Nolite errare, neque fures, neque avari Regnum Dei poſſidebunt.*

12 Scithæ nullum scelus furto gravius existimabant, ut refert Justinus *lib.* 2. *cap.* 2. ibi: *Nullum ſcelus apud eos furto gravius: quippe ſine tecto munimenta pecora, & armenta habentibus, quid ſalvum eſſet ſi furari liceret?* Imperator noster naturali rationi refragari dixit in §. *Furtum. de Oblig. quæ ex delict. naſc.* Lego naturali prohibitum fuisse profitetur Jurisconsultus in *l.* 1. §. *final. ff. de Furt.* Quod rectè comprobatur ex Plinio *lib.* 11. *cap.* 16. Referente *apes, furem, mulierumque menſes odere*, & ibi Harduinus in *notis num.* 29. & 30. adducens Florentin. in *Geopon. lib.* 15. *cap.* 2.

13 Aliter enim Ægyptii, Lacędemones, Cholchi, sive Gorgiani, aliique Germaniæ, Galliæque populi, quorum meminit Aull. Gell. *lib.* 11. *Noct. Attic. cap.* 18. Cornel. Tac. *de Morib. German.* Busbequius *Epiſt.* 3. Alex. ab Alex. *lib.* 6. *Diergenial. cap.* 3. Cel. Rodigin. *lib.* 36. *cap.* 13. *lib.* 6. *cap.* 5. & 6. & *lib.* 10. *cap.* 1. Heraclides. *de Politic. in politic. Lacedam.* Vitia autem plerumque placent iis, qui his reperiũtur infecti, & qui Divino, naturalique excusso timore, inde lucrum sperant. Sicuti Sami, qui rem divinam faciẽtes, Mercurio Charidotæ volenti, & furari, & latrociniari permittebant; quoniam, relictâ Insulâ oraculo, cum Mycalem migrassent prædâ, ac rapinis
14 decem annis vixerunt, ut refert Plutarch. in *Problem. ad fin.* Apud Ægyptios lex de furibus jubebat eos, qui furari volebant, nomen suum apud Principem Sacerdotum scribere, atque evestigio furtum apud eum deferre, similiter quibus res furto erepta erat, apud eumdem, rei sublatæ tempus diem, & horam scribere tenebantur. Hoc modo facilè invento furto, qui rem amisisset, quartâ mulctabatur parte, quæ daretur furi. Sanctiùsque lator legis esse dixit, cum impossibile esset furta prohibere potiùs alicujus portionis, quàm totius rei amissæ homines jacturam pati, ut refert hæc ad verbum Diod. Sicul. *lib.* 2. *Biblioth. cap.* 3. Minimè eosimitatus fuit Minos, qui 15
fures omnes insequutus fuit, ut testatur Tucydid. *lib.* 1. *Hiſtor.* Nec Tobias, qui nec invictu necessario furti particeps esse volebat. Facit illud Phocylid.

A furibus ne ſuſcipias furtuum viris depoſitum.

Ambo enim fures, & qui recepit, & qui furatus eſt.

Pœna furti manifesti de jure civili 16
est quadrupli; non manifesti dupli text. in §. *Pœna manifeſti* 5. *Inſtitut. de Oblig. quæ ex delict. naſc.* text. in §. 1. *Inſtitut. de Perpet. & temporal. act.* text. in *l. De his quæ ſubtraxiſſe* 11. *C. de Furt.* text. in *l.* 2. *ff. de Crimin. expil. hæred.* text. in §. *Sic itaque diſcretis. verſ. planè.* text. in §. *Ex maleficiis.* text. in §. *Omnes autem actiones, vel in ſimplum.* text. in §. *Quadrupli. Inſtitut. de Act.* text. in §. *Conceptum in fine. Inſtitut. de Obligat. quæ ex delict. naſc.* text. in *l.* 1. §. *Quod quidem* 3. *ff. de Public. & vectig.* text. in *l. Inter omnes* 46. §. 2. *ff. de Furt.* De jure Canonico 17
Ecclesiasticæ personæ in furto depræhensæ, vel convictæ furti à Judice Ecclesiastico deponuntur *cap. Præsbiter. diſtinct.* 81. Et si post depositionem incorrigibiles fiant, excommunicantur: deinde contumaciâ gliscente, anathemate percelluntur: & denique si contumaces perseverent, seculari Curiæ traduntur, ut ab ea plectantur. text. in *cap. Cum non ab homine* 10. *de Judic.* De jure Divino, qui furatus erit ovem, vel bovem occiderit, quinque boves pro uno; quatuor oves pro una reddere jubetur, & si quis jumentum furatus sit, duplum resarcire tenetur Exod. *cap.* 21. *verſic.* 2. 2. Reg. *cap.* 12. *verſ.* 6. Et alibi lex Divina septuplum pro manifesto furto reddere jubet, furem, & omnem substantiam domus suæ tradere, & se liberare, ut habetur Proverb. *cap.* 6.

Apud plures nationes olim diversi- 18
modè fur plectebatur. Nam apud Hebræos

bræos reddere cogebatur ablatum; non habens verò venundabatur; non extraneo, vel alienigenæ, nec in servitutem perpetuam; sed Judæis, ut post septennium à servitute absolveretur, quam lex antiquavit Herodes præcipiens absolutè furem vendi Joseph *lib.16. Antiquit. Judaic. cap.1.*

19 Piso tutans Antonium adversùs Ciceronem apud Appianum Alexandrinum *lib.3. de Bell. civil.* Legem furti dupli æstimationem habere docet ibi: *Pecunias Antonias, Antonium publicas, post Cæsaris necem sibi vendicasse, dicit legem furem eum, non hostem decernente, & pœnam illius damni statuēte.* Et paulò post: *Si quis Antonium de his accusare pergit in duplo easdem vobis persolvemus.* In legibus Platonis *lib. 9. de Legib.* Furti damnatus, si ultra sortem bona sufficiunt, vel duplum reddat, aut vinciatur donec, aut persuaserit illi, cui debet, aut reddiderit.

20 Apud Cymensios lege cautum erat, ut omnes vicini conferrent ad ea, quæ furto fuissent ablata; quamobrem contingebat eos paucissima perdere: quia omnes simili solertiâ suas, vicinorumque res sedulò custodiebant, ut fatetur Heraclides in *Polit. Cymens.* Eò allusit Hesiod. in *Egris.* dum inquit.

Neque sanè bos interierit; nisi vicinus malus sit.

21 Ex lege duodecim tabularum, si servus furtum fecisset, servum pro noxa date domino permittebatur. text. in *l. Si servus 43. ff. de Furt.* Alio autem capite fur manifestus ei, cui furtum factum esset, tradebatur in servum Aull. Gell. *Noct. Attic. lib.20. cap.1.*

22 Apud Romanos, fures loris publicè per Civitatum vias flagellari solebant, ut fieri antea Romæ innuit Horat. *lib.1 Epistolar. epistol.16. ad Quintium.*

Nec furtum feci, nec fugi si mihi dicat Servus: habet pretium, loris non ureres aio.

23 Actysanes Rex Ægyptii, ac Æthiopiæ furibus nares abscindere precepit; & postea in extera Ægypti parte relegavit; & ab iis appellata fuit Civitas ex ædificata, dicta Phinocem ab abscissione narium, ut refert Dyodor. Sicul. *lib.2. Bibliothec. cap. 1.*

Athenis lex erat, ut fatetur Ulpian. in *Comment. in orat. adversùs Timocratem commentatorē Demosthenis.* De quinquaginta drachmis, qui enim infra quinquaginta drachmas furabantur, leviùs puniebantur. Et quoque Draco lege cavet, ac sācivit furem cujuscumque modi furti, supplicii capitis puniendum Aull. Gell. *lib.11. cap.18.* Xenophon. *lib. 1. de Dict. & fact. Socrat.* ibi: *Legibus illis affici morte debere, qui aut furabatur, aut latrocinabatur, aut rapiebat, aut in ædes alienas irruebat, aut sacri legium committebat.* 24

Locrensibus Seleucus statuit, deprehensum in furto oculis privandum esse, ut fatetur Heraclid. in *Polyt. Locrēs.* Quam pœnam ad adulteros porrigit etiam Valer. Maxim. *lib.6. cap.5.* & Theophilat. *lib.4. Instit. tit. de perpet. & tempor. act.* Capitalem pœnam furibus fuisse lege duodecim tabularum indictam existimat Aull. Gell. *lib.11. Noct. Attic. cap.18.* ibi: *Furem, qui manifesto furto prehensus esset, tum demum occidi permisserunt, si aut cum faceret furtum nox esset, aut interdiu se telo; cum prehenderetur defenderet: ex cæteris autem manifestis furibus, liberos verberari, addicique jusserunt ei, cui furtum factum fuisset, si modo id luci fecissēt, neque telo se defendissent. Servos item manifesti furti prehensos verberibus affici, & saxo præcipitari: Sed pueros impuberes Prætoris arbitratu verberari voluerant, noxamque ab iis factam sarciri.* 25

Nunc, his omnibus hujusmodi jactis, ut jam præcipuam, pollicitamque hæsitationem aggrediar, ei affirmativè respondetur, videlicet, quod in furtis admittatur compensatio, quam opinionem sequuntur, ac docent Bachovius ad Treutler. *vol.1. disputat.25. thes. 9. lit. A. & B.* Trentacinque *Variar. Resolut. tit. de Compensat. Resol. unic. num.10. lib.3.* Brunneman. in *l. Si ambo. §.2. ff. de Compensat.* Christinæus. *Decis. Belg.38. num.7. vol.3.* 26

Hæc enim conclusio fulcitur textu in *l. Si ambo socii 10. §. Quoties ff. de Compensat.* ubi Ulpianus sic loquitur. *Quoties ex maleficio oritur actio, ut puta ex* 27

 cau-

causa furtiva, *cæterorumque maleficiorum, si de ea re pecuniariè agatur, compensatio locum habet*. *Idem est & si condicatur ex causa furtiva*. Ideòque non benè contrariam sententiam amplexatus fuit Baduarius in *Templ. moral. confess. verbo Compensatio. quæst. 2. verbo. Secundo*.

28 Probatur etiam ex eo, quod compẽsatio in delictis admittitur, ut tradunt Hothoman. *Epitom. lib. 16. Digestor. tit. 2. num. 5.* Treutler. *Selectar. disput. vol. 1. disput. 25. thes. 9. lit. A.* Gregor. *Syntagmat. jur. univers. part. 3. lib. 21. cap. 22. num. 2.* wissembach. in *l. final. C. de Compensat.* Zanger. *de Except. part. 3. cap. 8. num. 84.* Cujac. *lib. 11. Quæstion. Papin. in l. 5. ff. Rer. amotar. lit. C. pag. mihi 302.* wessembec. *Paratitl. lib. 16. Digestor. tit. 2 num. 5* Sanchez *de Matrimon. lib. 10. disputat. 8. num. 29.* Cum cæteris à me congestis in *quæst. 24. lib. 1. tom. 1.* Sed furtum est delictum, ut ex supra relatis satis abundè clarescit: Ergo est admittenda compen-
29 satio. Nam jura compensationem in criminibus admittentia generaliter loquuntur; sed dispositio generaliter loquens absque limitatione generaliter est accipienda. text. in *l. De pretio 10. ff. de Public. in rem act.* text. in *l. In fraudem 16. §. ultim. ff. de Testament. militar.* text. in *l. 1. §. Generaliter ff. de Legat. præstand.* text. in *l. 1. §. Quod autem. ff. de Aleator.* text. in *l. final. in fine. C. de Dot. promiss.* Ergo &c. Et quando lex com-
30 pensationem in delictis permisit, si eam in furtis diffiteri voluisset, expressisset argument. text. in *l. Unic. §. Sin autem ad deficientis. C. de Caduc. tollend.* text. in *l. Si servus. §. Prætor ait. versic. non dixit. ff de Acquirend. hæred.* text. in *cap. Ad audientiam 2. de Decim.* text. in *cap. 2. de Transact. præt.* Gutierrez *Practic. lib. 3. quæst. 22. num. 7.* Tiraquell. in *l. Si unquam. num. 3. verbo libertis. C. de Revocand. donat.* Gonzalez. *ad Regul. 8. Cancell. Gloss. 9. §. 1. num. 33. & Gloss. 42.*
31 *num. 11.* Ut expressit in occupantibus perperam, ac violenter alienam possessionem, quo in casu compensationem denegavit text. in *l. final. §. ultim. C. de Compensat.* Et cum hic casus dumtaxat in materiâ criminum à compensatione excipiatur: in cæteris regula generalis 32 locum habere debet; quia exceptio firmat regulam in contrarium. text. in *l. Quæsitum. §. Denique. ff. de Fund. instruct.* Gloss. in *Rubric. de Regul. jur. in 6.* Everard. in *Topic. legal. loc. 3.* Bart. & Dyn. Dec. *num. 20. in l. 1.* & ibi Cagnol. *num. 31. & 34. ff. de Regul. jur.*

Non refragatur nostræ conclusioni, 33 si dicatur, maleficia puniri publicè interesse, text. in *l. Ita vulneratus 51. ff. Ad Legem Aquil.* text. in *l. Stychum, aut Pamphilum 95. §. 1. ff. de Solut.* text. in *l. Congruit. ff. de Offic. Præsid.* Ergo, quod ex maleficii causâ debetur, non potest, nec debet compensari cum eo, quod vicissim à maleficii reo debetur. Ita enim fieret, ut delictum impunitũ remaneret contra text. in dictâ *l. Ita vulneratus 51. ff. ad Legem. Aquil.*

Huic objectioni respondetur, mul- 34 tum interesse, an agatur ex maleficio, videlicet ex causâ furti ad vindictam publicam, & criminaliter; an verò civiliter, & ad pœnam pecuniariam. Primo casu, quando agitur criminaliter non habet locum compensatio text. in *l. Si ambo 10. §. Quoties.* ibi: *Si de ea re pecuniariè agatur. ff. de Compensat.* Ut asseverant, ac insectantur wessembec. *lib. 16. tit. 2. num. 5.* Mynsinger. in *§. In bonæ fidei. num. 32. Institut. de Act.* Zanger. *de Except. part. 1. cap. 8. num. 90.* Bargal. *de Dolo. lib. 6. cap. 33. num. 1. 14. & 15.* Gregor. *Syntagmat. jur. univers. lib. 38. cap. 7. num. 15.* Barbosa. *Axiomat. 76. num. 8.* Tyndar. *de Compensat. art. 5. num. 34.* Farinac. *Fragment. criminal. part. 1. lit. D. num. 112.* Willembach. in *l. final. C. de Compensat.* Hahnius ad wessembec. *lib. 16. tit. 2. num. 4.* Oynotom. in *§. In bonæ fidei. num. 21. Institut. de Act.* Quo in ca- 35 su limitationem patitur nostra conclusio; quia quoties criminaliter agitur de publica utilitate tractatur text. in *l. Licitatio 9. §. Quod illicitè. ff. de Publican.* text. in *l. Ita vulneratus. ff. ad Legem Aquil.* Sed in juris publici præjudicium compensatio refellitur text. in *l. Jurisgentium. §. Si paciscar. ff. de Pact.* Ut latè probavi in *quæst. 24. lib. 1. tom. 1.* Poste- 36 riore verò casu, videlicet quando agitur pecuniariè admittitur compensatio

tio. text. in l. Si ambo. §. Quoties, ibi: Quo
ties ex maleficio oritur actio [ut puta ex
causa furtiva, cæterorumque maleficio
rum] si de ea re pecuniariè agatur, com
pensatio locum habet. ff. de Compensat.
Ut in terminis nostræ quæstionis asse
ruêre Gloss. in dicta l. Si ambo. §. Quoties
ff. de Compensat. Zanger. de Except. part.
3. cap. 8. num. 89. Pecuniariè autem agi
37 tur, quando agitur civiliter ad id, quod
nostrum est: aut nobis debetur, aut
etiam ad pœnam nobis applicandam.
Glossa, & Doctores in §. In summa. In
stitut. de Injur. Gloss. in l. 3. verbo. Cen
tum. ff. de Sepulchro violat. Butrius in
Rubric. extra. de Judic. Quæ pecuniaria
38 pœna potiùs ad privatam, quàm ad pu
blicam pertinet vindictam. text. in l. Si
quis injuriam 35. ff. de Injur. text. in l. 1. §.
Ultimo. ff. de Pœn.
39 Minus adversantur illa verba: Idem
est, & si condicetur ex causa furtiva. in
dicta l. Si ambo. §. Quoties. ff. de Cmmpen
sat. Ex eo, quod condictio furtiva ex
furto, & ex delicto nascitur, ut clare
scit ex text. in l. Si mulier 21. §. Hæc actio
ff. Rer. amot. Et ostendit Faber. in Ratio
nal. in l. In conditione 9. ff. de Condict. fur
tiv. Quapropter delictum cum pecuniâ
absurdum videtur, compensari posse.
40 Sed respondetur, quod ex cõdictione
furtiva non agitur ad pœnam, neque
ad vindictam criminalem; sed ad ipsam
rem furtivam, vel ad ejus æstimatio
nem. text. in l. Si pro fure 7. §. 1. et 2. ff. de
condict. furt. Et cum semper condem
nationem habeat pecuniariam, hoc in
casu non fit compensatio delicti; sed
pecuniæ cum pecunia. Nec propter hoc
furtum impunitum remanet, quia ni
hil commune habet condictio furtiva,
nec vindicatio rei furtivæ cum pœna
lis criminis persequutione text. in l. Si
pignore 54. §. Cum furti. ff. de Furtis.
41 Ex quibus omnibus patet malè asse
verare Bersan. de Compensat. cap. 2. quæst.
26. num. 1. Quamquam furtum sit deli
ctum, tamen in eo ad compensationem
excludendam, diversam prorsus mili
tare rationem, quoties agitur ad vindi
candam speciem furto ablatam, quæ si
compensationis prætextu petenti dene
garetur, contra ejusdem voluntatem in
duceretur compensatio speciei, quod
expressè interdicitur in text. in l. Quod
dicitur. ff. de Impens. in reb. dotal. fact. text.
in l. Si debeas 22. ff. de Compensat. text. in
l. Si non sortem 26. §. Si centum. ff. de Con
dict. indeb. text. in l. Si convenerit 18. ff. de
Pignorat. act. text. in l. Si ex ea pecunia. C.
de Rei vindicat.
Hæc enim Bersani impugnatio mi- 42
nimè renuente, non est à nostrâ disce
dendum sententiâ, quæ expressis ver
bis textus fulcitur in sæpè relata l. Si
ambo. §. Quoties. ff. de Compensat. ibi: (Ut
puta ex causa furtiva, cæterorumque ma
leficiorum) si de ea re pecuniariè agatur:
compensatio locum habet. Nam si opinio 43
Bersani veritatem comitaretur, plura
sequerentur absurda, quæ semper sunt
vitanda. text. in l. Si ita 39. in fine. ff. de
Oper. libert. Et in omni actu, dispositio
ne, ac materiâ, ita sumenda est inter
pretatio, ut in quantum possibile sit
absurda vitentur text. in l. Nam absur
dum. text. in l. Final. C. de Usur. rei judic.
text. in l. Divortio. ff. Solut. matrim. text.
in l. De pupillo. §. Si quis fortè. ff. de Nov.
oper. nunciat. text. in l. Penult. ff. Ad exbi
bend. text. in l. Ita vulneratus. versic. Si
quis absurdè. ff. Ad Legem Aquil. text. in
l. Aliud. §. Final. ff. de Regul. jur. Quippe
maximum esset absurdum, ut si ego 44
tibi furatus sum decem mensuras fru
menti, & tu quoque mihi alias decem
furatus es, ut in hoc casu non possimus
frumentorum compensationem oppo
nere, quod falsum est, & à compensa
tionis regulis maximoperè alienum; cũ
compensatio in iis dumtaxat rebus lo
cum adsciscat, quæ ad invicem inter se
mutuam functionem recipiunt, ut est
frumentum cum frumento text. in l. 2.
§. Mutui datio. ff. Si cert. petat. Unde juxta
Bersanum omnia compensationis in
faustè delerentur principia, cum nun
quam in furtis daretur casus, in quo
compensatio locum nancisci posset,
quod non est cogitandum, cum refra
getur textui expresso in dicta l. Si ambo
10. §. Quoties. ff. de Compensat. Ut tenet
ibi Faber, & Zanger. de Except. cap. 8.
num. 89. part. 3.
At contra nostrã conclusionẽ urget 45
text. in l. Quemadmodum 38. §. Si servus

meus.ff.de Noxal.act. Ubi docemur, quod si servus meus rem tuam subtraxerit, & vendiderit, & tu nummos, quos ex pretio habebat ei excusseris, locus erit furti actioni ultrò, citròque, nec furtum unius compensatur cum furto alterius.

46 Huic objectioni respondetur, hujus textus dispositionem procedere posse, quando Judicis copia haberi potest. text.in *l. Qui vas. ff. de Furt.* Si verò judicis copia nequeat haberi, & esset periculum in morâ, tunc authoritate propriâ possum rem mihi furatam clam recuperare, vel aliam æquivalentem furari: dummodò hoc absque scandali periculo fieri queat, ut assectantur, & docent Innoc. in *cap. Olim., el primero, column.penult.vers. Item plus dicimus. de Restit.spoliat.* Sotus de *Justit. lib. 5. quæst. 3. artic. 3.* Azor. *Institut.moral.part. 3. lib. 5. cap. 15.* Sayr. *Clav. Regia lib. 5. cap. 14.* Zamoran. *de Compensat. disputat. 2. cap. 1. num. 3.* Navarra *lib. 3. de Restit. cap. 1. num. 383.* Navarrus in *Manual. cap. 17. num. 112.* Ledesma *de Justit. comm. tractat. 8. cap. 20. dub. final. de Furto.* Pacian. *de Probat. lib. 1. cap. 59. num. 30.* Et dicam fusiùs Deo adjuvante, quum agam de compensatione in foro poli.

47 Hæc nostra conclusio procedit, sive agatur ad vindicandam rem furatam, sive ad ejus æstimationem ob generalitatem text. in *l. Si ambo. §. Quoties. ff. de Compensat.* Quoniam ubi lex non distinguit, nec nos distinguere debemus. text. in *l. De pretio ff. de Public. in rem act.* text. in *l. Non distinguimus. ff. de Recept. arbitr.* text. in *l. Præsis. ff. de Offic. Præsid.* text. in *l. 2. §. Convenire. ff. de Judic.* text. in *l. Quos probibet. ff. de Postuland.* text. in *l. 1. §. Generaliter. ff. de Verb. sign.* Ipso jure, ut advertit Accursius in *l. Si ambo. §. Quoties. verbo locum babet. ff. de Compensat.*

48 Nunc sciscitandum superest, an in rapinis admittatur compensatio. Ast priusquam rogitationi satis eamus, scire oportet, rapinam, ut ex Vultejo in *Comment. Institut. ad titul. de Bon. rapt. num. 5.* tradit Calvin. *Lexicon. jur. verbo. Rapina.* committi tantùm in rebus mobilibus, quod patet ex Virgil. *lib. 4. Georg.*

Quid faceret: quo se rapta bis conjuge ferret?

Et *lib. 1. Georgic.*

Atque illum in præceps prono rapit alveus amni.

Cum in mobilia invadi dicantur. Igitur sequitur, quod cum rapina sit delictum, quo quis alicui invito, cujus interest, rem per vim subripit Vultejus *Comm. Institut. de Bon. rapt. num. 3.* Ut locum habeat Compensatio in rapinis, uti in cæteris delictis ex generalitate textus in *l. Si ambo. ff. de Compensat.* text. in *l. Si ex boc. §. Si & stipulator. ff. de Eo, per quem.* text. in *l. Si duo. ff. de Dolo.* text. in *l. Viro, atque uxore. ff. Solut. matr.* text. in *cap. Intelleximus. & cap. Extra. de adulter.* Et in terminis rapinæ admittendam esse compensationem, confitetur Accurs. in dicta *l Si ambo. §. Quoties. verbo Cæterorumque. litera E. ff. de Compensat.* Si verò ponamus rapinam in immobilibus rebus committi, ut apparet ex Gloss. in *l final. verbo. Possessionem. C. de Compensat.* Compensatio omninò rejiciendam mihi videtur per text. in dicta *l. final. §. ultim C. de Compensat.* ibi: *Possessionem, etiam alienam perperam occupantibus compensatio non datur.* Bald. in dicta *l. ultim. num. 2.* Bersan. *de Compensat. cap. 2. quæst. 2. num. 16.* Quoniam spoliatus ante omnia est restituendus. text. in *l. Si quis ad se fundum 7. C. ad Leg. Jul. de vi public.* text. in *l. 1. C. Si per vim. vel alio mod.* text. in *l. 1. ff. de Vi, & vi armat.* text. in *cap. In literis 4. cap Cum quis 6. cap Conquerente 7. cap. Sepè 18. de Restit. spoliat.* Quam cõclusionem posteriorem veriorẽ esse fatendum est, sive offirmemus in mobilibus, sive in immobilibus rapinam consistere. 49 50 51

Quid verò dicendum de Attentatis? 52
Attentata in jure diversimodè accipiuntur. Nam attentare sumitur pro quodam conatu, & nixu ad aliquem actum faciendum, ut est text. in *l Si quis non dicat rapere, sed attentare. C. de Episcop. & Cler.* Et etiam attentare dicitur is, qui cuique mulieri blanditur, & allicit, ac blando sermone ejus pudicitiam impetit. Gloss. in *§. 1. Verbo Affectatus. Institut. de Injur.* per text. in *l. Item Labeonem. §. Aliud. ff. de Injur.* Alio modo attentare sumitur pro eo, quod fit lite, seu appellatione pendente in contem-

ptum

ptum Judicis, & præjudicium partis, & ita accipitur *Tot. Tit. & extra. in Cle-*
53 *ment. & C. Ut lite pendente.* Est enim attentatum, juxta definitionem traditam à Lancellot. *de Attentat. in præfat. num.* 14. Omnis actus sine rationabili causa, lite, appellatione, aut iis æquipollentibus pendentibus à Judice, seu à parte, aut ab habentibus causam ab eis in contemptum jurisdictionis, & præjudicium partis factus officio ejus, cujus fuit læsa majestas; in primis, & ante omnia revocandus.

54 Quo autem jure fuerint inventa Attentata Doctores dissentiunt, ac quatuor adsunt opiniones. Prima. Quod sint de jure naturali; quoniam attentata nituntur præjudicio, ac læsione partium, & adversantur præcepto naturali, quod est honestè vivere, & alterum, non lædere. text. in *l. Justitia. §. Juris præcepta. ff. de Just. & jur.* Et eò quia in attentatis, illorumque revocatione defensio naturalis versatur, videlicet illius, qui passus est attentata, cui temeritate attentati oppresso per Judicis officium succurri, & consuli videtur; & quatenus defensionem continent de jure naturali esse videntur, cum defen-
55 sio de jure naturali sit inducta. text. in *l. Scientiam. §. Qui cum aliter. ff. ad Leg. aquil.* text. in *l. 1. C. Unde vi.* text. in *l. Ut. vim. ff. de Just. & jur.* text. in *Clement. Pastoralis. de Re judic. cap. Non inferenda* 23. *quæst.* 3. Et quia pendentia judicii, & litis attentata parit, quæ absque lite non dantur regulariter. Cafad. *decis.* 6. *num.* 2. At judicia sunt de jure naturali primævo, ut declarat Marant. in *Specul. part.* 3. *num* 133. Ergo &c.

56 Secunda, quod sint de jure civili positivo, quod ex sequentibus probatur. Primò, quoniam prohibitio, ne quid innovetur, videtur inducta de jure civili; & attentatorum quoque revocatio viâ privilegiatâ, jure etiam civili videtur
57 inducta. text. in *l. Appellatione. C. de Appell.* text. in *cap. Non solum. de Appell. in* 6. Secundò, quia ea, quæ sunt juris civilis Princeps obliterare potest: secus quæ sunt juris naturalis, vel divini. text. in *§. Jus naturali. Institut. de Jur. natural. gent. & civil.* Sed Princeps potest delere attētata Lancellot. *de Attentat. in præfat. num.* 44. Ergo sunt de jure civili. Tertiò in attentatorum revocatione, Prætoris majestas contempta, vindicatur. Oldrad. *consil:* 206. Hic contemptus Judicis, & 58
pœna contra hujusmodi contemnentes de jure civili inducta videtur, juxta text. in *l. final. C. de Litigios.* Bart. in *l.* 1. *ad finem. ff. de Litigios.* Angel. in *Authent. de Litig.* text. in *l.* 1. *ff. Si quis judic. non obtemp.*

Tertia, quòd sint de jure divino. Pri- 59
mò ex eo, quod legitur Numer. *cap.* 35. Quòd ad causarum decisionem allegari sacra pagina potest juxta Imol. in *l. Stipulatio hoc modo concepta. ff. de Verb. oblig.* & in *l.* 3. *ff. de Testamant.* Jasonem in *l.* 1. *col.* 8. *ff. de Reb. credit.* Quo in *cap.* 60
35. ita legitur: *Propinquus occisi, homicidam interficiet: statim ut apprehenderit eum, interficiet.* Et paulò ante: *Quando transgressi fueritis Jordanem in terram Chanaam, decernite, quæ urbes esse debeant in præsidia fugitivorum, qui nolentes sanguinem fuderint; in quibus, cum fuerit profugus, cognatus occisi, non poterit eum occidere, donec stet in conspectu multitudinis, & causa illius judicetur.* Ex quibus clarescit, quod homicidæ occisio, quæ priùs erat permissa, donec causa illius judicatur prohibetur; & cum lite pendente eo casu innovatio illa interdicatur; dici potest, ut prohibitio, ut lite pendente nihil innovetur, per supra dicta, etiam jure divino sit cognita.
Secundò quia obedientia Magistrati- 61
bus, & Judicibus de jure Divino est exibenda Apostol. ad Roman. *cap.* 13. At cum in attentatis adsit contemptus, & inobedientia Judicum, & Magistratuum, sequitur, quod attentans dicatur Divini juris transgressor.

Sed quod attentata de jure civili, na- 62
turali tamen ratione suggerante, sint cognita mihi veriùs videtur, & quoque huic opinioni adhærescit Lancellottus *de Attentatis in præfat. num.* 65. Sicut dicitur de recusatione Judicis, quæ licèt à jure civili, quoad modum, & formam procedendi inducta sit. text. in *l. Apertissimi. C. de Judic.* Quia continet defensionem, quæ est juris naturalis. text. in *l. Ut vim. ff. de Justit. & jur.* text.

in

in *cap. Pastoralis. de Re judicat.* Dicitur fuisse inducta durante ratione naturali text. in *cap. 2. §. 2. in fine*. ibi: *Ipsa namque ratio dictat. de Appell.* Cum pluribus aliis rationibus adductis à Lancellotto
63 *loc. supra rel.* Cætera de attentatis vide apud Ricc. *part. 2. collect.* 336. *& part. 5. collect.* 1815. *& part. 7. collect.* 3104. Solorzan. *de Jur. Indiar. tom. 2. lib. 2. cap. 28. num.* 88. *& lib. 3. politic. cap.* 30. Covarruv. *Pract. quæst. cap.* 23. & ibi Farias. Valenzuel. *consil.* 71. *num.* 61. Salgad. *de Regia protect. part. 2. cap. 1. num.* 189. *& cap.* 12.
64 His animadversis, breviter dicendum est, minimè in attentatis compensationem dari posse, ut insequuntur, ac tradunt Sabelli *Summ. diversor. tractat. § Compensatio num.* 34. Marta. *tom. 3. Digestor. novissimor. tit de Compensat. cap.* 19. Lancell. *de Attentat. part. 3. cap. 24. quæst.* 28. *num.* 1. Ricc. *Collect. part.* 1. *collect.* 305. *vers. Limita septimò.* Coppel. *de Compensat. cap. 7. num.* 18. Capuc. *Prax judic. part. 3. cap. 7. num.* 127 *vol.* 1. Bersan. *de Compensat. cap. 2. num.* 17. & *quæst.* 43. *num.* 5. Rota apud Posth. *de Manutent. decis.* 490. *num.* 8.
65 Hujus conclusionis ratio est, quia compensationis favor debitorum gratiâ est introductus. â lege text. in *l.* 2. & 3. *ff. de Compensat.* Unde qui in legem, aut ejus ministros committit, frustra
66 legis implorat auxilium. text. in *l. Auxilium. §. In delictis ff. de Minorib.* text. in *l. Isti quidem ff. Quod met. caus.* text. in *l. Sancimus C. de Judic.* text. in *l. Filio. §.* 1. *ff. de*
67 *Rit. nupt.* Sed qui attentata perpetravit, nō solùm Judicis majestatē aspernatus fuit, sed etiā jus ipsum læsit, ut patet ex definitione attentati traditâ à Lancell. *de Attentat. in præfat. num.* 14. Ergo nil mirum, si denegetur compensatio.
68 Amplia hujusmodi conclusionem, ut nec etiam possint attentata compēsari, quamquam creditum, propter quod deducitur compēsatio sit ex causâ pensionis, cum clausulâ, *sine retardatione solutionis*, ut opinantur Lancellot. *tractat. de Attentat. p. 3. cap. 24. quæst. 28. num.* 6. Bersan. *de Compensat. cap. 12. quæst. 43. num.* 6.

SUMMARIUM

1 *Quæstio proposita duplicem difficultatem continet.*
2 *Tutor, si petat quod pupillo debetur, non patitur compensationem ejus pecuniæ, quam tutor proprio nomine adversario debet.*
3 Refertur text. in l. Id quod 23. ff. de Compensat.
4 *Tutor dum petit id, quod pupillo debetur, perinde habendus est, ac si esset dominus ejus actionis, quam exercet.*
5 *Tutori agenti etiam tutorio nomine, an compensatio objici potest?*
6 *Quod alii debetur; quàm ei, qui agit, vel convenitur compensatio objici nequit.*
7 *Tutor quod pupillorum nomine petit, ipsi pupilli petere videntur.*
8 *Tutori quod pupillorum nomine debetur, tamquam tutori compensatio opponi non potest ejus quantitatis, quam ipse tutor suo nomine eidem debitori debet.*
9 *Tutor duas repræsentat personas, propriam scilicet, et tutoriam.*
10 *Tutor quando agit ad id, quod pupillo debetur non dicitur ipse tutor, sed pupillus agere.*
11 *Tutores ejusdem pupilli possunt inter se compensare debita, et credita, quamvis tutela inter eos fuerit divisa, dummodò creditum, in quo nititur compensatio, ad pupillum spectet; secus verò ad tutorem proprio nomine.*
12 *Compensatio locum habet inter tutores ob debitum tutoris agentis, quod erga tutorem conventum provenit ex sua tutela.*
13 *Tutor debitum suum cum credito pupilli comprnsare non potest.*
14 *Tutor conventus potest compensare debitum pupilli cum proprio credito ejusdem pupilli.*
15 *Debitum unius cum alterius credito compensari non potest.*
16 *Tutor creditum suum pupillo cedere non potest.*
17 *Pupillus, manente tutela contra tutorem compensationem objectare non potest.*
18 *Tutor quatenus compensatione uti possit adversùs pupillum agentem.*

19 Tu-

19 *Tutores ad invicem inter se debitores, et creditores compensare possunt.*
20 *Pupilli, quando invicem debent, compensatio potest induci.*
21 *Reus promittendi potest opponere compensationem ejus, quod alteri Correo debetur, dum Correi sint socii.*
22 *Socius compensationem opponere non potest.*
23 *Fidejussor potest compensare, quod principali reo debetur.*
24 *Rei non sunt verè vice mutua fidejussores.*
25 *Obligatio duorum reorum est eadem, ideoque uno liberato, alter quoque liberatus censetur.*
26 *Compensationem quilibet debitor ex alterius persona liberatur.*
27 *Abbati, vel Monacho an possit objici compensatio.*
28 *Compensatio opponitur Monacho quando esset pro debito contracto ex causa separata.*
29 *Compensatio coram arbitro opponi non potest.*
30 *Compromissum, & compensatio æquiparantur.*
31 *Feudatario per dominum in casu retractus feudalis potest objici compensatio.*
32 *Argumentum de emphyteusi ad feudum validum est.*
33 *Emptor compensationem opponere potest.*
34 *Emphyteuta compensatione uti non prohibetur.*
35 *Socius compensare potest.*
36 *Accusatus de alio crimine contra adversarium de eodem crimine, dummodò civiliter agatur, compensationem optimè opponere potest.*
37 *Maritus, & uxor invicem rerum amotarum agentes compensare possunt.*
38 *Legatario objici potest compensatio, quamvis sit locus pius.*
39 *Fideicommissarius compensationem objectare potest.*
40 *Expensæ factæ in fideicommisso non compensantur cum fructibus.*
41 *Tutor, si agat pupilli nomine, non cogitur compensare creditum pupilli cum debito nomine proprio.*
42 *Compensatio inter alios, quàm inter debitores, & creditores ad invicem fieri non potest.*
43 *Compensare nemo potest id, quod non ei, sed alii debetur.*
44 *Tutor, si petat id, quod pupillo debetur, non potest compensatio objectari ejus pecuniæ, quam ipse tutor suo nomine adversario debet.*
45 Don Carolus de Luca *vir si non magni ingenii, saltem summi laboris.*

ARGUMENTUM

Utrùm Tutor id, quod Pupillo debetur, compensare queat.

QUÆSTIO XIII.

Bifariam involvere exquisitionem, si accuratè relatum dubium meditetur, cuicumque sedulò conspicienti apparebit. Quocirca quæstionem hanc duobus in casibus oportebit secernere, scilicet an tutor agẽs pro cõsequutione proprii crediti, ob debitum pupilli erga debitorem ejusdem tutoris à compensatione arceri debeat. Et an tutor pupilli nomine actionem aggrediens, creditum pupilli cum debito nomine proprio compensare cogatur? Ideoque ut ab indagatione hac, thematis salebrosiora quidèm adoriamur, breviter negativè respondetur, videlicet quod id, quod pupillo debetur, si tutor petat, minimè compensationem patitur ejus pecuniæ, quam tutor proprio nomine adversario debet, ut sectatur Diego. *opuscul. de Compensat. fol. mihi* 20. Donell. *Commentar. jur. civil. lib.* 16. *cap.* 15. *col.* 9. *num.* 30. Tyndar. *de Compensat. art.* 7. *num.* 7. Faber C. *lib.* 4. *tit.* 23. *definit.* 8. Salgad. in *Laberynt. credit. part.* 1. *cap.* 9. *num.* 65. *& part.* 2. *cap.* 32. *num.* 98. Castill. *Controv. jur. lib.* 4. *cap.* 40. *num.* 85. *&* 90. Valenzuel. *consil.* 156. *num.* 86. Brunneman. in *l. Id quod. ff. de Compensat.* Lautherbach. *de Compensat. thes.* 4. Brunneman. in *l. In rem suam. num.* 3. *ff.*

3. *ff. de Compensat.* Balduin. in *§. In bonæ fidei. versic. Invicem præstare. de Act.* Hothoman. *lib.* 16. *Epitom. tit. de Compensationibus. num.* 4. Costalius *part.* 3. *Adversar. ex lib.* 16. *Pandect. in l. Id, quod. tit. de Compensationibus.* Medices *de Compensationib. part.* 2. *quæst.* 15. Faber *Rational. in l. Id quod. ff. de Compensation.* Luca *de Pluralit. homin. legal. cap.* 7. *num.* 5. Coppelius *de Compensat. cap.* 4. *num.* 5. Barbosa in *l. Ejus* 9. *num.* 5. *C. de Compensation.* Zanger *de Except. part.* 3. *cap.* 8. *num.* 68. Bersan. *de Compensat. cap.* 3. *quæst.* 1. *num.* 23. & *quæst.* 8. *num.* 2.

3 Hujus conclusionis fundamentum est text. in *l. Id quod* 13. *ff. de Compensat.* Ubi Paulus Jurisconsultus *lib.* 9. *Respõs.* sic ait: *Id, quod pupillorum nomine debetur, si tutor petat, non posse compensationem objici ejus pecuniæ, quam ipse tutor suo nomine adversario debet.* Cui opitulantur text. in *l.* 1. text. in *l.* 2. *ff. de Compensat.* text. in *l. Ejus* 9. *C. de Compensat.*

4 Contra hoc fundamentum obstat id, quod tutor dum petit tamquam tutor, id, quod pupillo debetur, perinde habẽdus est, ac si esset dominus ejus actionis, quam exercet. Nam tutor, dum bonâ fide tutelam gerit, est loco domini, nec spoliat pupillum. text. in *l. Quidam* 7. *§. Tutor. ff. Pro emptor.* text. in *l. Is qui in puteum* 11. *§. An ignoscitur* 7. *ff. Quod vi, aut*
5 *clam.* Igitur tutori agenti, etiam tutorio nomine, poterit objici compensatio ejus quantitatis, quam ipse proprio nomine debet ei, qui convenitur: neque verò pupilli quicquam interesse videtur, cum quantum per compensationem tutori factam amiserit, tantum vicissim ab eo, actione tutelæ, sit repetiturus, ut fieri solet, quoties tutor rationibus suis intulit, quod ex re, vel pupilli pecuniâ consequutus probatur.

6 Huic obici satis itur asseverãdo, quod ejus, quod alii debetur, quàm ei qui agit, vel convenitur, compensatio objici nequit. text. in *l. Ejus* 9. *C. de Compensat.* text. in *l.* 1. & 2. *ff. Eod.* Sed quod pupil-
7 lorum nomine tutor petit, & tamquam tutor, non tam ipse videtur petere, quàm pupilli, quorum nomine petit, & quorum personã repræsentat; & sicuti alia est tutoris, alia pupilli persona: ita & alia persona tutoris esse intelligitur, quatenùs tutor est; alia verò tutoris simpliciter accepti, & generaliter in omnibus causis; cùm multum referat, an quis faciat aliquid tãquam talis, an verò tãquam quilibet. text. in *l. Si paterfamilias* 15. *§. Qui duos. ff. de Adopt.* Ergo ei, 8
quod pupillorum nomine debetur tutori, tamquam tutori, compensatio opponi non potest ejus quantitatis, quam ipse tutor suo nomine eidem debitori debet. Pupilli verò interest, ita jus constitui: ne, si ex persona sui tutoris compensationem pati cogatur, facilè incidat in damnum, & interim debiti sui, si non jacturam, saltem moram patiatur, eo fortassis tempore, pro quibus quam maximè intersit pecuniam solvi, quæ in ejus utilitatem cõvertatur. Nec quod pupillus id postea, authore tutore, tutelæ actione sit repetiturus, faciliùs eum obligare potest, ut compensationem patiatur, vel eâ ipsâ actione, quæ compensationẽ induxit, quod videlicet interfit ipsius per compensationem non solvere potiùsquàm solutum repetere. text. in *l. Ideo compensatio* 3. *ff. de Compens.* Et nemo ideò obligandus est; quoniam repetiturus sit ab alio, quod ipse præstiterit. text. in *l. Nemo ideo* 171. *ff. de Reg. jur.* Nam tutor duas repræsentat personas, 9
propriam scilicet, & tutoriam, quæ inter se non debent confundi argument. text. in *l.* 1. *C. de Compensat.* Sed quando 10
tutor agit ad id, quod pupillo debetur, non dicitur ipse tutor, sed pupillus agere, prout rectè Bersanus *de Compensat. cap.* 3. *quæst.* 8. *num.* 4. & Donell. *Comm. jur. civil. lib.* 16. *cap.* 15. *col.* 9. *num.* 30. Coppel. *de Compensat. cap.* 4. *num.* 5. Diego in *Opuscul. de Compensat. fol. mihi* 20. Ergo locum habere nequit compensatio juxta text. in *l.* 1. *ff. de Compensat.* text. in *l. Ejus* 9. *C. de Compensat.*

Quando sunt plures tutores ejusdem pupilli, possunt inter se compensare debita, & credita tutoria, quamvis tutela inter eos fuerit divisa, ut tradit Hothoman. *lib.* 16. *Epitom. tit. de Compensat. num.* 4. Costal. *part.* 3. *adversar. ex lib.* 16. *Pand.* in *l. Id quod. tit. de Compensat.* Quia unum, & idem patrimonium est *l. Inter tutores* 37. *ff. de Admin. tutor.* 11
Dum-

dummodò creditum, in quo nititur compensatio ad pupillum spectet; non verò ad tutorem proprio nomine. Medices *de Compensat. part.* 5. *quæst.* 14. *num.* 5. Donell. *Comm. jur. civil. lib.* 16. *cap.* 15. *col.* 5.-*n.* 40. Alex. *consil.* 92. *vol.* 4. Bersan. *de*
12 *Compensat. cap.* 3. *quæst.* 8. *num.* 6. Et non solùm inter tutores locum sibi vindicat compensatio, ob debitum tutoris agentis, quod erga tutorem conventum provenit ex sua tutela: verùm etiā si creditum, quod debitor compensare vult, ab ipso pupillo sit debitū: quippe sive ipse pupillus debeat; sive tutor ejus intuitu tutelæ, semper pupillus dicitur debitor, & creditor illius tutoris, qui conveniltur, & compensationem opponit, quod minimè adversatur dispositioni text. in *l.* 1. *ff. de Compensat.* text. in *l. Ejus* 9. *C. de Compensat.* Faber. *C. lib.* 4. *tit.* 23. *definit.* 8. Castill. *Contr. jur. lib.* 4. *cap.* 40. *num.* 85. Brunneman. in *l. Inter tutores* 36. *ff. de Administrat. & pericul. tutor.* Bersan. *de Compensat. cap.* 3. *quæst.*
13 8. *n.* 11. Unde sicut tutor, qui agit proprio nomine, ab onere compensationis est immunis, eodem quoque modo, quando debitor proprio nomine convenitur, quia tunc compensatione minimè utetur, quoniam debitum suum cum pupilli credito compensare nequit. Faber *C. lib.* 4: *tit.* 23. *definit.* 8. Bersan. *de Compensat. cap.* 3. *quæst.* 8. *num.* 12. Ricc. *Collect. part.* 1. *collect.* 305. *vers. limita.* 8.

14 Pupilli nomine tutor conventus non impeditur, quin possit compensare debitum pupilli cum proprio credito ejusdem pupilli, quia tenetur illum defendere Bachovius ad Treutler. *vol.* 1. *disput.* 25. *thes.* 10. *litera A. B. & C.* Coppel. *de Compensat. cap.* 3. *num.* 25. Diego. *Opuscul. de Compensat. fol. mibi* 20. Zang. *de Except. part.* 3. *cap.* 8. *num.* 68. Vel cum proprio ipsius tutoris credito. Faber *Codic. lib.* 4. *tit.* 23. *def.* 8. Ubi satisfacit text. in *l.* 1. *ff. de Compensat. & l. Ejus* 9. *C. de Com-*
15 *pensat.* Cum concordantibus, ubi præcipitur minimè compensandum esse debitum unius cum alterius credito, allegando fallentiam dispositionis prædictæ, ubi alterius creditum in debito-
16 re per cessionem factam concurrit; sed quia tutor creditum suum pupillo cedere nequit. text. in *l. Quod dicimus* 7. *ff. de Auctorit. tutor.* Quapropter in hoc casu tenendum est, cessionem favore pupilli inductam esse ex legis operatione, ne sequatur pupillum esse deterioris conditionis, quàm alii, quod maximum esset absurdum, prout dicit Bersan. *de Compensat. cap.* 3. *quæst.* 8. *num.* 15. Diego *Opuscul. de Compensat. fol. mibi* 21.

Pupillus enim, tutelâ adhuc manen- 17
te, adversùs tutorem compensare non potest, quamvis contra alium potuerit. *l. Quæcumque. ff. de Compensat. l. Inter tutores* 36. *ff. de Admin. tutor. l. Id quod penult. ff. de Compensat.* Tynd. *Opuscul. de Compensat. art.* 7. *num.* 6. Medic. *de Compensat. part.* 2. *quæst.* 14. *num.* 4. Bersan. in *Eodem opuscul cap.* 3. *quæst.* 8. *num.* 16.

Nunc enim videndum est de tutore, 18
quatenùs compensatione uti possit adversùs pupillum agentem. Et de hac quæstione extat rescriptum Imperatorum in *l. Si tutores* 11. *C. de Compensat.* Ubi disceptatur; an tutorum nominatores, qui tutoribus, aut eorum fidejussoribus solvendo non existentibus, rectè conveniuntur à pupillis, possint compensare pecuniam, quam pater ex eo, quod præfuit primipilo, ideft, annonæ militari curandæ, exhibēdæq; exercitui. Et escripserunt autem Imperatores cō- 19
pensationi locum esse, ut tradit Medic. *de Compensat. quæst.* 14. *num.* 1. *part.* 2. Zanger. *de Except. part.* 3. *cap.* 8. *num.* 66. Bersan. *de Compensat. cap.* 3. *quæst.* 8. *num.* 18. Solverunt enim nomine debitoris, ejusque hæredum, & proinde negotium eorum utiliter gesserunt, unde & pupillos sibi obligarunt, negotiorum gestorum actione. Cum ergo invicem 20
debeant pupilli, rectè quoque hoc debitum nominatores, & sic etiam tutores, eorumve fidejussores sua debita compensant text. in *l. Si constat.* 4. *C. de Compensat.*

Quid dicendum de uno ex promit- 21
tendi reis, stipulatione convento, an possit opponere compensationem ejus, quod alteri correo debetur? Et affirmativè respondetur, dummodò ipsi correi sint socii per text. in *l. Si duos. ff. de Duobus reis.* Donell. in *l. Ejus* 9. *num.* 8. *C. de Compensat.* Brisson. *de Solut. lib.* 2. *tit. de*

Compensat. Gæd. *Ad tit. de Verb. oblig. cap.* 12.*concl.*9.*num.*82. Azo. *Summ. C. de Compensat.num.*8. Ronchegal.in dictâ *l. Si duos. num.* 13. & 14. *ff. de Duobus reis.* Tynd.*Opuscul.de Compensat.part. art.* 7. *num.* 9. Zanger.*de Except.part.* 3. *cap.* 8 *num.* 64. Medices *de Compensat.quæst.* 6. *num.* 2.*part.*2 Diego.*Opuscul.de Compensat.fol. mibi* 23.

22 Hujus ratio est, quia societate inter socios contractâ efficit, ut id quod unius socii est, alterius esse intelligatur, & vice versâ; scilicet rebus omnibus jure societatis inter ipsos socios communitatis text. in *l.*1.*in fine*, text.in *l.*2.& 3. *ff. Pro socio.* Secus autem foret dicendum, si ipsi correi non fuerint inter se socii, quoniam uni judicialiter convento, non prodest ad compensationem opponendam, quod vicissim altero correo ab ipso actore debetur, eò quod tunc unus ex alterius persona conveniri non censeatur. text.in *l.Si duos.*ibique Interpretes *ff.de Duob.reis.*

23 Contra hujusmodi rationem urget id, quod constat, fidejussorem compensare posse etiam quod principali reo debetur; sed duo rei promittendi dicuntur vice mutuâ fidejussores, quasi unus pro altero fidejusserit text. in *l. Reos.in princip.ff.de Duob.reis*: Ergo semper, & indistinctè unus correus compensare poterit, quod alteri ab actore vicissim debetur, quamquam socii non fuerint.

24 Sed respondetur negando consequētiam. Nam duo rei intelligūtur, sive videntur esse vice mutuâ fidejussores, verè autem non sunt, licèt intelligantur quodammodò, seu ad aliquid, nempe ad hoc, ut inter eos actio, volente stipulatore dividi possit, de quo effectu respondit Jurisconsultus in *l. Reos. ff. de Duob. reis.* Conceptum enim est, quod veri fidejussores à parte rei non sint, ex co, vel evidenter patet, quod duo rei promittendi sint duo principales debitores. text.in §. 1. *Institut. de Duob. reis.* Neuter igitur alterius est fidejussor, quia fidejussor non est principalis reus, sed accessio obligationis principalis. text. in §. *Fidejussores. Institut. de Fidejussorib.*

At rursùs hujusmodi urgebis. In duorum reorum obligatione, una & eadem est res, quæ debetur, & una est omnium obligatio, quæ res operatur, ut uno liberato quocumque modo liberatus est, & alter quoque liberetur. text. in *l.*3.*in fine ff.de Duob.reis.* text.in §.1. *Institut.de Duob.reis*: Ergo uno per cōpēsatione liberato, quoque & alter liberabitur, & per cōsequens etiam unus uti poterit compensatione ex alterius persona absque ullo contractæ, vel initæ inter eos societatis requisito, hoc est, quamquam socii non sint. 25

Huic enim objectioni respondetur, negando posteriorem consequentiam, & ut difficultas faciliùs percipiatur, advertendum est, quemlibet quidèm reum debendi, ex alterius persona, sivè socius sit, sive non, uti posse exceptionis compensatione, si alteruter fuerit per compensationem à se objectam liberatus, quia sicut argumentum benè probat, hoc ipso uterque liberatus est simul, verùm sicut alter per compensationem minimè ab obligatione liberatur: nisi conventus compensationem ejus, quod sibi ex adversò debetur objicienti; ita hanc compensationem ipse solus opponere potest; non autem alter correus, cui nihil debetur. 26

Quid si ego obligatus sim Monacho, qui agit adversùs me: an possim compensare, quod mihi Abbas debet, vel quilibet alius de Monasterio? Affirmativè respondetur, quoniam Monachus nihil proprii habet, & utraque causa dicitur Monasterii text. in *l. Debitor. ff. de Tribut.legat.* Medic. *de Compensat. quæst.* 8.*num.*1.*part.*2. 27

Limita hanc conclusionem, quando esset pro debito contracto ex causa separata à Monasterio, quoniam scilicet officia essent diversa. text.in *l.Procuratorum.§. Si plures. ff. de Trib.* Idem si debeo Abbati. Nam Conventus mihi compensabitur Joann. Faber in §. *In bonæ fidei num.* 18. *Institut. de Act.* Medic. *de Compensat.quæst.*8.*num* 3.*part.*2. 28

Sed an compensatio coram Arbitro objici possit? Negativè respondetur. ita Bald.in *l.Neque.C.de Compensat.l.Penult. C.Si à nō compet.judic.*in *cap.Cum dilectus* 29

de

de Arbitr. & in addit. ad Speculat. *tit. de Arbitr. col.* 3. Medic. *de Compensat. quæst.* 9. *num.* 1. *part.* 2. Quod locum habet, nisi ex eadem causa, ex qua compromissum factum est. Bald. in *l* 1. *C. de Arbitr.* in *l. Nemo, & l. Cum Papinianus. de Sentent.* Lanfranch. *Tract. de Arbitris. quæst.* 29. Bart. in *l. Verum. ff. de Compensat.* Alex. *consil.* 119. *vol.* 2. Hoc quoque procedit in arbitratore. Tynd. *Opuscul. de Compensat. art.* 8. *num.* 44. Jaso in *l. Est receptum*
30 *num.* 12. *ff. de Jurisdict. omn. judic.* Sciendum autem est, quod compromissum, & compensatio æquiparantur juxta communem opinionem Alex. *consil.* 22. *num.* 3. *lib.* 1. *consil.* 3. *vol.* 3. Alciat. in *l. cum te num.* 4. *C de Compensat.* Suarez. *lib. Comm. opinion. verbo. Compromissum.* De quo te remitto ad meum tractatum de compromissis, & Arbitris, quem nunc præ manibus habeo, & Deo, Beatâque Virgine Solitudinis faventibus, quamprimum Typis mandabo, si humanitate assuetâ, hunc de compensationibus à malevolorum acrimonia, ac mordacitate tuearis.

31 Quid dicendum de feudatario an ei possit per dominum in casu retractus feudalis. objici compensatio? Et affirmativè respondet Medices *de Compensat. quæst.* 11. *num.* 1. *part.* 2. ex notat. in *tract at. Consuet. Paris. tit* 1. §. 13. *gloss.* 7. *num.* 10. Quoniam non stat per compensantem, ut verè solvatur, sed per adversarium, qui solvere distulit. text. in *l.* 3. §. *Cum igitur. ff. de Stat. liber.* Bart. in *l. Amplius non peti. ff. Rem ratam haberi.* Tiraquell. *de Retract. lignag.* §. 3. *Gloss.* 3. *num.* 5. Et hoc quod dicitur de feudatario procedit in emphyteuta Tiraquell. dicto loco *num.* 4. Medices *de Compensat. quæst.* 11. *num.* 2. *part.* 2. Fulgos. in *l. Si constat* 4. *C. de Compensat.* Alberic. in *l. Cum alter. num.* 16. *ff. eod.* Jaso in *l.* 2. *num.* 56. *C. de Jur. emphyt.* Faber. in §. *In bonæ fidei. num.* 13. *Institut. de Act.* Socin. *consil.* 119. *vol.* 1. Curt. Jun. *consil.* 71. Et sicut
32 emphyteuta non cadit à jure suo, si compensare potest, idem etiam dicendum est de feudatario, quia de emphyteusi ad feudum, & è contra, valet argumentum. text. in *l.* 1. §. *final.* ibique Gloss. *ff. Si ager vectigal. cap.* 1. §. *Rei autem. de Investit. de Re alien. fact.* Everard. *Topic. legal. loco.* 12. Cantiunc. in 2. *specie loci à simili.* Covarruv. *Variar. Resolut. lib.* 2. *cap.* 18. *num.* 1. Caldas *de jur. emphyt. tit. de Potestat. eligend. cap* 11. *num.* 43. & *tit. de Nominat. emphyt. quæst.* 17. *num.* 28. & *tit. de Renovat. emphyt. quæst.* 9. *num.* 17 Valasc. *de Jur. emphyt. quæst.* 39. *num.* 19. & Corbul. *de Jur. emphyt. tit de Privat. ob non solut. canon. ampliat.* 37. *in fine.*

Sequentes quoque personæ compensare possunt, ut sunt emptor. Dynus in *cap. Is, qui. num.* 12. *de Regul. jur. in* 6. Aug. Ber. in *cap.* 1. *num.* 120. *de Usur.* Angel in *l. Si quis in rem. ff. de Procurator.* Tynd. *de Compensat. art.* 6. *num.* 2. Cagnol. in *l In omnibus.* §. *Non debeo. ff. de Regul. jur. num.* 1. Alex. *consil.* 54. *vol.* 2. Medices *opuscul. de Compensat. quæst.* 15. *num.* 1. *part.* 2. Fulgos. in *l Si constat* 4. *C. de Compensat.* Faber in §. *In bonæ fidei. num.* 17. *de Act.* ibique Jaso *num.* 83. Socius Gloss. in *l. Ejus* 9. *C. de Compensat.* Azo. *Summ. C. de Compensat. num.* 7. Tynd. *de Compensat. artic.* 5. *num.* 30. Medices *de Compensat. quæst.* 15. *num.* 4. *part.* 2. Accusatus de aliquo crimine. Nam is contra adversarium de eodem crimine, dummodò civiliter agatur, compensationem opponere potest. text. in *l. Si ambo* 10. *ff. de Compensat.* text. in *l. Viro, atque uxore* 40. *ff. Solut. Matrim.* Abb. in *cap. Mulier. num.* 5. *de Convers. conjug* Dec. in *cap. Dilecti. num.* 6. *de Except.* Medices *de Compensat. quæst.* 15. *num.* 5. *part.* 2. Maritus, & uxor invicem rerum amotarum agentes compensare poterunt. text. in *l. Mulier. ff. Rer. amotar.* Legatario objici potest compensatio, etiam si sit locus pius Salycet. in *l Etiam. C. de Compensat.* Mynsinger. in §. *In bonæ fidei. num.* 33. *Institut. de Act.* Medices *de Compensat. quæst.* 15. *num.* 8. *part.* 2. Fideicommissarius etiam potest opponere compensationem Gloss. in *l. Etiam. C. de Compensat.* Zasius in §. *In bonæ fidei. versic. Iste. Institut. de Act.* Aug. Ber. in *cap.* 1. *num.* 33. *de Restitut. in integr.* Barbat. *consil.* 36. *vol.* 2. Et si hæres gravatus fecerit expensas in fideicommisso, non compensantur cum fructibus, sed sibi debentur expensæ Grat. *consil.* 9. *num.* 17. *vol.* 2. Medices *opuscul.* 33 34 35 36 37 38 39 40

*de Compensat. quæst.*15. *num.*10. *part.*2. Marzar.*tractat.de Fideicommiss. part.*3. *quæst.*67. Bald.in *l.Final. §.In computationem. num.*3. *C.de Jur.emphyt. & consil.* 171.*vol.*1. Angel.*consil.*245. Æmil. *consil.*15.

41 Tutor si agat pupilli nomine, an compelli possit ad compensandum creditum pupilli cum debito nomine proprio? Cui equidèm negativè respondetur, & responsio, nimirum potest sufffulci dispositione text. in *l.*1. *ff.de Compensat.* Quò Modestinus, compensationem haberi satis ostendit, quoties fit inter debitores, & credirores ad invicem.
42 Igitur inter alios fieri nequibit. Huic Modestini responso summoperè adfavet quædam dispositio text. in *l.*2. *ff.de Compensat.* Ubi compensare cuilibet indulgerur, dummodò compensarionē fieri poscatur inter debitores, & creditores; ut affarim extrudi potest ex illis verbis: *Unusquisque debitorem suum, eundemque creditorem petentem summovet, si paratus est compensare.* Nam ex illis verbis: *Debitorem suum, eundemque creditorem.* Apertè depromitur, ideò compensationem induci posse, quia
43 supponitur fieri inter debitores, & creditores. Opitulatur demum rescriptum Imperatoris in *l.Ejus* 9.*C.de Compensat.* Ubi nemo compensare potest id, quod non ei, sed alii deberur. Unde si adducta in genere hucusque urgent pro opinione hac, ubi ad specialiora devenitur difficultas lenita magis mulcescit ex text. in *l.Id quod pupillorum. ff.de Com-*
44 *pensat.* Ubi docemur, ut id, quod pupillorum nomine debetur, si tutor petat, non posse compensationem objici ejus pecuniæ, quam ipse tutor suo nomine adversario debet. Quæ quidèm conclusio non solùm expresso jure fulcirur; sed quoque Doctorum authoritate nixatur, cum eandem sectentur, ac amplectantur Donell. *Comment. jur. civil. lib.*16. *cap.*15. *col.*9. *num.*30. Salgad. *Laberynt. credit. part.*1. *cap.*9. *num.*65. Coppel.*opuscul.de Compensat.cap.*4.*num.* 5. Faber *lib.*4.*Codic.tit.*23.*definit.*8. Medices *opuscul.de Compensat.part.*2. *quæst.*
45 14.*num.*2. Idemque obiter tetigit Don Carolus de Luca, vir si non magni ingenii, saltem summi laboris in suo *tractat.de Pluralit.homin.legal.cap.*7. *num.*5.

SUMMARIUM

1 *Alimentorum nomine quid continea tur.*
2 ÆliusDonatus *cibum distinguit à victu.*
3 *Cibus quid sit.*
4 *Ambrosia ac nectare Deos vectitare, & ob id numquam senescere veteres fingebant.*
5 *Victus in parvis, aridisque alimoniis constitutus est.*
6 *Corpus absque cibariis vestiario, & habitatione commodè ali nequit.*
7 *Alimenta quomodo accipiantur, juxta* Donellum.
8 *Quæstio proposita de quibus alimentis intelligi debeat.*
9 *Compensatio admittitur in omnibus actionibus.*
10 *Compensatio non admittitur in alimentis.* & referuntur Doctores hanc conclusionem amplectentes.
11 Expenditur text. in l. In ea 3. C.de Compensat.
12 *Alimentorum causa est valde privilegiata, & habet specialem favorem.*
13 *Venter dilationem non patitur.*
14 *Alimenta denegare necare est.*
15 *Refertur quædam Senatus Sabaudiæ decisio, in qua adversùs alimenta admissa fuit compensatio.*
16 *Ratio quare Senatus Sabaudiæ compensationem in alimentis admittit.*
17 *Alimentarius tenetur operari ad commodum ejus, qui alimenta præstat.*
18 *Alimentarius, si non præstat opera, expensæ alimentorum cum servitiis, operibusque compensantur.*
19 *Maximè post septennium.*
20 *Qui non facit quod debet, non recipit quod oportet.*
21 *Auctoris distinctio.*
22 *Alimentarius quando per conventionem est obligatus ad operis præstationem, si eas non præstat, opera cum alimentis compensantur.*
23 *Alimenta, nec alimentorum expensæ repetuntur, quando affectio, vel sanguinis conjunctio considerari potest.*
24 *Expensæ factæ à marito in alendo uxorem,*

rem, nec repetuntur, nec compensantur.

25 *Expensæ factæ à Patre in alendo filio compensari non possunt.*

26 *Argumentum de alimentis ad dotem, & è contra, validum est.*

27 *Dilatio in dote dari potest, secus verò in alimentis.*

28 *Compensatio admittitur in alimentis præteritis.*

29 *Alimenta præterita non gaudent iisdem privilegiis, ac alimenta præsentia, & futura.*

30 *Compensatio non admittitur in alimentis præteritis, quando crediti alimentarii altiorem indaginem requirit.*

31 *Nec admittitur compensatio, si debitum esset litigiosum.*

32 *Compensatio admittitur in alimentis, quando alimentarius habeat unde se alat.*

33 *Compensatio non admittitur cum alio debito, quoties quis debet alimentorum nomine.*

34 *Compensatio quando non admittatur in alimentis præteritis.*

35 *Alimenta à patre filio præstita non compensantur cum bonis adventitiis.*

36 *Actio pro alimentis quando competat.*

37 *Compensatio de liquido ad illiquidum non datur.*

38 *Compensatio non admittitur in alimentis debitis post litem motam.*

39 *Compensatio non admittitur in debito ex causa victuali.*

40 *Obligatio antidotalis non compensatur cum debito illius, qui ad antidotam obligatur.*

41 *Compensatio non admittitur in ebaritativo subsidio debito ratione alimentorum.*

42 *Compensatio alimentorum non liquidorum non admittitur contra instrumentum exequutivum.*

43 *Compensatio non admittitur in pensionibus, quæ pro alimentis Clericis reservantur.*

44 *Compensatio non admittitur in alimentis, seu stipendiis Scholasticorum.*

45 *Mercator non potest differre pecunias destinatas ad victum scholasticio, ad hoc ut cum suo debito compensentur.*

45 *Compensatio admittitur in foro conscientiæ in alimentis quando alia via debitum recuperari nequit.*

ARGUMENTUM.

Utrùm in Alimentis recipiatur compensatio.

QUÆSTIO XIV.

Alimentorum appellatione non 1
solùm, quæ ad corporis nutrimentum pertinent intelliguntur; sed etiam sub alimentorum nomine cibaria, vestiarium, & habitatio continetur text. in *l. Victus. l. Quos nos hostes. §. Verbum vivere. ff. de Verbor. signif.* text. in *l. Legati* 6. text. in *l. final ff. de Aliment.*
legat. Ælius Donatus in *Comment.* ad il- 2
lud Terentii in *Andria act.* 1. *scen.* 1. *n* 48.

Agebat, lana, ac tela victum quæritans.

Cibum distinguit à victu. Cibus 3
enim est, qui etiam delicatis præbe-
tur. Quapropter fingitur, Deos ne- 4
ctare, ac ambrosiâ vectitare, nec ob id unquam senescere. Unde Cicero *lib.* 1. *Tusculanar.* ibi: *Non enim Ambrosia Deos, aut nectare, aut juventute pocula ministrante lætari arbitror.* Quò respiciens Ovid. *lib.* 4. *Metamorph.* ait.

Protinus imbutum cœlesti nectare corpus
Dilituit, terramque suo madefecit odore.

Et *lib.* 10.

Abripit Illiaden, qui nunc quoque pocula miscet,
Invitaque Jovi nectar Junoni ministrat.

Et quoque innuit Martial. *lib.* 11. *Epigramm.* 58.

Juppiter Ambrosia satur est de nectare vivit.

Victum in parvis, aridisque alimoniis 5
constitutum esse fatetur idem Donatus innixus illo Virgilii.

Victum infelicem, baccas lapidosaque corna
Dant rami.

Ideò

6 Ideò sub alimentorum nomine cibaria, vestiarium, ac habitatio continentur, quia absque iis corpus ali nequit, nec commodè sine tegumēto vivere potest. Gregor. *Syntagmat. jur. lib. 9. cap. 19. n. 6.*

7 Donellus. *Cōment. jur. civil. lib. 16. cap. 15. fol. mihi* 694. *versicul Quarta causa*. Loquens de materia compensationis, asseverat alimenta accipi, non quæ Reipublicæ præstantur, quæ his non indiget; sed quæ Respublica egenis præbet. Quales sunt pecuniæ destinatæ ad pauperum alimoniam in Ptochotrophiis, Orphanotrophiis, Nosocomiis, Xenodochiis, Brephrotrophiis, & Ascetriis, de quibus agit Rub. *C. de Episcop. & Cleric.* & similibus miserabilibus personis, quæ cōmemorātur in *l. Penul. C. de Sacros. Eccles.*

8 Et quamvis Donell. *lib. 16. Comm. jur. civil. cap. 15.* Loquatur de alimentis, quæ præstantur miserabilibus personis: attamen proposita nostra quæstio intelligi debet de omnibus iis, quæ alimentorum vice funguntur, vel in eorum locum subrogantur. Et licèt per generalitatem text. in *l. final. C. de Compensat.*

9 & text. in *§. In bonæ fidei. Institut: de Act.* Ubi in omnibus actionibus compensatio locum habet, videbatur asserendū, cōpēsatione in alimētis locū habere posse.

10 Verūtamen cōtraria opinio est tenēda, scilicet compensationem in alimentis admittendam non esse, quam opinionem profitentur Cujac. *Ad tit. C. de Compensat. in fin. litera C. & in Novella.* 88. *de Deposit. & denunciat.* Hothoman. *Epitom. lib. 16. tit. 2. num.* 6. Donell. *Comm. jur. civil. lib. 16. cap. 15. col. 4. vers. quarta causa.* & in *l. 3. num. 9.* Hothoman. Wissembach. & Brunneman. *num. 2. C. de Compensat.* Faber. *lib. 4. tit. 23. defin. 7.* Castill. *de Aliment. lib. 8. cap. 67. num. 5.* Gregor. *Syntagmat. jur. part 3. lib. 21. cap. 22 num.* 6. Bellon *consil. 31.* Petris *consil. 57. num.* 8. Guid. Pap. *decis.* 439. Fulgin. *de Jur. emphyt. tit. de Solut. canon. quæst. 1. nu.* 317. Burg. *de Laudem. part. 3. inspect. 8. num. 11.* Thomas *de Tutor. & curat. tit. 19. num.* 3009. *limit.* 344. Guilli Anth. *de Rescript. & mor. cond. 40. num. 12.* Giurb. *decis. 4. num.* 48. Leoncill. *de Privileg. pauper. 62. num. 2.* Meli ad Castill. *de Aliment. cap. 67. num. 5.* Salgad. *Laberynt. creditor. part. 3. cap. 6. §. Unico. num. 3.* Balmased. *de Collect. quæst. 10. num. 13.* Surd. *de Aliment. tit. 7. quæst. 10. num. 8.* Molfes. *ad Consuetud. Neapol. part. 6. quæst. 11. n. 10.* Caput. *ad Consuetud. Si moriatur. part. 2. §. 11. num. 27.* Escobar. *de Confessar. solicitant. ad vener. part. 2. quæst. 3. §. 3. num. 39.* Diego *Opuscul. de Compensat. fol. mihi* 13. Bim. *consil. 156. num. 17.* Grassis *de Except. except. 16. num. 60.* Bersan. *de Compensat. cap. 3. quæst. 21. num. 11. & cap. 2. quæst. 2. num. 9. & cap. 2. quæst. 6. num. 1.* Medic. *de Compensat. quæst. 14. num. 1. part. 1.* Gratian. *Discept. forens. cap.* 728. *num.* 32. Peregrin. *de Jur. fisc. lib. 6. tit. 7. num. 15. in fin.* Prax. Papiens. in *Form. libell. quo agit pro leg. Rei sing. num.* 85. Barbos. in *l. 3. num. 1. & 12. C. de Compensat.* Faber. in *§. In bonæ fidei. num. 19. col. penult. Institut. de Act.* Zacch. *de Salar. quæst. 104. num. 1.* Surd. *tractat. de Aliment. tit. 8. privileg. 53. num. 5.* Ricc. *Collect. decisio. part. 2. collect. 305. vers. limita. 12.* Sabell. *Variar. Resolut. cap. 56. num. 13.* Add. ad Sanfelic. *decis. 414. num. 5.* Guzman. *Verit. jur. verit. 126. num. 13.* Bald & Salyc. *num. 1. in l. In ea 3. C. de Compensat.* Sabell. *Summ. divers. tractat. §. Compensatio num. 20.* Marescot. *Variar. Resolut. cap. 83. num. 4.* Ciarlin. *Controver. forens. lib. 1. cap. 36. num. 22.* Polidor Ripa. *Observat. 54. num. 1:* Surd. *de Aliment. tit. 7. quæst. 10. num. 8.* Gigas *de Pens. quæst. 92. num. 4.* Castill. *Controv. jur. lib. 4. cap. 40. num.* 84. Pontan. *de Aliment. quæst. 19. num.* Calvin. *de Æquitat. lib. 1. cap. 7. num. 13.* Molina. *de Just. & jur. tractat. 2. disputat. 560. propè finem.* Castropal. *tractat. 32. disputat. 1. punct. 16. §. 2. num. 12. in fine.* Coler. *Tractat. de Aliment. lib. 2. cap. 7. num. 38.* Salgad. *Laberynt. Credit. part. 3. cap. 6. §. Unic. num. 11.* Cyriac. *Controv. 34. num. 25.* Cardosus *Prax. verbo. Compensatio. num. 9.* Accurs. in *l. 3. verb. Alimentorum. C. de Compensat.*

Hæc opinio nostra nixatur quodam 11
Alexandri Imperatoris rescripto, quod registratur in *l. 3. C. de Compensat.* Ubi rescribens Capitoni, ac enumerans debita, adversùs quæ compensatio admitti non potest, refert alimentorum causam, vel debitum, contra quod compensatio opponi non potest, ut appa-

ret

ret ex textu ibi: *In ea, quæ Reipublicæ te debere fateris, compensari ea, quæ invicem ab eadem tibi debentur, is cujus de ea re notio est jubebit, si neque ex Kalendario, neque ex vectigalibus, neque ex frumenti, vel olei publici pecunia, neque tributorum, neque alimentorum, neque ejus, qui statutis sumptibus servit, neque fideicommissi Civitatis debitor sit.*

12 Fulcitur quoque eâ ratione, quia causa alimentorum summoperè privilegiata est, specialemque favorem nanciscitur, ut exponunt Cujac. in *Novell.* 88. *de Deposit. & denunciat. fol. mihi* 535. Donell. *Comm. jur. civil. lib.* 16. *cap.* 15. *vers. quarta causa. fol. mihi.* 694. Faber. *C. tit.* 23. *defin.* 7. *lib.* 4. *in allegat. num.* 1. Bersan. *de Compensat. cap.* 2. *quæst.* 7. *num.* 2. Castill. *de Aliment. lib.* 8. *cap.* 67. *num* 5. Natta *consil.* 590. *num.* 5. Pontan. *de Aliment cap.* 19. Surd. *Eod. tractat. tit.* 8 *privileg.* 53. *num.* 5. *& tit.* 8. *privileg.* 1. *num.* 9. Coler. *lib.* 2. *cap.* 7. *num.* 38. Boss. *cap.* 19 *num final.*

13 Ratio rationis est, quia venter dilationem non patitur text. in *l. Eadem ratione* 2. *ff. de Feriis.* text. in *l.* 1. *ff. Ubi pupill. educar. deb.* text. in *l. Pecunia.* 8. *ff. de Aliment.* Medic. *Opuscul. de Compensat. quæst.* 14. *num.* 2. *part.* 1. Castill. *de Aliment. lib.* 8. *cap.* 67. *num.* 5 Surd *tit.* 1. *quæst.* 44. *num.* 36. Bald. in *l. Pactum. C. de Collat.* Diego *Opuscul. de Compensat. fol. mihi* 13. Gloss. in *l. Eadem ratione. verbo. Alimenta. ff. de Feriis.* Molina *de Just. & jur. tractat.* 2. *disputat.* 560. *ad fin.* Castropal. *tractat.* 32 *disputat.* 1. *punct.* 16. *§.* 2. *num.* 12.

14 *in fin.* Igitur jure meritò in alimentis compensatio repellitur. Quippe si admitteretur, denegarentur alimenta, & qui alimenta denegat, necare dicitur. text. in *l. Necare. ff. de Liber. agnoscend.* & ibi Bart. *cap. Pasce. distinct.* 86. Gigas *de Pensionibus. quæst.* 92. *num.* 4. Addent. ad Sanfelic. *decis.* 414. *num.* 5. Gomez. *Variar. Resol. tom.* 2. *cap* 4. *num.* 14. Corduba in *l. Si quis à liberis. §. Item Judex. n.* 58. *ff. de lib. agnoscend.* Doringius in *verbo: Alimenta. num.* 343. Diego *opuscul. de Compensat. fol. mihi* 13. Medices *quæst* 14 *n.* 2. *pars* 1. Bellenz. *de Charitativ. subsid. quæst.* 53. Grass. *de Exceptionib. except.* 16. *num.* 62. Faber. in *§. In bonæ fidei. num.* 19 *Instit. de Act.*

Nec satis obsistit quædam Senatus 15 Sabaudiæ decisio, quam refert ejus Præses Antonius Faber *lib.* 4 *C. tit.* 23. *defin.* 7. Ubi quamvis petitioni alimentorum nequeat opponi compensatio: attamen cum pendente lite super æstimatione, & liquidatione legitimæ, fructuumque ex eâ causâ debitorum, Senatus ille quibusdam ductus rationibus, certam pecuniæ quantitatem uni ex liberis adjudicasset alimentorum nomine, placuit petentem eum cogendum compensare, quod invicem fratri condemnato, eidemque patris hæredi ab eo deberi liquidò constaret, si aliud nihil compensationem impediret, causâ scilicet debiti inspectâ, quandoquidem legitimæ, fructuumque exinde debitorum petitio, eam exceptionem pateretur. Quippe respondetur, Senatum ita sensisse, perpensis causæ circumstantiis, præsertim cum ibi id fieri necessùm 16 erat, ne is interim fame periret text. in *l. Si instituta* 27. *§ penult. ff. de Inofficios. testament.* text. in *l. Final. C. de Ordin. cognition.* text. in *l. Filius* 9 *ff. de Jur. deliberand.* text. in *l.* 1. *§. Et generaliter. ff. de Vent. in poss. mittend.*

Limitatur 1. Nostra conclusio in ca- 17 sibus, in quibus alimentarius tenetur operari ad commodum ejus, qui alimẽta præstat, quod facere tenetur, ut voluêre Bart. in *l. Cujo. §. final ff. de Alimẽt. & cibar. legat.* & in *l. Divortio. ff. Solut. matrimon.* & in *l. Sicut. ff. de Oper. libert.* Tusch. *concl.* 188. *lit. A. num.* 1. Addent. ad Sanfelic. *decis.* 414. *num.* 5. Surd. *de Aliment. tit.* 4. *quæst.* 92. Ludovic. *decis.* 92 *num.* 13. Sabell. *Summ. divers. tractat. §. Alimentà. num.* 6. Unde si id, ad quod 18 tenetur non faciat, alimentorum expensæ cum servitiis, operibusque alimentarii compensantur. text. in *l. In rebus. §. Possunt. ff. de Commod.* text. in *l. Si servi. §. final. ff. de Ædilit. edict.* Grassis *de Exceptionibus. except.* 16. *num.* 61. Surd. *de Aliment. privileg.* 53. *num* 9. Castill. *de Aliment. lib.* 8. *cap.* 67. *num.* 8. Bursat. *consil.* 94. *num.* 11. Corn. *consil.* 257. *vol.* 1. Aretin. *consil.* 48. *in fine.* Riminald. Sen. *consil.* 94. *vol.* 2. Sabelli. *Variar. Resolut. cap.* 42. *num.* 2. Zacch. *de Salar. quæst.* 104. *num.* 6. Salycet. in *l.* 4. *col.* 2. *versic. Exempla*

pla

plu bujus compensationis. C.de Compensat. Aretin.in *§.In bonæ fidei. num.8.Institut. de Act. & in l.3.C de Compensat.* Bart.in *l.Ob negotium. ff.de Compensat.* Doctores in dicta *l.Ob negotium. ff. eod.* Medices *deCompensat.quæst.14.num.4.part.1.* Ma-
19 ximè postseptennium Sabelli. *Variar. Resolut.cap.42. num.3.* Surd. *de Aliment. tit.1.quæst.66.* Rot.*part.11.Recent.decis. 149.num.12.* Gratian. *Disceptat.forens. cap.374.num.20.* Addent.adSanfelic.*decis.414.num.5.* Medices *decis.86.num.36.* Magon.*decis.Lucens.9.num.26.* Surd. *de Aliment.tit.1.quæst.83.* Aretin.in *l.Si negotium. C.de Negot.gest.* Cordub. in *l.Si quis à liberis. §. Si mater. num.66. ff.de Liber.agnosc.* Sabelli. *Summ.divers. tractat.§.Alimenta. num.6.* Et ratio est,quia
20 alimenta non debentur, nisi operando: Ergo,qui non operatur,cum non faciat quod debet, nou recipit quod oportet. text. in *l.Cum proponas. C. de Pact.* Sed
21 hoc mihi absolutè nō placet, nisi dumtaxat quando alimentarius per convētionem obligatus fuisset ad operis præ-
22 stationem;quia si tunc eas minimè pręstitit, opera cum alimentis compensantur text. in *l.In rebus. §.Possunt. ff.de Commod.* text. in *l.Si servi. §. final. ff.de Ædilit.ædict.*Surd.*deAliment.tit.6.quæst. 11.num.31.* Castill.*de Aliment. lib.8. cap. 67.num.9.* Lconcill. *de Privileg.paup.62. num.4.* Meli. ad Castill.*de Aliment.cap. 67.num.8.& allegat.67.num.25.lib.3.*Surdus *de Aliment.tit.8. privileg.53. num.9.* Salycet.in *l.Si constat.col.2.C.de Compensat.* Aretin.in *§.In bonæ fidei. num.7.versic.Tu potest. Institut. de Act.* Zacch. *de Salar.quæst.104.num.6.*

23 Si verò pietas, affectio, sanguinisque conjunctio considerari possit inter alimentantem,& alimentarium,tunc nec expensæ in alimentis, nec ipsa alimenta repeti queunt, sed ea præsumuntur donata text. in *l.Alimenta. C.de Negot.gest.* text. in *l.Quæ pater. C.Familerciscund.* text.in *l.Nesennius. C.de Negot. gest.* text. in *l.Si paterno, & l.Quod in uxorem. C.de Negot.gest.* Ut de jure pietatis,amicitiæ, affectionis domesticæ, maternæque pietatis text.in *l.Fidejussor. ff.de Negot.gest.* text.in *l.2. & 11. C.Eod.*
24 Unde expensæ factæ à marito in alendo uxorem, non repetuntur; & per consequens nec compensantur text. in *l. Quod in uxorem. C.de Negot.gest.* ibi: *Quod in uxorem tuam ægram erogasti, non à socero repetere, sed affectioni tuæ debes expendere.* Hoc ipsum est consti- 25
tutum in patre, qui ob expensas factas in alendo filio, non consideratur compensatio Parif. *consil.130.vol.2.* Medic. *opuscul. de Compensat. quæst.14. num.5. part.5.* Nec obest, quod valeat argu- 26
mentum de alimentis ad dotem, & è contrà Glossin *l.Ob æs. C.de Præd. minor.* Salycet. in *l.Qui liberos. ff.de Rit. nupt.* Alex.in *l.Cum is. §.Si mulier. ff.de Condict.indeb.* Cyn.in *l.1. C.de Alend.liber.* Sed in dote admittitur compensatio: Ergo etiam in alimentis. Nam alia 27
prorsus militat ratio in dote, ac in alimentis. In illa dilatio dari potest;in his secùs dicendum text. in *l.Necare. ff.de Lib.agnoscend.*

Limitatur 2.In alimentis præteritis, 28
in quibus admittitur compensatio Castill.*de Alimentis. lib.8.cap.97.num.12.*& ibi Meli dicto *cap.67.num.10.* Bersan.*de Compensat.cap.2.quæst.7.num.1.*Gratian. *Disceptat.forens.cap.718.num.33.* Maldonad.*consil.52.num.9.* Graffis *de Exceptionibus. cap.16.num.62.* Cyriac.*controvers.34.num.26.* Marescot. *Variar. Resolut.cap.83.num.4.lib.2.* Surd. *de Aliment. tit.7.quæst.10.num.8.* Rub.*Ann.ad decis. 1.part.9.Recent.num.105.* Zacch. *de Salar.quæst.104.num.8.* Sabelli. *Summ. divers. tractat. §.Compensatio. num.20.* Ratio quare in alimentis præteritis 29
admittatur compensatio est; quia non gaudent iisdem privilegiis, ac alimenta præsentia, & futura Gigas *de Pensionibus. quæst.32.num 28.* Cumia *super Ritus Regni Siciliæ cap.38. num.65.* Medic. *opuscul. de Compensat. quæst.14. num.3.* Gratian.*Disceptat.forens.cap.728. num. 34.* Add. ad Sanfelic. *decis.414. num.5.* Zacch. *de Salar. quæst.104.num.7.* Sed hoc procedit, quoties creditum, quod 30
habet alimentator cum alimentando altiorem indaginem non requirat.Nam si de eo incontinenti doceri non potest, rejicitur compensatio. text.in *l.Final.& l.Si constat. C.de Compensat.* Angel. *consil.137.* Puta si crediti quantitas liquidata

data non esset per text. in *l. Final.* ibique Doctores. *C. de Compensat.* Purpurat. *consil.* 218. *num.* 8. & *consil.* 284. *num.* 8 Mantic. *decis.* 221. *num.* 9. Marescot. *Variar. Resolut. cap.* 121. *num.* 87. Rota in *Recentior. decis.* 679. *num.* 5. *part.* 1. *decis.* 532. *num.* 3. *part.* 3. *decis.* 117. *num.* 19. *par.* 4. *tom.* 2. & *decis.* 170. *num.* 11. *part.* 6. Gratian. *Disceptat. forens. cap.* 129. *num.* 11.

31 Vel si esset litigiosum Gratian. *Disceptat. forens. cap.* 515 *num.* 43. Surd. *consil.* 246. *num.* 4. Imol. *consil.* 247. *num.* 15. Roman. *consil.* 76. *num.* 3. Alex. *consil.* 12. *vol.* 2. Angel. *consil.* 137. Cyriac. *controv.* 120. *num.* 31.

32 Limitatur 3. Quando loquitur de alimentario, qui non est adeò pauper, ut nõ habeat unde se alere possit; quippe si is agat ad alimenta rectè adversùs eum opponere potest compensationẽ, quia tunc non militat ratio prohibens compensationem in alimentis, ut benè Bersan. *de Compensationib. cap.* 2. *quæst.* 7. *num.* 4.

33 Ampliatur 1. Id, quod dictum est de alimentis, habere locum in omnibus aliis debitoribus, ut quodquis alimentorum nomine debet, non possit cũ alio credito compensare Brunneman. in *l. In ea* 3. *num.* 4. *C. de Compensat.* Surd. *de Aliment. tit.* 8. *privileg.* 53. *num.* 5. & *tit.* 7. *quæst.* 10. *num.* 6. Barbosa in *l.* 3. *num.* 12. *C. de Compensat.* Carpzou. *part.* 1. *juris prud. cap.* 8. *def.* 9.

34 Ampliatur 2. Ut nec etiam in alimentis præteritis aliquando locum habeat compensatio, videlicet si quis expositus ab aliquo pietatis amore ductò ob amorem Dei alimentetur, quo in casu ab alimentorum repetitione repellitur text. in *l. Ex duobus. §. Titium ff. de Neg. gest.* Ideoque ab eorum compẽsatione exploditur, quia retributione Dei debet esse contentus Bersan. *de Compensat. cap.* 2. *quæst.* 7. *num.* 17. Escobar *de Ratiocin. cap.* 22. *num.* 16.

35 Ampliatur 3. Ut alimenta à patre filio præstita non compensentur cum ipsius bonis adventitiis Paris. *consil.* 130. *num.* 2. *lib.* 1. Bersan. *de Compensat. cap.* 2. *quæst.* 7. *num.* 20.

36 Ampliatur 4. Quoties quis spontè sua excessiva præstiterit alimenta, quo in casu negotium utiliter gestum dici non potest, quia actio pro alimentis non competit, nisi quatenus utiliter gestum Bersan. *de Compensat. cap.* 2. *quæst.* 7. *num.* 18. Cyriac. *Controv. forens.* 34. *num.* 2. & 3.

Ampliatur 5. Quando quis expensarum factarum prætextu pro alimentis actoris desideraret uti compensatione adversùs liquidum instrumentum Bersan. *de Compensat. cap.* 2. *quæst.* 7. *num.* 19. Quia de liquido cum illiquido non datur compensatio text. in *l. final. C. de Compensat.* Si verò plenè expensæ fuerint probatæ locum habebit compensatio. Bersan. *loc. cit.* Ricc. *part.* 4. *collect.* 1357. *vers. sexto.* 37

Ampliatur 6. In alimentis debitis post motam litem, quia futurorum alimentorum nomine continentur quoque alimenta post litem motam Bersan. *de Compensat. cap.* 2. *quæst.* 7. *num.* 9. Capucin. *Prax. judic. part.* 3. *cap.* 7. *num.* 122. *vol.* 1. Rubeus *decis.* 332. *num.* 4. 38

Ampliatur 7. In quolibet debito ex causa victuali, in quo minimè locum habet compensatio text. in *l. Ob negotium. ff. de Compensat.* Surd. *de Aliment. tit.* 8. *privileg.* 53. *num.* 8. Bersan. *cap.* 2. *quæst.* 7. *num.* 9. Castill. *lib.* 8. *contr. cap.* 67. *num.* 8. Gratian. *Discept. forens. cap.* 728. *num.* 35. Boss. *de Aliment. cap.* 19. *num final.* 39

Ampliatur 8. Ut antidotalis obligatio nequeat inducere compensationem cum debito illius, qui ad antidotam obligatur Bersan. *de Compensat. cap.* 2. *quæst.* 7. *num.* 9. Bimius *consil.* 332. *num.* 29. *vol.* 4. 40

Ampliatur 9. In Prælato petente charitativum subsidium ratione alimentorum. Nam ei nequit objici compensatio argument. text. in *l. Necare ff. de Liber. agnoscend.* Et tradunt Calvin. *de Æquitat. lib.* 1. *cap.* 7. *num.* 15. Castill. *de Aliment. lib.* 8. *cap.* 67. *num.* 6. Medic. *Opusc. de Compensat. quæst.* 14. *num.* 3. *part.* 1. Surd. *de Aliment. tit.* 8. *privileg.* 53. *num.* 8. Gratian. *Discept forens. cap.* 728. *num.* 36. Bersan. *de Compensat cap.* 2. *quæst.* 7. *num.* 9. Gigas. *de Pens. quæst.* 92. *num.* 4. Meli. ad Castill. *de Aliment. cap.* 67. *num.* 7. Grass. *de Except. except.* 16. *num.* 64. Monald. *consil.* 52. *num* 4. Boss. *de* Ali- 41

Aliment. cap. 19. *in fin.*

42 Ampliatur 10. Ut nec etiam admittatur compensatio alimentorum non liquidorum adversùs instrumentum exequutivum V.G. Petrus fuit alitus à Paulo in ejus domo, & est creditor Pauli per instrumentum. Petrus petit sibi debitum, Paulus verò alimentorum compensationem opponit; sed quia non probatur certa quantitas, quia testes de credulitate deponunt, idcirco compensatio locum habere nequit, ut tradidit Cardinal Tusch. *Pract. concl.* 490.*num.* 55.*litera C.*

43 Ampliatur 11. Ut non admittatur compensatio in pensionibus, quæ pro alimentis Clerico reservantur Gigas *de Pension.quæst.*92.*num.* 4. Bersan. *de Compensat.cap.*2.*quæst.*7.*num.*9. Barbosa in *l. In ea.num.*13.*C.de Compensat.* Castill. *de Aliment.lib.*8.*cap.*67. *num.* 7.

44 Ampliatur 12. In alimentis, seu stipendiis scholasticorum, in quibus non admittitur compensatio Rebuff. *de Privileg.scholasticorum privileg.*168. Bersan. *de Compensat.cap.*2.*quæst.*7.*num.*9. Barbosa in *l.*3. *num.* 14. *C. de Compensat.* Meli ad

45 Castill.*lib.*8.*cap.*67.*num.* 7. Nec mercator differens pecuniam ad victum scholastico, potest compensare sibi debitum ab eodem scholastico Osuald. ad Donell.*lib.*16.*Comm.jur civil. cap.* 15.*litera Q.* Escobar.*de Confess.solicitant.ad vener. part.*2.*quæst.*3.*§.*3.*num.* 40. Rebuff. *de Privileg.scholastic privileg:*168.

46 Aliter dicendum est in foro conscientiæ, in quo benè admittitur compensatio in alimentis, si aliâ viâ debitum recuperari nequit, & scandalum absit, ut voluere Navarra *lib.* 3. *cap.* 1. *num.*390. Layman.*lib.*3.*Summ.tract.*2. *cap.*9. *prope finem*. Rebell. *Prima part. lib.*2.*quæst.*18. Sà *verbo Depositum. num*4. Sylvester. *in verbo compensatio.quæst.* 2. Navarrus *cap.*17. *num.* 112. & 115. Castropal.*de Just. commut.tractat.*23. *disp.* 1.*punct.*16.*§.*2.*num.*12.*in fine.* Sylvester, *verbo Furtum.quæst.*13.

SUMMARIUM

1 *Compensatio fit pro concurrente quantitate.*

2 *Pater si filiæ legatum relinquat minus valens, quàm dos, filia potest residuum petere.*

3 *Legatarius non tenetur compensare; nisi pro æstimatione rei sibi legatæ.*

4 *Dubium quæstionis proponitur.*

5 *Creditori nullum jus superest ad supplementum, etiam si minus sit in legato, quàm in debito secundùm plures Doctores.*

6 Perpenditur text. in l.Cum ab uno 55 ff.de Legat.2.

7 Referuntur verba text. in l.Imperator 72.§.Si centum. ff.de Legat.2.

8 *Institutio facta de parte hæreditatis animo compensandi totum debitum; debiti petitionem excludit.*

9 *Legatarius legatum acceptans onus injunctum suscipere videtur.*

10 *Creditor semel legatum agnoscens conditionem, seu onus appositum tamquam legati partem rejicere nequit.*

11 *Quamvis onus excedat legatum.*

12 *Legatario, si est minor, beneficio ætatis indulgetur, ut quod percipit legati nomine reddere queat.*

13 Species textus in cap.Officii 14.de Testament.

14 *Jura sua remittentibus non est dandus regressus.*

15 *Legatarius legatum agnoscens, si in eo sit minus, quàm in debito, non prohibetur ad supplementum agere secundùm alios.*

16 *Hujus conclusionis primum fundamentum.*

17 *Gravare non debemus illum, quem haud quaquam honoramus.*

18 *Compensatio non concurrentes quantitates excedere non potest.*

19 *Clausula*, Ut legato creditor contentus esse debeat, *totum debitum extinguit.*

20 Dispositio text. in l.Quod de bonis 15. §.Cum fideicommissum. ff. ad Leg. Falcidiam.

21 *Objectio quædam adducitur.*

22 *Compensatio non fit respectu superfluis; sed usque ad concurrentes quantitates.*

23 Com-

23 *Compensatio dicitur solutio.*
24 *Debitor partem debiti solvens, creditor habet actionem petendi residuum usque ad integram nanciscendam solutionem.*
25 *Testator non potest in plus legatarium favere, quàm illi reliquerit.*
26 *Voluntas, & potestas in quovis actu requiruntur.*
27 *Agnitio legati non operatur, ut in plus teneatur legatarius.*
28 *Differentia inter onus speciei propriæ, & alienæ.*
29 *Discriminis ratio traditur.*
30 *Species variam, ac incertam æstimationem habeat.*
31 *Hæc ratio non procedit in re aliena.*
33 Expenditur text. in l.Penates actiones 32. §.Si Titio viginti. ff. ad Leg. Falcid.
33 *Cujus § dispositionem ad speciem referendam esse traditur.*
34 *Differentia constitui non debet inter legatum quantitatis cum onere speciei, & legatum speciei cum onere quantitatis.*
35 Refertur text. in l.Civitatibus 122. §.Cum cui fundus. ff. de Legat. 1.
36 Intellectus ad text. in dicto §.Cum cui fundus.
37 *Beneficiarius debitor si leget Episcopo creditori suo animo compensandi cum luctuosa; licèt Episcopus legatum agnoscat: attamen luctuosæ residuum petere non prohibetur.*
38 Dispositio text. in l.Si quando 35. §. Et generaliter. C. de Inofficiof. Testament.
39 *Onus de legitima ipso jure rejicitur.*
40 *Filius non videtur renunciare legitimæ supplemento, nisi expresserit.*
41 *Differentia inter onus, quod ipso jure non tenet, & quod ipso jure consistit.*
42 *Primo casu procedit dispositio* text. in dicto §. Et generaliter.
43 *Legatarius legatum simpliciter agnoscens onus oppositum implere tenetur.*
44 Urget text. in cap. Requisitis. §. Secus autem. de Testament.
45 *Assignatur inter utramque conditionem differentia.*
46 *Juri canonico privatorum conventione derogari nequit.*
47 *Distinctio Authoris.*
48 *Acceptans legatum oneri injuncto assentiri videtur.*
49 *Renunciationibus juri suo non est dandus regressus.*
50 *Testator si legat animo compensandi cum dote debita, & in legato minus sit, quàm in dote; an mulier accipiendo legatum sibi præjudicet.*
51 *Præsertim si testator exprimat, ut ratione debiti amplius petere nequeat?*
52 *Mulier legatum acceptando nequit sibi nocere.*
53 Casus text. in l.Imperator. ff. de Legat. 2.
54 *Mulier in dote proprio consensu sibi præjudicare nequit.*

ARGUMENTUM

Utrùm si Debitor leget Creditori suo animo compensandi, cum clausula, *Ut eo legato creditor contentus esse debeat:* an agnito Legato creditori aliquod supersit remedium, ad consequendum residuum, si in legato sit minus, quàm in debito.

QUÆSTIO XV.

Compensatio namque tantummodò regulariter fieri adsolet pro coucurrenti quantitate text. in *l. Final. C. de Compensat.* text. in *§. In bonæ fidei. Institut. de Act.* argum. text. in *l. Lucius. la primera. ff. de Legat.* 2. text. in *l. dotale. §. Final. ff. de Fund. dotal.* Ubi si pater filiæ legatum reliquit, minùs va- 1 2

lens, quàm dos, quam ei dederat, non per hoc filia residuum petere impeditur, facit text. in *l.Titia cum testamento. §.Qui invita.ff.de Legat.*2. Quoties enim testator creditori suo, animo compensandi reliquit, & quod eo legato contentus esse debeat, non exprimit; vel quod ampliùs petere nequeat, quamquam legatum legatarius agnoverit
3 minimè compensare tenetur; nisi pro concurrente quantitate; vel pro rei sibi legatæ æstimatione text. in *l.Penultim. §.Qui fratri.ff.de Aliment.legat.* Paul.de Castro in *l.Cum ab uno.num.*3. & in *l.Creditorem. in fin.ff.*de Legat.2. Alex. *consil.* 131.*num.*1.*vol.*2. Faber in *l.Si ambo* 10.*ff. de Compensationibus.* Gutierrez *tractat. de Tutel.part.*3.*cap.*5.*num.*50.*in fin.* Baeza *de Decima tutor.cap.*5. *num.*43. Mantica *de Conjectur. ultim.voluntat. lib.*10.
4 *tit.*2. *num.*18. Sed dubium quæstionis nostræ est, quando testator apposuit clausulam, *quod legato contentus esse debeat*; an legato agnito, in quo minus erat, quàm in debito superfluum petere possit? Et duplex est Doctorum sententia.

5 Prima est negativa, scilicet quando creditori nullum jus supersit ad debiti supplementum petendum, eamque tenent Bald. in *l. Liberti, libertæque. num.*34.*versic.aut dixit.C.de Oper.libert.* Riminald.Jun.*consil.*459.*num.*43. *vol.*4. Turret.*consil.*83.*num.*10.*vol.*2. Menoch. *consil.*236.*num.*16.*lib.*3. Anna *consil.*120 *num.*15. Riccius *de Renunciat.Parag artic.*5. *num.*10. Baeza *de Decima tutoris. cap.*5.*num.*43. Paul.de Castro in *l.Si cum dotem. §.Si pater. num.*3 *ff.Solut.matrim.* Mantica *de Conjectur.ultim.volut.lib.*10 *tit.*2. *num.*23. Rota *decis.*527. *num.*2. *part.*1. *divers.* Capra *consil.*62. *num.* 2. Ruin.*consil.*79.*num.*8. *lib.*2. Ancharan. *Famil.quæst.lib.*1.*quæst.*33. *num.*3. Alex. in *l.Si cum dotem. §.Si pater. ff.Solut. matrim. num.*2. & *consil.*132. *lib.*2. & in *l.Si compensandi. C. de Hæred. institut.* Natta *consil.*136.*num.*2.*versic.ubi tamen.* Dec. *consil.*299. *num.*13. & *consil.*425. *num.*8. Alciat. in *l.Bonorum appellatione.* 2. *ff.de Verbor.signif.* Cobatius *Variar.disput.cap.*28.*lib.*1. Surd. *consil.*112. *num.*21. Socin.Jun. *consil.*122. *lib.*2. & *consil.*173. Paul.de Castro in *l.Si compensandi* 6.*C.de Hæredib.instituend.* Marescot.*Variar.Resolut.cap.*86.*lib.*2. *num.* 1. & 2. Peregrin. *de Fideicommiss. art.*33. *num.*43. Olaschus *consil.*43. Gutierrez *tractat. de Tutel. part.*3. *cap.*5. *num.*55. Caldas *Quæstion. forens.*16. *num.*3. *lib.*1. Barbosa in dicta *l.Si cum dotem. §.Si pater. num.*22. *ff.Solut.matrimon.*

Hujus assertionis fundamenta præ- 6
cipuè recensentur sequentia. Primum est text. in *l.Cum ab uno* 55.*ff de Legat.*2 Ubi Terentius Clemens docuit, quod si legatum ab uno hærede relictum animo compensandi cum debito deficiat, ille hæres illius debiti onus sustinet. Terentii verba sunt hæc: *Cum ab uno hæredum mulieri pro dote compensandi animo legatum esset; eaque dotem suam ferre, quam legatum maluerit: utrùm in omnes hæredes, an in eum solum, à quo legatum est, actio de dote ei dari debeat quæritur? Et Julianus in eum solum, à quo legatum sit, actionem dandam putat. Nam cum aut suo jure, aut judicio mariti, contenta esse debeat: æquum esse eum, à quo ei maritus aliquid pro dote legaverat, usque ad quantitatem legati, onus æris alieni sustinere reliqua parte dotis ab hæredibus ei præstanda, &c.*

Secundum text. in *l.Imperator* 72. *ff.* 7
*de Legat.*2. *§.Si centum.* Ubi sic Papinianus ait: *Si centum legatis, duplum restituere rogatus sit, ad summam legati videbitur constitisse: Si autem post tempus fideicommissum relictum sit, usurarum dumtaxat additamentum admittetur. Nec mutanda sententia erit, quia fortè legato percepto, magnum emolumentum ex aliquo negotio consequutus est, aut pœnam stipulationis imminentem evasit. Hæc ita si quantitas cum quantitate conferatur. Enimverò si pecunia accepta rogatus sit rem propriam, quamquam majoris æstimaretur restituere, non est audiendus legatarius legato percepto, si velit computare. Non enim æquitas hoc probare patitur; si quod legatorum nomine perceperit legatarius offerat.*

Tertium text. in *l.Si compensandi* 6. 8
C.de Hæredib.instit. Ubi institutio facta de parte hæreditatis animo compensandi totum debitum, debiti petitionem excludit. Philippi Imperatoris

ver.

verba in dicta lege hæc sunt: *Si compensandi debiti gratia uxor maritũ fecit heredem: desiderio tuo præter portionem hæreditatis, debitum quoque restitui postulantis, non tamen juris securitas, verum etiam defunctæ voluntas refragatur.*

9 Quartum text. in *l.Qui tutelam.ff.de Testament.tutel.* text.in *l.Titia.la primera. §.Qui invita. ff. de Legat.2.* & ibi Gloss. in *verbo. Portionem*. Ex quibus juribus patet, legatum acceptantẽ, onus quoque annexum agnoscere videri, Castrens.*consil.193.num.3.lib.1*.Leon.*decis.103*. Honded.*consil.89. num.31. lib.1.* Alba *consil.17.num.1*. Casanat.*consil.24. num.31*. Cravet.*consil.175.num.9.& consil.245.num.4*.Surd.*consil.112.num.29.et 30.lib.1*. Bellon. *consil.9. num.9*. Alciat. *consil.545.num.4*. Decius *consil.299.num. 13*.Gutierrez *de Tutel.part.3.cap.5.num. 52*. Sperell.*decis.176.num.3.*

10 Quintum text. in *l.Legatarius 38. ff. de Legat.* text. in *l.Si debitor 45.in princip. & §.1. ff. de Fideicommissar. libert.* text.in *l.Neminem, & l.Sed duobus. ff.de Legat.2*.text.in *l.Si libertus 41.ff.de Bon. libert.* text.in *l.Si legatario 22. ff.de Fideicommissar. libertat.* Ubi creditor semel legatum agnoscens, conditionem, seu onus tamquam legati partem rejicere nequit Cujac.*lib.2.Quæstion.Papin. in dicta l.Si libertus.ff.de Bon.libert*.Surd. *tractat.de Aliment.tit.5.quæst.1. num.24*:
11 Hocque procedere testatur, etiam si
onus excedat legatum dicto *tractat. de Aliment. tit.5. quæst.3. num.24. & tit.9. quæst.23. num.12. & consil.150. num.20.* Et quamquam creditor legatum agnitum, seu acceptatum paratus sit restituere, non esset audiendus, textus expressus in *l.72.§.Si centum. in fine. ff.de*
12 *Legat.2*. Nisi legatarius sit minor, cui
beneficio ætatis indulgetur, ut quod percepit legati nomine, postea reddere queat text.in *l.Tutor 26.ff.de Liberat.legat.* text.in *l.Si minor 33. ff.de Minorib.*

13 Sextum est text. in *cap.Officii 14. de Testament.* Ubi Summus Pontifex Innocentius III. rescripsit, quod si testator Episcopo legatum sub conditione, ut eo solo esset contentus relinqueret; Episcopo acceptante legatum portionem ex piis legatis sibi debitam ex *cap. Conquærente. de Offic.ordin.* Exigere nequit. Nam ex legati acceptatione, portioni canonicæ renunciare videtur, argument.text.in *.Parentibus. C.de Inofficios.testament.* text. in *l.Si pars.10. §.ultim. l.Penult.§.1.& l.Final. ff.eodem tit.*
Et jura sua renitentibus; non est dan- 14
dus regressus text. in *l.Quæritur. §.Si venditor. ff.de Ædilit.edict.* text. in *l.Final.ff.de Remiss.pign.*text.in *§ Si quis itaque. Institut.de Bonor. possess.* text.in *cap. Ex transmissa. de Renunciat.* text.in *cap. Ex ore. de Privileg.* text. in *cap. Quam periculosum 6.quæst.1*. Verba Innocentii in dicto *cap.Officii*. hæc sunt ibi: *Consultationi tuæ taliter respondemus: quod si portionem illam cum conditione legavit Episcopo, ut esset ea sola contentus, & Episcopus acceptavit; quia per hoc aliis renunciasse videtur; de cæteris non poterit exigere portionem, &c.*

Contrariam verò sententiam, vide- 15
licet quod possit residuum petere legatarius defendit Castrensis sibi contrarius *consil.73. num.3. lib.1.* Schifordeger. *Forens.tractat.13.quæst.10.* Arias de Mesa *Variar.Resolut.cap.8 lib.2. num.24.*

Hujus opinionis fundamenta sunt 16
sequentia. Primum text.in *l.1.§.Si is, qui.ff.ad Trebell.* text.in *l. Filiusfamilias 114. §.Apud Marcellum. ff.de Legat.1.* text.in *l.Ex facto 17. §.Non tantum. ff. ad Trebell.* text. in *l.Imperator 72. §.Si centum. ff.de Legat.2.* text. in *l.Si Legatarius 8.ff.de Legat.3.* text. in *§. Hoc solum. Institut.de Singul.reb.per fideic.relict.* Ex quibus minimè plus posse rogari, quem remittere, quàm quantum ei relictum esse clarescat.

Secundum text. in *l.Sed etsi 6. §.Sic* 17
autem fideicommissum. in fine. ff.de Legat. 3. text. in *l.Ab eo 9. C. de Fideicommiss.* Quibus in locis habetur, minimè gravandum, seu onerandum esse, quem non honoramus; & testantur Faber *lib.17.Conject. cap.6. & 7.* Guill, in *cap. Raynutius. num.28.de testament.* Petra *de fideicommiss. quæst.5. num.71.* Vaconius *lib.4.declar.55.* Donell. *lib.8. Comment.cap.7.* Gomez *Variar. Resolut. lib. 1.cap.12.num.54.* Caldas *de Jur. emphyt. part.3.cap.16.num.3.* Molina *de Primog. Hispaniæ.lib.1.cap.1.num.8.& lib.2.cap 4*

num.

*num.*16. Surd. *de Aliment. tit.*8. *privileg.*
14. Menoch. *consil.*207. *num.*1. Tiraquell.
de Pia causa. privileg. 37. Peregrin. *de*
*Fideicommiss. art.*33. *num.*34.

18 Tertium, quia sunt incompatibilia
testatoris tacita compensatio; & con-
ditio ne creditor plus petere queat.
Nam naturæ ipsiusmet compensatio-
nis refragaretur, cum compensatio con-
currentes quantitates minimè excede-
re queat; text. in *l. Si constat. C. de Com-*
pensat. text. in *l. Titia cum testamento. §.*
*Qui invita. ff. de Legat.*2. text. in *l. Quod*
de bonis 15. *§. Cum fideicommissum. ff. ad*
Legem falcid. text. in *l. Cum alter* 11. *ff. de*
Compensationibus. Barbosa, *Collect. in*
*l.*4. *num.*1. *C. de Compensationibus.* Clau-
19 sula, ut legato creditor contentus esse
debeat, totum prorsus debitum extin-
guit; ideò ne clausulæ, seu conditioni
tacitæ compensationis, priorique vo-
luntati testatoris refragetur; potiùs cō-
ditio exploditur, quàm residui perse-
quutio denegetur Schifordeger. *lib.* 2.
*Forens. tractat.*13. *quæst.*10.

20 Quartum text. in *l. Quod de bonis* 15.
§. Cum fideicommissum. ff. ad Leg. Falcid.
Ubi disponitur, quod si testator jussit
compensare cum Falcidia, quod hære-
di debebat; & minus quàm in debito in
Falcidia reperiatur; nihilominus tamen
Papinianus docuit, posse hæredem de
reliquo dodrante residuum detrahere,
quod colligitur ex text. in *l. Lucius. §.*
Maritus. ff. ad Trebell.

21 Sed obstant text. in *l. Cum pater. §. Ti-*
*tio fratri suo. ff. de Legat.*2. text. in *l. Si de-*
*bitor.*12. *ff. ad Legem falcid.* Ubi Papinia-
nus docuit, falcidiam compensandam
esse cum debito.

22 His juribus respondetur, minimè
prohibere compensationem fieri posse;
sed non adeò absolutè hoc intelligi de-
bet; ut pro toto debito compensatio fi-
at; sed dumtaxàt usque ad concurren-
tes quantitates; secus verò respectu
superflui argument. text. in *l. Ab eo* 9.
C. de Fideicommiss. text. in *l. Sed & si* 6. *§.*
Sic autem. in fine. ff. de Legat. 3. text. in *l.*
*Si constat.*4 *C. de Compensat.* text. in *§. In*
bonæ fidei. Institut. de Act. Cujac. *lib.* 13.
respons. Papin. in dicta *l. Cum pater. §. Ti-*
*tio & lib.*30. *quæst. Papin.* in dicta *l. Si de-*
bitor. Nam cum compensatio nil aliud 23
sit, quàm solutio text. in *l. Debitor. ff.*
Qui potior in pign. hab. text. in *l. Solutionis*
ff. de Solut. text. in *l. Amplius non peti. ff.*
Rem ratam haber. text. in *l. Si peculium.*
§ de illo. ff. de Stat. liber. text. in *l.* 1. *ff. de*
Compensat. Sequitur, quod si debitor 24
debiti partem solvat, creditor habet
actionem petendi residuum, usque ad
integram solutionem consequendam,
ut patet ad oculum; ergo idem dicen-
dum est in hoc casu compensationis.

Quintum est, quia cum testator ne- 25
queat in plus legatarium gravare; quàm
illi reliquerit. text. in *l. Filiusfamilias. §.*
*Apud Marcellum. ff. de Legat.*1. text. in *l.*
Imperator. §. Si centum. ff. de Legat. 2.
Profectò deficiente potestate, de ejus
voluntate non est curandum; cum in
quovis actu duo requirantur; scilicet 26
voluntas, & potestas text. in *cap. Cum su-*
per. extra de Offic. deleg. Salyc. in *l. final C.*
de His, quæ sub. mod. Peregrin. *de Fidei-*
*commiss. artic.*33. *num.* 43. *ad finem.*

Nonnulli ad hanc conciliandam sen- 27
tentiam distinctionem adhibent; scili-
cet aut testator quantitatem legat, cum
amplioris quantitatis onere: aut verò
legat quantitatem cum onere speciei
pretii majoris; in primo casu certùm
est legato agnito minimè ultra modum
quantitatis legatæ legatarium astringen-
dum esse, cum agnitio legati non ope-
retur, ut in plus teneatur text. in *l. Im-*
perator 79. *§. Si centum. ff. de Legat.* 2.
text. in *l.*3. *§. Julianus. ff. de Legat.*3. text.
in *l. Filiusfamilias* 114. *§. Apud Marcel-*
lum. ff. de Legat. 1. Gloss. in *l. Cohæredi*
41. *§. Cum filiæ ff. de Pupill. & vulg. substit.*
Ruin. *consil.*79. *lib.*2. Socin. Jun. *consil* 57.
lib. 3. Bart. in dicta *l. Imperator. §. Cum*
*quidam ff. de Legat.*1. & in *l. Ita tamen. §.*
Hæres ex asse. ff. Ad Trebellian. Peregrin.
*de Fideicommiss. artic.*33. *num.* 34. Socin.
Jun. in *l. Cum filiofamilias num.*56. *ff. de*
*Legat.*1. In secundo casu subdistin- 28
guendum est inter onus speciei propriæ,
& alienæ. Si enim legatum cum onere
speciei propriæ legatarius agnoscat; il-
lam præstare tenetur, quamvis majo-
ris sit pretii, quàm relicta quātitas. text.
in *l. Imperator.*79. *§. Si centum vers. enim*
*verò. ff. de Legat.*2. Si onus legato rei alie-
næ

næ adjiciatur, cõtrarium est tenendum. text. in *l. Pœnales. §. ultim. ff. ad Legem falcid.* text. in *l. Decem* 6. & *l. Generaliter. § Si quis alienum. ff. de Fideicommiss. libertat.*

29 Ratio discriminis inter onus quantitatis majoris, & speciei propriæ est, quòd in primo casu cum quantitates certam æstimationem habeant. text. in *l. In nummis. ff. de In litem jurand.* Videtur
30 in plus legatarium gravari. In secundo verò casu, cum variam, incertamque æstimationem species contineant, agnito legato, rem suam legatarius præstare tenetur; quamquam sit pretii majoris; quia tanti eam æstimasse videtur. text. in *l. Imperator. vers. hoc ita. ff. de Legat.* 2. text. in *l. Si mihi.* 79. *ff. de Legat.* 1. text. in *l. Sed si non servus.* 36. *ff. ad Leg. falc.* text. in *l. Planè. §. Si cui. ff. de Legat.* 1. Bart. in dicta *l Imperator. §. Cum quidam. ff. de Legat.* 2. Suarez. in *l. Quoniam in prioribus. ampliat.* 7. *num.* 5. *C. de Inoffic. testam.* Faber *lib.* 6. *conject. cap.* 7. Socin. Jun. *consil.* 122. *num.* 15. *lib.* 2. Peregrin. *de Fi-*
31 *deicommiss. artic* 33. *num.* 39. Et hæc ratio minimè locum sibi vindicat in aliena re; quamobrem nil mirum quare præstare eam non astringatur; nisi pro concurrenti quantitate legata Cravet. *consil.* 174. *num.* 9. Bald. in *l. Imperator. §. Cum quidam. ff. de Legat.* 1. Peregrin. *de Fideicommiss. artic.* 33. *num.* 38. Castrens. in *l. Hujusmodi. ff. de Legat.* 1. Cuman. in *l. Planè. §. ultim. ff. Eodem.* Ripa in *l. Cum filio* 11. *num.* 13 *ff. de Legat.* 1. Unde infertur, quod si testator centum reliquerit, & sibi Cappellam construi jusserit; legatarius non tenetur ultra centum sibi relicta in eam causam expendere, Peregrin. *de Fideicommiss. artic.* 33. *num.* 38. Cum cæteris supra relatis.

32 Sed huic diversitatis, seu differentiæ rationi inter propriã, & alienam rem, refragatur quodam Martiani responsum in *l. Pœnales actiones.* 32. *§. Si Titio viginti. in fine. ff. ad Legem falcid.* Ubi Jurisconsultus nullam prorsùs differentiam constituit inter proprium, & alienum. Verba Martiani in dicto *§. Si Titio.* sunt hæc. ibi: *Si autem manumittere servum, vel suum, vel alienum rogatus sit, omninò præstare debebit libertatem.*

Ad hanc difficultatem responsum 33
iri videtur cũ Cumano. in dicta *l. Pœnales.* Illius textus decisionem ad speciem referendam esse text. in *l. Decem* 6. *ad finem ff. de Fideicommiss. libertat.* Ad id quoque inclinare cernitur Cujac: *lib.* 60 *ad Edict. Pauli & in novell.* 1. *de Hæredib. & falcid. vers. Posterior.* Nam si quantitas cum onere servum alienum manumittendi reperiretur legata, hæres integrum legatum legatario dare constringeretur, absque ulla falcidiæ detractione; ita ut minimè intercidat libertas, & hoc libertatis favore receptũ esse haud ambigitur text. in dicta *l. Pœnales. §. Si Titio. in fine*

Nec hoc contrarium est superioribus; 34
quia favor libertatis sæpè, & aliàs benigniores sententias exprimit, & nullam constituendam differentiam inter legatum quantitatis, cum onere speciei; & legatum speciei cum onere quantitatis esse mihi videtur. Nam in utroque casu legatarius onus astringitur subire; quàvis plus in onere, quàm in legato reperiatur; quippe utroque casu speciem, seu rem propriam tanti æstimasse creditur Cuman. in *l. Civitatibus* 122. *§. final. ff. de Legat.* 1.

Contrarium verò fatentur Alberic. in dicta *l. Civitatibus. §. ult. num.* 1. *ff. de Legat.* 1. Bart. in dicta *l. Imperator. §. Cum quidam. num.* 4. *ff. de Legat.* 2. Suarez. in *l. Quoniam in prioribus. ampliat.* 9. *num.* 5. Castrens. in dicta *l. Civitatibus. §. final. num.* 1. *ff. de Legat.* 1. Peregrin. *de Fideicommiss artic.* 33. *num.* 40.

Horum fulcimen est text. in dicta *l.* 35
Civitatibus 122. *§. final. ff. de Legat.* 1. Ubi hujusmodi Paulus Jurisconsultus loquitur. *Cum cui fundus, sub hac conditione legatus, si centum hæredi dedisset, si tantùm sit in pretio fundi, quantùm hæredi dare jussus est; non est cogendus legatarius fideicommissum à se relictum præstare; quoniam nihil ex testamento videtur capere, quia tantùm erogat, quantùm accipit.*

Sed ut verum fateam, hic textus po- 36
tiùs eorum refragatur sententia; quàm adversatur nostræ opinioni, ut rectè advertit Arias de Mesa *Variar. Resolut. cap.* 8. *num.* 15. *lib.* 2. Nam ideò in specie text. in *l. Civitatibus. §. final.* Fideicommis-

missi onus non valuit; quoniam sub conditione tantundem hæredi præstandi, quod fundus valebat legatus fuit fundus. Quippe cum legatarius tantùm accepit, quantùm erogavit, nihil ex testamento capit, ut ibi in verbis finalibus exprimit textus, cum minimè legati nomine percipiatur aliquid, nisi quod superest detracto, quod conditionis implendæ causâ traditur text. in *l. Non amplius. ff. de Legat.* 1. text. in *l. Sed si hoc. § 1. ff. de Condit. & demonstrat.* Quamobrem mirùm non est, si onus nequeat imponi text. in *l. Ab eo* 9. *C. de Fideicommiss.* text. in *l. Sed etsi* 6. *§. Sic autem. ff. de Legat.* 3. Sed quoad falcidiæ ineundæ rationem attinet, aliter profectò est dicendum text. in *l. Ad veterani* 40. *ff. ad Legem falcid.* text. in *l. Si fundus* 65 *ff. Eodem.*

37 Favet huic posteriori opinioni; quod si Beneficiarius debitor simpliciter, Episcopo creditori suo leget animo compensandi cum luctuosa, quæ hodie in Canonicæ portionis locum est subrogata, ut fatetur Barbosa *tractat. de Potestat. Episcop. part.* 3. *allegat.* 86. *num.* 5. Et de Hispaniæ consuetudine constat in re mobili prætiosa, quam Episcopus eligere potest in bonis beneficiarii mortui ut referunt Molina *de Iustit. & jur. tractat.* 2. *disputat.* 147. *n.* 17. relatus ab Arias de Mesa *lib.* 2. *Variar. Resolut. cap.* 8. *n.* 19. Covarruv. in *cap. Officii. num.* 1. *in fine. de Testament.* Navarr. *de Spol. Clericor.* §. 9. *num.* 7. & P. Zamoran. *de Compensationibus. disputat.* 4. *cap.* 8. §. 4. *num.* 35. Tunc Quamvis Episcopus legatum agnoscat; luctuosæ residuum minimè petere prohibetur argument. text. in *l. Penult. §. final. ff. de Aliment. legat.* Et docet Gutierrez *de Tutel. part.* 3. *cap.* 5. *num.* 50. Barbosa in *l. Si cum dotem. §. Si pater. num.* 21. *ff. Solut. matrimon.* Covarruv. in *cap. Officii. num.* 16. *de Testament.* Mantic. *de Conjectur. ultim. volunt. lib.* 10. *tit.* 2. *num.* 18. Menoch. *de Præsumpt. lib.* 4. *præsumpt.* 110. *num.* 55.

38 Fovet hanc assertionem textus in *l. Si quando* 35. *§. Et generaliter. C. de Inofficios. testament.* Ubi Justinianus Imperator jubet, quod qui accipit, quod est sibi denotatum, vel pro legitima relictum; jus ad supplementum agendi nō perdit, quamvis agnoverit; quod sibi simpliciter in testamento relictum est. text. in *Authentic. Ut cum. de Appellat. cognosc. §. Hæc autem dispofuimus. versic. Cæterum. collat.* 8. De cujus textus materia agunt Fachin. *lib.* 5. *Controvers. cap.* 96. & *lib.* 12. *cap.* 7. Osuald. ad Donell. *Comment. jur. civil. lib.* 19. *cap.* 4. Castill. *lib.* 5. *Controv. cap.* 107. *num.* 54. Gomez. *lib.* 1. *Variar. cap.* 11 *num.* 25. Suarez in *l. Quoniam in prioribus. ampliat.* 2. 3. & 10. *num.* 1. Molina *de Primog. Hispaniæ lib.* 1 *cap.* 1. *num.* 30. & *cap.* 3. *num.* 2. Covarruv. in *cap. Raynaldus.* §. 2. *num.* 3. *de Testament.* Gutierrez *de Tutel. part.* 3. *cap.* 5. *num* 73. Ratio est, quia illud onus adjectum non valet; sed ipso jure rejicitur 39 per text. in *l. Quoniam in prioribus. & l. Omnimodò. C. de Inofficios. testam.* Bald. *consil.* 161. *in fine. vol.* 5. Mantic. *de Conjectur. ultim. volunt. lib.* 1. *tit.* 2. *num.* 19. Jaso in *l. Hæres instituta C. de Impuber. substit.* Paulus de Castro *consil.* 193. *num.* 3. *vol.* 2. Chassan. *ad Consuetud. Burgund. Rubrica* 7. *§.* 12. *verbo. Ne retourne. num.* 12. Jaso in *l. Si quando. §. Et generaliter.* 2. *notab. C. de Inofficios. testament.* Baeza *de Decima tutor. cap.* 5. *num.* 46. Gutierrez *de Tutel. part.* 3. *cap.* 5. *num.* 73. Nam filius non videtur renunciare legitimæ supplemento; nisi hoc specialiter expresserit text. in *l. Si quando. §. Et generaliter. C. de Inofficios. testament.* 40

Sed multùm referre inter onus, quod ipso jure non tenet; & quod ipso jure consistit nonnulli Doctores testantur, ut sunt Mantic. *de Conjectur. ultim. volūtat. lib.* 10. *tit.* 2. *n.* 19. Paul. de Castro. in *l. Quod de bonis. §. Fideicommissum. n.* 2. *ff. ad Legem falcid.* & *consil.* 193. *num.* 3. *lib.* 1. Gutierrez, & Baeza *locis supra relatis.* 41

In primo casu, videlicet quādo onus est ipso jure nullum, vindicat sibi locum text. in *l. Si quando. §. Et generaliter. C. de Inofficios. testament.* Et cum ut dixi hodie de legitima ipso jure onus rejiciatur text. in *l. Quoniam in prioribus. C. de Inofficios. testament.* Filius legati agnitione, minimè onus approbare videtur; nisi pater subnecteret, quod filius esset legato contentus; alioquin eidem 42

dem legitimam relinquebat; quo in casu, si filius legatum præfert, rem legatam tanti æstimasse censetur. text. in *l. 79. §. Si centum. ff. de Legat. 2.* Parif. *consil. 9. lib. 3.* Dec. *consil. 687.* Socin. Jun. *consil. 122. vol. 1.* Marzar. *Epitom. quæst. 50.* Peregrin. *de Fideicommiss. art. 36. num. 96.* Curt. Jun. *consil. 150.*

43 In secundo, quando onus injunctum legato ipso jure valet, aliter est dicendum. Nam is, qui simpliciter legatum agnovit, onus legato appositum implere tenetur; & tunc procedit decisio Pontificis in *cap. Officii. 14. de Testament.* Ubi injunctum Episcopo onus de Canonica portione non exigenda, cum ipso jure teneat, supplendæ portionis Canonicæ juri renunciare videtur.

44 Sed huic distinctioni adversatur. text. in *cap. Requisistis. 15. de Testament. §. Secus autem.* Ubi habetur conditionem, ne Episcopo, cui ita legatum erat, Ecclesia Canonicam præbeat, nullius prorsùs esse momenti apparet: ergo idem dicendum est de conditione Episcopo adjecta, ne portionem Canonicam petere possit.

45 At respondetur, inter utramque conditionem sanè differentiam esse constituendam. Nam conditio, vel potiùs onus Episcopo injunctum, ei soli præjudicat, qui voluntati propriæ renunciare quit ex regula text. in *l. Si quis*

46 *in conscribendo 29. C. de Pact.* Onus autem ne Ecclesia Canonicam Episcopo præstet, Canonico juri refragatur, cui privatorum conventione derogari nequit ex regula text. in *l. Quod de bonis 15. §. 1. ff. ad Legem falcid.* text. in *l. Nemo 55 ff. de Legat. 1.* text. in *cap. Diligenti de Foro competent.*

47 Quoad quæstionē principalē attinet, licèt utriusque partis asseclæ solidis nitantur fundaminibus; nihilominus tamen, ego neutram sententiam amplector; sed distinctione est utendum. Aut legatarius, quando legatum agnovit, sciebat, quod testator dixit legato à se relicto contentum esse debere, nec ampliùs petere possit, vel ignoravit; si verò sciens legatum agnovit, quamvis in eo minus sit; quàm in debito, nequit ampliùs consequi, & compensatio fiet, Gloss. in *l. Si creditorem. ff. de Legat. 2.* Imol. in *l. Si creditorem. ff de Legat. 2.* Alex. in *l. Si cum dotem. §. Si pater num. 2. ff. Solut. Matrim.* Paul. de Castro. in *l. Cum ab uno. ff. de Legat. 2.* & in dicta *l. Creditorem.* Alex. *consil. 132. num. 2. lib. 2.* & Bertrand. in *Repet. l. Hac edictali. §. Si vero plus. num. 7. C. de Secund. nupt.* Caldas *Quæst. forens. 16. num. 3.* Socin. Sen. *consil. 225. num. 1. lib. 2.* Alciat. *Resp. 524. num 7.* Menoch. *de Præsumpt. lib. 4. præsump. 110. num. 38.* Molina *de Justit. & jur. tractat. 2. disputat. 120.* Baeza *de Decima tutor. cap 5. num. 43.* Gutierrez. *de Tutel. part. 3. cap. 5. num. 51.* Ruin. *consil. 60. num. 6. lib. 2.* Riminald. *consil. 157. num. 14. vers. tertio accedit.* Barbosa *Clausul. 287. num. 12.*

Nam legatum acceptans oneri sibi injūcto consentire videtur. text. in *cap. Officii de Testament* text. in *l. Si te. C. de Fideicommiss. libertat.* text. in *l. Cum ab uno. ff. de Legat. 2.* text. in *l. Qui tutelam. ff. de Testament. tutel.* text. in *l. Titia cum testamento.* & ibi Gloss. *verbo portionem. ff. de Legat. 2.* text. in *l. Si compensandi. C. de Hæredib. instituend.* text. in *l. Imperator. 79. §. Si centum. ff. de Legat. 2.* Alciat. *consil. 545. num. 4.* Cravet. *consil. 175. num. 9. & consil. 245. num 4.* Bellon. *consil. 9. num. 9.* Dec. *consil. 199. num. 13.* Surd *consil. 114. num. 29. lib. 1.* Gutierrez. *de Tutel. part. 3. cap. 5. num. 52.* Peregrin. *de Fideicommiss. art. 33. num. 39.* Sperell. *decis. 136. num. 3.* 48

Et per legati agnitionem renunciavit juri agendi ad debiti supplementum; & renunciantibus juri suo non est dandus regressus. text. in *cap. Quam periculosum. 6. quæst. 1.* text. in *cap. Ex transmissa. de Renunciat.* text. in *cap. Ex ore de Privileg.* text. in *l. Si quæritur. §. Si venditor. ff. de Ædilit. edict.* text. in *l. final. de Remiss pign.* text. in *§. Si quis itaque. Institut. de Bonor. possess.* Imputet ergo sibi, si legatum, quod minus valebat elegit; cum in manu ejus esset repudiato legato, debitum integrum obtinere Socin. Jun. *consil. 173. num. 3. & 8. lib. 2.* Alex. *consil. 132. num. 2. lib. 2.* Ruin. *consil. 79. num. 6. lib. 2.* Baeza. *de Decima tutor. cap. 5. num. 43.* Barbosa in *l. Si cum dotem. §. Si pater. num. 22. ff. de Solut. matrim.* Si verò legatarius ignorabat clausulam, ut legato esset contentus, nec ampliùs pete- 49

re possit; minimè per legati acceptationem, si minus est in legato, quàm in debito excluditur à residui debiti petitione. Doctores à contrario sensu supra relati.

50 Quid si testator legat animo compensandi cum dote; & in legato minus est, quàm in dote debita; an mulier accipiendo legatum sibi præjudicet? Et respondendum est, quod si tacitè, vel expressè de animo compensandi constet, censetur testatorem pro rata valoris legati compensationem induxisse: text. in *l. Si cum dotem. §. Si pater. ff. Solut. matrim.* text. in *l. Penult. ff. de Aliment. legat.* Alexander in *l. Si compensandi. num. 2. C. de Hæred. instituend.* Paul. de Castro. *consil. 73. num. 3. lib. 1.* Ruin. *consil. 70. num. 3. lib. 2.* Alex. *consil. 132. num. 2. lib. 2.* Gutierrez *de Tutel. part. 3. cap. 5. num. 54.* Barbosa in *l. Si eum dotem. §. Si pater. num. 22. ff. Solut. matrim.* Peregrin *artic. 33. num. 43. in fine.* Bersan. *cap. 2. quæst. 30. num. 37.*

51 Sed difficultas est, si testator exprimat, ut ratione debiti amplius petere nequeat; an in hoc casu, si legatum minus valeat, quàm debitum, sibi mulier præjudicet. Et præjudicare sibi videtur, quia cum legatum eâ conditione sit relictum, testatoris judicio stari debet; & hanc conclusionem tenent Paul. de Castro in *l. Si eum dotem. §. Si pater. ff. Solut. matrim. num. 3.* Baeza *de Decima tutor. cap. 5. num. 43.* Socin. Jun. *consil. 173 num. 3. & 8. lib. 2.* Ruin. *consil. 79. num. 6. lib. 2.* Alex. in *l. Si cum dotem. §. Si pater. num. 2. ff. Solut. matrim. & in consil. 132. num. 1. lib. 2.*

52 Contrariam opinionem veriorem, ac tenendam esse fatetur Imol. in *l. Cum pater. §. Qui dotale. ad finem. ff. de Legat. 1.* per text. in *l. Dotale. § final. ff. de Fund. dotal.* Nam mulier nequit sibi nocere legatum acceptando; cum nihil aliud ei objici possit, quàm quod tanti debitum dotis æstimasse videatur Ruin. *consil. 79. num. 6. lib. 2.* Socin. Jun. *consil. 173. num. 8. lib. 2.* Facit etiam text. in *l. Qui dotem 47. ff. Solut. matrimon.* Quamvis mulier scienter legatum inutile eligat, ubi limitationem recipit distinctio à me supra assignata.

53 Huic summoperè obsistit text. in *l. 53 Imperator. ad finem. ff. de Legat. 2.* Ubi si alicui legatur quantitas, & propriam rem alicui tradere gravetur, si legatum agnoscat rem præstare tenetur, etiam si plus, quàm legata quantitas valeat. Nam per acceptionem legati, tāti suam rem videtur æstimasse; qua ratione idem dicendum fore videbatur in *l. Qui dotale. §. Final. ff. de Fund. dotal.*

54 Sed respondetur hoc esse speciale favore dotis, in qua mulier proprio consensu sibi præjudicare nequit. text. in *l. Licet. C. de Pact. dotal.* Alex. in *l. Si eum dotem. §. Si pater. num. 1. ff. Solut. matrim.* Imol. in *l. Si cum pater. §. Qui dotale. ad finem. ff. de Legat. 1.* Vincent. in *l. Pater filiam. col. 3. ff. ad Legem falcid.* Caldas. *Quæstion. forens. 16. num. 3.* Barbosa in *l. Si cum dotem. §. Si pater. num. 21. versic. Contrariam autem opinionem. ff. Solut. matrimon.*

SUMMARIUM

1 *Instrumenti nomine continetur quidquid nobis usui ad agendum est.*
2 *Instrumenti etymologia dicitur ab instruendo, eo quia instrumentum veritatem instruit.*
3 *Instrumentum monimentum nuncupatur, quia mentem munit.*
4 *Instrumentum à Jurisconsultis apparatus vocatur.*
5 *Instrumentum fundi, domus, horti, tabernæ, &c. dicitur apud nostros.*
6 *Instrumenti appellatione in litibus exercendis intelligitur omnis charta gesta inter partes.*
7 *Instrumentum juxta* Speculatorem *quid sit?*
8 *Definitio bona cum suo definito debet converti.*
9 *Definitio bona appellari nequit, quæ rei definitæ substantialia non complectitur.*
10 *Instrumentum de jure communi non habet paratam exequutionem.*
11 *Instrumentum quando dicatur paratam exequutionem habere?*
12 *Guarentare, seu guarentisare est vocabulum barbarum Francorum, ac Lon-*

go-

gobardorum, quod sumitur pro causam alterius suscipere, ac se defensorem profiteri.

13 Clausula guarentigia quid operetur.

14 Instrumenta guarentigiata continent duriorem causam, & habent paratam exequutionem.

15 Guarentigia à quo fiat.

16 Cameralis obligatio habet paratam exequutionem.

17 Quæstionis dubium.

18 Compensatio non est vera; sed impropria, ac imaginaria solutio.

19 Verbum videri improprietatem denotat.

20 Dictio pro improprietatem continet.

21 Compensatio admittitur adversùs instrumentum paratam exequutionem habens; & referuntur Doctores hujusmodi conclusionem insequentes.

22 Exceptio solutionis tantùm contra instrumentum paratam habens exequutionem admittitur.

23 Compensatio dicitur solutio.

24 Dolo facit, qui petit id, quod extemplò restituturus est.

25 Frustra fit per plura, quod per pauciora fieri potest.

26 Compensatio, quæ fit ipso jure inducitur à lege.

27 Solutio est quid facti, non juris.

28 Compensationem opponens contra instrumentum guarentigium allegat liberationem jam factam.

29 Statutum generaliter prohibens omnes exceptiones, non intelligitur prohibere eam, quæ repellit agentem à limine judicii.

30 Statutum rejiciens omnes exceptiones, non refellit eam, quæ resultat ex iis, quæ facit ipsemet agens, vel petens.

31 Statutum non intelligitur excludere exceptiones justas, ac validas.

32 Modus solvendi per compensationem, dicitur improprius, fictus, ac imaginarius.

33 Compensatio quoad effectum liberationis dicitur vera solutio, cum ex ea vera suboriatur liberatio.

34 Compensans dicitur solvere, ac numerare, si non naturaliter, saltem civiliter.

35 Proposita quæstio ex duplici causa excitanda.

36 Compensatio non admittitur in obligatione Camerali.

37 Compensatio contra juramentum non recipitur.

38 Juramentum in specifica forma servari debet.

39 Compensatio admittitur favore debitoris obligati in forma Cameræ, quando juramentum non fuit formaliter præstitum tactis scripturis; sed virtualiter ex formula obligationis cameralis.

40 Iniquum est, ut prætextu obligationis cameralis creditor exigat quod ipsi debetur; & non solvat quod ipse debet.

41 Compensatio locum sibi vindicat, quoties debitum favore obligati in forma Cameræ supervenit post obligationem jam contractam.

42 Juramentum non trahitur ad futura, sed intelligitur rebus sic stantibus.

43 Compensatio contra exequutionem instrumenti non intelligitur facta, nisi opponatur à parte.

44 Instrumentum falsum, an cum altero instrumento falso compensetur?

45 Paria delicta mutua compensatione abolentur.

46 Falsitas unius instrumenti cum falsitate alterius compensari non potest.

47 Falsum cum falsa probatione excludi non debet.

48 Compensatio locum habere non potest, quotiescumque statutum veram, ac realem solutionem poscit.

49 Compensatio non admittitur, quando in statuto opponitur verbum pecunia, quia tunc naturalis solutio comprehenditur tantùm.

50 Compensatio excluditur, quando statutum solutionem in tabula, aut banco peroptat.

51 Compensatio rejicitur, quando statutum solutioni daret certam formam, vel quia realem, vel naturalem, seu in contanti requireret numerationem.

ARGUMENTUM.

Utrùm adversùs Instrumentum habens paratam exequutionem, admittatur Compensatio.

QUÆSTIO XVI.

1 COmmuniter instrumenti nomine significatur quidquid nobis usui ad agendum est; & sic dicimus arma esse belli instrumenta, ut patet ex Cicerone *lib.1.Academ.* ibi: *Totius belli instrumentis, & apparatu Ligonis, mutras, sarcula, instrumenta agricolationis*. Instrumenta luxuriæ dicitur ab Ovidio *lib.5.Fastor.*

> *Cætera luxuriæ non dum instrumenta vigebant.*

Idem Ovid.*lib.1.Eleg.1. de Tristib.*

> *Felices ornent, hæc instrumenta libellos.*

2 Instrumenti quidèm etymologia ducitur ab instruendo, eò quòd veritatem instruat, & quæ inter contrahentes acta, gestaque sunt complectatur, ut innuit text.in *l.1.ff.de Fid.instrument.* & attestantur Cujac.*Paratitl. ad ff.& C.de Fid.instrument.* Donell.*Comm.jur. civil. lib.25. cap.7.* Robert. *de Liquid.instrument.consider.1.num.1.* Assin.*tractat.de Exequut.cap.2.num.8.* Quamobrem mo-
3 nimentum appellatur, quia mentem munit text. in *cap.Quanto. de His, quæ fiunt à præl absque consens.cap.* text. in *l. Census, & monimenta. ff.de Probat.* Et quoque dicitur denunciatum text. in *Authent. Si quis in aliquo. C. de Edendo.*

4 Aliquando à Jurisconsultis apparatus instrumentum nuncupatur, & tunc est nomen generale, plures res, ac personas amplectens text. in *l Quæsitum. ff.de Fund.instruct.* Ubi ait Ulpianus, instrumentum non solùm esse apparatum rerum diutius mansurarum, sine quibus exerceri nequiret fundi possessio; verùm etiam frumenti, vini, & olei, quæ ejus colendi causâ parata sunt Azo *Summ.C.de fide instrum. num.1.* Unde
instrumentum dicitur in jure nostro 5
fundi, domus, patrisfamilias, horti, tabernæ, cauponæ, balnæi, villæ, vineæ, Pictoris, Piscatoris, Lanionis, Pistoris, Medici, & generaliter cujuscumque opificii. De aratoriis instrumentis agricultorum, & quid sub earum nomine contineatur latè Parlador. *Quotidian. different.lib.3. different 79. §.1.* Narbona in *l.25.tit.21.lib.4.Recopilat. à Gloss.2 usque ad 9.* Collantes in *Pragmat.Agricolarum.lib.1.cap.1.num.8.& cap.2 num. 3.& 4.& cap.4.num.1 & 2 & cap 6 num.4* Villar.in *Sylv.Respons. lib.2 Respons.16.*

In litibus exercendis, & aliis hujus 6
generis instrumenti appellatione omnis charta gesta inter partes continetur Bart.in *l.Si quis legatum. num.2. versic. Adverto. ff.ad Leg. Cornel. de Fals.* barbosa *de Appellat. appellat.119 num.5.* Panormit.*consil.64 num.7 part.1.* Parexa *de Instrument.edit.tit.1.resolut.2 num. 7.* Alex.in *consil.122.num.3. lib.2.* Thesaur. *Quæstion. forens lib. 2. quæst. 17. num.4.* Escobar.*de Purit. & nobilit. proband.quæst.15.§.2.num.2. part.1.* Farinac. *Prax. criminal. quæst.155. num 16.*
Quamobrem Speculat.*tit. de Instrum.* 7
edit.§.1. Ait instrumentum esse scripturam ad assertionem, seu probationem alicujus rei factam; vel hujusmodi instrumentum esse solemnem, & ritè ordinatam scripturam per authenticæ personæ manum, causâ publicæ memoriæ factam, & hanc posteriorem definitionem insequuntur Perez.in *l.5.tit. 8.lib.3.Ordin.* & Gloss. *verbo. Cartas.*
Sed has Speculatoris definitiones re- 8
probat, ac respuit Parexa *de Instrument.edit.tit.1.Resolut.2.num.9.* Eò quia omnis bona definitio converti debet cum suo definito text. in *l.1.§ Voluit.ff. de Dolo.* text. in *l Mortis causa capitur. ff.de Donat.caus.mort.* text.in *l.Quintus 2.§.Cum aurum.ff de Aur. & argent.legat.* Bona autem definitio appellari ne- 9
quit, quæ rei definitæ substantialia non complectitur Bart.in *l.1.num.3.ff.de Testam.*

stam. Decius in *l.Omnis definitio.num.2. ff.de Regul.jur.* Sed in jure testes quoque instrumentorum appellatione continentur text. in *cap.Pervenit. el primero. de testib.* ibi: *Instrumenta quorum appellatione testes contineantur.* text. in *l.1.ff. & C.de Fide instrument.* Ergo non est bona.

10 Licèt enim regulariter de jure communi instrumenta paratam non habeant exequutionem, prout docet Seraphin. *de Privileg. juram. privileg.77. num.1.* Bellon.*de His quæ incontin.fiunt.*
11 *lib.1.cap.11.num.1.* Tamen quandoquidem municipalibus legibus præcipitur, instrumenta paratam habere exequutionem, instrumentum paratam dicitur exequutionem habere, quoties habet clausulam guarantigiæ, vocabulum barbarum à Francis, & Longobardis descendens, ut notat Graff. *de*
12 *Except.in prælud num.23.* Vel à verbo guarentare, juxta tradita à Rodolphin. *Prax.part.1.cap.1.num.109.* Seu guarẽtisare, quod sumitur pro causam alterius suscipere, se defensorem profiteri. Priscum Francorum verbum, quod in Francogalliam repertum est *Guarent*: quo significatur ille, qui Latinis author nuncupatur, & evictionem præstat *lib 2. Feudor. tit.34. §.in Lombard.* ut attestatur Calvin. *Lexicon. jur. verbo. Guarentare.* Cujus autem significatio, prout dicit Bersan. *de Compensat. cap.2.*
13 *quæst.12. num.6.* Nil aliud importat, quàm defensionem de jure, & facto; & operatur quod ipsius vigore à debitoris captura absque strepitu, figuraque judicii incipi possit Graff. *de Except. in prælud. num.23.* Everard. *Loco à vi, & energ.jurament. num.51.* Sabelli. *Summ. diversor.tractat. §.Instrumentum. num.9. tom.2.* Roman.*consil.133.* Sanfelic.*decis.365.* & ibi Addentes. Tusch.*conclus.81 num.1.lit.G.* Hujusque clausulæ vigor habet vim definitivæ sententiæ, confessionis, & Judicis ordinarii præcepti Bertachin.in *Repertor.lit.G. in hoc verbo.*

14 Instrumenta guarantigiata continẽt in se duriorem causam, quàm alia, & illa dicitur durior causa, quæ faciliùs exigi potest Seraphin. *de Privileg. juram.privileg.77.num.5.* Et prædicta instrumenta exequutionem paratam habere dicuntur Zacch.*de Oblig.Cameral. quæst.3.num.32.* Unde Niger *tractat.de Exceptionib.cap.12.§.8.num.17.* Hujusmodi obligationes laqueos nesciẽtium, quibus capiuntur incauti appellavit.

Fit guarentigia mediante præcepto 15
Notarii, dummodò à statuto, vel à Principe habeat authoritatem, partibus assentientibus, de observandis in instrumento contentis Menoch. *de Arbitrar.judic.lib.2.casu 17.num.7.* Bersan.*de Compensat.cap.2.quæst.12.num.11* Bertachin. *Repert. verbo. Guarantigia. num.20.* Graff.*de Except.in prælud.num.*
19. Cameralis obligatio etiam habet 16
exequutionẽ paratam; qua quis juribus rigoribusque Cameræ se submittit; & cum obligatio Cameralis sit obligatio rigorosissima, pro ea quoque rigorosissima datur exequutio Gallis *ad Form. obligat. Cameral. quæst.18. num. 8.* Fontanell. *decis.466. num.9.* Gratian. *discept.628. num.14. & decis.Marchiæ 179.num.11.*

In hujusmodi obligationibus ideò 17
quæritur, an compensatio locum habeat, quia in eis excluditur omnis exceptio præter solutionem ad retardandam exequutionem; & ob juramentum, quo regulariter vallantur, ac præmuniuntur. Unde ad quæsitum nega-18
tivè respondetur, idest quod adversùs instrumentum habens paratam exequutionem locum nequeat habere compensatio; quia cum solummodò admittatur exceptio solutionis, compensatio nequit admitti; quoniam hæc non est vera, sed impropria solutio, ut clarescit ex Alex.in *l.Vel permutavit. ff. de Liberal. caus.* ibi: *Facere videtur.* text. in *l.Debitor post medium. ff.Qui potior.in pign.hab.* ibi. *Perinde haberi debet.* Nam verbum *videre*, improprie-19
tatem denotat, quæ improprietas in statutis rejicitur, ut tradit Tynd. *opuscul.de Compensat. art.7. num.19.* Facit text. in *l.Si constat 4. C.de Compensat.* ibi *pro soluto haberi oportet*, quæ di-20
ctio *pro* denotat improprietatem textin *l.Si maritus. §.Lege Julia.ff.ad Legem Juliam de adulter.*

Sed

21 Sed hoc neutiquam obnitente, contraria sententia est amplectenda, videlicet, quod admittatur compensatio Gutierrez *de Jurament. comfirm. cap.* 6. *num.* 2. Gregor. *Syntagmat. jur. univers. part.*3.*lib.*21.*cap.*22.*num.*7.Tynd. *Opusc: de Compensat.artic.*7. *num.* 20. Tusch. *concl.*492. *litera C.* Escobar. *de Ratiocin. cap.* 36. *num.* 2. Afflict.*decis.*121.*num.*4. Parlad.*lib.*2.*Rer.quotid.cap.final.*5.*part.* §.11.*num.*30.Riminald.*consil.* 451. *num.* 37. *lib.* 4. Medic. *de Compensat. part.* 2. *quæst.*15.& *quæst.*31. *num.* 9. Peguera *decis.*175.Cacheran.*decis.*32.*num.*1.Angel. *consil.*123.Jaso in *l. Cum quis. §. Si juravero.num.*3.*ff.de Jur.jurand.*Felin.in *cap. Suborta num.*2.*de Re judic.* Tiraquell. *de Retract.lignag.gloss.*3.§.3.*num* 4.Azeved. in *l.*1.*num.*128. *novæ Recopil.*Paz. *Prax. tom.*1.*part.*4.*cap.*3.*num.*8.Bersan.*de Compensat.cap.*2.*quæst.*12.*num.*21.Fontanell. *decis.*561. *num.* 11. Gratian. *Discept. forens.cap.*515.*num.*48.Surd.*decis.*191.Pacific. *de Salvian. interd. inspect* 2. *cap.* 2. *num.*354.Rota.*part.*3.*divers.lib.* 2.*decis.* 252 *decis.*257.& *lib.* 3. *decis.* 324. Pichard.in §.*In bonæ fidei.num.* 25. *Institut. de Act.* Sabelli *Summ. divers. tractat. §. Compensatio num.*7.Seraphin. *de Privileg. juram.privileg.*77. *num:* 78. Castill. *Controvers.jur.lib.*4.*cap.*40.*num.*102.Cancer. *Variar. Resolut. cap.* 3.*part.*2. *num.* 54. Graff.*de Except. except.* 16. *num.* 5. Medic. *Exam.* 60. Gratian. *Discept. forens.cap.*660.*num.* 29. & 30. Medic. *de Compensat.quæst.*47.*num.*1.Marta.*tom.* 3. *Digest.tit.deCompensat.cap.*30.Rota Roman.*decis.*225.*num.*1.*part.*8.*Recent.*

22 Hujus cõclusionis fundamenta sunt, Primum, quia cum contra instrumentum habẽs paratam exequutionem non possit opponi alia exceptio, quàm solutionis; sequitur compensationem esse admittendam; quia compensatio
23 est solutio.text. in *l. Vel permutavit. ff. de Liberal.caus.* text. in *l. Debitor.* 4.*ff. Qui potior.in pign.hab.*text.in *l.Solutionis. ff.de Solut.* text. in *l. Amplius non peti. ff. Rem ratam haber.*text.in *l. Julianus ait. ff.de Condit.& demonst.*text. in *l. Si peculium.§.de Illo.ff.de Stat.liber.*

24 Secundum, quia si creditor agens vigore instrumenti guarentigii, possit compensationem respuere, obstaret ei regula, quod dolo facit, qui petit id, quod statim restituturus est text.in *cap. Dolo facit.de Reg.jur.in.*6. text. in *l. Dolo facit. ff. de Doli except.* Qua regulâ innititur compensationis æquitas,ut advertit Gloss. in §. *In bonæ fidei. Institut. de Act.* Aliàs creditor ex una manu caperet,& ex aliâ dare teneretur; quẽ prorsus abhorrent jura circuitum text.in *l. Si dominus.ff.de Condict.indeb.*Nam fru- 25
stra fit per plura, quod per pauciora fieri potest text. in *l.*1.*§.In refutatoriis. C.de Appell.*text. in *l.Generaliter.C.de Instit.sub condit.fact.*text.in *l.In donatione.C.de Donat.princip.*

Tertium, quia cum compensatio fi- 26
at ipso jure, hoc est post oppositionem partis,lex hujusmodi compensationem facit,& verum effectum solutionis habere dicitur, non fictum, vel imaginarium secundùm id, quod habetur in *Authentic.Constitutio quæ.C.de Dignit.& in authentic. Episcopalis dignitas. C. de Episcop.& Cleric.*Bart. in *l. Si is qui pro emptore. in* 3.*quæst.ff. de Usucap.*Et licet 27
solutio videatur esse quid facti, non juris; tamen effectus solutionis,qui est liberatio,quem effectum meditatus fuit compensationem inducens text. in *l.*3. *ff. de Compensat.* Juris tantùm esse videtur, ideòque vera contingit liberatio argument.text.in *Princip.Institut.Quib. mod.oblig.tollat.*

Ex quo sequitur, quod dicens de 28
compensatione adversùs instrumentum Guarentigium allegat liberationem jam factam à jure; quæ sufficere videtur statuentis ponderatâ mente, quia voluit excludere petẽtem exequutionem ejus, cujus jam erat sequuta liberatio per solutionem juxta id, quod habetur per Gloss. in *l. Tale pactum. §. Qui provocavit.ff.de Pact.*

Quartum, quia licet statutum gene- 29
raliter prohibeat omnem exceptionem, tamen nunquam intelligitur interdicere eam, quæ repellit agentem à limine judicii ut Bald. in *l. Fratris. C. de Transact.* ibique per Doctores notata; sed opponens compensationem allegat compẽsationẽ jam factam à jure juxta ea,quæ dixi in *quæst.*6.*lib.*1 Quæ quidèm

li-

liberatio agẽtem à limine judicii repel-
lit,quia agentis non intereſt agere text.
in *l.3.ff. de Compenſat.* Quod generaliter
habetur in *cap. Tua non intereſt. de Ex-
cept.*text.in *l.Si unus.§. Ante omnia.ff. de
Pact.*

30 Quintum,licèt ſtatutum omnem ex-
ceptionem vetet; tamen non intelligi-
tur reſpicere illam, quæ reſultat ex iis,
quæ facit ipſemet agens, vel petens,
quia tunc, non excluditur ab adverſa-
rio, ſed potiùs à ſeipſo. text.in *l. Veteres
in fin.ff.de Itin.actuque privat.* Sed exce-
ptio compenſationis eſt hujuſmodi,
quia reſultat ex facto adverſarii obli-
gantis ad ſolvendum text. in *l. 3.ff. de
Compenſat.* Ergo &c.

31 Sextum,quia per ſtatutum non in-
telliguntur excluſæ exeeptiones juſtæ,
& validæ; ſed frivolæ tantùm, & ina-
nes, ut eſt eaſus ſingularis in *cap. Ex
parte.el ſegundo.de Offic.delegat.* Arguen-
do de reſcripto ad ſtatutum; ſed exce-
ptio compenſationis eſt hujuſmodi,
quia eſt valida, maximè quia liberatio-
nem factam præſuppònit text. in *l. Si
conſtat 4.C.de Compenſat.* Ergo &c.

32 Non obnititur fundamentum con-
trariæ ſententiæ. Nam licèt per com-
penſationem modus ſolvendi fictus, ac
ac improprius videatur; ut apparet
ex text.in *l.Vel permutavit.ff.de Liberal.
cauſ.* text. in *l.Debitor 4. ff.Qui potior.
in pign.hab.* text.in *l.Si conſtat 4. C.de
33 Compenſat.* Tamen quoad effectum
liberationis eſt vera, ac realis ſolutio,
ex qua vera ſuboritur liberatio text.in
l.Julianus. ff. de Condit. & demonſtrat.
Tynd *de Compẽſat.art.7.num.23.* Tuſch.
concl.488. num.8. Giurb. *ad Conſuetud.
Meſſan.cap.2.gloſſ.16.part.1.num.10.* Cã-
cer.*Variar.Reſolut.part.1.cap.3. num.59.*
Zamoran.*de Compenſat.in proœm.num.2*
34 Nam compenſans omninò numerat,&
ſolvit, ſi non naturaliter, ſaltem civili-
ter text. in *l.Si rem. §.Omninò. ff.de Pi-
gnor.act.* text.in *l.Solutionis verbum & l.
Satisfactionem.ff.de Solutionib.* Quæ ci-
vilis numeratio id operatur, quod na-
turalis argument.text.in *l.Adoptio.ff.de
Adopt.* text.in *l.Filio. ff.de Liber. & po-
ſthum.* Proinde nihil intereſſe ait Juriſ-
conſultus in *l.Debitor 4. ff.Qui potior.
in pignor.hab.* Solverit debitor, an pen-
ſaverit.

Ex dupliei cauſa hanc quæſtionem 35
fore excitandam reor. Primâ,quia per
ſtatum fit, ut contra inſtrumentum
habens paratam exequutionem exce-
ptiones præter ſolutionem non admit-
tantur. Secundâ propter juramentum
illis; ut plurimum inſitum. De prima
jam dixi; de ſecunda habendus eſt ſer-
mo.

Et mihi probatur in Camerali obli- 36
gatione haudquaquam compenſatio-
nem admittendam eſſe Alexand. *con-
ſil.91.vol.2.* Bardonell. *conſil.70. num.8.
num.8.* Roland. *17.num.14.vol.1.* Socin.
in *l.Julianus. ff.de Cond.indeb.* Oſaſc.*de-
ciſ.92.num.35.* Pinu *conſil.84. num.17.*
Matheſ. *ſingul.54.* Cancer: *Variar.Re-
ſolut.cap.3.part.2.num.60.* Gabriel. *Di-
ver.jur.concl.7.num.1.* Seſſe *deciſ.Aragon.
90.* Lancellot.*de Attent.part.3. cap.24.
quæſt.8. num.3.* Sarmient. *Select. inter-
præt.lib.2 cap.1.num.11.* Menoch.*de Præ-
ſumpt.lib.2.præſumpt.48.num.36.* Mare-
ſcot.*Variar.Reſolut.lib.2. cap.121. num.
23.* Gratian. *Diſceptat. forenſ. cap.129.
num.18. & deciſ. Marchiæ 179. num 9.*
Marc.Anton.*Variar.Reſolut. lib.2. reſol.
36.num.6.* Marcheſan.*de Commiſſ. appell.
à Camer.oblig.part.1.cap.1. cap.16. num.
306.* Sicuti nec admittitur ſtante jura- 37
mento text.in *cap.Ad noſtram.de Jure ju-
rand.* Medina *de Reſtit. quæſt.3. cauſ.12.*
Luca *de Credit.diſcurſ.46.num.4.* Gutier-
rez. *de Jurament. confirm. part.3. cap.6.
num.9.* Suarez in *Comm. opinion. verbo.
Compenſatio. num.151* Barboſ.*Vot.deciſ.
voto 90.num.25.* Ramon. *conſil.36. num.
23.* & dixi latiſſimè in *quæſt.13. lib.2.
tom.1.*

Hujus concluſionis ratio eſt, quia 38
juramentum in ſpecifica forma eſt
adimplendum text. in *cap.Ad noſtram.
el primero. de Jur.jurand.* Amic.*de Jure
emphyt.quæſt.97.num.1.* Bertazol.in *l.Si
quis major. C.de Tranſact.num.723.* Fu-
ſar.*de Subſtitut.quæſt.674.num.8.* Cephal.
conſil.41.num.10.lib.1. Thomaſet.*Regul.
165.* Riec.*Prax.Eccleſ.reſolut.255.num.
3.* Ergo nequit per compenſationem.

Hæc autem concluſio procedit, 39
dummodò juramentum formaliter ſit
in-

interpositum tactis scripturis; secus verò si virtualiter ex formula obligarionis Cameralis. Nam tunc cum tale juramentum non gaudeat privilegiis veri juramenti, prout dicit Luca *de Credit. discurs.46.num.20.* Admittitur compēsatio favore debitoris in forma Cameræ obligati Bersan. *de Compensat. cap.2. quæst.12. num.25.* Fontanell. *decis.466. num.9.* Amat *Resolut.17.num.9.* Mantica *de Tacit.& ambig.conveut. lib.16. tit.15. num.12.* Annot. ad Ludovis. *decis. Rot. Roman.342. in fine*. Medices *exam. 60. num.43.* Pacific. *de Salvian. interdict. inspect.5. cap.1. num.101.* Nam iniquùm
40 esset, quod prætextu talis obligationis creditor exigeret id, quod sibi debetur; & non solveret id, quod ipse debet Calvin. *de Æquitat. lib.1. cap.7. num.7.* Bersan. *de Compensat. cap.2. quæst.12 num. 22.* Ricc. *de Jur. personar. lib.4. cap.34. num 3.*

41 Quando verò debitum favore obligati in forma Cameræ supervenit post obligationem contractam rectè locum habet compensatio Surd. *consil.246.num. 15.* Grat. *consil.121.* Alban. *consil.128.* Honded. *consil.18.num.25.* Carrill. *decis. 277.num.1.tom.1.* Monald. *consil.62.num. 14.* Urceol. *Consultat. forens. inspect.2.cap. 2.num.315.* Rocca *Select. disputat. cap.46 num. 14.* Bersan. *de Compensat. cap.2. quæst.12.num.23.* Salgad. *Laberynt. credit. part.3.cap.6.§.unic.num.10.* Affin. *de Exequut.§.9.cap.29.num.10.* Ansald. *de Jurisdict. part.2. tit.10. cap.14. num.25.*
42 Quia juramentum non trahitur ad futura, sed intelligitur rebus sic stantibus. text. in *cap. Quemadmodum. de jur. jurand.* ut dixi latè in *quæst. 2. lib.1.*
43 *tom.3.* Et adversùs instrumenti exequutionem compensatio facta non intelligitur: nisi ab homine opponatur, prout decisum fuisse refert in Granatensi Prætorio Larrea *decis.87. num.7.*

44 Quid dicendum si quis instrumentum falsum produxit, & contra ipsum alterum falsum opponatur; an in hoc casu delictorum sit admittenda compensatio? & affirmativè respondēdum
45 est, per illā regulam, quæ habet, quod paria delicta mutuâ compensatione tolluntur text. in *l.Viro, atque uxore 40 ff. Solut. matrim.* text. in *l.2. ff. Nequis eum.* text. in *l.Cum proponas 2.C.de Pact.* text. in *l.Si ambo 10. ff. de Compensat. cap.Nihil.32.quæst.6. cap.Significasti. de Divort. cap.Intelleximus. & cap.final. de Adulter.*

Sed hoc haud reluctante contra- 46
rium est veriùs, videlicet, quod non admitratur compensatio; sed ambo sint puniendi Bald. in *Rubric. C.de Fide instrum.* Medices *de Compensat. quæst 47. num.6.* Quia falsum cum falsa probario- 47
ne excludi non debet text. in *l.In fraudem. §.Quoties. ff. de Jur. fisci.* Jaso in *§. In bonæ fidei. num. 91. Institut. de Act.* Add. ad Bart. in *l.Si ambo. ff. de Compensat.*

Limitatur 1. Nostra principalis con- 48
clusio, quando statutum requireret veram, ac realem solutionem, quia tunc expellererur compēsatio Tynd. *opuscul. de Compensat. art.7. num.23.* Giurb. *ad Consuetud. Messan. cap.9. Gloss.9. part.1. num.5.*

Limitatur 2. Si in statuto adjiciatur 49
hoc verbum *pecunia*, quia runc existimo compensationem non esse admittendam; cum naturalis solutio tantùm comprehēdatur. text. in *l.Solutum. ff. de Solut.* Aretin. in *l Liberationis. ff. de Verbor. Signif.* Seraphin. *de Juram. privileg. juram.74 num.63.* Grass. *de Exceptionib. except.16.num. 59.* Tusch. *concl.45.num. 2 & concl. 341.num.5.lit.S.* Torniol. *consil.79.num.32.* Chartar. *decis.77.num.15. 17.& 31.*

Limitatur 3. Si statutum solutio- 50
nem requirerer in tabula, aut banco Bart. in *l.Solutionis. num.1. ff. de Verbor. oblig.* Surd. *consil.246.num.19.* Giurb. *ad Consuet ud. Messan. Gloss 9. cap.9. part.1. num.2.* Natta *consil.60.num.4.* Grass. *de Exceptionib. except.16.num.59.* Aut eam quæ appareret per publicum instrumentum Tusch. *concl.488.num. 19.lit.C.*

Limitatur 4. Si statutum certam 51
daret solutioni formam, vel quia realem, vel naturalem, seu in conranti requireret numerationem Felin. in *cap. Suborta. num.2. de Rejudicat:* Crot. *consil.139.num.7.vol.1.* Jaso in *l.Cum qui. §. Si juravero. num.7. ff. de Jur. jur.* Sessè *decis.88. num.8.* Boër. *consil.13. ad finem.*

Marc.

Marc. *decis. Delph.* 248. *num.* 4. *part.* 2. Bardell. *consil.* 70 *num.* 9. Natta *consil.* 54. & 60. *num.* 3. & 4. Milanens. *decis.* 13. *num.* 89 & *decis.* 14. *num.* 19. *in* 2. Intrigl. *consil.* 8. *num.* 15. *et decis.* 5. *num.* 12. *et de censib. quæst.* 22. *num.* 11.

SUMMARIUM

1 *Casus quæstionis figuratur.*

2 *Compensatio in gratia debitorum conventorum est introducta.*

3 *Beneficium invitis non debet præstari.*

4 *Compensatio ad hoc ut locum habeat requiritur debitum, & creditum ad invicem.*

5 *Lex generaliter loquens generaliter intelligi debet.*

6 *Consensus minimè requiritur in iis, in quibus juris authoritas locum habet.*

7 *Consensus debitoris non requiritur in solutione facienda.*

8 *Consensus debitoris conventi in compensatione peroptatur.*

9 *Particula si, conditionem importat.*

10 *Compensatio ad hoc ut locum sibi ascisçat debitoris consensum poscit.*

11 *Debitor simul, & creditor si conveniatur, potest vel compensationem opponere, vel per numerationem solvere realiter cum nemo compensare cogatur si solvere malit.*

12 *Debitor simul & creditor, si creditori objiciat compensationem, utrùm is eam admittere teneatur?*

13 *Necessaria compensatio dicitur illa, quæ fit in rebus fungibilibus numero, pondere, vel mensura constantibus, quæ res sunt idoneæ ad compensationem inducendam.*

14 *Consensus nec debitoris, nec creditoris exigitur in compensatione necessaria.*

15 *Consensus debitoris compensantis in pluribus casibus non requiritur.*

16 *Consensus debitoris, nec creditoris non requiritur in compensatione, quando fit in usuris.*

17 *Consensus creditoris, nec debitoris non requiritur quotiescumque compensatio fit ipso jure absque oppositione ministerio legis.*

18 *Voluntaria compensatio fit etiam in rebus, quæ in genere suo functionem haudquaquam recipiunt.*

19 *Consensus creditoris in admittenda compensatione requiritur, quando loquitur de compensatione voluntaria.*

20 *Voluntaria compensatio fit in rebus, quæ compensationis naturæ refragentur.*

21 *Beneficio pro se introducto quilibet renunciare potest.*

22 *Consensus debitoris efficit, ut compensatio possit admitti in speciebus, & in aliis rebus, in quibus aliàs si non interveniret consensus mininimè admitteretur.*

23 *Consentientibus partibus compensatio in omnibus rebus locum habere potest.*

24 *Compensatio quare de specie ad speciem, nec de specie ad quantitatem admitti non potest.*

25 *Conditionem suam paciscendo reddere deteriorem cuilibet permittitur.*

26 *Injuria volenti fieri non dicitur.*

27 *Consensus tacitus creditoris sufficit ad compensationem recipiendam.*

28 *Virtus taciti, & expressi eadem est.*

29 *Consensus tacitus creditoris non sufficit ad admittendam compensationem; quãdo petitur fieri in deposito.*

30 *Cõsensus tacitus depositarii, an operetur, ut compensatio in deposito admitti possit.*

31 *Species cum specie partibus assentientibus compensari potest.*

32 *Spoliatus tacens consentire videtur.*

33 *Compensatio in deposito admitti non potest.*

34 *Judex ex officio in deposito compensationem repellere tenetur.*

35 *Judex quando constat hinc inde deberi, quamvis partes taceant, tenetur ex officio compensationem inducere.*

36 *Contrariorum eadem debet esse disciplina.*

37 *Judex ex officio refellere debet compensationem, quando versatur in casibus, in quibus admitti non debet.*

38 *Tacens non præsumitur consentire, quando scit adhuc jus suum durare.*

39 *Deponens non compellitur esse in judicio, quando depositarius excipit de compensatione.*

40 *Aliud pro alio creditore invito solvi non potest.*

41 *Depositum exuberantem fidem exposcit.*

42 *Indi depositum fraudantes non vocant in judicio; sed is qui credidit appellat.*
43 *Pisidæ depositum fraudantes ultimo supplicio puniebant.*
44 *Deponens si expressè compensationi assentiatur, optimè locum habere potest.*

ARGUMENTUM

Utrùm sicut in compensatione Debitoris consensus exposcitur, creditoris quoque voluntas peroptetur.

QUÆSTIO XVII.

1 Consensum debitoris conventi ad inducendam compensationem sanè poposcit Jurisconsultus in *l. Unusquisque 2. ff. de Compensat.* Ejusque reliquit arbitrio an compensationis tegimine agentis actionem arcere velit; seu potiùs physicam debiti numerationem pati. Hoc enim de convento capessendum. Unde percunctandum est: utrùm etiam in creditore, voluntas ejus habeatur, quod, ut dilucidiùs eniteat disputationis hujus thema à casus efformatione incæptum iri conjecto: Quamobrem affingendum opinor Sempronium tamquam debitorem ex unâ causâ, & creditorem Titii in aliâ, conventum esse à Titio, electâ per ipsum Titium actorem viâ compensationis, quâ sui crediti solutionem ab ipso Sempronio assequatur. Profectò apparet, ac constat Sempronium conventum ad compensandum invitum haud compelli posse; quoniam cum certùm sit minimè creditorem frui facultate eligendi speciem unam solutionis potiùs, quàm aliam; ita neque eligere posse videtur compensationem invito debitore; quod eo niti-
2 tur fulcimine; videlicet compensationem dumtaxat gratiâ, ac favore debitoris esse introductam; quoniam nostra potiùs interest non solvere, quàm solutum repetere. text. in *l. Ideò 3. ff. de Compensat.* Igitur cum sit beneficium 3
debitoris favore inductum, eo reluctâte, in eundem conferri non debet, quia beneficium invito non datur text. in *l. final. C. Unde legitim.* text. in *l. Nec emere. C. de Jur. deliber.* text. in *l. Hoc jure. §. Non potest. ff. de Donat.* text. in *l. Invitus. §. Quod cuique. l. Invito. ff. de Reg. jur.* At prætermittendo compensationem, reali, ac actuali solutione suum creditorem quisquis poterit dimittere; ideòque debitoris, qui simul creditor sit, consensum inter compensationis requisita fore petendum.

Sed, ut faciliori progrediar metho- 4
do, videndum puto, an necessè debitoris consensus in compensatione poscatur? Et haud exposci videtur. Nam ad hoc ut habeatur cōpensatio, nihil aliud desideratur nisi quod adsit debitum, & creditum ex utraque parte, & sic fiat debiti, & crediti invicem inter se contributio text. in *l. 1. ff. de Compensationib.* Cum lex generaliter loquatur, genera- 5
liter est intelligenda text. in *l. In fraudem 16. §. final. ff. de Testament. milit.* text. in *l. 1. §. Generaliter. ff. de Legat. præstand.* text. in *l. Quod autem. ff. de Aleator.* text. in *l. Final. C. de Dot. promiss.* Quippe 6
ubi lex non distinguit, nec nos distinguere debemus text. in *l. De pretio. ff. de Public. in rem act.* Et in iis, quibus juris authoritas locum assequitur, minimè consensus requiritur; sed in debitore juris authoritas locum sibi vindicat, cùm debitores dicantur, à quibus invitis pecuniam extorquere possumus. Ergo in solutione eorum consensus nō 7
desideratur. Nam aliàs si in debitorum voluntatem reponeretur, an solvere vellent, vel nè, creditores nunquam eorum credita assequerentur, quoniam nullus adeò socors debitor esset qui solvere vellet.

Sed his minimè renuentibus contra- 8
rium est tenendum, scilicet, quod in compensatione debitoris consensus desideretur; quod mihi probatur ex textu in *l. 2. ff. de Compensat.* Cujus verba hæc sunt. *Unusquisque creditorem suum petē-*

tem

tem summovet, si paratus est compensare.

9 Ex quibus, & præsertim ex illâ dictione *si*, quæ conditionem indicat, ut notât Bartolus in *l.1.num.2.& 3.ff.de Condit.& demôstrat.* Bald.*consf.150.lib.5.* Barbosa. *de Dictionibus.dict.364.num.1.* Oldrad. *consil.242. num.7.* Jaso *in l.Extraneum. num.4.ff.de Hæred. instituend.* Pa-
10 tet, debitorem volentem compensare suum creditorem summovere. Ergo ad hoc, ut compensatio inducatur debitoris consensus exposcitur Donell.*Comm. jur.civil.lib.16.cap.15.num.50. versic.In personis sunt.* Duaren. *tit. de Compensat. cap. 1.* Rubeus *decis. Rot. Roman.334. num.17. tom.5.* Bersan. *de Compensation. cap.1.quæst.5.num.3.* Diego *opuscul. de Compensat. fol.mihi 2.* Oynotom: in *§.In bonæ fidei. num.55.de Actionib.* Medices *de Compensat.part.2.quæst.17.* Quippe
11 quando debitor à creditore convenitur in ejus potestate est, dummodò ex aliâ causâ sit creditor creditoris; solvere solutione reali per pecuniæ numerationem, vel mediante compẽsatione, cum nemo compensare compellatur, si solvere malit, ut dicit Faber *Rational. in l.Si ambo 10. §.Si quis igitur.ff.de Compensat.* Igitur quotiescumque debitor eligit per compensationem solvere, ejus consensus necessarius esse videtur, juxta text. in dictâ *l.Unusquisque 2.ff.de Compensat.*

12 Hæc omnia procedunt, quando debitor conventus compensationem objicit, creditore agente minimè reluctante; sed quid dicendum, quando quis est debitor, & creditor simul, & cogitur ad solutionem sui debiti, & excipit de compensatione illius summæ contra suum creditorem, cujus in alia manu creditor est: Nam si creditor, adversùs quem opponitur compensatio, eam compensationem nolit admittere; ambigitur an creditoris confutatio sit attendenda, vel non?

13 Ad cujus resolutionem sciendum est, duplicem esse compensationem, necessariam quidèm, & voluntariam. Necessaria compensatio vocatur illa, quæ locum adipiscitur in rebus fungibilibus, numero, pondere, vel mensurâ constantibus, juxta dispositionem text.in *l.2.§. Mutui datio.ff. de Reb.credit.* Quæ res de sui naturâ sunt objectum materiale compensationis, de quâ necessariâ compensatione loquuti fuêre Oynotom. in *§.In bonæ fidei. num.55. de Act.* Hahnius ad Wessembec.*lib.16.Digest.tit.2.num.2. ad finem.* Bersan. *de Compensat. cap. 1. quæst. 1. num. 21.* Bald. in *l. Si constat. 4. num.13.C.de Compensat.* Medices *de Compensat.part.2.quæst.17.* Brunneman. in *l. 1.num.6.ff.de Compensat.* In hac necessa- 14
riâ compensatione; dummodò adsint omnia requisita ad ineundam compensationem, juxta text.in *l.1.ff. de Compensat.* text.in *l.final.C.Eod.* Postquam debitum, & creditum est ex utrâque parte contractum, non poscitur consensus, nec debitoris, nec creditoris Barbosa in *l.Divortio. §.Ob donationes.num. 14. vers. Ego autem.ff.Solut. matrim.* Bersan. *de Compensat.cap.1.quæst.5.num.4.* Cum ibi relatis. Nam tunc fit in casibus à lege permissis.

In pluribus verò casibus in compen- 15
satione non expetitur; nec debitoris, nec creditoris consensus.

Primo, quando fit compensatio usu- 16
rarum neutrius voluntas efflagitatur. Ratio est, quia tunc compensatio fit ipso jure absque hominis oppositione Gutierrez *de Jurament.confirmator.part. 3.cap.6. num. 1.* Ripoll.*Variar.Resolut. cap.7.num.335.* Barbosa in *l. Divortio. 8. §.Ob donationes.num.33.ff.Solut. matrim.* Gregor.*Syntagmat.jur.part.3.lib.21.cap. 22.num 2.* Castill.*lib.4.Contr.cap.40 num. 112.* Larrea.*decis.87.num.7.* Barbosa *voto 60. num.15.lib.2.* Pichard. in *§.In bonæ fidei.num.45.de Act.* Schifordeg. *lib.1. tractat.2.quæst.2.* Et sic invitis utrisque legis authoritate, compensatio perficitur, suosque assequitur effectus.

Secundo, quum fit in delictis. Tertio, 17
quando inducitur ad vitandum commissum. Quarto, quando fit in fructibus pignoris, & denique hæc generalis regula est constituenda, quod quotiescumque compensatio fit ipso jure legis dumtaxat ministerio, toties cum sit compensatio necessaria, fit absque consensu, tàm debitoris, quàm creditoris; quoniam extemplò post debitum utrinque contractum, compensantibus invitis, ac insciis, compensatio suos ope-

ratur effectus,& in quibus casibus compensatio ipso jure admittatur vide quæ latè effudi in *quæst.6.lib.1.tom.1.*

18 Voluntaria verò compensatio est, quæ fit communi consensu partium,& fieri potest etiam in rebus non aptis ad recipiendam compensationem, ut tradunt Medic.*de Compensat part. 2: quæst* 17.Oynotom.in *§. In bonæ fidei.num.*55. *Institut.de Act.*Bersan.*de Compensat.cap.*
19 1.*quæst.*5.*num.*5.In hujusmodi compensatione, quoties creditor agit adversùs debitorem,qui in aliâ manu est creditor creditoris; & debitor opponit compensationem,juxta text.in *l.Unusquisque ff. de Compensat.*Tunc ad hoc, ut compensatio admittatur consensus creditoris, postulatur, ut quoque tradunt Bersan. *de Compensat.cap.*1.*dicta quæst.*5, *num.*5. Oynotom.in *§.In bonæ fidei.num.* 55. *Institut.de Act.*Barbosa in *l.Divortio.§. Ob donationes.num.*15.*ff.Solut. matrim.*

20 Hujus conclusionis ratio est, quia hæc voluntaria compensatio fieri solet in rebus, quæ compensationis naturæ refragantur, & lex præcipit, ne in compensationem deducantur, ut refert Bersan. *loco citat.*& Oynotom. in dicto
21 *§.In bonæ fidei. num.*55. *de Actionib.* Sed quia quilibet beneficio, ac favori pro se introducto renunciare potest, cum haud invito beneficium tribuatur text. in *l.Invito ff.de Reg.jur.*text.in *l. Hoc jure.§.Non potest.ff.de Donat.* text.in *l. Nec emere.C.de Jur.delib.*text.in *l.Invitus.§.*
22 *Quod cuique. ff. de Reg. jur.* Ideòque receptum est de specie ad quantitatem, vel de specie ad speciem compensationem admitti,etiam in omnibus aliis casibus, in quibus regulariter compensatio locum non habet,interveniente creditoris consensu text. in *l.*1. *§. Item si cum.ff.Si pars hæredit.petat.* Quippe partibus assentientibus omnibus in rebus, quoque adversùs compensationis regulas, locum sibi vindicat compensatio
23 Gloss.in dicta *l.* 1. *§. Item si cum. verbo Compensatio.ff.Si pars hæred.petat.*Bart. in *l.Si constat.*4.*num.*13.*C.de Compensat.* Trentacinq. *Variar.Resolut. tit.de Compensat.Resolut.unic.num.*1.*vol.*1.*lib.*3.Bersan.*de Compensat.cap.*1. *quæst.* 5.*num.* 7. *& cap.*3.*quæst.*7.*num.*20. Faber. in dicta *l.*1.*§.Item si cum. ff. Si pars hæred. petat.* Coppel.*de Compensat.cap.*1.*num.*6.Medices *de Compensat.quæst.*17.*num.*3.*part.* 2. Gregor.*Syntagmat. jur. univers. part.* 3. *lib.*21.*cap.*22. *num.*3.

Ideò compensatio locum sibi asciscere nequit de specie ad speciem, nec de specie ad quantitatem, quia cum compensatio sit solutio. text. in *l. Si constat.* 4.*C.de Compensat.* text. in *l.Debitor.*4.*ff. Qui potior.in pign.hab.* text. in *l. Ejus quantitatis. C. de Solut.* Admittendo compensationem de specie ad speciem, aliud pro alio solveretur, quod non est dicendum,juxta text.in *l.*2.*§.Mutui datio.ff.Si cert.petat.*text.in *l. Si se non obtulit.§.Ait prætor.ff. de Re judic.* At hoc inconveniens creditoris, cui per compensationem solvitur, accedendo consensus, non perlustratur. Quippe si ex hujusmodi solutione aliquod patiatur incommodum sibi ipsi asciscendum. Nam cuilibet licet juri suo renunciare, & conditionem paciscendo deteriorem efficere.text.in *l.Pactum.ff.de Pact.*text. in *l. Penultim. C.de Pact.* Præterea aliud pro alio creditori volēte rectè solvitur. text. in *l.Manifesti. ff. de Solut.* Et queri non potest, quia volenti non fit injuria.text. in *l.*1. *§. Usque adeò. ff. de Injur.* text.in *l.*1.*ff.de Act.empt.*text.in *l. Nemo præsumitur.ff.de Reg.jur.* text.in *cap.Scienti.de Reg.jur.in* 6.Quo alludit Horat.*lib.* 2.*Epistolar.epist.ad Julium Florum.* 24 25 26

Prudens emisti vitiosum, dicta tibi est lex.

27 Et quamvis creditor adversùs quē opponitur compēsatio expressè nō præstet consensum, satis superque erit, ut tali compensationi à debitore objectæ non refragetur;quoniam per taciturnitatem assentiri censetur. text. in *l. Si sine* 5. *C. ad Vellejan.*text. in *l.Si eo tempore.* 6. *l.* 2.*§.Voluntatem.ff.Solut.matrim.*text.in *l. Qui patet. ff.de Reg.jur.* text.in *cap. Qui tacet.*42. *de Reg.jur.in* 6. De quo cecinit Martial.*lib.*6.*Epigramm.* 5.

Rustica mercatus nummis sum prædia multis.
Mutua des centum, Cæciliane, rogo;
Nil mihi respondes, tacitum te dicere credo.
Non reddes: ideo. Cæciliane, rogo.

Cum

28 Quippe taciti, ac expressi eadẽ est virtus text. in *l. Cum quid* 3 *ff. Si cert. petat.* text. in *l. Final. ff. de Legat.* 2. text. in *l. Item quia. ff. de Pact.* text. in *l. final. C. Quibon. ceder poss.* Nam per hujusmodi taciturnitatem assentiendo in compensationem voluntariam inclinare videtur Medices *de Compensat. part.* 2. *quæst.* 17. *num.* 3. Bersan. *de Compensat. cap.* 1. *quæst.* 5. *num.* 9. Si verò creditor reconventi compensationem admittere recuset non extemplò, aut invitus ad compensationem cogendum; sed certis dumtaxat conditionibus, ex quibus cõpensationis necessitas admittendi ipsi creditori ascribitur, ut tradit Diego *opuscul. de Compensat. fol. mihi* 2.

29 Hoc quod supra retuli non procedit in deposito. Nam si contra deponentem depositarius de compẽsatione excipiat; licèt depositi dominus quidquam replicet pro compensationis rejectione Judex declarare debet, attendendam non esse dictam compensationem, cum expresse prohibeatur per text in *l. final. C. de Compensat.* text. in *§. In bonæ fidei. de Act.* text. in *cap. Bona fides. de Deposit.*

30 Nunc verò investigandum est, an si depositarius objiciat compensationem adversùs deponentem, & deponens expressè consensum non præstet, sed solummodò taceat videatur compensatio inducta, nec nè? & quod inducatur, videtur affirmandum. Quippe licèt in actione depositi ob uberiorem fidem, & nè compensationis prætextu deponens exactione, depositarum rerum fraudetur.

31 Nam quamvis de specie ad speciem compensatio locum non habeat text. in *l. Si convenerit. ff. de Pignor. act.* text. in *l.* 5. *ff. de Impens. in reb. dotal. fact.* Tamen partibus assentientibus, benè admittitur, ut supra dixi: Ergo idem dicendum est de deposito, quamvis in eo compensationem non foveat.

32 Huic mirum in modum aspirat text. in *cap.* 1. *de Restitut spoliator.* Ubi non admittitur exceptio dominii contra spoliatum text. in *l. Si quis à se. C. Ad leg. Jul. de vi.* & nihilominus tamen si ea exceptio objiciatur, & spoliatus taceat admittitur; quoniam spoliatus tacens consentire videtur Berous in dicto *cap.* 1. *num.* 21. Menoch. *de Remed. recuperãd. possess. remed.* 1. *num.* 165. Igitur idem dicendum est in deposito maximè stante æquiparatione text. in *l. final. C. de Compensat.*

Sed hoc minimè refragante contrarium affectari debemus. Nam quamvis in voluntariâ compensatione tacens compensare videatur, ut supra affirmavi: tamen contrarium est in deposito: Nam quamquam actor taceat, minimè assentiri præsumitur objectæ compensationi; hoc clarè oritur ex eo, quod jus compensationem interdicit in deposito text. in *l. Final. C. de Compensat.* text. in *§. In bonæ fidei. de Act.* text. in *cap. Bona fides. de Deposit.* Ut insequuntur, ac docent Cujac. in *Rubric. C. Compensat. lit. E in fine.* Bachov. ad Treutler. *vol.* 1. *disput.* 25. *thes.* 7. *lit. D.* Borcholt. *Disput. de Compensat. proposit.* 7. *arg.* 7. Vultejus in *§. In bonæ fidei. num.* 7. *de Act.* Hothoman. *Epitom. lib.* 16. *tit.* 2. *num.* 6. Wissembach. in *l. final. C. de Compensat.* Gutierrez *de Jurament. confirm. part.* 3. *cap.* 6. *num.* 4. Gonzalez. in *cap. Bona fides. num* 8. *de Deposit.* Covarruv. in *cap. Quamvis pactum. part.* 1. *§.* 4. *num.* 9. *de Pact. in* 6. Ergo Judex ex officio suo parte tacente, compensationem repellere debet, cum compensationem locũ habere non posse pernoscatur ex text. in *l. Ubi pactum. C. de Transact.* Quod magis elucescit ex eo, quod quoties Judici constat quantitatem hinc inde deberi, potest ex officio compensationem inducere, quamvis partes taceant. text. in *l. Si constat* 4. *C. de Compensat.* text. in *l. Final. C. de Compensat.* text. in *l.* 1. *C. Si major fact. alienat.* Bald. in *l. Si constat* 4. *num.* 6. *C. de Compensat.* Ibique etiam Salycet. *in fine.* Tyndar. *opuscul. de Compensat. art.* 6. *num.* 60. Igitur, ut contrariorum eadem sit disciplina, juxta text. in *l.* 1. *ff. de Is, quæ sunt sui, vel alien. jur.* text. in *l. final. ff. de Legat.* 3. text. in *l. In fundo. ff. de Rei vindic.* text. in *l. Inter stipulantem. §. Sacram. ff. de Verbor. obligat.* text. in *l. Nihil tam naturale. ff. de Regul. jur.* Quoque Judex ex officio refellere debet compensantem, quando in casu vetito compensationem objicit. Et cum

33 34 35 36 37

pars

pars tacens sciat adhuc durare jus suum, quoniam ipsâ tacente, Judex ex officio compensationem excludit, tacens in judicio minimè assentiri videtur. Quippe regula text. in *l.* 1.
38 *C. de Relat.* Recipit limitationem, quando tacens scit adhuc jus suum durare argument. text. in *l. Sicut. §. Non videtur. ff. Quib. mod. pign.* Ripa in *l. Admonendi. num.* 44 *ff. de Jur. jurand.* Roman. in *l. Sciendum. num.* 62. *ff. de Verb. oblig.* Felin. in *cap. Quoniam contra num.* 36 *ff. de*
39 *Probat.* Nam deponens non poterat cogi adesse in judicio, quando depositarius excipiebat de compensatione, cum lex vetet eam objici: & in his terminis tacens consentire haud videtur Imol. *cap.* 2. *num.* 7. *ad finem.* ibique Felin. *num.* 35. *de Testib.* Felin. in *cap. Cum jure num.* 9. *in fine. de Offic. delegat.*
40 Non obest id, quod de specie ad speciem meditatus fui. Nam tunc refellitur compensatio, quia aliud pro alio creditore invito solvi non potest text in *l.* 2. *§. Mutui datio. ff. Si cert. petat.* Ut igitur prædicta compensatio rejiciatur debet de ea in judicio constare creditore invito. Ergo si hoc constat tacēs consentire videtur secundùm text. in *l.* 1.
41 *C de Relat.* Et sic inducetur compensatio voluntaria. In deposito verò non prohibetur compensatio ob eandem rationem; sed potiùs ob depositi naturam, quæ exuberantem fidem exposcit, unde dictum Pittaci celebratur. *Depositum, quod acceperis justè reddito.*
42 Stobæus *serm.* 8 *de Justit.* Nam apud veteres maxima fuit fides depositi. Apud Indos si quis mutuò depositione fraudetur non venit in judicium, sed se ipsum accersit is, qui credit Stobæus.
43 *serm.* 42. Apud Pisidas gravissima semper depositi causa agebatur: apnd quos si inventus esset, qui defraudasset, mortis sævissimo supplicio afficiebatur: Idem Stobæus *dict. Serm.* 42. Igitur cum semper hæc natura salva sit, semper Judex ex officio compensantem repellit, quando ei haud constiterit de expressâ
44 voluntate deponentis. Unde hîc adnotandum est, quod si deponens expressè compensationi assentiatur, tunc rectè in deposito locum sibi arrogat compensatio, ut latè tradidit Barbosa in *l. Divortio.* 8. *§. Ob donationes. num.* 16. & 17. *ff. Solut. matrim.* & Bersan. *de Compensat. cap.* 1. *quæst.* 5. *num.* 12. *in fine.*

SUMMARIUM

1 *Commodatum unde dicatur:*
2 *Commodare quid sit.*
3 *Commodare strictò modo quid sit.*
4 *Commodatum quid sit.*
5 *Commodatum gratuitum esse debet.*
6 *Per commodatum res tantùm dantur ad utendum.*
7 *Commodatarius non possidet sibi, sed Domino.*
8 *Commodatum cur dicatur ad tempus.*
9 *De essentia commodati est, ut res interveniat.*
10 *Res commodatur ad certum usum, & ad certum tempus.*
11 *Precarium revocari potest.*
12 *Commodatum revocari non potest.*
13 *Commodatarius ad usum destinatum commodato debet uti, aliàs furtum committit.*
14 *In commodatores commodata in specie, & non aliud in eodem genere restitui debet.*
15 *Aliud pro alio invito creditore solvi non potest.*
16 *Commodatum gratuitum esse debet.*
17 *Pecunia, si datur pro usu rei, dicitur locatio.*
18 *Possessio, ac dominium rerum commodatarum apud commodantem remanent.*
19 *Casus quæstionis figuratur.*
20 *Compensationem in commodato admittendam esse non pauci fatentur.*
21 *Compensatio in omnibus contractibus, & actionibus locum habet.*
22 *Commodatarius actione commodati directa conventus, jure compensationis potest adipisci impensas factas in re commodata.*
23 *Compēsatio admittitur in omnibus actionibus.*
24 Accursius *compensationem in commodato admittit, quando debitum est certum, & liquidum.*
25 *Verba* prætextu debiti, *quid important:*

26 Tex-

26 Textus in l. Lucius quid jubeat.
27 *Compensatio in commodato non admittitur*, & referuntur Doctores hãc opinionem sectantes.
28 *Græci compensationem in commodato admittendam non esse fatentur.*
29 Cujacius *à priori opinione discedit docendo compensationem in commodato admitti non posse.*
30 Refertur text. in l. final. C. de Commod.
31 *Commodatum consistit in rebus, quas species, seu individuum appellamus.*
32 *Compensatio in speciebus, ac individuis refellitur.*
33 *Respondetur ad fundamenta contrariæ opinionis.*
34 Intellectus ad text. in l. In rebus. §. final. ff. de Commod.
35 *Compensatio semper admittitur, quando res est perempta, & ad æstimationem devenitur.*
36 *Compensatio sola in tribus casibus non sufficit, in specie* text. in dicta l. In rebus. §. final. ff. de Commod.
37 *Primus casus quando contingat.*
38 *Compensatio fit usque ad concurrentem quantitatem.*
39 *Commodatarius, si superfluum consequi velit, opus est reconventione, ut condemnatio sequi possit, non sufficiente compensatione.*
40 *Secundus casus accidit, quando Judex compensationis rationem non habuit.*
41 *Tertius casus quando eveniat.*
42 *Compensatio, de qua in relata* l. In rebus. §. final. ff. de Commod. *dicitur impropria.*
43 *Retentio adversùs depositum non datur.*
44 *Depositum sacrum nuncupabatur.*
45 *Depositum in Æde Sacra fiebat.*
46 Justinianus *sustulit retentiones, quæ olim pro rebus amotis marito dabantur.*
47 *Compensatio solummodò admittitur de quantitate ad quantitatem.*
48 *Compensatio de specie ad speciem rejicitur.*
49 *Compensatio de specie ad quantitatem excluditur.*
50 *Conventus directo commodati judicio dicitur debitor speciei.*
51 Textus in sæpe relata l. In rebus. §. final. ff. de Commod. *an loquatur de retentione, vel de compensatione?*
52 *Retinere minus est, quàm compensare.*
53 *Compensatio minus impropria quando dicatur.*
54 *Interpretatio* Accursii in dicta l. In rebus. §. final ff. de Commod.
55 Textus in dicto §. final. *loquitur non de impropria, sed de vera compensatione.*
56 *Quamvis species initio debeatur; attamen postea lis in pecunia æstimatur.*
57 *Litis æstimatio semper fit in pecunia numerata.*
58 *Commodatario agenti actione commodati rectè opponitur compensatio ejus pecuniæ, quæ contrario judicio peti posset, quo in casu compensatio admittitur, tamquam de quantitate ad quantitatem.*
59 *Compensationem quando dicitur fieri in commodato, hoc pertinet tantùm ad eos casus, quibus commodata res ad æstimationem reducitur.*
60 *Res commodata quando dicatur ad æstimationem redigi.*
61 *Judicis officio debitor cogitur speciem, ob quã compensationẽ expetit æstimare.*
62 Textui in l. fin. C. de Commod *Doctores congruè haud respondent.*
63 Glossa *auguratur Imperatorem de retentione; secus de compensatione loquutum fuisse.*
64 *Quam interpretationem utpotè divinatoriam, ac falsam refellit* Pichardus.
65 Hothomanus, Mercerius, ac Fornerius *existimant verba taxativa prædictæ legis ad alios casus eandem, vel majorem rationem habentes extendi posse.*
66 Borcholten *suspicatur ob pecuniam debitam corporis commodati restitutionẽ non impediri.*
67 Julius Pacius *dixit commodatarium compensatione uti posse, non ut commodatam rem sibi retineat, sed ut si in pecunia sit condemnandus per compensationem servabit, quod contrario judicio petere potuisset.*
68 Cujacius *autumat dicta* l. final. C. de Commod. *mendosam esse.*
69 *Commendare, & deponere idem est.*
70 *Commendandi verbum stat pro deponere.*
71 *Commendare corpus quid sit.*
72 *Verbum deponendi, & commendandi sæpè conjungi solent.*

73 *Emen-*

73 *Emendatio* Cujacii *refellitur*.

74 *Eamque falsam*, *& improbabilem vocat* Faber.

75 *Ineptissimam* Donellus.

76 *Nimis violentam* Vultejus.

77 *Nimis periculosam* Pichardus.

78 Cujacii *emendationi opponitur communis usus loquendi*.

79 *Juris authores pro deposito haud legunt commodatum*.

80 *Opponitur* Cujacii *correctione collocatio rescripti*.

81 Cujacius *existimat* l.final. C. de Commod. *in manus Triboniani corruptam incidisse*, *eamque fugitivam esse censet*.

82 Cujacius *à priore sententia discedit*.

83 *Verba* Cujacii *referuntur*.

84 Molinæ *verba referuntur*.

85 *Compensatio admittitur in commodato*, *quando res est perempta*, *& ad æstimationem devenitur*.

86 *Quo in casu compensatio admittitur*; *tamquam de debito pecuniario ad debitum pecuniarium*.

87 *Compensatio locum habet in expensas factas in re commodata*.

88 *Ratio quare in impensis*, *& non in aliis debitis contra commodatum admittatur compensatio*.

ARGUMENTUM

Utrùm in Commodato compensatio recipiatur,

QUÆSTIO XVIII.

1 DUpliciter commodo verbum desumi, neminem mussitare conje-
2 cto. Primo modo latè, prout idem sit commodare, quod alterius commodis quocumque modo inservire, ut apud Cicer. *lib.* 3.*Epistol.*3.*& lib.* 13. *Epistol.*9. 13. 31. 32. 35. 37. 41. & ad Attic. *lib.*2. *Epist.*16. In qua significatione, quoque comprehenditur mutuum. Idem Cicer. *lib.* 3.*epist.*17. & patet ex text. in *l.*2.*C.de His, qui ex plurib.*?*at.l.unic.C Theodosian. quod jussu.* Secundo modo accipitur angustè, & propriè, nempe quando rescerto modo, & certo fine utenda datur text. in *l.*1.*§.*1.*ff.Commod.* Non ut accipientis fiat, ut benè innuit Seneca *lib.*1. *de Tranquillit.* ibi: *Non mancipium dedit, sed commodavit*. Unde commodati contractus inter eos, qui re contrahuntur numeratur text. in *§ Item is*, *cui. Instit. Quib.mod.re contrab.oblig.* 2

Definitur autem commodatum, 4
quod sit rei alicujus inter idoneas personas pacta ad certum usum, vel tempus gratuita concessio text. in *l.*1.*ff.& C. de Commod.* text. in *§.Item is,cui. Institut. Quib. mod. re contrab. oblig.* text. in *cap. unic. de Commod.* Et ipsammet definitionem amplexati fuêre Cujac. *Paratitl. in lib.*4.*C.tit.*23. Donell. *Comment. jur. civil. lib.*14. *cap.*2. *&.*3. Azo. *Summ. C de Commod. num.*1. Tepat. *Variar. sentent. tit.*363. Connan. *Comment. jur. civil. lib.*7. *cap.*3. Gregor. *Syntagmat jur. lib.*23. *cap.* 1.*num.*1. Treutler. *Select. disput. vol.*1. *disput.*24.*thes.*1. Vigel. *Methodi jur. civil. lib.* 7.*cap.*3.4.*&* 5. Cujac. in *cap unic. de Commod.* Castropal. *Oper. moral. tractat.*32. *disputat.*3 *punct.*2.*num.*1. Less. *de Justit. lib.*2. *cap.*27. *dub.*1. *num.*4. Bonacin. *de Contract. disput.*3. *quæst.*16. *punct. unic. num.*1. Oynotom. in *§.Item is, cui. num.*1. *Institut. Quib. mod. re contrab. oblig.* ibique Pichard. Mynsinger. Vinn. & Borcholt. Molina *de Justit. tractat.*2. *disp.*294.*n.*1.

Dicitur gratuita concessio; Nam si 5
merces interveniat locatio erit, quod cōmodati naturæ refragaretur, quia est quoddam beneficium text. in *l.In commodato.* 17. *§.Sicut. ff. de Commod.* Cujac. *Comment. in lib.*4. *C. tit.*23: Unde dixit Plaut. in *Asinar. act.*2.*scen.*4.

Scyphos, quos utendos dedi Phylodamo.

Dicitur ad certum usum, quia per com- 6
modatum res dumtaxat dantur ad utēdū, ut dixit Ovidius *lib.*1.*de Art. amand.*

Multa rogant utenda dari: data reddere nolunt.

Ideòque commodatarius non possidet 7
sibi, sed domino text. in *l.Si pignore* 22. *ff. de Pignorat. act.* text. in *l.Officium* 9.*ff. de Rei vindic.* text. in *l.Rei commodatæ* 8 text. in *l.Vindicamus* 38. *§.Si possessionem* 10 *ff. de Usur.* text. in *l.*1. *§. Quod autem. ff. de Vi, & vi armat.* text. in *l.Servus* 36. *ff de*

ff.de Condit.indeb. Cato de Repub. cap.5. ibi: *Duas, aut tres familias habeat, unde utenda roget, et quibus det.* Senec.ad Polyb.cap.29.ibi: *Si quis pecuniam creditam solvisse, se molestè ferat, cum præsertim ejus usum gratuitum accepit.* Cicer.lib.1.deOffic. *Si ea, quæ utenda acceperit, majore mensura modo possit jubet reddere.* Plaut.in Pers.act.1.scen.3.

Ut nummos sexcentos mihi dares utendos mutuos.

8 Dicitur ad tempus, eò quia præfixo tempore elapso, ampliusdici nequit cõmodatum text. in l.2. C.de Commodat. Quod benè explicuit Agrætius relatus à Fabroto ad Cujac. Paratitl.lib.4.C. tit. 23.versic.Ad tempus. Dum dixit: *Commodamus amico pro tempore equum, servum, vestem, hanc ipsam rem, quam dedimus accepturi.* Et Isydor.lib.5. Orig.cap. 25.ibi: *Commodatum est, cum id, quod nostri juris est, ad alios temporaliter translatum est.*

9 Plura requiruntur ad hoc, ut sit commodatum. Primum, quod res interveniat Treutler.Select.disputat.vol.1.disputat.24.thes.1. Molina de Just.& jur. tractat.2.disputat.294.num.2. Less.de Just.. & jur.lib.2.cap.27.dub.1. num. 4. Petr. de Gregor.Syntagmat.jur.part.3.lib.23.cap. 1.num.1.Oynotom. in §. Item is cui.num. 3.Institut.Quib.mod.retrab.oblig.

10 Secundum, quod res illa, seu depositum concedatur ad certum, & expressum usum, certumque tempus expressum, vel tacitum; quoties conceditur ad certum usum habet in se tacitum tempus connexum; si verò indefinitè, & non ad certum tempus concedatur, dicitur precarium Molina de Justit. & jur. tractat.2.disputat.294. num. 5. Treutler. Select.disputat.vol. 1. disputat. 24.thes.1. Bonacin. de Contract. disputat. 3. punct. ult.quæst.13.num.1.Castropal.tractat.32. disputat.3.punct.2. num. 2. Gregor. Syn-
11 tagmat.jur.lib.23.cap.2.num.6.part.3.Et potest renunciari quandocumque placuerit.text.in l.2.ff. de Precar. text. in cap.Ult.eod.tit.Molina de Just.& jur. tractat.2. disputat. 898. num. 1. Castropal. Loco supra relato. Bonacin. de Contract. disputat. 3. quæst. 15.punct. ult. num. 2.
12 Commodatum verò, quoniam in eo certus usus est præfinitus, revocari nequit.text.in l. Incommodato 17. §. Sicut. ff.dc Commod.

Tertium commodatarius debet uti 13
commodato, solùm ad usum destinatum, quem si transgrediatur, & aliter, re commodatâ utatur furtum committit text. in l.Sicut certo. §. Nunc videndum.ff.de Commod.text. in §.Furtum Institut. de Oblig. quæ ex delict. nascunt. Menoch.lib.2.de Arbitr.casu.258.Solorzan. lib 2.polit.cap.18. Castropal. tractat. 32. disputat.3.punct.3.num. 1. Artm. de Contract.lib.2. cap. 4. text. in §. Placuit Institut.de Oblig.quæ ex delict nasc. text. in l. Qui juramenta.ff. de furt. Lessius de Justit.& jur.lib.2.cap.27.dub.2.num. 5. Bonacin. de Contract. disputat. 3. quæst. 16. punct.unic.num.1.Mynsig.in §. Item is cui.Institut. Quib. mod. re contrab. oblig. Treutler.Select..disputat.vol. 1. disputat. 24.thes.1 litera.G.Covarruv.Variar.Resolut.lib.3.cap.15.num. 8. Molina de Just. & jur.tractat.2.disputat.294. Nam Valerius Maximus lib.8.cap.2.& Aull.Gell. lib.7 cap.15.Scripsêre, ut refert Gregor. Syntagmat. jur.part.3 lib.23.cap. 1. num. 9.Furti aliquando eum damnatum, qui equo commodato ad eundum ad certum usque locum, paulò longiùs usus fuisset.

Quartum, quod res commodata in 14
specie, & non aliud in eodem genere restituatur.text.in l.2.ff.Si cert petat. Tusch.concl.480.num. 1. Pichard. in §. Item is cui.num.8.Institut.Quib.mod. recontrab. oblig.Treutler.Select.disputat.vol.1.disputat.24.thes. 1. Agrætius relatus à Fabrotto ad Paratitl.Cujac.lib.4.C. tit. 23. enarrat. 1. ibi: *Commodamus amico pro tempore equum, servum, vestem, hanc ipsam rem, quam dedimus recepturi.* Castropal. tractat.31. disputat.3.punct. 2.num. 1. & Molina de Just.&. jur. tractat.2. disputat.494.Mynsing.in §. Item is cui.num. 8. Oynotom. num. 7. Institut.
Quib.mod.re contrab.oblig.Nam aliàs ab- 15
surdum sequeretur, nempè quod aliud pro alio creditori invito solvi posset, quod non est dicendum. text. in l. 2. §. Mutui datio.ff. Si cert.petat.

Quintum, quod commodatum gra- 16
tuitum esse debet text.in §. Item is cui.

*Instit.Quib.mod.recontrab.oblig.*text.in *l.Si tibi areæ.*text.in *l.Si gratuitum ff.de Præscript.verb.*Ripa *l.2.ff.Si cert.petat.*Moz. *de Contract. tractat. de Commod. num.* 5. Jul.Pac.*de Contract.tit.de Mutuo.cap.* 8. *num.*6.Treutler.*select. disputat. vol.* 1. *disputat.*24.*thes.*1. Alciat. in *Comment. ad tit.ff.Si cert.petat.in rub.num.*16.text. in *.Si ut certo.l.*5.*§.Nunc.videndum.ff.Commod.*text.in *l.*1.*C.Eod.*text. in *cap. Unic. extra de Commodat.* Gregor.*Syntagmat. jur.part.*3.*lib.*23.*cap.*1.*num.*4. Oynotom. in dicto *§. Item is cui. num.* 7. Mynsig. *num.*6.Vinn.*num.*16.Borchelt. *num.*7.Pichard.*num.*71. *Institut.Quib.mod. re contrab.oblig.*Gomez. *Variar. tom.* 2. *cap.* 7. *num.*1.Bonacin. *de Contract. disputat.* 3. *quæst.*16.*punct.unic.num.*3.Azo.*Summ. C. de Commod.num.*1.Castropal.*tractat.* 32. *disputat.*3.*punct.*2. *num.* 1. Sabell. *Summ. divers. tractat. §. Commodatum. num.* 1. Molina *de Just.& jur.tractat.*2.*disputat.* 294.*num.*1.Lessius *de Just.& jur.lib.*1.*cap.* 27.*dub.*1.*num.*4. Quia est absque usuris; & fœnore. unde Plaut. in *Asinar.act.* 1. *scen.*3.*in fine.*

Nam si mutuas non potero, certum est sumam fœnore.

Quod meliùs declaravit ex Cicerone Operarius in *Notis ad eundem* Plaut. *loc. citat. num.* 95. *versic. Mutuas.*

17 Si pecunia pro usu rei daretur, esset locatio Azo. *Summ. C. de Commod. num.* 1. text. in *§. Item is cui.Institut.Quib.mod. re contrab.oblig.* text.in *l. Si gratuitam.* text.in *l.*18. & *l.Si rem tibi inspiciendam.* text. in *l.*19.*§.Si cum unum bonum. ff. de Præscript.verb.*Molina *de Just.& jur.tractat.*2.*disputat.*294.*num.*1.*in fin.* Castropal.*tractat.*32.*disput.* 2. *punct.* 2. *num.* 1. Gregor. *Syntagmat. jur. part.* 3. *lib.* 23. *cap.*1.*num.*4. Mynsig. in dicto. *§. Item. is cui.num.*5.Pichard.*num.*71.*Institut.Quib. mod.re contrab.oblig.*& ibidem Borcholt. *num.* 7. Cum locatio minimè sit gratuita.text.in *l.* 1.*ff. de Locat.* Si merces in alia re consisteret, nec esset locatio, nec commodatum; sed contractus innominatus do,ut des,vel do,ut facias. text. in *§.Ult.Institut.de Mandat.* text. in *l. Si ut certo. §. Nunc. videndum. ff. de Commod.* text.in *l.*1.*§.Si quis servum ff. de Deposit.* text. in *l. Naturalis. §. At cum do. ff. de Præscript. verb.* Gregor. *Syntagmat. jur. part.*3.*lib.*13.*cap* 1.*num.*4.Azo. *Summ. C. de Commod.num.*1.Mynsig.in *§.Item is cui num.*5.*in fin.Institut.quib.mod.re contract. oblig.*

Sextum est de commodati natura; 18 ut nec possessio, nec dominium in commodatarium transferatur, sed apud commodantem remaneant text. in *l. Rei commodandæ* 8.*ff.Eod.*Azo.*Summ.C. de Commod.num.*1.Tepat.*Variar.sent.tit.* 363.Treutler:*Select.disputat.vol.*1.*disputat.*24.*thes.*1.Tusch.*concl.* 480. Pichard. in *§.Item is cui.num.*49. Borcholt. *num.*2. Vinn.*num.*1. Oynotom. *num.* 9. *Institut. Quib.mod.re contrab.oblig.* Gomez. *Variar.Resolut.tom.*2.*cap.*7.*num* 1.& ibi Ayllon. Bonacin. *de Contract. disputat.* 3. *quæst.*16.*punct.unic. num.* 1. Molina. *de Just.& jur.tractat.*2.*disputat.*194.*num.* 1. Gregor.*Syntagmat.jur.part.*3.*lib.*23.*cap.* 1.Lessius *de Just. & jur.lib.*2.*cap.* 27. *dub.* 1.*num* 4.Castropal.*tractat.* 32. *disputat.* 3.*punct.*3.*num.*1.

Præpositæ quæstionis hypothesis hu- 19 jusmodi effingi potest: Finge quod tibi debeo viginti aureos ex mutuo, tibique commodavi equum dignum aureis totidem, expleto usu, in quem tibi equum commodaveram actione commodati equum repeto; tu eum mihi reddere detrectas obtentu quantitatis tibi debitæ.Redde mihi, inquis, viginti aureos ex mutuo debitos, & tunc tibi reddam equum, an in hoc casu locum sibi vindicet compensatio? affirmati- 20 vam sententiam docent Borcholt. *Disputat.de Compensat.proposit.* 9. *argum.* 5. Hothoman.*lib.* 12. *Observat. cap.* 20. *ad fin.*Donell.in *§. In bonæ fidei.num.* 10. & ibi Giphan.*Institut.de Act.*Gilbert.Reg. *lib.*1.*cap.*8. Jul.Pac.*cend.*4.*quæst.*45. Wegner.*disputat.*5. *ad Institut. thes.* 7: *ad liter. D.* Cardos.*Prax. judic. verb. compensatio.num.*9.Treutler.*Select. disputat. vol.* 1.*disputat.*25.*thes.*7.*liter.F.*Coppel.*Opuscul.de Compensat.cap.*7. *num.* 21. Suarez. *Thesaur. recept. sent. litera C. num.* 149. Borcholt.in *§.In bonæ fidei.num.*21. *de Act.*Cujac.*lib.*6.*observ.cap.* 37. & ad Paul.*lib.*2.*Sentent.tit.*11.*§. Ult.* Barbosa. in *l.Divortio.§.Ob donationes. num.* 4. *in fin. ff.Solut.matrim.* Villalob.*lit.C.num.* 109. Ichin-

Schikchard. *disputat.* 12. *thes.* 5. *lit. B. num.* 1. Hunnius *disputat.* 20: *thes.* 10. & *lib.* 3 *Variar. Resolut. quæst.* 4. Manfrella ad Latrum. *observ.* 23. *num.* 19. Borcholt. *de Usur. cap.* 3. *num.* 17. *disput.* 5. *thes.* 16. *ac ad l.* 18. *§. ult. num.* 5. *ff. de Commod.*. Abb. in *cap. Bona fides. num.* 12. *de Deposit.* Bart. in *l. final. num.* 2. *C. de Commod.* Din. in *§. In bonæ fidei. num.* 10. *Institut. de Act.* Donell: in *l. final. num.* 12. *C. de Compensat.* Duaren. in *l. Divortio* 8. *§. Ob donationes ff. Solut. matrim.* Bart. in *l. Cum fundum.* 30. *§. Servum. num.* 8. *ff. de Verb. oblig.* Odofred. in *l. fin. num.* 4. *C. de Compensat.* Gloss. in *cap. Unic. de Commod.* Medic *de Compen. sat. quæst.* 18. *num.* 1. *part.* 1. Donell. in *l. Sub prætextu. num.* 4. *C. de Commod.* Angel. & Alberic. in *l. final. C. de Compensat.* Navarr. in *Manual. cap.* 17. *num.* 186. Lopez. *Instruct. conscient. cap.* 197. *vers. offert.* Sylvest. *Verbo commodatum.* Gregor. *Syntagmat. jur. lib.* 23. *cap.* 1. *num.* 14.

21 Hujus conclusionis fundamenta sunt text. in *l. Ult. C. de Compensat.* Ubi Justinianus admittit compensationem in omnibus rebus, ac actionibus, exceptâ actione depositi: Igitur à contrario sensu in aliis actionibus compensatio admittitur, unde commodati alia in hoc genere esse non debet constitutio, quàm in dicta *l. Final.* Rescriptum est, ut argumentantur Cujac. *Recitat. solemn. ad lib.* 4. *C. tit.* 23. *ad fin.* Wissembach. in *l. final. C. Commod.* ibique Donell. *num.* 3.

22 Secundum text. in *l. In rebus. §. final. ff. de Commodat.* Ubi habetur, quod commodatarius actione commodati directâ conventus, jure compensationis potest consequi impensas factas in re commodata, ut perpendit Cujac. *Recitat. solemn. ad lib.* 4. *C. tit.* 23.

23 Tertium text. in *§. In bonæ fidei. Institut. de Act.* Ubi in omnibus actionibus permittitur compensatio, exceptâ solâ depositi actione: ergo etiam in actione commodati debet admitti, ut argumentatur Wissembach. in *l. final. C. de Commod.*

24 Hanc affirmativam opinionem amplectitur Accur. in *l. final. C. de Commod.* Quando debitum est certum, & liquidum; secus verò quando debitum, cujus compensatio allegatur, est incertum, & illiquidum. text. in *l. final. C. de Compensat.* sed ex dicta *l. final. C. de Commod.* Nullo modo posse deprehendi, an debitum sit illiquidum contra Accursium testatur Cujac. *tom.* 5. *Oper. posthum. in recit. solemn. ad.* 4. *lib. C. tit.* 23. *lit. E.* Quippè debitum esse illiquidum ex nullis verbis mihi videtur colligi posse: nisi ex illis *Prætextu debiti.* Nam ex aliis non potest, ut fatetur Cujac: *loc. cit.*

Hæc verba. *Prætextu debiti.* Incertum, ac fictum debitum facere videntur; sed hoc eluditur per text. in *l.* 1. *C. de Nundin.* Ubi Impp. Valens. & Valent. per hæc verba: *Sub prætextu privati debiti.* Significant certam debiti causam, seu eam, tamquàm indebitam supponunt. Et etiam per talia verba, scilicet *Sub prætextu debiti* Impp. Diocletianus, & Maximianus certam debiti existentiam commōstrāt in *l.* 3. *C. Ne fiscus, vel Respubl.* Cujus verba sūt hæc: *Abhorret à sæculo nostro, sub prætextu debiti procurationem contra privatos fiscum præstare.* Igitur illa verba, *prætextu debiti*, quæ extant in dicta *l. final. C. Commod.* Haud suffragantur Accursii sententiæ, quam amplectitur quoque Cujac. *Recitat. solemn. ad* 4. *lib. C. tit* 23. *ad finem.* Eamque comprobat ex text. in *l. Lucius. ff. de Mandat.* Quæ lex nihil de hac quæstione agit; sed solummodò ibi Marcellus dixit, quod qui obligavit pro alio pignus, vel se, potest agere, priusquam solvat, ut liberetur in casibus expressis in dicta *l. Lucius.* Et nulla fit de compensatione mentio, ut patet ex Fabro in *Comment. ad dict. l. Lucius. ff. de Mand.* 25

Sed his parùm adversantibus contraria opinio tenenda est; scilicet quod in commodato compensatio locum non habeat, quam negativam sententiam sectantur Donell. in *l. final. num.* 4 *C. de Compensat.* Hothoman. *lib.* 2. *Observat. cap.* 18. Forster. Jun. *lib.* 3. *disput.* 16. *thes.* 13. Ossuald. ad Donell. *Comm. jur. civil. lib.* 16 *cap.* 15. *lit. X.* Arumæus *Exercitat. Justin.* 12. *thes.* 13. Derens. *disput.* 9. *tom.* 2. *quæst.* 1. Schifordeger. *tractat.* 2. *quæst.* 2. Forner. *lib.* 2. *select.* 24. Mercer. *lib.* 1. *opinion.* 14. Lyklama *Studios. jur. velitat.* 3. *quæst.* 20. Balmased. *de Collect. quæst.* 110. *num.* 5. Escobar. *de Confessar. sollicit. part.* 2. *quæst.* 3. *§.* 3. *num.* 45. Barbosa in *l. Divortio. §. Ob donationes. num.* 17

4. *in fine . ff.Solut. matrim.* Caſtill. *lib.*3. *Controv.jur.cap.*16.*num.*11.Barboſa *Collect in l ultim.C.de Compenſat. num.*4.Sabell.*Summ.diverſ.tractat.§.Commodatum num.*1. *in fin.* Tepat.*Variar. ſentent. tit.* 363.*cap.*4.Pichard.in *§.In bonæ fidei.num.* 39. *Inſtitut. de Act.* Hermoſill. *Variar. Reſolut. gloſſ.*3 *&* 4.*l.*9.*tit.*2. *part.*5. *num.* 20. Donell.in *l.Ultim.num.*10. *C.de Commod.* Hothoman *lib.*1. *Amicabil. cap.*12. Schifordeger.ad Fabrum *tractat.*1. *cap.* 5.Stephan. de Neapol. *de Reſtitut. lib.*2. *cap.*26. Baduar. *Templ.moral.confeſſ.verbo. Compenſatio. quæſt* 2. Berſan.*de Compenſat.cap.*2. *quæſt.*24. *num.*4. Caſtejon. *Alphabet. juridic. verbo.Commodatum. num.*7. Molina. *de Juſtit.& jur.tractat.*2. *diſput.*297.*num.*7.*verſic.Contrarium.*Gregor.*Syntagmat.jur. lib.*23 *cap.*1. *num.*13. Caſtropal.*Oper.moral.tractat.*32. *diſput.* 3.*punct.*9.*num.*3.Armilla. *verbo. Commodatum. num.*3. Bonacin. *de Reſtitut. diſput.*1.*quæſt.ult.punct.*2.*§.*2. *num.*19. Leſſ. *de Juſtit.lib.*2.*cap.*27.*dub.*4. *num.*16. Gothofred.in *Notis ad l.final. C.Commodat.* Bronchorſt.*centur.*2.*aſſert.*43.Deſſel.ad Zoëſium in *§.In bonæ fidei . num.*71. *Inſtitut.de Act.*Gonzalez in *cap.Bona fides. de Depoſit. num.*11. Alderiſ.*de Symbolic. contract.tit.*4.*cap.*9.*num.*53. Vultejus in *§.In bonæ fidei. num.*8. Budæus in *fin.Inſtitut. de Act.* Hahnius ad Weſſembec. *lib.*16.*Digeſt.tit.*3.*num.*10.*ad fin.* Suarez *Comm.opinion.lit.C.num.*149. Bachovius ad Treutler. *vol.*1. *diſp.*25. *theſ.*7. *lit.F.* Beſold.*Delibat jur.ex lib.*16.*Pandect.tit.* 2.*quæſt* 3.*in fin. verſic.Sanè.* Plebeſt. *diſput.de Jur.topic.Ducat.Victembergh.theſ.* 4. Rumelin. *Exercit. ad Juſtin. theſ.*10. Deſel. ad Zoëſium in *§. In bonæ fidei . num.*71.*de Act.*Cujac.in *Not.ad lib.*4 *Inſtitut. Juſtin.in dicto §.In bonæ fidei .* Ubi *num* 31. idem cautum eſſe de Jure novo Victembergico teſtatur Harpprechtus.

28 Quam noſtram opinionem amplexati fuêre Græci, ut teſtatur Cujac. in *Recitat.ſolemn.ad lib.*4. *C.tit.*23. *ad med.* Quibus ſe adhærere gloriatur Fabrot. ad Cujac. *Paratitl.in lib.*4.*C.enarrat.*31. *verſic. Ea de re ſola .* Verba Græcorum juxta Fabroti verſionem hæc ſunt: *Non modo enim actio depoſiti ; ſed & actio commodati compenſationem non recipit.* Et alibi: *Actio depoſiti , et commodati , compenſationi non ſubjicitur.* Et quamquam
in pluribus locis ſuorum operum con- 29
trarium tenuerit Cujacius, tandem in *Notis ad §.In bonæ fidei.de Act. verſic.Sola depoſiti.* Dixit in actione depoſiti, & in actione commodati locum non eſſe compenſationi ; & ſic à priori ſuâ opinione receſſit, autumans Tribonianum in mendoſos Codices incidiſſe, & pro commendati, commodati irrepſiſſe, ut notavit Fabrot. ad eundem Cujacium in *Paratitl. lib.*4. *C. enarrat.* 31. *ad finem.*

Hujus concluſionis fundamentum 30
eſt text. in *l.ultim. C.de Commod.* Ubi compenſatio in commodato excluditur. Verba textus ſunt hæc : *Prætextu debiti reſtitutio commodati non probabiliter recuſatur..*

Noſtræ concluſioni opitulatur id, 31
quod commodatum conſiſtit in illis rebus, quas ſpecies, ſeu individuum appellamus Donell.in dicta *l.final. num* 4. & ibi Brunneman. & Wiſſembach. *C. de Commodat.* Caſtill. *lib.*3. *Controverſ. jur.cap.*16. *num.*21. Oynotom. in *§.Item is, cui . num.*6.*Inſtitut. Quib. mod.re contrah.oblig.* Eſcobar. *de Confeſſar. ſolicit. ad vener.part.*2.*quæſt.*3.*§.*3.*num.*45. Molin.*de Juſtit.et jur.tractat.*2. *diſp.*292. *n.*2.
Sed in ſpeciebus, nec in individuis locũ 32
habere nequit compenſatio text. in *l.Si convenerit* 18.*ff.de Pignor.act.*Pichard.in *§.Item is cui. num.*39. *Inſtitut. Quib. mod. re contrah.oblig.* Medices.*opuſcul.de Compenſat. part.*1. *quæſt.*18. *num.*3. Trentacinq. *Variar. Reſolut. tit. de Compenſat. num.*1.*lib.*3.*vol.*1.Ergo nec in commodato.

Non obſtant primum, ac tertium 33
fundamentum contrariæ ſententiæ ex *l.final.C.de Compenſat.* & ex *§.In bonæ fidei.* Quibus in locis Juſtinianus à compenſatione tantùm depoſiti actionem excepit. Nam reſpondetur, quod ideò excepit depoſitum; quia hoc conſiſtit in illis rebus, quæ numero, pondere, vel menſurâ conſtant, in quibus locum habet compenſatio. Quapropter ne admitteretur Juſtinianus præcipit. In commodato nulla fuit neceſſitas excipiendi, cum commodatum in illis rebus

bus consistere nequeat; sed benè in speciebus, in quibus compensatio dari non potest Barbos. *Collect. in l. final. num.* 4. *C. Commod.* Hermosill. *Variar. Resolut. gloss.* 3. *et* 4. *lib.* 9. *tit.* 2. *part.* 5. *num.* 23. Molin. *de Justit. et jur. tractat.* 2. *disput.* 292. *num.* 7. *in fin.* Castill. *lib.* 3. *Controvers. cap.* 16. *num.* 11.

34 Non obest secundum ex text. in *l. In rebus. §. final. ff. de Commod.* Nam illius §. Dispositio intelligi debet, quotiescumque commodans non agit ad speciem vindicandam, sed ad rei commodatæ æstimationem, veluti si in equum commodatum commodatarius impetum fecerit, & perierit, seu deteriore-
35 tur; tunc cum ad ejus æstimationem teneatur locum habere potest compensatio, per quam id servabitur, quod contrario judicio peti potuisset Donell. in *l. final. num.* 4. *vers. idem volumus. C. Commod.* Jul. Pac. *cent.* 4. *quæst.* 44. Wissembac. in dicta *l. final. C. Commod.* Perez. in *lib.* 4. *C. tit.* 23. *num.* 19. Hothoman. *lib.* 12. *observ.* 20. Brunneman. & Gloss. in dicta *l. C. Commod.* Faber in dicta *l. In rebus. §. final.* Arias de Mesa *lib.* 2. *Variar. Resolut. cap.* 34. *num.* 20. Bersan. *de Compensat. cap.* 2. *quæst.* 23. *num.* 11. Forner. *lib.* 2. *Select. cap.* 14. Giphan. in dicta *l. final.* Bronchorst. *cent.* 2. *assert.* 42.

36 Nec §. ille intelligi debet absolutè de compensatione. Nam ibi tribus in casibus compensatio sola non sufficit, sed requiritur actio commodati.

37 Primus casus, si amplius sit, quod commodatarius habere oporteat, præ-
38 ter id, quod directo judicio debet, quia compensatio non fit, nisi usque ad concurrentem quantitatem. text. in *l. Si constat. C. de Compensat.* text. in *§. In bonæ*
39 *fidei. de Act.* Quippè si superfluum commodatarius consequi velit, opus est reconventione, ut condemnatio sequi possit, non sufficiente in eam rem compensatione, ut tradit Bart. in dicta *l. In rebus. §. final. ff. Commod.* per text. in *l. Cum Papinianus.* 14. *C. de Sentent. & interlocut. omn. judic.*

40 Secundus, si judex compensationis rationem non habuerit, secùs verò compensatione reprobatâ. Nam tunc obstaret exceptio rei judicatæ. text. in *l. Si autem* 8. *§. Si quocumque. ff. de Negot. gest.* At simpliciter non admissâ compensatione, hoc est nullâ circa eam pronunciatione factâ, vel ita simpliciter compensationis factâ mentione, ut Judex nullam rationem ejus habere se dixerit.

Tertius si judicio directo agi neque- 41
at cum commodatario, eò quia fortassis non culpâ aliquâ commodatarii, sed casu periret, aut sine Judice restituta sit, quo in casu compensatio locum habere non potest, cum semper per modum exceptionis opponatur, & exceptio locum sibi vindicare nequit, ubi nulla actio proposita est Faber *lib.* 13. *Rational. tit.* 6. in dicta *l. In rebus §. final. ff. de Commod.*

At impropria videtur compensatio, 42
de qua in dicta *l. In rebus. §. final. ff. de Commod.* Eò quia ipso jure liberationem non producat; sed solummodò retentionem, nec absolutè, sed in id usque tempus, quo commodatario satisfactum sit de omnibus, quæ ei debentur, & quæ contrario judicio commodati petere possit; sed cum penès se haud haberet: secùs autem est in actione depositi, adversùs quam nec ulla retentio da- 43
ri potest depositario ob exuberantem fidem, quæ in deposito postulatur; quam obrem sacrum depositum vocabatur, ut ex Herodian. Plin. Senec. & aliis comprobat Annæus Robert. *lib.* 2. *Rer. judic. cap.* 10. Unde Juvenal. *Satyr.* 13.

Visceribus sacrum, tibi, quod non reddat amicus
Depositum.

Ideòque in æde sacra deponi solebat 45
text. in *l. Si quæ sunt cautiones. ff. Familæ erciscund.* Et maximoperè commendatur fides depositarii, qui depositum reddit ab ipso Juvenal dicta *Satyr.* 13.
Nec in deposito denegatio retentionis 46
contingit post constitutionem Justiniani in *l. Penult. C. de Deposit.* Ut quandoquidem Imperator adversùs veteris juris rationem sustulit omnes retentiones, quæ olim pro rebus amotis marito dabantur, vel pro impensis in rebus dotalibus factis, solâ ei actione reservatâ text. in *l. Unica. §. Taceat. versic. Sed ne retentio. C. de Rei uxor. act.* Licèt quo- 47
que

que alia ratio suadere videbatur, nec actioni commodati olim objici poterat compensatio, quia non habebat locum compensatio, nisi de quantitate ad quãtitatem text. in l. Si constat 4. C. de Compensat. Hothoman. lib. 12. observ. cap. 20. Cujac. ad tit. de Verbor. oblig. ad l. In stipulationis 54. liter. E. Vultejus in §. In bonæ fidei. num. 14. Budæus circa medium.

48 de Act. Secus verò de specie ad speciem text. in l. Si convenerit 18. ff. de Pignorat. act. Donell. lib. 16 Comm. jur. cap. 15. lit. T Wessembec. lib. 16. Digest. tit. 2. num. 6. Zoësius in §. In bonæ fidei. num. 71. de Act. Besold. Delibat. jur. ex lib. 16. Pandect. tit. 2. quæst. 3. Donell. in l. final. in fin.

49 C. de Compensat. Vel de specie ad quantitatem Donell. in §. In bonæ fidei. num. 13 de Act. Hunnius lib. 4. Variar. Resolut. jur. civil. part. 9. tractat. 92. Zas. lib. 2. singul. intellect. in l. Rei judicatæ. num. 3. ff. Solut. matrimon. Borcholten. de Compensat. cap. 2. & Coppel. cap. 5. Schifordeger. lib. 1. ad Fabrum tractat. 2. quæst. 2. Krembergk. in §. In bonæ fidei. num. 19. de Act. Bachov. ad Treutler. vol. 1. disputat. 25.

50 thes. 7 lit. E At qui directò commodati judicio convenitur, speciei debitor est, qui verò contrario quantitatis dumtaxat, & pecuniæ; cum in judiciis contrariis agatur solummodò de calculo, & indemnitate text. in l. Ei apud quem 5. ff. de Deposit. text. in l. Furti 6. §. final. ff. de Is, qui notant. infam.

51 Opponitur id, quod in dicta l. In rebus. §. final. ff. de Commod. Potius Jurisconsultus loquitur de retentione, quàm de compensatione, quæ retentioni locum facere solet text. in l. penult. C. de Deposit.

52 Quælibet compensatio retentionem continet, sed non quælibet retentio inducit compensationem. Retinere minus est, quàm compensare, cum retentio ad breve tempus fiat, compensatio in perpetuum, ut benè animadvertit Hothoman. lib. 12. Observat. cap. 23. ad fi-

53 nem. Unde in §. final. Compensatio minus impropria videtur, quæ dici potest quando unum debitum, sive speciei, sive quantitatis pro alio debito quamvis dissimile retinetur Besold. Delibat. jur. ex lib. 16. Pandect. tit. 2. quæst. 3. Brunneman. in l. 1. num. 6. ff. de Compensat. Licèt ex neutra parte liberatio inducatur.

Reluctatur demũ Accursii interpretatio in dicta l. In rebus. §. final. Asserentis 54
hunc §. intelligendum esse de ea re, quæ commodatarii culpâ perierit, quæ proinde in pecunia restitui debet, quæ possit compensationem recipere, quam species ipsa, si extaret refelleret; & ita conciliandum esse ait dictum. §. final. cum l. ultim. C. de Commod.

Sed his parùm obsistentibus, respondetur text. in dicta l. In rebus. § Final. 55
Loqui non de impropria; sed de vera compensatione, ut tenet Faber in eodem §. Final. & Hothoman. in Rubric. C. de Compensat. ad med. Nec ob id principali nostræ cõclusioni refragatur. Quip- 56
pe licèt ab initio debita fuisset species, secus pecunia: attamen certum est exinde deberi pecuniam, & litem in pecunia æstimari debuisse, utro tempore pluris res fuisset, vel litis contestatæ, vel rei judicandæ adhibito juramento in litem, si dolus malus, vel culpa commodatarii intervenerit. text. in l. 3. §. In hac. ff. de Commod. text. in l. 3. §. Si per venditorem. ff. de Act. empt. Sed sic est, quod litis æstimatio semper fieri solet in pecunia numerata, ut tradit expressè Faber lib. 13. Rational. tit. 6. in dicta l. In rebus. §. final. ad fin. ff. de Commod. Ergo tunc compensatio in commodato locum habere potest, tamquam in cæteris actionibus, in quibus ad pecuniarium debitum, non ad speciem agitur; ideoque hic §. non refragatur text. in l. final. C. Commod. Unde quoties- 58
cumque commodatarius agit actione commodati, rectè ei objici potest compensatio ejus pecuniæ, quæ contrario judicio peti posset; quia tunc compensatio admitti potest, tamquam de quantitate ad quantitatem, facta per contestationem novatione prioris debiti, hoc est speciei commodatæ, & transfusione in debitum pecuniarium. text. in l. Aliã 29. ff. de Novat. Idcircò quotiès dicimus 59
cõpensationẽ fieri in causa commodati, hoc pertinet dũtaxàt ad eos casus, quibus cõmodata res ad æstimationẽ redigitur, ac proinde etiã ad quantitatem, ut tradunt Faber. lib. 13. Rational. tit. 6. in l. In rebus. §. final. in fin. ff. de Commod. Hotho-

thoman.*lib.*12.*Observat. cap.* 20. *ad. fin.*

60 Quod accidit, quando commodatarius rem commodatam restituere non valet, eò quia corrupta, vel deteriorata, vel deperdita est.text. in *l.* 1. *§.Non tantum* 15.*ff. de Deposit.* Vel quia commodata res extat, at eam restituere recusat; sed litis æstimationem offert. text. in *l.* 3. *§. In hac.ff. de Commod.* text. in *l.*
61 *Qui restituere* 68.*ff. de Rei vindic.* Quippe his casibus Judicis officio compellitur, ut speciem, ob quam compensationem exoptat æstimet, ac tunc æstimationis cum debitâ quantitate compensationem faciat.text. in *l.* 8. *§. Ob donationes.ff Solut.matrim.*text..in *l.*6. *C. de Compensat.*text. in *§.In bonæ fidei.de Act.* Hocidem firmăt Donell. in *l.final.num.* 4. Brunneman. & Wissembach. *C. de Commod.*Escobar.*de Confess.sollic.ad vener.part.* 2.*quæst.* 3. *§.* 3. *num.* 46. Bronchorst.*cent.*2. *antin.*42. Jul. Pac. *cent.* 4. *quæst.*49.Fachin.*Contr.jur lib.* 11. *cap.* 7. Dessel. ad Zoësium. in *§. In bonæ fidei. num.* 71.*de Act.*Forner.*lib.*2.*Select.cap.*14. Cum cæteris à me congestis in prima limitatione.

62 Adeò solidum est nostre conclusionis fundamentum; scilicet text. in *l. final. C.de Commod.* Ut celeberrimi scriptores congruum ei haudquaquam responsum præbeant, quod ex pluribus Doctoribus patet.

63 Glossa in dicta *l. final. C. de Commod. verb.expositi.vers.Sed contra.*Asserit, Imperatorem loquutum non fuisse de compensatione, quam in commodato locum habere posse suspicatur, sed de retentione, ibique Imperatorem præcipere autumat, commodatam rem retineri non posse; quam interpretationem, ut divinatoriam, ac falsam explo-
64 dit Pichard.in *§.In bonæ fidei.n.*37.*Institut.de Act.* Et Connanus *lib.*7. *Comm.jur. civil.cap.*3.Tradidit ideò in dicta *l.final.* Compēsationē denegari, quia sanè debiti causa extranea est, nihilque attinet ad id, quod inter ipsos contractum est in commodato.

65 Hothomanus *lib.*1. *Respons.amicabil. cap.*22.*& lib.*12.*observ.*20. Mercerius *lib.* 1.*Opinion.cap.*14.Fornerius *lib.*2. *Select. cap.* 14. Asseverant verba taxativa prædictæ *l. final.* Tam obscissa non esse, ut ad alios quoque casus, qui eâdem, majoreve ratione nituntur, extendi non possint.

Borcholten. in *§.In bonæ fidei.num.*21. 66
*Institut.de Act.*dictam *l. final.* Sic accipiendam existimat, ut propter pecuniam debitam, corporis commodati restitutio non impediatur.

JuliusPacius *cent.*4.*Cōciliat.quæst.*44. 67
Voluit, commodatarium compensatione uti posse, non ut retineat rem sibi commodatam, sed ut si in pecunia sit condemnandus, vel quia rem deterioravit, vel quia in litem juratum est, rectè compensationem opponat, per quā id servabit, quod contrario judicio petere potuisset.

TandemCujacius in *Not.*ad Jul.Paul. 68
*lib.*2.*Recept.sentent.tit.*12. *ad fin. & lib.* 9. *observ. cap.*37. Existimavit mendosam esse *l. Sub prætextu. C. de Commod.* Asserens pro illo verbo *Commodati commendati.*Esse legendum; ut idem statuat, ac in deposito, cum commendare, & deponere idem sit.text.in *l.Lucius* 24.*ff.de De-* 69
*posit.*text.in *l. Commendare* 186. *ff. de Verb.sign.*Ut notăt Connan.*lib.*7.*Comm. cap.*4.*num.* 2. Borcholten. *Disp. de Compensat.proposit.*9.*arg.*5.Isydor. *lib.*5. *Etymolog.*wissembach.in *l.final. C. de Comm.* Gregor.*Syntagmat.jur.lib.*23.*cap.*3.*num.* 1.Donell.in *Rub.num.* 7.*C. de Deposit. & lib.*14.*Comm.cap.*2.Faber.in *l.In rebus. §. final.ff.de Commod.* Gratian. *Discept.forens.* 174.*num.* 4. Eoque sensu commen- 70
dandi verbum extat in *l. Publica.*26. *de Deposit.* text.in *l. Is penes* 6. text. in *l. Cum hæreditas* 9.*C.Eod.*& in *cap.Nequis* 22.*quæst.*2.text.in *cap.*1.*de Deposit.*Facit illud Claudian in *Prob.& Olyb.carm.*1.

Unde repentinus Cæli fragor ilicet herbis.
Pallentes thalamos, & structa cubilia musco.
Deserit, ac Nymphis, urnam commendat herilem.

Idem Claudian. in *Nupt. Honor. & Mariæ Carm.* 10.

Dignus, quem legeres; dignus cui pignora tanti.
Principis, & rerum commendarentur habenæ.

Lu-

Lucret.*lib*.5.*de Natur.rerum*.

Multaque sunt nobis ex utilitate sua,
quæ.
Commendata manent tutelæ tradita
nostræ.

71 Nam & in *l.Et si quis* 14.*§.Impensa* 4.*ff.de Religios*.Et apud Paul. in *Fragment.sent.relat*.à Cujac.*lib*.21. *Observat.cap*.13. Asseverat corpus commendare nil aliud esse,nisi deponere, donec sepulturæ tradatur text.in *l.Si quis* 40. *ff. de Religios*.Et animadvertit Guther. *lib*. 3. *de Jur. manium cap*.25. Ubi in Petronio pro *commendabat* collocat *commodabat*,& adnotarunt Cujac.*lib*.3.*Quæstion. Paul.& lib*.2. *Observat. cap*.17. *& lib*.11. *Observ.cap*.11. Savar. in *Not. ad* Sydon. *lib*.2.*epist*.8. Hothoman.*lib*.8. *Observat. cap*.14. Forner. *lib*.3. *Rer.quotid. cap*.6

72 Cum sæpè verba deponendi, & commendandi conjungi soleant, ut apud D.Ambrosium *lib. de Tob. cap*.20. ibi: *Commendatum autem, & depositum, quod custodiatur causa alicujus commissi*.Neque infrequens est erratum in transmutandis commodati, & commendati verbis, ut fatetur Cujacius *lib*.9. *Quæst.Papin.in l.Lucius* 24.*ff.de Deposit*. Veluti in *cap.Jus naturale*. *dist*.1. Ubi legendum est *depositæ*, vel *commodatæ pecuniæ restitutio*. Ut benè post Glossam docet Pichard.in *§.Præterea. num*.12.*Institution. Quib.mod.re contrab.oblig*.

73 Sed his nusquã obluctãtibus ab emẽdatione Cujacii cavẽdũ est, quia ab omnibus refellitur. Quapropter Cujacium increpant, ejusque correctionem rejeiunt omnes ferè Doctores, præcipuè Mercer. *lib*.1. *Opinion. cap*.14. wissembach.in *l.Sub prætextu.final.C.Commod*. ibique Brunneman. Dessel.ad Zoësium in *§.In bonæ fidei. num*.71 *.de Act*.Hothoman.*lib*.1.*Amicabil.quæst. cap*.20. Perez in *lib*.4.*C.tit*.23 *num*.19.*in fin*.Giphan.in dicta *l.final.C.de Commod*.Fabrot.ad Cujac.*Paratitl.in lib*.4.*C.enarrat*.31. *in fine*. Arias de Mesa *lib*.2.*Variar.cap*.34. *num*. 19.Bersan.*de Compensat.cap*.2.*quæst*.23. *n*.4. Ossuald.ad Donell.*lib*.16.*Comm.cap*. 15.*lit.X*. Fermosin.*tract. Variar.in cap*. 2.*de Ordin. cognit.q*.7.*n*.4. Quamobrem Faber. *Rational.in l.In rebus*. *§.final.ff.de*
74 *Commod*. Falsam, & improbabilem dicit Cujacii correctionem. Donellus in 75
l.fin.num.3.*C.de Commod*. Ineptissimam 76
vocavit. Vultejus in *§.In bonæ fidei.num*. 8.*de Action*.Nimis violentam appellavit. Deniquè Pichardus in dicto *§.num*.383. 77
Nimis periculosam.

Prædictæ Cujacii emendationi op- 78
ponitur communis usus loquendi.Nam quamvis, ut supra affatus sui, commendare sit deponere,ut est text.in *l.Commendare.ff.de Verbor.signif*.Tamen nũquam 79
apud juris Authores pro deposito legitur commodatum, ut testatur Donell. in *l.Sub prætextu. num*.3. *C.de Commod*.

Refragatur quoque ejusdem Cujacii 80
correctioni collocatio rescripti, quod sub titulo de Commodatis repositum est; idcircò de commodato, secùs de deposito intelligi debet, ut tradit Donell.*ubi supra*. Quippe Cujacius in *Not*. 81
ad Jul.Paul.lib.2.*Receptar.sent.l.Sub prætextu. C.Commod*. Corruptam incidisse in manus Triboniani opinatur;qui non animadverso mendo, eam constitutionem sub titulo de Commodatis posuerit; cum,mendo sublato,debuerat eam sub *Depositi tit*. reponere; ideòque hanc legem fugitivam esse credidit, ut dixit Wissembach. in *l.final. C.de Commodat*. Tamquam in alieno loco collocatã, & 82
tãdem idem Cujacius in *Notis ad §.In bonæ fidei.de Act*. Proprii erroris edoctus à priori sententia recessit, asserens nec deposito, nec commodato compensationem fore objiciendam, quia putabat Tribonianum in mendosos Codices incidisse, ut refert Fabrot. ad Cujac. *Paratitl.lib*.4. *C. enarrat*.31. *ad fin*. Idem quoque fatetur ipsemet Cujac.in *Recitat.solemn. ad lib*.4. *C.in tit*.23. *ad finem*. 83
ibi: *Ego nunquam cogitavi in l.ult.* (hoc est *C.de Commod*.) *pro commodati esse legendum commendati, quod titulus non permittit; sed dixi hanc legem esse notandam, quasi Triboniani,et cæterorum compositorum erratum,in quo rũ manus incidit hæc constitutio, corruptè habens cõmodati, pro commendati, et ideò non animadverso mendo eam sub hoc titulo posuerunt, quam, mendo sublato,debuerant ponere sub titul. depositi*. Et inferiùs annectit: *Nil igitur in hac lege muto, quia titulus non patitur. nil muto, quia locum non commuto*. *Errorem*

rem Triboniani, et pravam collocationem indico.

84 Denique Molina *de Justit. et jur. tract.2.disput.*297.*num*.7. *versic. Contrarium*. ait: *Neque video Authores contrariæ sententiæ huic textui* (hoc est *l.final. C.Commod.) congruenter posse satisfacere.*

85 Limitatur 1.Nostra conclusio,quando res commodata restitui nequit, quia fortassis periit,& ad ejus æstimationem devenitur: Nam tunc admittitur compensatio Escobar. *de Confessar. sollicit. ad vener.part.*2.*quæst*.3.§.3.*num*.46.Zoësius *ad tit.Commod.ad fin.* Jul.Pac.*Cent*.4 *quæst*.44. Bronchorst. *Cent*.2. *assert*.42. Forner.*lib*.2. *Select. cap*.14. Hothoman. *lib*.12.*observat.cap*.20. Donell.in *l.final. num*.9.ibique wissembach. & Brunneman. *C.de Commodat.* Perez in *lib*.4. *C. tit*.23.*num*.19.Faber.in *l.In rebus.§.final. in fin. ff. de Commod.* Dessel. ad Zoësium in *§.In .bonæ fidei Institut.de Act.num*.71. Hermosill.*gloss*.3. & 4.*l.* 9.*tit*.2. *num*.24. *part*.6.Faehineus *lib*.11.*controv.jur.cap*.7

86 Quo in casu compensatio admittitur tanquam de debito pecuniario, ad debitum pecuniarium, ut notavit Molina *de Just.& jur.tom*.2 *disputat*. 297. *num*. 7. *vers.glossa citata*.

87 Limitatur 2.Quoad expensas factas à commodatario in re commodata, in quibus admittitur compensatio Arias de Mesa *lib*.2.*Variar.cap*.34.*num*.20.Perez.in *lib*.4.*C.tit*.23.*num*.19.Mantic. *de Tacit.& ambig.convent. lib*. 9. *tit*. 2. *num*. 10.Faber.in *l.In rebus*. §. *final.ff. de Commod.*Bersan.*de Compensat.cap*.2 *quæst*.23. *num*.13.Brunneman.in *l.final.C. de Commod.*& ibi Donell.in 6. & Wissembach.

88 Ubi referunt differentiæ rationem, quare in expensis, & non in aliis debitis adversùs commodatum locum habeat compensatio; quia scilicet expensæ tantùm de re commodata detrahere videntur, quantùm in eam rem impensum est.Donell. & Wissembach.*loc. citat.*

SUMMARIUM

1 *Causa durior qualis dicatur.*
2 *Causa durior, juxta nonnullos, dicitur sors,quia usuras parit.*
3 *Causa gravior dicitur ea,quæ sub satisdatione debetur, quàm ea,quæ pura est*
4 *Causa durior,juxta Civitatis Neapolitanæ cõsuetudinem, dicitur causa dotis, quàm antefati;quoniam pro dote majores dantur usuræ.*
5 *Quæstio proposita quo in casu procedat?*
6 *Compensatio in dubio inducta an in causam duriorem facta censeatur.*
7 *Solutio in dubio facta,semper in graviori causa facta censetur,& referuntur verba* text.in l.In his verò 5. ff. de Solut.
8 *Creditor potest eligere in quam causam solutio cedat.*
9 *Causa durior, seu gravior non compensatur, sed ea, in quam eligit debitor velle compensare.*
10 *Debitor ex pluribus causis, si à creditore conveniatur,potest eligere in quam causam solvere velit.*
11 *Inalter nativis debitoris est electio.*
12 *Debitor compensando non intelligitur compensare in duriorem, nec in damnosam causam,sed in eam,quam putat sibi fore magis proficuam.*
13 *Compensatio non fit ipsò jure, sed partis oppositionem exposcit.*
14 *Debitor potest compensationem in debito sibi magis proficuo destinare.*
15 *Compensatio ex arbitrio compensantis pendet.*
16 *Compensatio inducitur ab æquitate naturali.*
17 *Compensatio non potest fieri in causam graviorem,& magis damnosam ipsi debitori compensanti; sed in causam leviorem.*
18 *Imaginaria, ac ficta solutio dicitur ea, quæ fit per compensationem.*
19 *Argumentum de solutione ad compensationem non tenet.*
20 *Compensatio, licèt objiciatur ex pluribus causis contra creditorem agentem ex una, is tamen debitor compensatione extingui potest debitum sibi magis proficuum*

21 *Compensatio non potest in duriorem causam fieri in illis casibus, in quibus compēsatio fit ipso jure, quia tunc non pendet ab hominis destinatione.*

22 *Causæ uni potius, quàm alteri in casibus, in quibus fit absque hominis ministerio compensatio applicari non potest.*

23 *Renunciare favori pro se introducto quilibet potest.*

24 *Creditor ex pluribus causis, si exegerit nomen debitoris sui sibi obligatum, potest prædictam exactionem sui crediti sibi magis bene visi conferre.*

25 *Debitor maximam consequitur utilitatem, quando potest compensationem applicare debito sibi magis proficuo.*

26 *Durior causa dici potest ea, pro qua pignora, seu fidejussores dati sunt.*

27 *Regula habens, quod solutum prius in usuras compensetur, intelligi debet de usuris civiliter debitis, & de liquidis; secus verò de illis, quæ adhuc sunt liquidandæ.*

28 *Ex ordine scripturæ ordo intellectus colligitur, nisi alia mens jure præsumatur.*

29 *Causa gravior dicitur ratione famæ.*

30 *Causa gravior dicitur ratione pœnæ, vel alterius augumenti, quo obligatio augetur.*

41 *Durior causa juxta* Bartolum *qualis dicatur.*

32 *Gravior causa dicitur respectu satisdationis.*

33 *Solvere potius quis intelligitur, quod debet nomine proprio, quàm id, quod debet nomine alieno.*

34 *Gravior causa dicitur quæ est antiquior, ideoque quod solvitur in antiquiorem causam solutum censetur.*

ARGUMENTUM.

Utrùm Compensatio in dubio facta cedat in causam duriorem, vel debitori compensanti magis damnosam.

QUÆSTIO XIX.

Usurariam equidèm causam, duriorem cæteris omnibus opinor. Nam obtingit, ut locupletem spondēs usuram: nec etiam tali fænore egens inveniat, qui sibi pecunias credat, ut evenit Creperejo Pollioni quærenti, ac circumspicienti, decoctis bonis, quem velit pecunias sibi spondenti triplicem usuram credere. Et neminem invenit fatis fatuum, qui credat sibi certè nihil redditurо, ut refert Juvenal. *Satyr.* 9. 1

Non colaphum incutimus lambenti crustula servo.
Non erat hac facie miserabilior Creperejus.
Pollio, qui triplicem usuram præstare paratus.
Circuit, & fatuos non invenit.

Quippe debitores tenaces, quando solvunt usuras, quas minimè receperunt, videtur eis, quod solvant lumina, vel oculos, ut dixit Glossa. in *l. 1. ff. de Solut.* Sed de forte non sic eis videtur cum ipsam acceperint. Nonnulli suspicantur causam graviorem esse sortem, quia sors usuras parit; sed usura usuras nō gignit, ut tradidit dicta Gloss. in *l. 1. ff. de Solut.* Causa gravior videtur ea, quæ sub satisdatione debetur, quàm ea, quæ pura est.. text. in *l. Et magis expressius* in *l. In iis verò 5. ff. de solut.* ibique Gloss. Pistoris *lib. 3. quæst. 11.* Quando verò causa durior, seu gravior dicatur exponit Menoch. *consil. 121. num. 50. lib. 2. & in tractatu de Præsumpt. lib. 3. præsumpt. 136. num. 17. & de Arbitrar. Judic. casu.* 493. Juxta hujus Civitatis Neapolitanæ consuetudinem gravior causa dicitur dotis, quàm antefati, quoniam pro dote majores dantur usuræ, & debitores in vinculis alligantur; secus verò pro antefato, ut refert Franch. *decis.* 164 *num.* 15. & Gratian. *Discept. forens. cap.* 224. *n.* 59. Unde hujus quæstionis sensus procedit, quando debitor, qui convenitur debet ex pluribus causis; creditor verò ex unâ. 2 3 4 5

At nè diutiùs in durioris causæ notione moremur, jacto themati, affirma- 6

in

vè responsum iri censebam, nempe cōpensationem in dubio factam in causam duriorem factam fuisse videri, ut expressè firmarunt Gratian. *Discept. forens. cap.* 224. *num.* 63. Imol. in *l. final. C. de Solut.* Curia Philippic. *lib.* 2. *cap.* 7. *num.* 46. Ubi refert Gregor. Lopez. & hanc tenent Lessius *de Just. & jur. lib.* 2. *cap.* 23. *dub.* 10. *num.* 86. Scacc. *de Commerc.* §. 2. *gloss.* 5. *cap.* 95. Filliuc. *tom.* 2. *tractat:* 35. *part.* 2. *cap.* 10. *num.* 472. Salas *de Cambiis dub.* 23. *num.* 1. & 3. Malder. in 2. 2. *tractat.* 5. *cap.* 4. *dub.* 10. Card. de Lugo. *de Justit. & jur. disputat.* 16. *sect.* 6. *num.* 138. Diana *Oper. moral. tom.* 6. *tractat.* 3. *Resolut.* 146. §. 1. Molina *de Just. tom.* 6. *tractat.* 2. *disputat.* 565. *num.* 4. & 5. Ruin: *consil.* 136. *num.* 15. *lib.* 4. Alex. *consil.* 39. *num.* 1. *lib.* 7.

7 Hujus cōclusionis fūdamenta sunt sequētia. Primum text. in *l. Si constat* 4. *C. de Compēsat.* text. in *l. Debitor* 4. *ff. Qui potior in pign. hab.* text. in *l. Si peculium.* §. *de Illo ff. de Stat. liber.* text. in *l. Vel permutavit. ff. de Liberal. caus.* text. in §. *In bonæ fidei. de Act.* Quibus in locis habemus, compensationem solutionem esse; sed solutio in dubio facta semper in graviorem causam facta fuisse videtur textus expressus in *l. In iis verò* 5. *ff. de Solut.* ibi: *In iis verò, quæ præsenti die debentur constat, etiam quoties indistinctè, quod solvitur in graviorem causam videri solutum.* Idem habetur in *l. Et magis:* 4. *l. Si quid ex famosa.* 7. *ff. de Solut.* Ergo etiam compēsatio.

8 Secundum text. in *l.* 1. *ff. de Solut.* Ubi creditor potest eligere in quam causam solutio cedat. Ulpiani verba sunt hæc. *Permittitur ergo creditori, constituere in quod solutum velit:* Ergo, si ex creditoris pendet arbitrio, potest declarare, ut solutio respectu debitoris solutionis, cedat in causā duriorem, ut quoque traditur in *l. Cum ex pluribus* 7. *ff. de Sol. l.* 1. *C. Eod.*

9 His haud respuentibus, contraria sententia est amplectenda, videlicet quod compensatio non fiat in causam duriorē; sed in eam in quā elegit debitor velle compensare, quam opinionem complectuntur Card. de Lugo. *de Just. & jur. disputat.* 16. *sect.* 6. *num.* 128. Curia Philippic. *lib.* 2. *cap.* 7. *num.* 46. ibi: *Quede el deudor en este caso elegir en qual debito à de compensar lo que se pago &c.* Diana cum ibi relatis *Oper. moral. tom.* 6. *tractat.* 3. *resolut.* 146. §. 1. Rota Roman. *decis.* 26. *num.* 18. *part.* 7. *in recent.* Tusch. *concl.* 443. *num:* 32. & 33. *litera C.* Alex. *consil.* 85. *num.* 2. 3. & 4. *vers. tamen præmissis non obstantibus. lib.* 3. Surd. *decis.* 186. *num.* 8. Bart. in *l.* 1. *num.* 2. *ff. de Solut.* Mascard. *de Probat. concl.* 1319. *num.* 6. Menoch. *consil.* 121. *num.* 43. *lib.* 2. Magon. *Decis. Florent.* 39. *num.* 9. Strach. *de Mercatur. part.* 2. *num.* 57. *in fine.* Corn. *consil.* 111. *lib.* 4. Dec. *consil.* 308. *num.* 9. *in fine.* Imol. in *l. Cum ex pluribus. la primera. ff. de Solut.* & in *l.* 1. *ff. de Solut.* Mævius *decis.* 116. *part.* 1. Socin. *consil.* 16. *num* 7. *lib.* 3. Bersan. *de Compensat. cap.* 1. *quæst.* 16. *num.* 5. Amat. *Resolut.* 41. *num.* 2. Gregor. *Syntagmat. jur. univers. part.* 3. *lib.* 21. *cap.* 22. *num* 9. Brunneman. in *l.* 1. *num.* 3. *ff. de Solut.* Cēsal. *Decis. Lucens.* 11. *num.* 10. Gratian. *Discept. forens. cap.* 105. *num.* 6 & *cap.* 224. *num.* 21. Staiban. *Resolut.* 34. *num.* 33. Medices *de Compensat. quæst.* 12. *part.* 2. Donell. in *l.* 1. *C de Solut.* Faber in *l. Quod Labeo* 13. *ff. de Compensat.*

Hujus cōclusionis fundamenta sunt
hæc. Primum est hoc, quod debitor ex 10
pluribus causis, si à creditore conveniatur,
potest eligere in quam causam velit solvere text. in *l.* 1. *ff. de Solut.* Cujus
hæc sunt verba. *Quoties quis debitor ex pluribus causis, unum debitum solvit, in arbitrio solventis est dicere, quod potius debitum voluerit solutum: & quod dixerit, id
erit solutum. Possumus enim certam legem* 11
dicere ei, quod solvimus. Cui legi primæ opitulatur. text. in *l. Paulus.* §. *Paulus. ff. de Solut.* Ubi Paulus arbitrio debitoris solventis reliquit in quam causam solvere velit. Quippe in alternativis debitoris est electio text. in *l. Qui in alterius* 70. *de Regul. jur. in* 6. text. in *l. Plerumque* 11. *in fine. ff. de Jur. dot.* text. in *l. Non utique vers. & ideo. ff. de Eo, quod cert. loc.* text. in *l. Si hæredi. ff. de Condit. institut.* text. in *l. Ei apud quem.* 5. §. 1. *ff. de Deposit.* text. in *l. Quod si fundus. ff. de Fund. dotal.* Ergo, si debitor eligere debet in quam causam velit solvere, ut tradit Bart. in *l.* 1. *num.* 7. Paul. *num* 3. *ff. de Solut.* Bald. & Salyc. in
l. 1. *C. Eodem. tit.* Compensando non vi- 12
detur, in duriorem causam compensa-

re, nec magis dãnosam; sed in eã, quam putat sibi fore magis proficuam Lugo *de Just.& jur. disputat* 16 *sect*. 6. *num*. 128. Medic. *de Compensat. quæst*. 12. *part*. 3. Brunneman. in *l*. 1. *num*. 3. *ff. de Solut*. Donell. in *l*. 1. *C. de Compensat*.

13 Secundum, quod compensatio non fit ipso jure; sed hominis oppositionem exposcit Cujac. in *l. Unum ex familia*. 67. *§. Sed si uno. litera B. ff. de Legat*. 2. *fol. mihi* 1276. Offuald. ad Donell *Comm. jur. civil. lib*. 16. *cap*. 15. *litera H*. Bacchov. ad Treutler. *vol*. 1. *disputat*. 25. *thes*. 7. *litera E. in fine. & thes*. 8. *litera C*. Jul. Pac. *cent*. 4. *tit. de Compensat*. Vultej. in *§. In bonæ fidei. num*. 3. *de Act*. Hothoman. *Epitom. lib*. 16. *tit*. 2. *num*. 8. Bröchorst. *Consil. cent*. 1. *assert*. 81. Gregor. *Syntagmat. jur. univers‹part›*. 3. *lib*. 21. *cap*. 22. *num*. 2. Wessembec. *Paratitl. lib*. 16. *tit*. 2. *num*. 8. Wissembach. in *l. Si constat. C. de Compensat*. Treutler. *Select. disputat. vol*. 1. *disputat*. 15. *thes*. 10. *litera F*. Budæus in *§. In bonæ*

14 *fidei. ad finem. de Act*. Ergo debitor compensare cupiens, debito sibi magis proficuo compensationem potest destinare text. in *l. Quod Labeo* 13. *ff. de Compensat*. Faber in dicta *l. Quod Labeo. de Compensat. & in §. In bonæ fidei*. Gloss. in dicto *§. In bonæ fidei. de Act*. Bersan. *de Compẽsat. cap*. 1. *quæst*. 16. *num*. 7. Quippe debitor conventus suum creditorem summovet, si paratus est compensare text. in *l*. 2. *C. de Compensat*. Nempe si compẽsationem opponere cupiat. Unde si

15 in debitoris electione est, cui petitioni destinare velit compensationem, ea denique summa compensata videri debet, cujus petitioni destinata fuerit cõpensatio, sive antiquior fuerit, sive recentior, sive gravior, sive levior. In cæteris verò causis, præter electam à debitore, nequit opponi compensatio, quia unica solutio, unicum dumtaxat debitum tollere potest, licèt dici soleat unã numerationem in plures causas proficere posse; sed alio tamen sensu, ut patet ex exemplis positis in *l. In numerationibus* 44 *ff. de Solut*. in *l. Procurator* 8. *§*. 1 *ff. Rem rat. haber*. Ut testatur Faber in dicta *l. Quod Labeo. ad finem*. *ff de Compensationibus*.

16 Tertium, quia compensatio ex naturali æquitate est inducta text. in *l. Inter tutores* 37. *ff. de Administrat. tutor*. text. in *l. In rem suam. ff. de Compensation*. Præcipuè favore debitorum: Nam unusquisque creditorem suum, eundemque debitorem petentem summovet, si paratus est compensare text. in *l. Unusquisque. ff. de Compensat*. Quia interest nostra potius non solvere, quàm solutum repetere text. in *l. Ideò compensatio. ff. de Compensat*. Cum melius sit intacta cujusque jura servare, quàm post vulneratam causam remedium quærere text. in *l. final. C. Quando liceat cuiq. sin. jud. se vind*.

Igitur, cum compensatio debitoris favore sit introducta, nequit fieri in graviorem causam, & magis damnosam ipsi debitori compensanti, sed in causam leviorem, ac magis proficuam: Nam aliàs beneficium debitorum favore inductum retorqueretur in damnum, quod non est dicendum. 17

Non officiũt fundamenta contrariæ sententiæ; non primum ex *l. In iis verò* 5. *ff. de Solut*. Nam respondetur, quod in solutione reali procedit dictæ legis dispositio; secus verò in compensatione, quæ est imaginaria, & ficta solutio Giurb. *ad Consuetud. Messan. cap*. 2. *gloss*. 16. *num* 9. *part*. 1. Gutierrez *de Juramẽt. confirmat. cap*. 6. *part*. 3. *num*. 1. Wessembec. *Paratitl. lib*. 16. *tit*. 2. *num*. 2. Bordon. *Resolut. moral*. 38. *num*. 97. *part*. 1. Bachov. ad Treutler. *vol*. 1. *disput*. 25. *thes*. 11. *lit. D. versic. Illud universaliter. in fine*. Hering. *de Fidejussor. cap*. 20. *§*. 6. *num*. 13. Parlador. *lib*. 2. *Rer. quotidian. cap. final. part*. 5. *§*. 11. *num*. 30. Quippe, licèt hoc verum sit in solutione; tamen in compensatione militat alia ratio, nempe favor debitoris, pro quo ab æquitate est inducta text. in *l*. 13. *ff. de Compensation*. text. in *l. Inter tutores* 37. *ff. de Administrat. tutor*. At ubi militat diversa ratio, diversa debet esse juris dispositio, argumento ducto à contrario sensu ex text. in *l. Si postulaverit*. *§*. 2. *ff. de Adulter*. text. in *l. Illud. ff. ad Leg. Aquil*. text. in *l. Illud. C. de Sacrosanct. Eccles*. text. in *§. Pari ratione. Institut. Quib. mod. jus patr. potest. solvitur*. 18

Non suffragatur secundum ex *l*. 1. *ff*. 19

de

de Solut. Quia quamvis Ulpianus in fi-
ne videatur tribuere creditori electio-
nem ad hoc, ut eligat in quam cauſam
ſolutio cedere debeat: tamen in corpo-
re legis poteſt hoc creditori tribueri,
itaut tamquam ſi debitor eſset eligat,
ut clarè patet ex illis verbis: Dummodò
in id conſtituat ſolutum, in quod ipſe, ſi de-
beret, eſſet ſoluturus, &c. Hoc ut eligat
ſolutionem cedere in debitum ſolventi
minus damnoſum; tamquam ſi ipſe-
met debitor fecerit electionem, quam
rectè debitor facere poteſt, ut in hujus
legis initio Ulpianus docet, & aſserunt
Menoch. de Præſumpt. lib.3. præſumpt.
136. Brunneman. in dicta l.1. ff. de Solut.
Cujus legis primæ diſpoſitionem haud
procedere in debitore per compenſatio-
nem ſolvente tradunt Berſan. de Com-
penſat. cap.1. quæſt.16. num.8. Amar. Re-
ſolut.41. num.2. Et licèt hoc in ſolutio-
ne procedat, tamen ad compenſatio-
nem nequit extendi. Nam, quamvis de
compenſatione ad ſolutionē valeat ar-
gumentari; ſecus verò de ſolutione ad
compēſationem; quoniam tunc nō cur-
rit argumentum, ut alibi dixi, & tradit
Berſan. de Compenſat. cap.1. quæſt.2. n.21.
20 Amplia hanc noſtram principalem
concluſionem, quamvis objiciatur com-
penſatio adversùs creditorem ex plu-
ribus cauſis; & ex una dumtaxat agen-
tem: tamen debitor compenſatione ex-
tinguere poteſt debitum ſibi magis pro-
ficuum, ut ex Tartagn. conſil.86. num. 3.
lib.3. tenent Berſan. de Compenſat: cap.1.
quæſt.16. num.9. Rota Roman. deciſ.26.
num.19. part.7. Recent.
21 Limitatur 1. Non habere locum in
illis caſibus, in quibus compenſatio fit
ipſo jure idem Berſan. de Compenſat.
cap.1. quæſt.16. num.10. Medices de Com-
penſat. part.2. quæſt.11. num.1. Ratio eſt,
quia cum tunc compenſatio non depen-
deat ab hominis deſtinatione, nec de-
claratione, nequit alteri cauſę applicari,
quàm illi, in quam lex jam ſuos operata
eſt effectus, cum ipſiuſmet legis mini-
ſterio dumtaxat compenſatio fiat Cu-
jac. lib.8. Obſerv. cap.16. & ad lib.2. Salv.
Julian. ad Urſei. Feroc. in l.11. §.1. ad fin.
ff. Famil. erciſc. pag. mihi 521. Duaren. de
In litem jurand. num. 1. verſ. & in bonæ
fidei. Hothoman. de Verb. jur. verbo Ipſo
jure. Gorſus lib.3. Indagat. cap. 4. num. 6.
Corraſſ. in §. In bonæ fidei. num.10. de Act.
Borcholten. Diſputat. de Compenſat. pro-
poſit.8. arg.1. Amaya. in l.1. num.21. C. Ne
fiſcus rem quam vendid. lib. 10. Cujac. in
Rubric. C. de Compenſat. litera B. Diego.
Opuſcul de Compenſat. fol. mihi 34. Hah-
nius ad Weſſembec. lib.16. tit.1. num.9.
Wiſſembach. in l. Si conſtat. 4. C. de Com-
penſat. Igitur per compenſationem ipſo 22
jure factam, unum debitum, ſeu una
cauſa ſoluta fuit, ideòque alteri, quàm
illi, quæ compenſata fuit applicari non
poteſt; quia id, quod ſemel compenſa-
tum fuit, rursùs compenſari nequit.
text. in l. Quod Labeo. ff. de Compenſat. Ni-
ſi debitor favori legis vellet renuncia-
re Berſan. de Compenſat. cap.1. quæſt. 16.
num.11. Cum favori ſuo quilibet renun- 23
ciare queat text. in l. Cum pater. §. Li-
bertis. ff. de Legat.2. text. in l. Si Judex
circumvento. ff. de Minorib. text. in l. Po-
teſt. ff. ad Leg. Falcid. text. in l. Si quis in
conſcribendo. C. de Pact. text. in l. Quo-
ties. C. de Fideicommiſſ.
Limitatur 2. Quoties creditor ex 24
pluribus cauſis exegerit nomen ſui de-
bitoris ſibi obligatum. Quippe creditor
hoc in caſu poteſt prædictam exactio-
nem in extinctionem ſui crediti ſibi
magis benè viſi conferre Berſan. de Com-
penſat. cap.1. quæſt.16. num.12. Gratian.
Diſceptat. forenſ. cap.224. num.90. In cu-
jus comprobationem adducit text. in
l. Paulus. §. Paulus. l. In iis. §. Imperator.
ff. de Solut. Aliter enim dicendum, ſi
creditor ſui debitoris nomen exegerit,
quod haud ei erat expreſsè obligatum,
Berſan. dicto cap.1. quæſt.16. num.3. Re-
ferens Bart. in l. Cum ex pluribus. num.4.
ff. de Solut. Medices de Compenſat part.
2. quæſt.12. num.3. Tyndar. de Compenſat.
art.7. num.32.
Maximam adipiſcitur utilitatem 25
debitor ex eo, quod poſſit compenſatio-
nem in debito factam, in ſolutionem
qualiſcumque ex pluribus debitis con-
vertere; quippe hujuſmodi compen-
ſando poterit debitum ſibi magis utile
extinguere Valenzuel. conſil.78. num.28.
Berſan. de Compenſation cap.1. quæſt.16.
num.14.

26 Du-

26 Durior causa dici potest, pro qua pignora, seu fidejussores sunt dati Menoch. *de Præsumpt. lib.3. præsumpt.136. num.5*: Quippe qui fidejussores dedit, alios implicavit secum, quos si in ruinā præcipitet, secumque mergat, & conscientiâ, & famâ laborare solet Thesaur. *Quæstion. forens. lib.2. quæst.33. num.1.* Brunneman. in *l. In iis 5. ff. de Solut.* Mascard. *de Probat. concl.1320. num.4.* Vivius *decis.379. num.9.* Undè hinc inferendum est, quod debitor compensando partem uni fidejussori possit gratificari, ut is liberetur prius, illique soli prosit solutio; quod sanè locum habere potest tantùm, quando habent beneficium divisionis, vel ipso jure pro parte fidejusserunt Molinæus *tractat. de Divid. & individ part.2. num.3.* Relatus à Brunneman. in *l.5. num.3. ff. de Solut.* Sin autē creditor pignoribus distractis, sibi solvat, creditor ipse electionem habet; secus verò debitor Thesaur. *Quæstion. forens. lib.2. quæst.33. num.3.* Et creditor prius in usuras pecuniam compensare debet text. in *l. In iis verò 5. §. Imperator Antoninus. ff. de Solut.* Sive civiliter debeantur ex stipulatione, sive naturaliter ex pacto, & æqualiter pro rata Brunneman. in dicta *l.5. num.4. ff. de Solut.* Quamvis summæ sint inæquales: Nam creditor ex pignore distracto solvens, in quam causam solutum velit constituere potest text. in *l. Paulus. §. Paulus. ff. de Solut.* Si verò debitor solvit, aut dūtaxat debet naturaliter usuras, & solutum prius in sortem compensandum: aut civiliter, & tunc semper prius in usuras; quamvis creditor fateatur, se tam in sortem, quàm in usuras accipere text. in *l. In iis 5. §. Apud Marcellum. ff. de Solut.* Pistoris *quæst.21. num.27. lib.3.*

27 Quapropter hanc regulam solutum prius in usuras esse compensandum intelligendam esse de usuris civiliter debitis, & de liquidis; secus de illis, quæ adhuc sunt liquidandæ testatur Pistoris *lib.3. quæst.21. ad fin.* Sande. *l.3. tit.16. definit. ultim.* Brunneman. in *l.5. §.1. num 6. ff. de Solut.* Si creditor solutionem acceptet in sortem, & usuras, ordine scripturæ haud obstante, prius in usuras pecunia soluta compensanda est: Nam quamvis ex ordine scripturæ, ordo intellectus colligatur text. in *l. Quoties. ff. de Usufruct.* Tamen hoc procedit, 28 nisi alia mens jure præsumatur, vel certa sit Brunneman. in *l. In iis. §.1. num.8. ff. de Solut.* Colligens ex dicta *l. In iis. §.1.* Annuos redditus ultra quincunces solutos in sortem esse compensandos; sed futuris pensionibus detrahendos esse fatetur Carpzovius *part.3. Jurisprud. cap. 24. decis.15.*

Graviores causas tres assignat Pistoris *lib.3. quæst.21. num.16.* Prima causa gravior est, famæ ratione; igitur potius in id, quod ex famosa causa, quàm ex non famosa debetur videtur solutum text. in *l. Si quid ex famosa.* text. in *l. Cum ex pluribus. ff. de Solut.* Donell. in *l.1. num.10. C. de Solut.* At Bartolus in dicta *l. Cum ex pluribus num.2.* Monet eam causam, quæ vel membrum, vel vitam hominis attingit, famæ esse præferendam argum. text. in *l.1. ff. de Bon. eor. qui sibi mort. consciver.* 29

Secunda dicitur ratione pœnæ, vel 30 alterius augmenti, quo obligatio invaluit: Ergo in eam potius causam, quæ pœnam continet, facta solutio videtur text. in dicta *l. Si quid famosa l. Si quid ex pluribus. ff. de Solut.* Sic & ex causâ, quæ inficiatione crescere solet text. in *l. Si quid ex famosa.* Hùc referendam esse causam usurariam tradidit ipse Pistoris *lib.3. quæst.21. num.17.* Itaut in illa prius, quàm in debitum sine usuris cōtractum quis solvere intelligatur Bart. in dicta *l. Cum ex pluribus. ff. de Solut.* Sed an gravior causa sit sors, quàm usura, vertitur in dubium. Nam Glossa in *l.1 ff. de Solut.* Dicit graviorē esse causā usurariā; sed paulò post sortem graviorem esse docet, quod quoque amplectitur Pistoris *lib.3. quæst.21. num.25.* Et ratio gravitatis patet ex eo, quod sors parit usuras, quæ sanè sterilitatem comitantur; unde potiùs in sortem, quàm in usuras referenda est solutio, juxta regulam text. in *l.3. ff. de Solut.* Cum præsertim appareat Jurisconsultos in hac definienda re eam potissimùm sequutos fuisse rationem, quia justè verosimiliter putavēre debitorem diligētem negotium suum

ſuum fuiſſe geſturum.text. in *l. Cum ex pluribus.ff.de Solutionibus*

31 Unde Bartolus in *l.1.ff.de Solut.* Motus ex hacmet ipſa ratione,admittit duriorem cauſam eſſe ſortis, quàm uſurarū; ſed autumat Juriſconſultos rationem juxta quam in duriorem cauſam, ſolutio facta videtur, ſolummodò fuiſſe ſequutos in debitis æquè principalibus; ſecus verò,quando debitum eſt principale,& acceſſorium, & hoc eſt in odium debitoris, qui ſuâ morâ paſſus eſt uſuras currere Surd.*conſil.*230. *num.* 61. Laderch.*conſil.*142.Sed hanc rationem improbat Imola, quoniam non ſemper currunt uſuræ ex mora, ſed etiam aliquando ex ſtipulatione debentur abſque debitoris mora. text. in *l. Lecta. ff.de Reb.credit.* text. in *l.Hujuſmodi.ff. de Verb.obligat.* Ut latè proſequitur Piſtoris. *quæſt.*21. *num.*25.*lib.*3. Bart. in *l. Ex pluribus.* Docet circa hanc cauſæ gravitatem, ipſam qualitatem dumtaxàt obligationem aggravantem, ſecus verò, quantitatem reſpiciendam, quamobrem licèt una cauſa majores uſuras, quàm alia comprehenderet, non tamen per hoc gravior, alterâ eſſe intelligitur per text. in *l. Si ex pluribus.§. final. ff. de Solut.* Quippè & aliàs quantitatis ratio, & quod unum debitum,majorem ſummam contineat altero, graviorem eam cauſam haud reddere, neque aliquod ſolutionis diſcrimen inducere ſolet.

32 Tertia cauſa gravior dicitur reſpectu ſatiſdationis, ideo id, quod ſub hypotheca, vel pignore; ſive datis fidejuſſoribus debetur, potius intelligitur ſolutum eò, quod abſque ſatiſdatione debetur.text.in *l.Magis* 4.*l.In iis.* 5. *l. Cum ex pluribus.ff. de Solut.* Donell. in *l.* 1. *num.* 10.*in fine. C. de Solut.* Piſtoris *quæſt.* 21. *num.*19.*lib.*3.Menoch.*de Præſumpt.* 136. *num.*6.Brunneman.in *l.In iis* 5.*num.* 1. *ff. de Solut.*

33 Huic tertio loco poſt cauſæ gravitatē tribuēdā annectitur,quod licèt proprio, vel alieno nomine debeatur, sēperenim, quod quis ſuo nomine debet, potius ſolviſſe cenſetur,quàm quod pro altero fidejuſſorio, ſivè alieno nomine debeat. text. in *l.*1.*l.*2.*l.Cum ex pluribus. ff. de Solut.* Quippè id,quod meo nomine debeo, potius eſt, quàm quod fidejuſſorio nomine debeo, quia communis enim hic hominum affectus eſt, ut quis ſibi benè eſſe malit, quàm alteri Hering.*de Fidejuſſorib.cap.*20. §. 7. *in fine* Menoch. *de Præſumpt.lib.*3.*præſumpt.*136.*num.*9.Donell.*lib.*7.*Comm.jur civil.cap.* 8. *litera N.* Brunneman.in *l.Et magis* 4.*num.*1.*ff. de Solut.* Et licèt Bart. in *l. Ex pluribus.* Hanc qualitatem inter graviores cauſas referat: tamen Juriſconſultos eam, ab illis diſtenxiſſe apparet ex *l.*1. & 3.*ff. de Solut.* Ulpianus poſt quam non eſſe in id,quod quis pro alio fidejuſſerat, deinde aliam qualitatem ſeparatam à præcedentibus deſignans in *l.* 3. Hæc res, inquit.*Efficit, ut in duriorem cauſam ſemper videat ſibi debere accepto ferre.* Nō ergo illam cauſam huic referre voluit. ſic quoque Papinianus in *l. Cum pluribus.ff.de Solut.* Poſt quam tres enumeraſſet cauſas, quæ graviorem cauſam reddant, hanc velut planè novam ſpeciem ſubnectens; *Poſt hunc*, ait, *ordinem potior habetur propria, quàm aliena cauſa.* Quod fuiſſe proſequitur Piſtoris *quæſt.* 21.*num.*21 *lib.*3.

Hic quoque tertius gradus admiſſus eſt à veteribus, ut ex omnibus habeatur cauſa gravior, quæ eſt antiquior, ideoque placet, quoties cætera concurrent, quod indiſtinctè ſolvitur, in antiquiorem, ac vetuſtiorem cauſam ſolutum videri text. in *l. In iis.* text. in *l.Ubi* 24. text. in *l. Cum ex pluribus.* 97. text. in *l. Creditor* 102. *§.Valerius,ff. de Solut.* Cætera verò de gravioribus cauſis, & quæ dicantur conſule fusè Donellum in *l.* 1. *C.de Solut.* Piſtorem *quæſt.*21.*lib.*1.Gratianum *Diſcept.forenſ.cap.*224.Brunneman.in *l.In iis.ff. de Solut.* 34

SUMMARIUM

1 *Fidejuſſorum plures ſunt ſpecies.*

2 *Sponſores nuncupantur, qui pro aliis promittunt abſque aliqua interceſſione, ſed ſpontè.*

3 *Mandatores ſunt, quorum mandato alicui pecuniam credunt.*

4 *Adpromiſſores ſunt idem, ac fidejuſſores, et promiſſioni,ſeu principali obligati oni accedunt.* 5 Ex-

5 *Expromissores dicuntur, qui pro alio non obligato, vel non efficaciter obstricto intercedunt.*

6 *Expromissor in quo differat à fidejussore?*

7 *Prædes appellantur eò, quia à Magistratu interrogati in publicum respondent, se præstaturos pro alio.*

8 *Prædes an differant à vadibus.*

9 *Constitutores vocantur, qui pro aliis se solituros constituunt, quod ipsi ante debebant.*

10 *Vades dicuntur, qui obligantur pro alio ad certum diem sistendi in judicio.*

11 *Vades dicebantur, quia pro altero vadimonium promittebant; quum reus erat parum idoneus.*

12 *Vades, et Prædes nonnunquam promiscuè usurpantur.*

13 *Vades juxta* Vallam *dicuntur, qui pro altero, qui est in periculo capitis obligantur.*

14 *Vades tam in civilibus, quàm in capitalibus causis admittuntur.*

15 *Fidejussor an possit compensationem opponere?*

16 *Compensatio debet fieri inter debitores, et creditores ad invicem.*

17 *Compensatio ejus, quod non ei debetur, qui convenitur, sed alii, fieri non potest.*

18 *Hæredi compensatio objici non potest de eo, quod ad alterum hæredem pervenit.*

19 *Creditor non compellitur compensare quod alii, quàm debitori suo debet.*

20 *Compensatio objici non potest nomine alterius de eo, quod ipse debet.*

21 *Compensatio dumtaxat locum sibi vindicat inter eos, quorum alter alteri est vicissim creditor, et debitor.*

22 *Fidejussor compensare potest,* & referuntur Doctores hujusmodi conclusionem insequentes.

23 *Fidejussor potest compensare quod sibi, et reo principali debetur.*

24 *Fidejussor potest eligere an velit compensare quod ipsi, an quod reo principali debetur.*

25 *Satisfit contrariæ opinionis fundamentis.*

26 *Exceptiones, seu defensiones, quæ reo competunt, dummodò non sint merè personales, competunt quoque fidejussori.*

27 *Exceptio compensationis dicitur exceptio realis.*

28 *Fidejussoris persona mediante, pervenitur ad reum.*

29 *Fidejussor non tenetur in plus, quàm reus principalis.*

30 *Distinctio* Accursii *quo ad compensationem fidejussoribus permittendam.*

31 *Fidejussori ex persona rei principalis omnia privilegia competunt.*

32 *Fidejussor nequit in plus condemnari, quàm reus principalis.*

33 *Fidejussores an possint uti omnibus privilegiis, et exceptionibus rei principalis, quando ipse reus statum mutavit?*

34 *Fidejussor mutato statu rei principalis nõ potest uti illius exceptionibus.*

35 Expenditur text. in l. In fraudem 45. §. Si principalis 11. ff. de Jure fisc.

36 Medices distinctio reprobatur.

35 *Fidejussor, quamquam principalis reus nõ sit, solvendo compensationem opponere potest.*

38 *Effugitur quædam altera difficultas.*

39 *Compensare nemo potest, nisi debitor simul, et creditor.*

40 *Conditio nihil ponit in esse.*

41 *Fidejussor compensationem opponere potest, tam de debito suo, quàm de debito rei principalis.*

42 *Fidejussor quoque compensare potest, quamvis reus principalis declaratus sit in bandum.*

43 *Dolus rei fidejussori nocere non debet.*

44 *Fidejussor compensationem objectare potest, quamquam debitum sit naturale tantùm.*

45 *Fidejussor potest compensationem objicere contra creditorem, debetore, seu principali reo invito.*

46 *Compẽsatio est exceptio realis, quæ inhæret rei, secus verò personæ.*

47 *Fidejussor compensationem opponere potest, quamvis creditum debitoris principalis, vel fidejussoris superveniat post condemnationem sequutam.*

48 *Fidejussor compensationem opponere potest, licèt creditum, quod compensari debet, ortum sit ante, vel post fidejussionem.*

49 *Fidejussor compensare potest, etsi principalis reus compensare impediatur.*

50 *Fidejussor compensare potest, quamquam principalis reus promiserit solvere absque ulla exceptione.*

51 *Sta-*

51 *Statutum excludens omnes exceptiones, non censetur refellere exceptionem compensationis.*

52 *Fidejussor compensare potest, sive principalis reus sit solvendo, sive non.*

53 *Correi possunt petere, ut compensetur id, quod à creditore alicui eorum debetur, quantumvis non sint socii; si tamen invicem fidejusserint.*

54 *Fidejussor optimè compensationem opponere potest, quamvis reus principalis sit excommunicatus.*

55 *Fidejussor, etiam si fiat hæres principalis rei, potest compensare.*

56 *Fidejussor non solùm potest excipere de quantitate sibi debita, sed etiam de debita ei, pro quo fidejussit.*

57 *Fidejussor, si ex alio capite ab ipso debitore conveniatur, non potest opponere compensationem, quod pro eo sit fidejussor obligatus.*

58 *Fidejussor pro eo, quod debet sub conditione contra debitorem, pro quo spopondit actionem non habet, nisi solverit.*

59 *Fidejussor de alio debito à debitore, pro quo fidejussit, conventus, nequit ob fidejussionem compensare.*

60 *Nisi humanitatis gratia dies præbeatur, debitoribus.*

ARGUMENTUM

Utrùm Fidejussor compensare possit.

QUÆSTIO XX.

1 LIcitum esse mihi longè persuasi, non nulla de fidejussoribus priusquàm à dubii difficultate ordiar pangere. Fidejussorum plures sunt species: Nam alii dicuntur sponsores, alii mandatores, alii adpromissores, alii expromissores, alii prædes, alii cōstitutores, & alii vades.

2 Sponsores appellantur, qui pro aliis promittunt, seu spondent, vel pollicētur absque aliqua intercessione rogitu, ac precibus; sed suâ sponte, & sic qui non rogati pro alio fidejubent text. in *l. Qui patitur. ff. de Mand.* Glossa. in *Authentic. de Fidejuss. collat. 1. vers. fidejussorem.* Hering. *de Fidejussor. cap. 3. num. 32.* Alciat. *lib. 1. Parerg. cap. 2.* Forcatulus *Necyom. Dialog. 58 num. 5.* Barbat. *consil. 87. num. 14. vol. 3.* Oldendorp. in *Libell. de Jur. singul. cap. de Privileg. fidejussor. num. 2.* Et patet ex Senec. *de Tranquilit. vit.* ibi: *Non est quod audax judices promissum, cujus tibi, si parum fidei habes, sponsorem dabo.* Ovid. *Heroidum epist. 16.*

Qua tamen ipse vehor comitata cupidine parvo.

Sponsor conjugii, stat Dea picta sui.

Cicer. ad Attic. *Marcellus pro Magio sponsor factus est.* & alibi. *Quotidie sponsores, & creditores Lucii Trebellii conveniunt.* Senec. *lib. 3. de Benefic. cap. 15. Hoc unum deest avaritiæ, ut beneficia sine sponsore non demus.* Freinshemius *supplem. Livian. lib. 11. decad. 2. Ego pro filio meo sponsorem me Reipublicæ dabo.* Horat. *lib. 2. Sermon. satyr. 6.*

. . . *Romæ sponsorem me rapis.*

Idem Horat. *de Arte Poetic.*

Et spondere levi pro paupere.

Mandatores sunt, quorum mandato, 3
alicui pecuniam credunt text. in *l. Si verò. §. Si post creditam. ff. de Mandat.* text. in *l. 41. l. 25. l. 71. ff. de Fidejussor. l. 28. & l. 60. ff. de Mandat. l. 1. §. Si fidejussor. ff. Si quid in fraudem. l. 95. §. Si mandator. & §. Penult. ff. de Solut. l. 8. C. de Pign. l. 12. C. de Non numer. pecun. l. 30. C. de Locat. & conduct.* Quorum species latè prosequuntur Aretin. *cap. 1. 2. 3. 4. & 5.* Pichard. *Institut. de fidejussor. in Rubr. num. 4.*

Adpromissores sunt idē, ac fidejusso- 4
res. text. in *l. 5. §. Satis acceptio. ff. de Verb. obligat.* Ubi adpromissores esse legendum, non expromissores; eò quod promissioni, ac principali obligationi accedant, testatur Corrasius in dict. *l. num. 3.* Pichard. *in Rub. de Fidejuss. num. 4.* Alciat. *lib. 1. Parergon. cap. 2.* Connan. *lib. 6. Comm. jur. civil. cap. 6. num. 1.* Donell. *de Pign. in princip.* Duaren. & Forner. *ad l. 116. ff. de Verb. obligat.*

Expromissores sunt, qui pro alio non 5
obligato, vel non efficaciter obstricto intercedunt text. in *l. Aliquando 13. ff. ad S.C. Vellejan.* Quamvis multoties fidejussorum verbo comprehendantur, ut notat Cujac. *lib. 13. Observ. cap. 35.* Et

promittunt pro alio, animo novandi
text.in *l.final.ff ad Macedon.*text. in *l.Si
mulier* 22.*ff.ad Vellejan.*text.in*l.* 7.*§*.4.
*ff.de Dol.mal.l.*4.*§*.1.*ff.de Re judic. l.* 4.*ff.
de Condict.caus.dat.*text. in *l. Qui liberti-
nis* 37.*ff.de Oper.libert.* Quapropter dis-
6 fert à fidejussore, seu adpromissore:
Nam ille solus obligatur, hic cum alio..
Ille reus principalis est, hic accessorius.
Illum qui dat, liberatur: hunc verò qui
dat obligatus manet text. in *l. Quod ser-
vus.*56.*ff.de Pecul.*text.in *l.Ut.res* 53.*ff.
de Contrab.empt.* text.in.*l.Quod num.* 10.
ff de Pignorat.act. text. in *l.* 5.*§. Si pater.
ff.de Jur.dot.*Connan.*lib.*6.*Comment. cap.*
6.*num.*2.*&* *num.*91.Cujac.*ad l. Eleganter.
§.Servus pactionis.ff.de Dol.mal.*

7 Prædes dicuntur, qui à magistratu
interrogati in publicum respondent, se
præstaturos pro alio; atque id, quod ca-
vetur prædā dictā testatur Varro *lib.*5.
*de Ling.latin.*Cicer.in*Orat.pro Domo sua.
Ne in præde quidèm societate mancipē, aut
prædem sociū reperire potuisti.*Dicebātur
etiam qualescumque sponsores prædes,
ut constat ex *l.*6.*§.Damni.ff.Commun. di-
vidund.*Aull.Gell.*lib.*7. *cap.* 19. Unde
Ausonius prædes, & vades conjungit.

Prædes, vadesque penitudinis reos.

8 Sed idem Ausonius in *Monosillabis*
Vadem distinguit à Præde, quasi in li-
te numeraria dato: quod ita accipien-
dum est, ut & Prædes extra litem quo-
que dicātur fidejussores, qui pro manci-
p iis, ac publicorum redemptoribus in-
terveniunt; quemadmodum testantur
Varro, & Festus. Quintus Curtius *lib.*5.
*cap.*14. *Prædem mè*, inquit, *accipe nemi-
nem eorum, qui sequuntur recusaturum*, ire
qua duces. Plaut. in *Menæchm. act.*4.
*scen.*2.

Apud ædiles præliis factis, plurimisque,
Pessimisque dixi causam, conditiones.
Retulit tortas, confragosas: aut plus
*Aut minus, quàm opus erat multò, di-
xeram.*
Controversiam, uti sponsio fieret.
Quid ille? quid? Prædem dedit.

Cicer. *epist.*28. *Laudiceæ me prædes ac-
cepturum arbitror omni pecunia publicæ;
ut & mibi, & populo cautum sit.*

9 Constitutores sunt, qui pro aliis se solu-
turos constituunt, quod ipsi ante debe-
bant text. in *l. Eum qui. §.Quod exigi-
mus.ff. de Constitut.pecun.*

Vades dicuntur ii, qui obligantur pro 10
alio ad certum diem sistendi in judicio.
Sylvius in *Not.ad Propert.lib.* 4. *eleg.* 2.
*num.*57.Et publici vades sunt, qui à ma-
gistratibus dantur, ut cautum sit in pu-
blicum pecuniâ populo promissâ. Quos
primū dedisse traditur. Q.Cæsum L.Q.
Cincinnatis filium, ut tradit Tit.Liv.*lib.*
3.*ab Urb.cap.*12.ibi.*Hic primus vades pu-
blicos dedit.* Dyonis. Alicarnas. *lib.* 10.
Dicebantur vades, quia pro altero va- 11
dimonium pollicebantur, quum reus
parum esset idoneus. Unde Ovid. *lib.* 1.
*Amor.eleg.*2.dixit.

*Aptiùs hæc capiant, vadimonia Garru-
la ceræ.*

Cicer. in *Orat. pro Publio. Quintio. Ita-
que ex eo tempore res esse in vadimonium
cœpit. Cum vadimonia sæpe dilata essent,
& cum aliquantum temporis in ea re esset
consumptum, neque quidquam perfectum
esset: venit ad vadimonium Nevius.*Et pau-
lò post *Se jam neque vadari amplius, ne-
que vadimonium promittere.* Propert. *lib.*
4.*eleg.*2.

Te, qui ad vadimonia curris.

Divus Isydorus *lib.* 1. *Ethymolog. cap.* 12
33.Vades illos appellat, qui legaliter
causas agunt. Et vades, & prædes si-
mul accipit. Q.Curt.*lib.*9. *cap.* 6. ibi.*Ve-
stram virtutem rerum, quas gesturus sum,
vadem, prædemque babeo.*Valla *lib.*6.*Ele-
gant.cap.* 33. Vades appellat sponsores 13
alterius in periculo capitis, sive idem
periculum subiturus, sive pecuniam
soluturus, quod patet ex Plaut. in *Pers.
act.*2.*scen.*4.

Vadatur bic me P.utinam vades
Desint; in carcere ut sis!

Ausonius in *Monosillab.*

*Quis subiit in pœnam capitali suppli-
cio vas?*
*Quis, cum is fuerit nummarias quis da-
bitur Præs.*

Sed tā in civilibus, quàm in capitalibus 14
causis vades dari, vadimoniūq; polliceri
veriùs est, docēt, & asssectātur Rævard.
ad *l.*12:*tabul.cap.*5. Gregor.*Syntagm.jur.
lib.*24.*cap.*3.*n.*14. Hothoman. *de Verbis
jur.verb.Vades.*Duaren.*lib.*1.*disputat.cap.*
1.*in fin.*Et patet ex Tit.Liv.*lib.*3. *ab Urb.*
con-

condit.cap.15. ibi: *Reus, dum consulerentur Patres, retentus in publico est. Vades dare placuit. Unum vadem tribus millibus æris obligarunt. Quot darentur, permissum Tribunis. Decem finierunt tot vadibus accusator vadatus est reum.* Cicer. *lib.2. de Finib. Vadem te ad mortem Tyranno dabis pro amico.*

15 His præjactis ad quæstionem negativè responsum iri videtur, nempe fidejussorem compensare non posse. Cujus conclusionis fundamenta sunt sex.

16 Primum text. in *l. 1. ff. de Compensat.* Ubi Modestinus docet, quod compensatio est debiti, & crediti invicem inter se contributio; sed si fidejussor compensaret, quod principali reo debetur, non esset debiti, & crediti invicem inter se contributio, hoc est inter ipsosmet contrahentes, sed inter alios: ergo locum habere nequit compensatio.

17 Secundum text. in *l. Ejus 9. C. de Compensat.* Ubi Gordianus Imperator Eumenidi rescripsit, quod ejus, quod nõ ei debetur, qui convenitur, sed alii compensatio fieri non potest; sed si in nostro casu fidejussor possit compensationem opponere, esset contra hanc legem. Ergo.

18 Tertium text. in *l. Si cum militi. 16. ff. de Compensat.* Ubi nequit uni hæredum objici compensatio de eo, quod ad alterum pervenit. Verba textus sunt hæc *Si cum militi Castrensium bonorum alius, cæterorum alius hæres extiterit, debitor alteri hæredum obligatus velit compensare, quod ab alio debetur, non audietur*: Ergo idem equidèm dicendum est de fidejussore.

19 Quartum text. in *l. In rem. 18. §. 1. ff. de Compensat.* Ubi Papinianus sic ait: *Creditor compensare non cogitur, quod alii, quàm debitori suo debet: quamvis creditor ejus, pro eo, qui convenitur ob debitum proprium velit compensare*: Ergo in fidejussore idem statuendum.

20 Quintum text. in *l. Id quod 23. ff. de Compensat.* Ubi habetur, quod nomine alterius non potest objici compensatio de eo, quod ipse debet. Pauli verba sunt hæc: *Id quod pupillorum nomine debetur, si tutor petat, non posse compensationem objici, ejus pecuniæ, quam ipse tutor suo nomine adversario debet.* Cui suffragatur text. in. *l. Pecuniam. 15. ff. de Compensat.*

21 Sextum. Compensatio dumtaxat locum sibi vindicat inter eos, quorum alter alteri sit vicissim creditor, & debitor; sed in hoc casu alia est persona debitoris, alia fidejussoris, & alia hujus, alia illius obligatio: Nam debitoris obligatio principalis est: fidejussoris verò accessoria, & aliud est quod reo debet creditor, qui accepit fidejussorem. Aliud verò quod fidejussor creditori debet: Igitur quamquam solutione per debitorem factâ, fidejussor quoque liberetur per consequentiam. text. in *l. Si quis 5. ff. de Liber. legat.* text. in *l. Si fidejussor ff. de Dolo* Nõ tamen est cõsequens, ut fidejussor possit creditori cõpensare, quod creditor debitori principali, non etiam ipsi fidejussori debet.

22 Ast his minimè oppugnantibus, contrariam opinionem esse amplectendam testantur Donell. in *l. Ejus 9. C. de Compensat. n. 7.* Pichard in *§. In bonæ fidei. num. 23 Institut. de Act.* Faber *C. lib. 4. tit. 13. defin. 13.* Molina *de Just. & jur. tractat. 2. disputat. 560. num. 16.* Gloss. in *l. 4. ff. de Compensat.* & in *l. Ejus 9. C. de Compensat.* Donell. *Comm. jur. civil. lib. 6. cap. 15. fol. mihi. 702. ad fin. num. 40.* Paris. *consil. 96. num. 39. lib. 3.* Mantic. *de Tacit. & ambig. conv. lib. 16. tit. 14.* Cephal. *consil. 577. num. 2. vol. 4.* Chartar. *Decis. Genuens. 7. num. 2.* Conciol. *alleg. 23. num. 6.* Becc. *consil. 45. num. 46. vol. 1.* Rota *decis. 95. num. 1. part. 1. Divers. & decis. 392. num. 4. part. 2. Recent* Surd. *consil. 327. num. 10. & 36. & consil. 159. num. 26. lib. 3. & consil. 506. num. 5. lib. 4.* Cyriac. *controv. 546. n. 47.* Merlin. *de Pignor. lib. 5. quæst. 8.* Andreol. *contr. 109. num. 40.* Castropal. *Oper. moral. disput. 1. punct. 16. §. 2. num. 13.* Medices *de Definit. definit. 63. num. 4.* Bersan. *de Compensat. cap. 3. quæst. 1. num. 11.* Sabelli *Summ. divers. tractat. § Exceptio. num. 36.* Bacchovius ad Treutler. *vol. 1. disputat. 25. thes. 10. litera D.* Brunneman. in *l. Verum est 4. num. 1. ff. de Compensat. l. Id quod num. 2. ff. Eod.* Costalius *part. 3. Adversar. ex lib. 16 pãdect. l. Verum. 4. tit. de Compensat.* Medic. *de Compensat. quæst. 4. part. 2.*

Gregor. *Syntagmat. jur. univers. part.* 3. *lib.* 21. *cap.* 22. Castill. *Cōtrov. jur. lib.* 4. *cap.* 40. *num.* 76. Cagnol. in *l. In omnibus. num.* 2. *ff. de Reg. jur.* Maur. *de Fidejussorib. Sect.* 10. *cap.* 9. *num.* 3. *& sect.* 9. *cap.* 12. *num.* 1. Zang. *de Except. part.* 3. *cap.* 8. *num.* 33. Faber *Rational.* in *l.* 4. *ff. de Compensat.* Jaso. in *§. Bonæ fidei n.* 76. *Institut. de Act.* Papiens. in *Form. libell. resp. rei. §. Salvis aliis num.* 16. Bertazol. *de Clausul. clausul.* 40. *gloss.* 8. *num.* 4. Coppel. *de Compensat. cap.* 3. *num.* 28. Graff. *de Except. except.* 16. *num.* 40. Marsil. in *Rub. de fidejussor. num.* 271. Menoch. *consil.* 119. *num.* 5. Paris. *consil.* 121. *num.* 7. *lib.* 1. Bersan. *de Compensat. cap.* 3. *quæst.* 2. *num.* 7. Niger *de Except. cap.* 13. *§.* 8. *num.* 3. Hering. *de Fidejussorib. cap.* 20. *§.* 6 *num.* 4. Diego *Opuscul. de Compensat. fol. mihi* 22. *in fine.* Olea *tractat. de Cess. jur. tit.* 6. *quæst.* 11. *num.* 22. Dyn. Muxell. in *Reg. jur. pontific.* 46. *num.* 18. Tyndarus. *Opuscul. de Compensat. art. num.* 52.

Hujus cōclusionis fundamēta sunt duo.

23 Primum est textus expressus in *l. Verum* 4. *ff. de Compensat.* Ubi Paulus *lib.* 3. ad Sabinum scripsit, fidejussorem posse compensare, quod reo principali, & sibi debetur text. verba hæc sunt. *Verum est (quod & Neratio placebat, & Pomponius ait) ipso jure eo minus fidejussorem ex omni contractu debere, quod ex compensatione reus retinere potest. Sicut enim cum totum peto, à reo malè peto: ita & fidejussor non tenetur ipso jure in majorem quantitatem, quàm reus condemnari potest.*

24 Secundum est textus etiam expressus in *l. Si quid* 5. *ff. de Compens.* Ubi Juriscōsultus Cajus sic ait. *Si quid à fidejussore petatur, æquissimum est eligere fidejussorem; quod ipsi, an quod reo debetur compensare malit. Sed etsi utrumque compensare velit audiendus est.*

25 Non obstāt quinque priora contrariæ opinionis fūdamina, quia illa jura exceptionem, seu limitationem accipiūt ex textu expresso in prædicta *l. Verum. de Compensat.* Prout rectè animadvertit Pichard. in *§. In bonæ fidei num.* 23. *Institut. de Act.*

26 Non reluctatur textū. Nam respondetur, quod omnes exceptiones, seu defensiones, quæ reo competunt, dummodò non sint merè personales, sed in rem, competunt quoque fidejussori. text. in *l. Exceptionis* 7. text. in *l. Omnes* 19. *ff. de Exception.* text. in *l. Defensiones* 11. *C. de Except.* Sed exceptio compensationis 27 est realis, & principali debitori, ejusque fidejussori opitulatur text. in *l.* 2. *ff. Quæ res pign. oblig. poss.* text. in *l. Tam mandatori C. de Non numerat. pecun.* text. in *l. Ex persona. ff. de fidejussor.* Ergo quoties competit reo, competit fidejussori, ne alioquin ipsius beneficium reo eripi videretur, si fidejussori non accommodaretur, qui condemnatus solvere regressum adversùs debitorem, actione mandati, vel negotiorum gestorum esset habiturus. 28 text. in *l. Ex mandato* 20. *§.* 1. *ff. de Mandat.* Quoniam fidejussoris personâ mediante, ad reum pervenitur. text. in *l. Cum lex* 45. *ff. de Fidejussor.* Sed reus potest compensare creditori suo, quod ipsi reo creditor debet ex regula text. in *l.* 1. & 2. *ff. de Compensat.* Ergo & fidejussori debitoris id licere debet, ut id ipsum, quod reo creditor debet possit ille creditori compensare, si ad eam quantitatem conveniatur, de qua fidejussit pro reo; & cum compensatio solutionis vim consequatur text. in *l. Debitor* 4. *ff. Qui potior in pign. hab.* text. in *l. Si peculium. §. de Illo. ff. de Stat. lib.* text. in *l. Amplius non peti. ff. Rem rat. hab.* Tamquam quæ perinde ipso jure obligationem extinguat; apparet non magis creditorem petere totam summam à fidejussore, hoc est non deductâ eâ quantitate, quæ venit in compensationem, quàm si totum à fidejussore peteret ejus, qui partem debiti jam solvisset. Nequit creditor majorem quanti- 29 tatem petere à rei fidejussore, quàm ab ipso reo, & sive ab ipso, sive ab illo totum petat, quòd non totum debetur malè petit, quia plus deperit, ideòque veteris juris rigore inspecto, causa cadere deberet, nisi posterioribus Zenonis & Justiniani constitutionibus; hoc jus esset correctum, restrictâ pœnâ pluris petitionis ad expensarum condemnationem text. in *§. Si quis agens. Institut. de Act. & tit. de Pluris petition.*

Accursius in dict. *l. Verum.* distinctione 30 uti-

utitur. Aut fidejussor acceptus est post quàm reus compensare potuit, vel ante; si post aut incertam summam, aut ita fidejubes pro illo, quod ille debet ita ut in primo casu teneatur, sed opponit compensationem text. in *l. Si stipulatus. ff. de Fidejussor.* In secundo ipso jure minimè tenetur in eo, quod objicitur compensatio à reo, quia verba cum effectu sunt accipienda argument. text. in *l. Si debitor. ff. de Verb. signific.* text. in *l. Creditores ff. de Verb. oblig.* text. in *l. Eum qui. §. Quoties. ff. Ne quis eum, qui in jus vocant.* Si verò ante priusquàm reus compensare potuerit acceptus fit, fidejussor tenetur insolidùm, at compensationis exceptionem habet text. in *l. Defensiones. C. de Except.* Sed tu quoad cōpensationem attinet, à nostra opinione non recedas.

31 Ex persona enim rei principalis, omnes exceptiones, omniaque rei commoda ipsi competunt text. in *l. Ex persona. ff. de Fidejussor.* Meritòque sicut ipse reus principalis conventus, potuisset compensare: ita & ille rectè compensabit, quod reo principali debetur, præsertim, quod cum fidejussor ratione suæ fidejussionis pulsatur, videtur magis, & saltim in effectu ipse principalis conveniri text. in *l. Quod dictum. ff. de Pact.* Proinde fidejussore, quod reo principali debitum est compensante, censendum est magis ipsum principalem reum compensare, quod sibi debetur, ut se ipsum, & per hoc etiam fidejussorem à contracta obligatione liberet; ut benè tradidit Diego in *Opuscul. de Compensat. fol. mihi* 23. Præsertim cum unicuique liceat uti sui authoris jure text. in *l. Invitus. vers. plerumque. ff. de Reg. jur.* Et sicut fidejussor potest solvere creditori de pecunia principalis debitoris. ita etiam poterit de ea summa, quæ dicto debitori debetur objicere compensationem, cum compensatio nil aliud sit, quàm solutio text. in *l. Julianus ait. ff. de Condit. & demonstrat.* text. in *l. Vel permutavit. ff. de Liberal. caus.* text. in *l. Debitor 4. ff. Qui potior. in pign.*

32 *hab.* Hæc omnia magis elucescunt ex vulgata illa regula, quæ habet, quod fidejussor nequit in plus condemnari quàm principalis debitor; sed si debitor principalis non tenetur, pro ea summa, quæ est compensanda, ita etiam compensationis favore, ratio fidejussoris debet haberi Gothofred. in *l. Verum. 4. ff. de Compensat.* Hering. *de Fidejussorib. cap.* 21. §. 6. *num.* 5. Coppel. *de Compensat. cap.* 3. *num.* 28. Bersan. *de Compensat. cap.* 3. *quæst.* 2. *num.* 6. Niger. *de Except. cap.* 13. §. 8. *num.* 4. Zanger. *de Except. part.* 3. *cap.* 8. *num.* 35.

Imperatores Diocletianus, & Maximianus rescripserūt in *l. Defensiones* 11, *C. de Except.* Fidejussorem habere eas exceptiones, quibus integro manente statu reus munitus est. Quid ergo dicendum sit, si status mutatus sit, vel in totū, vel pro parte? videlicet si reus principalis ita damnatus sit, ut ex damnatione ejus bona confiscarentur, sive universa, sive pro parte? quod posterius in quibusdam judiciis cōtingit, ut leg e Juliâ de vi privata text. in *§. Item lex Julia de Vi* 8. *Institut. de Public. judic.* An in hoc casu exceptione compensationis, aliisque exceptionibus realibus, quæ reo principali competebant, statu adhuc integro existente, fidejussores uti possint? 33

Quod fidejussoribus hujusmodi exceptiones non competant sustinet Accursius in dict. *l. Defensiones*, & in *l. 1. ff. de Fidejussorib.* Quem in utroque loco sequutus fuit Baldus, quam opinionē probat argumento dictæ *l. Fidejussores.* Si fidejussori dandæ essent exceptiones, quæ reo competunt, integro statu manente, sequeretur, ducto argumento à contrario sensu, quod in jure nostro validum est text. in *l. 1. §. Hujus rei. ff. de Offic. ejus cui mand.* text. in *l. Qui testamento. §. Mulier. ff. de Testament.* text. in *l. Procuratorem. §. Si ignorantes. ff. de Mandat.* text. in *l. Si quis locuples.* 57. *ff. de Manum. testam.* Fidejussoribus non competere easdem exceptiones, statu mutato; hanc enim sententiam comprobat idem Accursius ex *l. 1. C. de Fidejuss.* Ubi habetur damnato reo eos, qui pro eo fidem suam astrinxerunt, posse jure pristino conveniri, & liberari reū pro ea parte, quâ damnatus est, & nihilominus fidejussores remanēt obligati. Unde sequitur ex persona rei, qui amplius non est obligatus, fidejussoribus nullas dari posse exceptiones 34

nes. Exceptiones enim præsupponunt obligationem, quæ cum in persona rei sit extincta, & exceptiones, quæ ex persona rei dantur videntur extinctæ, argument..text.in *l.Ex persona*. 32. *ff. de Fidejussor*.text. in *l. Si tutela* 8. *ff. de Admin.tutor*.

35 Non obest text. in *l.In fraudem* 45. §. *Si principalis*. 11 *ff.de Jur.fisc*. Ubi habetur,quod si bona rei principalis,ad fiscũ sint devoluta, fidejussores liberantur. Ergo si bonis debitoris ad fiscum devolutis fidejussores liberantur, multò magis illis permittendum esse videtur, ut compensatione ex reorum persona utantur. Cum enim id, de quo minus videtur inesse inest, inest & id de quo magis text.in *l.Si quando* 19.*C. de Testib.* text. in *l. Si non singulis.C.Si cert. petat.* Nam Jurisconsultus Paulus in dicta *l. In fraudem.§.Si principalis.* Loquitur de reo principali, qui fisco debuit, cujus postea bona ad fiscum pervenerunt, in quo casu cum fiscus succedat debitori tamquam creditor, hac confusione tam principalis, quàm accessoria fidejussorum obligatio tollitur text. in *l.* 4. *C.de Fidejuss*.text.in *l.Stichum* 95.§.*Aditio*.text.in *l.In omnibus speciebus*.43.*ff. de Solut*.text in *l.Debitor*.7. *C. de Pact.* Sed hic loquitur de debitore, qui minimè cum fisco contraxit; quia quamquam huic debitori fiscus succedat, & is debitor liberetur, non tamen fidejussorum obligatio tollitur; sed magis confirmatur.text.in *l.*1.& ibi Donell.*num*.4. *C. de Fidejussor.*

36 Medices *Opuscul. de Compensat. quæst.* 4.*num*.6 *part*.2. Utitur distinctione, ut tum demum fidejussor compensatione rectè utatur, quando non est solvendo debitor principalis,secus verò si sit solvendo. Sed cum hæc distinctio lege, ac ratione destituatur, meritò eam improbat Zanger. *de Except.part*.3.*cap*.8. *num.* 43.Quia textus in *l.Exceptiones.ff.de Except.l.Ex persona*.32.*ff.de Fidejuss.l.de Fidejuss.* 11. *C. de Fidejuss.* Generaliter loquuntur, ergo generaliter sunt intelligendi. text.in *l.final.C. de Dotis promissione* text.in *l.*1.§.1. *ff. de Legat. præst.* Nam ubi lex non distinguit,nec nos distinguere debemus.text.in *l.De pretio. ff.*
de Public.in rem act. Et ratio quare fidejussoribus cōpensationis exceptio præbeatur,versatur tam in uno casu,quàm in alio.Neque ob id, quod debitor prin- 37
cipalis solvendo non sit, hæc exceptio non desinit esse realis.text.in *l. Exceptiones* 7.*ff. de Except.* Quinimò si reus principalis solvendo est, deneganda est fidejussoribus compensationis exceptio, cõsequens est jus illud, quo statuitur fidejussorem,qui exceptione reali ex persona rei proveniente tutus est, eandem scienter omittentem amittere actionem mandati, eique dari non debere, falsum esse,cum nullam aliam ob causam denegaretur mandati actio fidejussori,quàm, quòd eam amittere non debuit text.in *l Si fidejussor*.29.§.*Non male* 1.& §.*Si eum.ff.Mand.* Unde absque dubio concludendum est, fidejussorem compensatione uti posse, sive debitor solvendo sit, sive non.

Nunc verò de alia quæstione viden- 38
dum est, videlicet principalis debitor fidejussorem creditori suo dedit, hic fidejussor in 100.est obligatus favore debitoris principalis, accidit, quod fidejussor convenitur ad dictam summam à debitore principali, pro quo intercessit. Fidejussor excepit de illis 100. quorum debitor est, ut compensetur cum obligatione fidejussionis favore sui creditoris susceptâ, & in qua adhuc manet? Nunc quæritur an talis exceptio in hoc casu subsistat favore fidejussoris.

Hoc enim in dubio negativa senten- 39
tia est amplectenda, eò quia compensatio est debiti, & crediti invicem inter se contributio text. in *l.* 1.*ff. de Compensat.*Et nemo potest compensare, nisi sit debitor simul, & creditor text. in *l.Qui invicem.ff.de Condict.indeb.*text. in *l.Unusquisque.ff. de Compensat.* text.in *l.Si constat.*4 *C.Eod.* Principalis debitor non est obligatus ad aliquid favore fidejussoris ob fidejussionis præstationem pro debito suo;creditum, quod fidejussor ratione fidejussionis contra debitorem principalem consequi potest, pendet ab illa conditione,videlicet si solverit proeo: unde ante conditionis adventum debitum dici nequit, cum con-
ditio nihil ponat in esse text. in *l.*1.*ff.* 40
de Con-

de Condit.& demonstrat. text. in *l. Si quis sub conditione ff. Si quis omnis. caus. testament.* text. in *l. Cedere diem. ff. de Verb. sign.* text. in *l. Si quis fundum. ff. de Contrah.empt.* text. in *l. Ex facto ff. de Hæred. instituend.* Sed debitum, quod ex conditione pendet nequit cōpensari text. in *l. Quod in diem: ff. de Compensat.* & dicam suo peculiari loco. Hoc fallit si fidejussor principali debitori solverit Brunneman. in *l. Verum 4 num. 4. ff. de Compensat.* Bersan. *opuscul. de Compensat. cap. 3. quæst. 3. num. 7.*

41 Ampliatur 1. Nostra principalis conclusio, ut fidejussor non solùm possit opponere compensationem de sui principalis credito; sed etiam de utroque simul, videlicet si fortè alterutrum eorum non adæquet totam summam, pro qua fidejussit text. in *l. Si quid à fidejussore. 5. ff. de Compensat.* & tradūt Donell. in *l. Ejus 9. n. 7. C. de Compensat.* Faber *Rational.* in dicta *l. Si quid. ff. de Compensat.* Zanger. *de Except. part. 3. cap. 8. num. 32.* Bertazol. *de Clausul. clausul. 4. glos. 8. num. 4.* Maur. *de Fidejuss. sect. 10. cap. 9. num. 4.* Tynd. *de Compensat. art. 6. num. 52.* Graff. *de Except. except. 16. num. 4.* Hering. *de Fidejussor. cap. 20. §. 6. num. 3.* Medic. *de Compensat. quæst. 4. num. 1. part. 2.* Niger. *de Except. cap. 13. §. 8. num. 9.* Bersan. *de Compensat. cap. 3. quæst. 2. num. 8.* Diego. *Opuscul de Compensat. fol. mihi. 23.*

42 Ampliatur 2. Ut fidejussor quoque compensare possit, etiam si reus principalis in bandum declaratus esset Faber. in *§. In bonæ fidei. num. 19. Institut. de Act.* Niger *de Except. cap. 13. §. 8. num. 10.* Alberic. de Rosat. *part. 2. statut. quæst. 92.* Bertazol. in *Tractat. de Clausul. clausul. 41. glos. 7. num. 4.* Hyppolit. in *Rub. de Fidejussor. num. 271.* Hering. *de Fidejuss. cap. 20. §. 6. num. 5.* Nuñus. in *Tractat. Banditor. part. 2. Secundi temporis. quæst. 67.* Ratio est, quia fidejussor cum ca-
43 reat lucrativâ causâ, certat de damno vitādo Honded. *consil 111. n. 57. p. 1.* Ideòque dolus rei fidejussori nocere minimè debet text. in *l. Apud Celsum. §. Auctoris. ff. de Doli except.* Et sicut personalis exceptio, quæ prodest, ad fidejussorem non transit, ita nec contra odium personale transire debet Guid. Pap. *sing. 1001.* Hering. *de Fidejuss. cap. 20. §. 6. num. 9.* Scarlat. *consil. 114. num. 15. vol. 1.*

Ampliatur 3. Quamvis debitum, 44
quod expetit compēsare esset naturale dumtaxat Bersan. *de Compensat. cap. 3. quæst. 2. num. 9.* ex Amat. *decis. Ferrar. 41. num. 6. & 8.* Ratio est, quia debitum naturale tantùm idoneum est ad inducendam compensationem, ut enitet ex textu expresso in *l. Etiam quod natura. ff. de Compensat.*

Ampliatur 4. Ut fidejussori licitum 45
sit compensationem opponere adversùs creditorem, etiam debitore, seu reo principali renuente text. in *l. Exceptiones.* text. in *l. Omnes. ff. de Except.* text. in *l. Si stipulatus.* text. in *l. Spensarum. ff. de Fidejuss.* text. in *l. Si ex persona. ff. Eod.* ut cōsectantur Bald. in *l. Tam mandatori. n. 36. C. de Non numerat. pecun.* Paris. *cōsil. 121. n. 9 lib. 1. & consil. 96. n. 39. lib. 3.* Cyriac. *Controv. 546. num. 50.* Maurus *de Fidejuss. sect. 9. cap. 11. num. 7.* Conciol. *allegat. 23. n. 6.* Magon. *decis. Florent. 110. num. 3. & 4.* Hering. *de Fidejuss. cap. 27. part. 4. num. 5. & 6.* Becc. *consil. 45. num. 46. vol. 1.* Castill. *Controv. jur. lib. 4. cap. 4 n. 76.* Zanger. *de Except. part. 3. cap. 8. num. 35.* Gloss. in *l. Si stipulatus. ff. de Fidejuss.* Mantica. *de Tacit. & ambig. convent. lib. 16. tit. 15. num. 11.* Bersan. *de Compensat. cap. 3. quæst. 2. num. 10.* Niger. *de Except. cap. 13. §. 8. num. 7.* Bertazol. *de Clausul. clausul. 41. glos. 8. num. 4* Graff. *de Except. except. 16. num. 43.* Ratio est, quia com- 46
pensatio est exceptio realis, quæ inhæret rei; secùs verò personæ text. in *l. Exceptiones 7. ff de Except.* Faber. *lib. 12. Conject cap. 9.* Medic *de Compensat. quæst. 4. num. 3. part. 2.* Costa *de. Re integra. distinct. 7. num. 12.* Niger. *de Except. cap. 13. §. 8. num. 4.* Coppel. *de Compensat. cap. 3. num. 27.* Olea. *de Cess. jur. tit. 6. quæst. 11. num. 22.*

Ampliatur 5. Etiam si creditum de- 47
bitoris principalis, vel fidejussoris superveniat post condemnationem fequutam, & post sententiam, licèt transierit in rem judicatam. text. in *l. Et post. rem. ff. de Trāsact.* prout cōfitētur Gloss. in *l. 1 ff. Quæ sentent. appell.* Bersan. *de Cōpēsat. cap. 3. q. 2. n. 12.* Paris. *consil. 121. n. 6. & 7. lib. 1.* Niger. *de Except. cap. 13. §. 8. num. 6.*

Zanger.*de Except.part.3.cap.* 8. *num.* 34. Eò quia compensatio non impugnat sententiam,sed potius ipsius exequutionem dulcescit, ac moderatur Tynd. *Opuscul. de Compensat. artic.* 8. *num.* 35. Laderch.*consil.*109.*num.*5.Afflict.*decis.* 121.*num.*3.Surd.*decis.* 191. *num.* 7.

48 Ampliatur 6. Quamvis creditum, quod compensari debet,ortum sit ante, vel post fidejussionem Gloss.in *l.Verum ff.de Compensat.*Paris. *consil.* 121. *num.* 8. *vol.*1.Conciol.*alleg.*23.*num.*7. Marescot. *Variar.Resolut.lib.*2. *cap.* 121. *num.* 119. Zanger.*de Except.part.*3.*cap.* 8. *num*: 33. *in fine.*Bersan.*de Compensat. cap.* 3. *quæst.* 2.*num.*14.Niger. *de Except. cap.* 13. §. 8. *num.*6. Maur. *de Fidejuss. sect.* 9. *cap.* 12. *num.*4.

49 Ampliatur 7. Quamquam principalis debitor compensare impediatur à jure Hering.*de Fidejuss.cap.*20.§.6.*num.* 5.Niger.*de Except.cap.* 13. §. 8. *num.* 10. Bertazol.*de Claus.claus.*41. *gloss.* 8. *num.* 4. Medic. *de Compensat. quæst.*4.*num.* 2. *part.*2. Bersan. *de Compensat. cap.* 3. *quæst.*2.*num.*15.Maur.*de Fidejuss.sect.* 10. *cap.*9.*num.*5.Ratio est,quia delictum rei principalis fidejussori non nocet text.in *l.final.ff.de Pact.*

50 Ampliatur 8.Etiam si principalis debitor polliceatur solvere absque ulla exceptione Marsil.*Rub.de Fidejuss. num.* 272 Niger *de Except.cap.*13.§.8.*num.*11.

51 Bersan *de Compensat.cap.*3.*quæst.*2.*num.* 18. Ratio est, quia compensationis exceptio non censetur prohibita per statutum excludens omnes exceptiones. Dondeus *cõsult.*43.*num.*8.Alex.*consil.*12. *lib.*2 Carpan.*ad Statut. Mediolan. lib.* 1. *cap.* 42. *num.* 172. Grass. *de Except. except.*16. *num.* 1. Medic. *de Compensat. part.* 2. *quæst.* 20. Tiraquell. *de Retract. lignag.*§.3.*gloss.*3.*num.* 4. Bersan. *de Compensat.cap.*3.*quæst.*2.*num.*18. Menoch. *de Præsumpt. lib.* 2.*præsumpt.* 48.*num* 34. Conciol. *alleg.* 23. *num.* 42. Sessè *decis. Aragon.*88.*num.*5.Hoc enim non procedit,quando specificè compensationi renunciavit.Nam tunc locum non habet, sed realiter solvere debet Bersan *de Compensat.cap.*1.*quæst.*22.

52 Ampliatur 9. Ut fidejussor possit compensare,sive principalis debitor sit solvendo, sive non. Zanger *de Except. part.* 3.*cap.*8.*num.* 46. Bersan.*de Compensat.cap.*3.*quæst.*2.*num.*20.

Ampliatur 10. Ut correi possint petere, ut compensetur id, quod à creditore alicui eorum debetur, quamtumvis non sint socii, si tamen invicem fidejusserint Coppel. *de Compensat. cap.* 3. *num.* 30. Bersan. *opuscul. de Compensat. cap.*3.*quæst.*2.*num.*22. 53

Ampliatur 11. Quamvis principalis debitor exciperet suam culpam, ut puta,quia esset ex communicatus. Nam illo casu rectè fidejussor compensabit Niger *de Except.cap.*13.§.8.*num.* 10. Ratio est, quia cum compensatio non sit exceptio personalis;sed realis fidejussori nequit nocere text.in *l.Apud Celsum.§. Auctoris.ff.de Doli except.* 54

Ampliatur 12.Præsertim si fidejussor debitoris principalis fiat hæres, & excipiat de sua rata,pro qua reperitur hæres,si illa debitum æquat,vel de rata cohæredum,& illi astipulentur,seu assentiantur quo ad debitum totum extinguitur Paris.*consil.*121.*num.*6.& 7.*lib.* 1.Niger *Tractat.de Except. cap.* 13.§.8. *num.*5. 55

Ampliatur 13. Ut fidejussori liceat non solùm excipere de quantitate sibi debita, sed etiam de debita ei, pro quo fidejussit, quamvis ille non excipiat. text.in *l.Si quid 5.ff.de Compensat.*text.in *l.Ex persona.ff.de Fidejussor.* text. in *l. Verum. ff. de Compensat.* Niger *de Except. cap.*13.§.8.*num.*9.Hering.*de Fidejuss.cap.* 20.§.6.*num.*4. 56

Quid dicendum, quando fidejussor ex alio capite ab ipso debitore conventur; an in hoc casu fidejussor possit objicere compensationem,quod pro eo sit fidejussor obligatus? Et non posse ex Carpzov.*lib.*2.*Respons.*103. tradit Brunneman. in *l.Verum est.n.*4.*ff. de Compensat.* Quippe quod fidejussor debet sub conditione adversùs debitorem pro quo spondit,actionem non habet; nisi solverit.Igitur meritò sunt excipiendi casus, in quibus ante solutionem agere potest per text.in *l.Si pro ea.C. Mand.* Fidejussor verò de alio debito à debitore pro quo fidejussit conventus nequit ob fidejussionem compẽsare Carpzov.*lib.*2.*respons.* 57

*spons.*103.Brunneman.in *l. Quod in diem num.*1.*ff.de Compensat.*Nisi humanitatis gratiâ dies præbeatur debitoribus.

SUMMARIUM

1 *Arbiter est Judex datum, plerumque à Prætore.*

2 *Arbiter dicitur is, qui à partibus super re litigiosa, tamquam Judex, eligitur.*

3 *Arbiter, juxta nonnullos, de Compensatione cognoscere non potest, quoties ex causa extrinseca rei, quæ compromittitur opponitur.*

4 *Arbiter de compensatione cognoscere potest, quando ex causa extrinseca, seu connexa opponitur.*

5 *Arbiter in cognoscendo jurisdictione caret.*

6 *Compensatio, an tempore, quo lis agitatur proponi possit.*

7 *Compensatio coram arbitro proponi potest, quando descendit ex eadem causa, ex qua compromissum fuit factum.*

8 *Compensatio, quando fit ipso jure, à lege absque hominis facto coram arbitro potest proponi.*

9 *Compensatio, si fiat ipso jure, an possit coram arbitro proponi.*

10 *Compensatio reconventioni assimilatur.*

11 *Reconventio coram arbitro non potest proponi.*

12 *Arbiter de omnibus exceptionibus potest cognoscere, excepta exceptione compensationis secundùm* Baldum.

13 *Arbiter an possit sub conditione partem absolvere.*

14 *Arbiter quamvis de eo, de quo compromissum factum non est, præcipere nequeat, attamen, æquitate suadente, conditionem opponere potest.*

15 *Arbiter, absolutè de compensatione cognoscere potest.*

16 Proponitur species text. in l. Mævius. 53.§. Arbiter.ff.Famil. ercisc. cujus verba referuntur.

17 *Arbiter potest de cõpensatione cognoscere,* Et refertur text.in l. Titia 48. ff. de Solut.

18 *Compensatio dicitur quædam computatio.*

19 *Compensatio dicitur sui æris, & alieni computatio.*

20 *Ratio ubi est eadem, ibi debet esse eadem juris dispositio.*

21 *Arbiter potest agnoscere de defensione alicujus ex compromittentibus.*

22 *Compensatio in judicium proponi potest*

23 *Compensatio in judicio debet opponi, quando de petitione actoris pariter in judicio cognoscitur.*

24 *Compensatio post oppositionem fit ipso jure.*

25 *Compensatio non est reconventio.*

26 *Arbiter potest cognoscere de veritate debiti, ut Judex.*

27 *Reconventio differt à compensatione.*

28 *Opponens compensationem dicit se non esse debitorem, & sic petit pronunciari.*

29 *Opponens reconventionem non negat se debitorem esse, sed adversarium sibi condemnari petit.*

30 *Arbitrator de compensatione quoque cognoscere potest.*

31 *Laudi in esequutione compensatio potest opponi.*

32 *Quamvis laudum hinc inde condemnet partes ad præstandum.*

33 *Compensatio non potest opponi infra tempus, quo debitor probibitus fuit ab arbitro agere.*

34 *Judex appellationis supra compensatione potest cognoscere.*

35 *Judex non alias de compensatione cognoscere potest.*

36 *Judices tenentur compensationem admittere, vel refellere, vel ad aliud judicium reservare.*

37 *Lex generaliter loquens, generaliter intelligi debet.*

38 *Judicio appellationis potest deduci non deductum, & opponi omne id, quod in primo judicio post litem contestatam poterat à debitore convento deduci.*

39 *Sententia per oppositionem compensationis non dicitur injustè prolata.*

40 *Judex ad quem remittens causam judici à quo non potest de compensatione cognoscere.*

41 *Judex appellationis, si causam ad Judicem à quo remiserit, & de exequutione expẽsarum tractetur, succumbens coram illo remittente, compensationem opponere non potest.*

42 *Judex appellationis non potest cognoscere de com-*

de compensatione, quando hæc per viam reconventionis proponitur.

43 *Expensæ, si petantur post condemnatam partem coram Judice appellationis, minimè compensari possunt.*

44 *Judex delegatus super compensatione potest cognoscere.*

45 *Compensatio, quæ obstat deleganti, non obstat delegato.*

46 *Compensatio dicitur exceptio realis rei, non personæ cohærens.*

47 *Exequutor de Compensatione quoque potest cognoscere.*

48 *Exequutor tenetur de jure compensationem admittere, & si eam non admiserit ab illius sententia appellari potest.*

49 *Judices quid debeant facere, ac inspicere priusquam compensationem admittant.*

50 *Obligatio Judicis quò ad compensationem recipiendam.*

51 *Judex quando non debeat condemnare reum in judicio.*

52 *Judex quando debeat ad aliud judicium Compensationem reservare.*

ARGUMENTUM

Utrùm coram Arbitro, coram Judice appellationis, & coram Judice Delegato opponi possit Compensatio.

QUÆSTIO XXI.

1 PRæsenti indagationi incumbere expetens, sciendum in primis est arbitrum, Judicem datum, adductumque plerumque à Prætore significari, ut fluxè extruditur, & depromitur ex text. in *l.5.C.de Distract.pignor.* text. in *l.24. ff. de Deposit.* text. in *l.2.C.de Sentent. & interlocutor.* text. in *l.7.ff.de Negot.gest.* text. in *l.1.ff.de Pact.dotalib.* text. in *l.6.C. de Reb.*
2 *credit.* Et vocatur arbiter is, qui à partibus super re litigiosa, tamquàm Judex eligitur, & ordine servato debet procedere, ut insectatur, ac docent Christin. *Decis.Belgar.257.vol.1. & decis.142. vol. 2.* Maranta *part.4.distinct.14.num.2.* Sabelli *Summ.divers.tractat.§.Arbiter.tom. 1.* Jordan. *Locubrat. vol. 3. lib. 13. tit. 7. num. 11.*

Unde quo ad disputationis scopum, 3
nonnulli distinctione utendum esse rentur, nempè compensationem coram arbitro objectari non posse, quoties ex causa extrinseca rei, quæ compromittitur, opponitur. Quando verò ex causa 4
extrinseca, seu connexa opponitur, tunc coram arbitro compensationem rectè objici posse ominantur. Hujuscemodi distinctionem consectantur, ac fovent Bald. in *l.Neque scriptura.num.6. C. de Compensat.* & in *l.1.num.6. C. de Arbitr. & in addit. ad* Speculatorē *tit.de Arbitris. col.3.* Doctores in *l.Verum est.ff. de Compensat.* Jaso in *l.Est receptum.num.12.ff.de Jurisdict.omn.judic.* Bart. in *l.Verum.ff.de Compensat.* Lanfranc. *Tractat. de Arbitr. quæst.29.* Castill. *lib.4. Controv.judic. cap. 40.num. 92.* Molin. *de Justit. & jur. tractat.2.disputat.560.num.11.* Bald. in *l.Nemo* & in *l.Cum Papinianus.C. de Sentent. & interlocutor.* Gregor Lopez *l. 20. gloss. 5.tit.14.partid. 5.* Castropal. *Oper.moral. tractat.32.de Justit. commutativ.disputat. 1. punct. 16. §. 2. num. 8.* Relati quidèm 5
Doctores nixantur eo, quod arbiter in cognoscendo jurisdictione caret; cum solùm assequatur notionem: ideoque non est proprium judicium text. in *l. Notionem.ff.de Verb.signif.* Unde Bald. in *l. Neque scriptura. C. de Compensat.* Asseruit tempore, quo lis agitatur non 6
posse compensationem admitti, & cum compensatio quædam reconventio dicatur impropriè, sicuti reconventio coram arbitro proponi non potest text. in *cap.Cum dilectus.de Arbitris.* text. in *l.Si demus.* text. in *l.Si cum dies.ff.de Arbitris.* Ita neque compensatio. Affirmativam 7
sententiam absolutè complecti quoque renuit Jaso in *l.Aquiliana.num. 9.ff. de Transact.* Quò plures quidèm casus discriminat, ac segregat, nempè quoties compensatio ab eadem causa, ex qua compromissum fuit factum proficiscitur, ac profluit, quo casu compensationem

8 nem admittendam esse auguratur. Sin verò compensatio ex causa prorsus diversa, ac segregata proveniat, & tunc rursus distinctione graditur; scilicet quando compensatio legis ministerio fit ipso jure; toties coram arbitro compensationem proponendam esse omina-
9 tur. Si compensatio ipso jure absque facto partis neutiquam fiat, tunc com-
10 pensationem pelli attestatur. Hanc secundam subdistinctionis partem quimus fulcere eâ ratione, quia compensatio quodammodò reconventio esse videtur, vel saltem reconventioni æmulari. text. in *l. Amplius non peti. ff. Rem ratam hab.* Ut tradunt Cujac. *lib.* 2. *Decretal.tit.*4. Vultej.*de Judic. lib.* 3. *cap.* 5. Gaill.*lib.*1.*Observat.cap.*1. Uran. *de Reconvent.cap.*5. wessembec.*Paratitl.ad tit. ff. de Compensat.num.*10. Gonzalez. *lib.* 2. *Decretal.tit.*4.*cap.*1. *num.*6. Zobb.in *Addit. ad textum German. part.* 1. *diff.* 19. Reynald.*part.*4.*definit.*5. Coler.*decis.Ger. man.*202. *num.* 6. Hering. *de Fidejussorib. cap.*20.§.6.*n.*15. Cum cæteris à me con-
11 gestis in *q.*9.*lib.*1.*tom.*1. Sed reconventio coram arbitro opponi non potest: Ergo nec compensatio. Nam quamvis in judicio convenientem reconvenire valeat is, qui coram Judice convenitur; coram arbitris tamen reconvenire non potest, cum arbitri judicare nequeant, nisi de iis tantùm, super quibus in eos extiterit compromissum, ut expressè habetur in text. in *cap. Cum dilectus* 6 *de Arbitris.* Eandem ferè opinionem, videlicet, arbitrum de compensatione pernoscere nequire, nisi ex eadem causa, unde debitum originem trahit oriatur, insequitur. Bald. in *l.Neque scriptura.num.*6.*C.de Compensat.*
12 & in *l.*1 *num.*6.*C. de Arbitris.* Quò retulit arbitrum de omnibus exceptionibus, exceptâ compensationis exceptione, posse cognoscere, ob supra relatam rationem; scilicet quia compensatio reconventionis naturam imitatur. Quapropter Platea in §.*In bonæ fidei num.* 24. *Instit. de Act.* Quandam affert cau-
13 telam, ut arbiter partem, adversùs quã compensatio objecta fuit, sub conditione absolvar; ac normam hujusmodi ferendæ sententiæ retulit: Hoc est: absolvo te à decem, de quibus compromissum est, si absolveris tuum adversarium à totidem, de quibus opponitur compensatio. Quippe, ut Doctor ipse 14 connectit, licèt arbiter de eo, de quo compromissum factum non est, præcipere nequeat: attamen æquitate innuẽte conditionem apponere quidèm potest, ut rati fuêre Castropal.*Oper.moral. tractat.*32.*disput.*1. *punct.*16. §.2. *num.*8. Gregor. Lopez in *l.*20.*num.*24.*tit.*14.*partid.*5. Zuccard.*consil.*46.*num.*9. Cappell. Tholosan.*decis.*92. *num.*2. *in fin.* Petris *consil.*137.*num.*75. Blanc.*de Compromiss. quæst.*4.*num.*24.

Sed omnibus distinctionibus aspernatis, pusillâque distinguentium sententiâ absolutè amplexandum est, compensationem optimè coram arbitro posse proponi, quam opinionem affectantur, ac tuentur Tyndar. *opuscul. de Compensat. artic.*8.*num.*44 *& artic.*10. *versic.Vigesimus quartus.* Medices *eodem opuscul. quæst.*2.*num.*3.*part.*2. Bersan.*cap.*1.*quæstion.*13.*num.*15.*& cap.*4 *quæst.*4.*num.*12. 15
Hujusmodi affirmativa sententia sufsulcitur tribus fundaminibus, quorum primum conspicio text.in *l.Mævius.ff. Arbiter. ff.Famil.ercis cund.* Ubi coram arbitro admissa fuit compensatio. Verba textus hæc sunt. *Arbiter familiæ erciscundæ inter me, & te, sumptus quædam mibi, quædam tibi adjudicare volebat: & pro bis rebus alterum alteri condemnãdum esse intelligebat. Quæsitum est: an possit compensatione ultro citroque facta cõdemnatione, eum solum cujus summa excederet, ejus dumtaxat summæ, quæ ita excederet, damnare? & placuit posse id arbitrum facere.* 16

Secundum text. in *l.Titia* 48. *ff. de Solut.* Ubi Marcellus Jurisconsultus arbitro concedit facultatem cognoscendi de compensatione ibi: *Sed si fortè usurarum quoque rationem arbiter dotis recuperandæ habere debuerit, ita computandum, prout quidquid ad mulierem pervenerit, non ut ex universa summa decedat, sed prius in eam quantitatem, quam usurarum nomine mulierem consequi oportebat, quod non est iniquum*; Sed compen- 18 satio est quædam computatio Gloss. in *l.Cajus Sejus. verbo.Compensationes. ff. de* 17

Usur. Cujac.*lib.3.Responsor.Papinian. in l.18.ff.de Compensat. fol.mihi* 114. *& in Notis ad* 14.*lib.Digest.tit.*2.*de Compensat.*

19 Quia compensatio significat sui æris,& alieni computationem,cum quis, quod alteri debet, confert cum eo, quod sibi debetur, idem Cujacius in *Paratitl. in* 4.*lib.C.tit.*31. Et Theophilus vocat cõpensationem rationis invicem imputãdi,quæ contra debentur Jul.Pac.in *§ In bonæ fidei.Institut.de Act.* Ergo quod sta-

20 tuitur in computatione locum debet nancisci in compensatio ne,quia ubi est eadem ratio, ibi debet esse eadem juris dispositio text.in *l.Illud.ff.ad Leg.Aquil.* text.in *l.Si postulaverit.§.2.ff.de Adulter.* text. in *l. Quidem numularios. ff. de Edend.*

21 Tertium text. in *l.Non distinguemus. §.Item si quis. in fine. ff.de Arbitr.* Ubi habetur,arbitrum de defensione alicujus ex compromittentibus posse cognoscere; sed compẽsatio tamquam exceptio, quæ est actionis exclusio text.in *l.1.ff. de Except.* Est defensio:Ergo &c.

22 Adversæ sententiæ fallibilitas ex eo detegitur, quia quamquam arbitrium Judicium dici nequeat. attamen reminiscor alibi affirmasse compensationẽ quoque extra judicium opponi posse. Ideòque & coram arbitro optimè objici poterit: Quippe hanc opinionem veriorem esse fassus fuit Bersan. *de Compensat.cap.4.quæst.4 num.*12. Et quamquam *in cap.1.quæst.*7. Probaverit,compensationem in judicio, & in forma objectandam esse,tamen in dicto *cap.*4. *quæst.*4.*num.*13.Distinctione illius sen-

23 tentiæ asperitatem,quadam distinctione lenivit, nempe illud locum tantummodò assequi,quoties de petitione actoris pariter in judicio pernoscitur. At hîc cum extra judicium versemur, quo de credito cognoscitur; idcirco ibidem de compensatione disceptandum, ac co-

24 gnoscendum. Et cum compẽsatio post oppositionem fiat ipso jure, tantò minus debetur, quantùm est ipso jure cõpensatum text. in *l.Si constat* 4. *C. de Compensat.* text.in *§.In bonæ fidei. & §. Compensationes. Instit. de Act.* Et quod de compensatione jam facta cogno-

25 scere possit,minimè dubitatur. Nec verum est, quod compensatio fit reconventio, ut dixi in *quæst.9. lib.*1. Quia allegans compensationem dicit se non debitorem, & ita se pronunciari petit, reconveuiens verò petit adversarium sibi condemnari, quæ sunt contraria. Nam & compensatio extra judicium fieri potest Medic *de Compensat. quæst.*2. *num.3.part.*2.Bart.in *l.Verum.ff.de Compensat.* Tyndar.*de Compensat.art.8.num.* 49.Bersan.in *eodem opuscul.cap.4. quæst.* 4.*num.*12.Ergo cur eam non admitteremus coram arbitro ? Præterea juxta Bald.in *l.Nerva,in fine. C.de Compensat.* Compensatio admittitur coram delegato: igitur cur non idem dicendum de arbitro, qui delegato æquiparari videtur?text.in *cap.Uno delegatorum.de Offic. deleg.* Verum & arbiter cognoscit de 26 veritate debiti, ut Judex text.in *l.1. ff. de Recept. arbitr.* Cur ergo compensationem non admittet?ut super debiti veritate possit pronunciare, quapropter indistinctè tenenda est nostra conclusio.

Nec pro contrariâ opinione perpensa 27 nimis oppugnẽt,ut nostræ sententiæ fũdamina effringant cum imbelli polleat ratione illa opinio; nec ejus obex, videlicet compensationem reconventionis speciem videri; quippe quamvis compensatio reconventionem imitari cernatur: attamen inter se longè diversæ naturæ, ac qualitatis censentur, ut fluxim effudi in *q.9.lib.1. tom.*1. Quò ipsa- 28 rum dissimilitudinem intuemur; quoniam compensationem objectans asseverat,se neutiquam debitorem esse, & sic pronunciari efflagitat. Reconven- 29 tionem opponens nequaquam se debitorem esse diffitetur; sed adversarium sibi condemnari deposcit; quæ duo inter se summoperè reluctantur,ut adnotarunt Tyndar.*opuscul.de Compensat.article.8.num.*44. Bersan.*cap.4.quæst.4. num.* 16. Ubi quidèm annectit adeò compensationem credito adhærere, ut haudquaquam ab eo evelli, aut sejungi queat, quòd exceptio in rem nuncupatur. Quocirca,ut arbiter de actoris credito optimè cognoscere possit, morbum, quo affectum est, debet inquirere.

Ampliatur 1. Nostra conclusio, ut 30 etiam

etiam coram arbitratore proponi possit compensatio Tyndar. *opuscul.de Compensat. art.*8. *num.*46. Medices *de Compensat. quæst.*2. *num.*4. Bersan. in *eodem opuscul.cap.*4.*quæst.*4.*num.*18.

31 Ampliatur 2. Ut compensatio possit opponi in ipsâ laudi exequutione Bersan.in *opuscul de Compensat.cap.*4. *quæst.* 4.*num.*19. Felic. *alleg.*26.*num.*4. *part.*3: Medic. *de Compensat. quæst.* 26. *num.*1. *part.*2.

32 Ampliatur 3.Quamvis laudum hinc inde condemnet partes ad dãdum, quia tunc fit ipso jure, quamquam non opponatur ad evitandam pœnam Bersan. *de Compensat.cap.*4.*quæst.*4.*num.*20. Rodriguez *de Ann. reddit.lib.* 2. *quæst.*19. *num.*2. Valenzuel.*consil.*78.*num.*30.Molina *de Just.& jur.tractat.*2.*disputat.*560. *num.*1. Salgad. *Laberynt. credit. part.*2. *cap.*28.*num* 13. Carleval.*de Judic.tom.*2, *lib.*1.*tit.*3.*disput.*17 *num.*4. Barbosa in *l. Si constat. num.*27.*C.de Compensat.* Cardosus *Prax.judic.verb Compensatio.num.* 5.Pichard.in *§.In bonæ fidei. num.*45. *Instit.de Act.*

33 Limitatur si compensatio objiciatur infra tẽpus, quo debitor prohibitus fuit ab arbitro agere, quia nõnunquam per compensationem quis dicitur petere,& agere text.in *l.Amplius non peti. ff.Rem rat.hab* text.in *l.Compensationis. C.Act. rer.amotar.*Propterea verò compensans dicitur laudo contravenire, & in pœnã incidere Medices *de Compensationib quæst.*26.*num* 3.*part.*2. Bersan. *de Compensat.cap.*4.*quæst.*4.*num.*22.

34 Quid dicendum de Judice appellationis, an coram eo opponi possit compensatio? & affirmativè respondent per text.in *l.*1.*in fine. ff.Quæ sentent sine appell.rescind.* Medices *de Compensation. quæst.*10.*num.*5.*part.*2.Gothofred.in *l.*1. *lit.C.ff.de Compensation.* Bonden.*de Jur. contr.colluctat.*43.*num.*31. Faber.*C.lib.*4. *tit.*23.*definit.*15.Guid.Pap.*sing.*440.*num.* 2.*& quæst.*567.*in fine.*Maresca *de Reconvent.in enarrat.*1.*num.*82. Ruginell.*de Appellat.§.*10.*gloss.*4.*num.*18. Bersan.*de Compensat.cap.*4.*quæst.*3.*num.*5. Platea in *§.In bonæ fidei. num.*24.*in fine.Institut. de Act.* Montan.*Prax.lib.*5.*cap.*5. *versic. Frequentatur.* Cappel.Tholosan.*dec.*92. *num.*1. Tyndar.*opuscul.de Compensat.art.* 8.*num.*34.Scacc.*de Re judic.gloss.*3.*quæst.* 4.*spec.*3.*num.*137. Farinac. *Repert. judicial.quæst.*36.*in fine.* Ofasc.*decis.*92. *in fine.* Coppel.*de Compensat.cap.*8. *num.*17. Castill.*Controv.jur.lib.*4.*cap* 40.*num.*103 Tepat.*Variar.sentent.tit.*160.*col.*1. Bald. *consil.*264.*num.*2.*vol.*2. Medic. *de Compensat.part.*2.*quæst.*15.*num.*3.

Hæc enim conclusio invalescit ex 35
quodam Alexandri Imperatoris rescripto in *l.Si constat* 4.*C.de Compensat.*Quò habemus, si constat pecuniam invicem deberi, ipso jure pro soluto compensationem haberi oportet. Illud verbum *Si constat*, quo utitur Alexander,de Judice intelligitur, cum Judex solùm de compensatione cognoscere debeat; Sed delegatus Judex quoque est competens in causa sibi delegata: Ergo potest coram eo compensatio proponi.Quæ qui- 36
dèm assertio magis turgescit, ac glissit ex dispositione Justiniani in *l.final.C.de Compensat.* Ubi Judicum arbitrio committit compensationes recipere, vel dispellere, dum dixit: Hoc ita Judices observent, & non procliviores ad compensationes admittendas existant, nec molli animo eas suscipiant;sed jure stricto utentes, si invenerint eas majorem, & ampliorem exposcere indaginem,eas quidèm alii judicio reservent; litem autem pristinam jam penè expeditam, sententiâ terminali componant: Igitur si Justinianus Judicibus facultatem præstitit compensationis admittendæ, vel retinendæ; cur ergo coram Judice delegato non debet opponi? cum Justinianus nullum inter Judices retulisset 37
discrimen, & lex generaliter loquens, generaliter intelligi debet text. in *l.De pretio* 10 *ff.de Public.in rem dat.* text.in *l.In fraudem* 26. *§.ultim. ff.de Testament. milit.*text.in *l.*1.*§.Generaliter*, *ff.de Legat.præst.*

Hujus ratio est, quia in judicio ap- 38
pellationis potest deduci non deductum, atque opponi omne id, quod in primo judicio post litem contestatam poterat à debitore convento deduci, quod præsertim locum sibi vindicat respectu exceptionum peremptoriarum, inter quas recensetur compensatio. Nam

Nam hujusmodi exceptiones, tam in primo, quàm in secundo judicio propositæ veniũt admittendæ, ut tradũt Scac. *de Appell. lib.* 3. *cap.* 2. *quæst.* 11. *num.* 45. Bersan. *de Compensat. cap.* 4. *quæst.* 3. *num.*

39 3. Et quamvis ex oppositione compensationis non sequatur, sententiam injustè fuisse prolatam: tamen jus actoris infringitur, & reus à petitione absolvitur, ut deducitur ex *l. Si constat* 4. *C. de Cõpensat.* text. in *l. Ejus quantitatis C. de Solut.* text. in *§. In bonæ fidei* 30 *Institut. de Act.*

40 Limitatur 1. Hæc conclusio, ut minimè compensatio locum sibi arroget, nec possit proponi coram Judice ad quẽ
41 remittente causam Judici à quo. Quippe si Judex appellationis etiam in expensis condemnans causam ad Judicem à quo remisserit, & de exequutione expensarum tractetur succumbẽs coram illo remittente compensationi obluctari nequit, quoniam Judex esse desiit, ut fassus fuit Marta *tom.* 3. *De gestor. novissimor. tit. de Compensat. cap.* 26.

42 Limitatur 2. Quoties compensatio proponeretur per viam reconventionis, nam tunc non admittitur coram Judice appellationis Ruginell. *de Appell.* §. 10. *gloss.* 4. *num.* 18. *in fine.* Bersan. *de Compensat. cap.* 4. *quæst.* 3. *num.* 8. veluti si ad creditum suum ageret eâ actione, qua sibi debetur non deducendo illud per viam compensationis, tãquam in solutionẽ illius debiti, ad quod condemnatur juxta relata à Medic. *de Compensat. quæst.* 25. *num.* 3. *part.* 2. Carroc. *de Except. except.* 27. *num.* 7.

43 Limitatur 3. Si Judex appellationis post condemnatam partem in expensis, remiserit causam ad Judicem à quo, & ideo coram eo petantur expensæ, in quibus sequuta fuit condemnatio, quoniam in hoc casu expensæ non debent recipere compensationem à credito condemnati Carroc. *de Except. except.* 27. *num.* 6. Bersan. *de Compensat. cap.* 4. *quæst.* 3. *num.* 9. Quoniam cum talis Judex careat jure cognoscendi super prædicta credita Ruginell. *de Appell.* §. 10. *Glos.* 4 *num.* 18 *in fine.* Cappell. Tholosan. *decis.* 92. Igitur neque ad effectum, ut compensentur cum expensis Judex cõpetens esse potest Bersan. *loc. cit.*

Quid verò dicendum de Judice delegato, an coram eo possit objici compensatio? Affirmativè est respondendum, juxta Bald. in *l. Neque scriptura num.* 6. *C. de Compensat.* Tynd. *Opuscul. de Compensat. art.* 8. *num.* 44. *vers. Coram delegato.* Gregor. Lopez. in *l.* 20. *Gloss.* 5. *tit.* 14. *partid* 5. Bald. in *l. Penult. ad fin. C. Si à non Compet. judic.* Medic. *de Compensat. quæst.* 9. *num.* 3. *part.* 2. Molina *de Justit. & jur. tract.* 2. *disputat.* 560. *n.* 11. Bersan. *de Compensat. cap.* 4. *quæst.* 5. *num.* 1. Castropal. *Oper. Moral. tract.* 32. *disputat.* 1. *punct.* 16. §. 2. *num.* 8. Hujus conclusionis ratio est, quia Judex delegatus loco ordinarii succedit, ut prædicti Doctores connectunt. 44

Sed an exceptio compensationis, quæ obstat deleganti, obstare, quoque delegato dicatur? & negativè respondent Bart. in *l. Dolinum.* 11. *ff. de Novat.* Medic. *de Compensat. quæst.* 9. *num.* 4. Ratio 46 45
est, quia exceptio compensationis, est exceptio rei cohærens, non verò personæ text. in *l. Exceptiones* 7. *ff. de Except.* Faber. *lib.* 12. *conject. cap.* 9. Costa. *tract. de Reinteg. distinct.* 7. *num.* 12. Olea. *de Cess. jur. tit.* 6. *quæst.* 11. *num.* 22.

Quid dicendum de mero exequutore, an de compensatione cognoscere possit? Affirmativã sentẽtiã tuẽtur Gail. *pract. observat. lib.* 1. *observat.* 113. *num.* 8. Bersan. *de Compensat. cap.* 4. *quæst.* 5. *num.* 5. & hoc non fit ratione cognitionis exequutori concessæ, sed quia iniqua esset exequutio si fieret nõ admisã compensatione. Faber. *C. lib.* 7. *tit.* 26. *defin.* 28. 47

Amplia, ut si exequutor compensationem non admisserit, appellari possit ab illius sententia, cum teneatur de jure illam admittere Bersan. *de Compensat. cap.* 4. *quæst.* 5. *num.* 7. 48

Debet autem Judex priusquàm compensationem admittat, respicere, an res, quæ in compẽsatione deducuntur sint cõpẽsabiles; postmodum an obligationum validitas sufficiat ad hoc, & an causæ, quæ hîc agitantur hoc patiantur. Bald. in *l. Final. num.* 15. *C. de Compensat.* Tynd. *opuscul. de Compẽsat. art.* 9. *num.* 51. Medic. *de Compensat. quæst.* 27. *num.* 2. Bersan. *in eod. opusc. cap.* 1. *quæst.* 10. *num.* 5. His omnibus concurrentibus Judex con- 49

considerare debet temporisqualitatem, quo tempore quis compensatione utitur, si enim ante jus actoris liquidatum, admittat in dubio dicentem de compēsatione, etiam si id, quod in compensatione deducitur prompta careat probatione text.in *l.final.Verſ.Ita tamen.C. de*
50 *Compenſat.*à contrario sensu.Sin autem post liquidatum actoris debitum de cōpensatione dicatur: videat Judex, an dicens probationem offerat se incontinēti probaturum, quo casu primò eam admittat, ut rescripsit Imperator Justinianus in dicta *l.final.verſ.Ita tamen.C.de Compenſat.*quo facto assignet sibi terminum competentem, ad docendum de debito compensabili;& elapso termino, vel publicato processu, videat si concurrentia debita sint liquidata an non: Si sunt liquidata pronunciet pro compensatione juxta decissionem text. in dicta *l. Ultim. C. de Compenſat.* Idest absolvat conventum usque ad concurrentem quantitatem text.in *l. Si conſtat.4. C.de Compenſat* text.in *l.Verum ff. de Compenſat.*text.in *§.In bonæ fidei.Inſtit.de Act.*In residuo autem condemnet reum actori juxta Justinianum in dicto *§.In bonæ fidei.* Si plus est debitum actoris, quàm rei compensantis:quoniam non inducitur in plus liberatio, quàm fuerit facta per compensationem solutio text. in *princip. Inſtit. Quib.mod.tollat.oblig.* text.
51 in dicto *§.In bonæ fidei.Inſtitut.de Act.*Si verò plus esset debitum rei dicentis de compensatione, quàm actoris petentis; non condemnet actorem in judicio reo; quia hoc non attinet ad Judicis officium, ubi simpliciter est per viam compensationis processum;Secus si per viam recōventionis text.in *l.In rebus.§.Final.*&ibi *Gloſſ.ff.de Cōmod.* & ibi Guillelm.de Cuneo, Bart.Bald.& cōmuniter omnes Doctores. Gloss. in *l. Cum Papinianus C. de Sentent.* Si debita liquida sibi non videantur, inspiciat Judex, an probaverit actor, vel non,& pronunciet, at si nihil esset de compensatione dictum, cum non sint probata juxta text.in *l.Qui accuſare C.de Edend.*
52 Si verò dicens de compensatione nō offert se illicò probaturum, videat Judex an debitum, quod compensatur, sit civile,& naturale, vel naturale tantùm. Primo casu respuat compensationem,& in aliud judicium jura excipiētis reservet juxta tradita per Imperatorē in dicta *l. Final. C. de Compenſat.* Secundo casu plenè cognoscat de debito naturali tantùm text.in *l. Etiam quod natura ff. de Compenſat.* Posset quoque Judex debitam compensationem, non admittere,& de ea si vellet non cognoscere, quia post latam sententiam pro actore restituuntur ipso jure actiones alteri parti, quæ actiones prius fuerant per compensationem sublatæ text.in *l.Quod in diem ff. de Compenſat.* text. in *l. Si autem §. Si cum ff.de Neg.geſt.*&licèt hoc casu actiones restituantur à jure, tamen non est propterea, quòd Judex non fecerit justitiam, debitam compensationem non admittendo,&ideo videtur quod ob hanc non admissionem, liceat appellare saltem de jure Canonico text. in *cap. Cum ceſſante, & cap.Ut debitus. de Appellat.* Et fortassis eodem modo poterit appellari de jure civili, cum interlocutorium non admissionis compensationis, quę ineruat jus actoris, absolvere videatur sibi totum negotiū juxta text. in *l.Intra utile*, & ibi Bart. *ff. de Minor.* Judex enim in prædictis faceret litem suam absque dubio juxta ea, quæ habentur in *l. Final.ff. de Var. & extraord. cogn.* text. in *princip. Inſtit. de Obligat. quæ ex quaſi delict.naſc.*text.in *l.Ex maleficio §.Si judex ff.de Act.& oblig.*

SUMMARIUM

1 *Cenſus à cenſendo, ideſt ab æſtimando dicitur.*
2 *Cenſus nomine continetur quidquid fortunarum, divitiarumque quis habet.*
3 *Cenſus, ſeu æſtimatio primùm inſtituit Servius Tullius Romanorum Rex.*
4 *Tributum capitis, & patrimonii quid apud Romanos fuerit.*
5 *Cenſus apud Romanos dicebatur æſtimatio rerum, ac bonorum, juxta quam tributa ſolvebantur.*
6 *Proletarii qui apud Romanos dicebantur.*
7 *Deſcriptio Civium, & perſonarum Romæ*

mæ fiebat, et prima numeratio, seu descriptio facta fuit à Servio Tullio.

8 *Censor dicebatur Magistratus, cui incumbebat onus capita, & bona singulorum Civium describendi, et æstimandi.*

9 *Censores sterilia prædia cum fertilibus compensando census pro rata valoris, et redditus eorum peræquando familias, soboles, pecuniasque censebant.*

10 *Censiti jure Romano quondàm dicebantur, qui censum, seu tributum dominis suis præstabant.*

11 *Numeratio personarum quare olim describebatur apud Romanos.*

12 *Census proprius dicitur annua præstatio, quam quis super suis bonis imponit alteri solvenda.*

13 *Proprietas verborum ex communi, ac vulgari usu loquendi sumitur, et æstimatur.*

14 *Census est jus percipiendi responsionem super re alterius justo modo acquisitum ad hæredes, et successores quoscumque transitorium, manente re apud imponentem.*

15 *Census juxta aliquos per compensationem extinguitur ipso jure.*

16 *Obligatio quælibet tollitur solutione ejus, quod debetur.*

17 *Compensatio toties admittitur ipso jure, quoties cessatio solutionis præjudicat.*

18 *Census minimè per compensationem ipso jure extinguuntur, sed requiritur quod compensatio à parte opponatur*, & adducuntur Doctores hanc opinionem sectantes.

19 *Compensatio non potest admitti, ubi ex utraque parte compensare volentium, non adest debitum, & creditum.*

20 *Obligatio in censu reddendæ sortis nulla adest.*

21 *Compensatio in censu admitti non potest antequam debitor declaret, se compensando redimere velle.*

22 *Redditus annui compensari non possunt, quia emptor pro libito sortem exigere non potest.*

23 *Respondetur ad fundamenta contrariæ sententiæ.*

24 *Conclusio suprapposita dupliciter coarctatur à* Molina.

25 *Redemptio census pro parte fieri non potest.*

26 *Compensatio induci potest, quamvis debita, & credita non sint æqualia.*

27 *Census pro parte dimidia, aut etiam minima, creditore assentiente, extingui potest.*

28 *Reprobatur* Scaccia.

29 *Compensatio licèt in modo solvendi sit solutio ficta, tamen quo ad principalem finem liberandi ab obligatione habetur pro solutione reali.*

30 *Compensans, quamvis non numerat realiter: attamen civiliter, saltem dicitur numerare.*

31 *Compensans dicitur restituere.*

32 *Redditus an congruè oblata compensatione, cum summa per creditorem debita extinguautur ipso jure?*

33 *Compensatio admittitur, quando debitum, & creditum ex eadem causa descendunt.*

34 *Redditus ratione extinguitur.*

35 *Consignatio legitimè facta, ac judice adito, vocata parte, liberat ipso jure, ac extinguit redditum.*

36 *Imputatio liberat prout consignatio.*

37 *Oblatio realis in sacculo non sufficit, nisi pecunia extrabatur, et numeretur præsente creditore, nisi creditor recuset, vel per eum stet, quo minus numeretur.*

38 *Imputatio ubicumque creditor invenitur fieri potest.*

39 *Compensatio indistinctè admitti potest, sive debita, et credita descendant ex diversis causis, sive non.*

40 *Fiscus tantummodò non patitur compensationem ex diversis causis.*

41 *Exceptus casus firmat regulam in contrarium.*

42 *Debitum proficiscens ex una causa optimè compensari potest cum credito ex alia separata causa proveniente.*

43 *Compensatio quando utrumque debitum nititur instrumento publico, et jurato, locum habere potest.*

44 *Compensatio ex debito alterius fieri non potest.*

45 *Socius debitor ex causa mutui non potest alteri socio compensationem opponere ejus, quod societati alter debet.*

46 *Compensatio de debito societatis adversùs socium creditorem ex causa mutui sibi privatim debiti opponi non potest.*

47 *Census, seu sortis fructus an ipso jure com-*

compensari possint, & nonnulli affirmativam sententiam insequuntur.

48 *Census non est in obligatione restituendi.*

49 *Census fructus ipso jure absque hominis oppositione compensantur.*

50 *Redditus à sorte census descendentes sunt in obligatione, et à creditore exigi possunt.*

51 *Census sors non est in obligatione.*

52 *Damnum, incommodum, vel præjudicium quotiescumque debitor compensatione omissa pateretur, toties ad evitandum simile præjudicium compensatio fit ipso jure sine oppositione partis.*

ARGUMENTUM

Utrùm in Censibus locum habeat compensatio: & an ipso jure per compensationem extinguantur.

QUÆSTIO XXII.

1 QUatenus enim census sumitur pro illa æstimatione, quæ antiquitùs fiebat, ut ex ea dijudicari posset, quantum quisque pro tributo, aliisque publicis oneribus solvere teneretur. Juxta propriam vocis significationem census à censendo, hoc est ab æstimando dicebatur text. in *l. Forma. ff. de Censib.* text. in *l. Decretationibus. C. de Episcopal. aud.* text. in *l. Census. ff. de Probat.* text. in *l. Vitia. ff. de Censib.* text. in *l. 2. & 3. C. de Censib. lib.* 11. Et tradunt Azor. *Institut. moral. part. 3. lib. 10. cap.* 1. Foller. *Prax. censual. verbo. Hujusmodi. n.* 1. Sotus *de Just. et jur. lib. 6. q. 5. artic.* 1. Salon. *de Contract. et commerc. human tit. de Censibus. art.* 1. *num.* 1. Molina *de Justit. et jur. part. 2. disputat.* 38. *num.* 1. Solis *de Censibus. in proem. num.* 4. Lessius *de Justit. et jur. lib. 2. cap. 22. dubit. 1. num.* 1. Covarruv. *Variar. Resolut. lib. 3. cap.* 7. *num.* 1. & ibi Faria, Rebell. *de Obligat. justit. lib. 10. quæst. 1. num.* 1. Avendañus *de Censibus. cap. 1. num.* 2. Continetur etiam sub nomine census quidquid 2
fortunarum quis habet: ut enitet ex Juvenal. *Satyr.* 3.

Protinus ad censum de moribus ultima fiet quæstio.

Eandem significationem haurimus ex Ovidio *lib. 1. Fastor.*

In pretio pretium nunc est; dat census honores
Census amicitias; pauper ubique jacet.

Et *lib. 3. Amor. Eleg. 8. in fine.*

Curia pauperibus clausa est, dat census honores,
Inde gravis judex, inde severus eques.

Et *lib. 1. Amor. eleg.* 10.

Turpe, tori reditu census augere paternos.

Idipsum commonstravit Manilius *lib. 5. Astronomic.*

Dives erat census saturatis gentibus orbis.

Et hujusmodi censum, seu æstimatio- 3
nem primus instituit Servius Tullius Romanorum Rex, ut testatur Titus Livius. *lib. 1. ab Urb. condit.* Quandoque 4
census pro tributo sumitur text. in *l.* 1. *C. Sine cens. vel reliq.* Quippe census apud 5
Românos dicebatur æstimatio rerum, ac bonorum, secundùm quam tributa solverentur Manil. *lib. 3. Astronomicon.*

Attribuit, totumque hominis per sydera censum
Ordine sub certo duxit.

Et *lib.* 4.

Inque ipsos penitùs mundi descendere census.

Non semper capessitur pro divitiis, sed & pro serie, ac ordine rerum, pro dote, pro jure, ac dominio: Pro serie, & ordine censum accipit Manil. *lib.* 2.

Ac tantùm mundi, regeret prudentia censum.

Idem Manil. *lib. 5. ad fin.*

Maxima per minimos censu concluditur uno.

Pro dote *lib.* 4. & pro dominio *lib.* 2.

Aries caput est ante omnia princeps
Sortitus: censusque sui pulcherrima colla
Taurus.

Tri-

Tributum, cui solvendo census agebatur duplex erat: Capitis, & Patrimonii. De personali tributo intelligendi sunt text.in *l.Generaliter* 32. *§.fin. ff.de Usufruct.legat.* text.in *l.final. §. Divus Vespesianus. ff.de Censib.* De tributo capitis intelligendus est text.in *l.Ætatem. ff.de Censib.* Quamobrem Theophilat. in *§.final. Institut. de Libertin.* Dixit, quod census erat tabula, sive charta, in qua Romani scribebant suas facultates, ut belli tempore pro modo patrimonii sui unusquisque conferret. Quo sensu accipitur apud Scævolam in *l. Quæ quisque* 64. *ff. de Acquir.rer.domin.* Et apud Marcellum text.in *l.Census* 10 *ff.de Probat.* Et apud Cassiodor. *lib.3. Variar.epistol.penult.* ibi: *Augusti siquidem temporibus orbis Romanus agris divisus, censuque descriptus est.*

6 Sed cum non omnes haberent patrimonia, quibus censerentur, solo capite censebantur, quos Cicero in *Orat. pro Flacc.* Egentes, sordidosque homines, sine honore, & censu appellavit. Quò allusit Horat. *Epistol.7.*

Præconium tenui censum sine crimine notum

Et vocabulo honestiori proletarios, quòd solùm Rempublicam sobole juvarent nuncupatos fuisse refert Aull. Gell. *lib.16. Noct. Attic. cap.10.* Solebat
7 enim Romæ civium, & personarum fieri descriptio ad distinguendos status, juxta quos munera belli, & pacis, cujus ipsi pedites, vel æquites subirent Budæus in *l.final.ff.de Senator.* Et primam
8 Civium numerationem, ac descriptionē factam fuisse à Servio Tullio referūt Livius, Dyonisius Halycarnasius, Plutarchus, & Paulus Manutius. Unde Magistratus, cui incumbebat onus capita, & bona singulorum Civium describendi, & æstimandi, appellabatur Censor, ut testātur Aullus Gellius, Pōponius Lætus, Manutius, Sigonius, & Hothomanus, qui Censores sterilia
9 prædia cum fertilibus compensando, censusque pro rata valoris, & redditus eorum peræquando, familias, soboles, pecuniasque cēsebār, hoc est æstimabār, ut ex earum æstimatione juxta uniuscujusque civis facultates, quodcūque tributum præstarent, ut sequūtur Avendañus *de Censib.cap.1.n.5.* Solis *de Censib. in proœm.num.5.& 6.* Et etiam in Republica Romana Censor dicebatur Magistratus, qui exigendis censibus, publicisque tributis præponebatur, de quo loquitur *Rubric.C.de.Censib. et censorib. lib.11.*

Jure Romano olim Censiti dicebantur, qui censum, seu tributum dominis suis præstabant, de quibus agit *Rubric.C.de Agricol. et censit. lib.11.* Licèt Molinæus fassus sit fuisse appellatos cēsitos, eò quia cum reputarentur pars fundi, cui sunt adscripti, & à quo nequibant separari text. in *l. Quemadmodum. l.Cum satis. C.de Agricol. et censit. lib.11. l.Si quis inquilinos. ff.de Legat.1.* Unà cum ipso fundo, cui adscripti erant in publicum censum referebantur, & majus patrimonium efficiebant, & consequēter majoris cēsus, hoc est tributi obligationem text in *l.Hi penes.* text.in *l.Omnes.* text.in *l.Quemadmodum.* text.in *l.Definimus. C.de Agricol.et censit.lib.11.* text.in *l.Coloni census. C.In quib.caus.col.* Ex prædicta facultatum descriptione, ac personarum oriebatur, quod in omnibus provinciis, exceptis iis, quæ jus Italicum assequebantur, hoc est à tributis immunitatem, de quibus est text.in *l.1.et ult. ff. de Censib.* Juxta uniuscujusque facultatem tributa fide-
liter, & absque dolo, fraudeque solve- 11
bant text.in *l.Liberto. §.final. ff.de Ann. legat.* Ea quoque descriptio numerum eorum, qui arma ferre poterant indicabat, pecuniariamque magnitudinem, quâ bellorum sumptus sustinebantur, demonstrabat Sigonius *de Antiquitat. jur. civil. cap.14.* Cenc. *de Censib. quæst.6.num.5.* Lup. *de Usur.comm.2. §.2. num.54.* Avendañus *de Censib. Hispan. cap.1. num.7.* Solis *de Censib. in proœm. num.4.*

Hoc nomen census magis in specie 12
significat, ac comprehendit omnem annuam præstationem, quam quis super suis bonis imponit alteri solvēdam Avendañus *de Censibus. cap.1. num.12.* Cenc. *de Censib. quæst.6. num.8.* Et hæc annua præstatio à vetustissimo tempore fuit sub nomine census appellata. Un-

Unde quamvis Covarruv. *lib.3. Variar. cap.7. num.1. ad fin.* Asserat, impropriam, abusivàque usurpationẽ esse, offirmandum est minimè impropriam esse; sed
13 imò ut propria sit vocis hujus significatio; quia regulare est, ut verborum proprietas sumatur, & æstimetur ex cōmuni, & vulgari usu loquendi text. in *l. Cum de lanionis. §. Asinam molendinariam. ff. de Fund. instruct. & instrum. legat.* text. in *l. Labeo. ff. de Suppellect. legat.* text. in *cap. Ex litteris. de Sponsalibus.* Et depromitur ex Horat. *de Art. poetic.* his carminibus.

Multa renascentur, quæ jam cecidere, cadentque,
Quæ nunc sunt in honore vocabula, si nolet usus,
Quem penes arbitrium est, & vis, & norma loquendi.

Et Quintilian. *lib.1. Orator. instit. cap.10* Dixit verbo utendum esse, ut nummo, cui publica forma sit.

14 Census autem definitur, quod sit jus percipiendi responsionem super re alterius, justo modo acquisitum ad hæredes, & successores quoscumque transitorium, manentere apud imponentem; Cujus definitiones partes latè explicat Cenc. *de Censib. quæst. 7. n. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. & seq.* Cæteras census significationes vide apud Sotum *de Justit. lib. 6. quæst. 5. art. 1.* Brisson. Hothoman. & Pratejum. *verbo. Census.* Covarruv. *lib. 3. Variar. cap. 7. n. 1.* Cenc. *de Censib. quæst. 6.* Garciam *de Contract. part. 2. cap. 2.* Avendañ. *de Censib. cap. 1.* Valasc. *de Jur. emphyt. quæst. 32* Solis *de Censib. in proœm. num. 3.* Palat. in *Prax. Theologic. lib. 4. cap. 6.* Bonon. *de Censib. art. 4.*

15 His omnibus hujusmodi prænarratis, ad quæstionem affirmativè videtur respondendum, videlicet quod census ipso jure per compensationem extinguātur, quam conclusionem tenent Censal. *decis. Lucens. 11. num. 6.* Merlin. *Disceptat. forens. tom. 1. causa 172. num. 3.* Rebell. *de Obligat. justit. lib. 10. quæst. 6. num. 22.* Bonacin. *de Censib. quæst. 4. punct. unic. num. 40. versic. Secundo ad redemptionem census.* Rota Roman. *decis. 374. num. 30. part. 5. Recent. & decis. 123. num. 11. part. 15. Recent.* ac refert Castropal. *Oper. moral. tract. 32. disp. 6. punct. 34. num. 1.*

Hujus assertionis fundamina sunt 16 sequentia. Primum, quia indubitatum est, quod census per solutionem extinguatur, cum quælibet obligatio tollatur solutione ejus, quod debetur text. in *princip. Instit. Quib. mod. tollit. oblig.* Sed compensatio est solutio text. in *l. Amplius nō peti 15. ff. Rem ratam haber.* text. in *l. Solutionis. ff. de Solut.* text. in *l. Debitor. ff. Qui potior. in pign. hab.* text. in *l. Si constat. C. de Compensat.* Ergo fatendum est per compensationem census ipso jure extingui.

Secundum, quia in omni casu, in quo 17 solutionis cessatio præjudicat, compensatio admittitur ipso jure text. in *l. Si ambo 10. ff. de Compensation.* Castill. *lib. 4. Controv. cap. 40. num. 114. in fine.* Bersan. *de Compensat. cap. 2. quæst. 17. num. 4.* Avēdañ. *de Censib. Hispaniæ cap. 102. num. 8.* Urceol. *Consult. forens. lib. 2. cap. 61. num. 29.* Medices *de Compensat. part. 1. quæst. 22. num. 3.* Castropal. *Oper. moral. tractat. 32. disput. 6 punct. 34. num. 1.* Sed si in hoc casu compensatio non admitteretur ipso jure, compensare volens præjudicaretur, quia interim census redditus in ejus damnum decurrerent: Ergo ipso jure compensatio inducta censetur.

Sed his haud reluctantibus contrariā 18 sententientiam esse amplectandam arbitror, hoc est quod ad hoc, ut census per compensationem extinguatur requiritur hominis oppositio; cum absque hominis objectione compensatio ipso jure fieri nequeat, quam opinionem veram esse cōfitentur Avendañ *de Censib. Hispaniæ. cap. 102. num. 8.* Molina. *de Justit. & jur. de Contract. illic. quæst. 43.* Lupus. *de Usur. comment. 2. §. 4. num. 15. in fine.* Solis. *de Censib. tom. 2. lib. 4. cap. unic. num. 12. vers. Sed an compensatione.* Urceol. *consult. forens. cap. 61. num. 6.* Navarr. *Comment. de Usur. quæst. 40. num. 125.* Frāch. *decis. 254.* Petra *super Ritu M. C. V. 166. n. 186. in fine.* Spad. *consil. 211. num. 2. lib. 2.* Ansald. *de Commerc. & mercat. discurs. 93. num. 24.* Conciol. *alleg. 56 num. 14.* Rota post Cenc. *de Censib. decis. 516. num. 2.* & post Merlin. *de Pign. decis. 41. num. 15.* Rota. *decis. 435. part. 13. Recent. et decis. 272. num. 28. part. 17.* Bersan. *de Compensat. cap. 1. quæst. 20. num. 16.* Zamoran. de

de Compensat.disput.2.cap.5.num.5. Merlin.*de Pignorib.lib. 5. quæst. 6. num. 16.* Caballin.*de Usur. quæst.* 43. Rodriguez. *de Ann.reddit.lib.2.quæst.18.num.9.* Thomat.*decis.131.num. 21.* Rebell. *de Oblig. justitiæ lib.10.quæst.6.num.22.* Castropal. *Oper.Moral.tractat.32.disput.6.punct.34. num.1.* Modern. Perusin. *de Censib. part. 3.cap.1.quæst.3.art.6.num.4.* Cenc.*de Censib.quæst.88.num.6.vers.Contrarium.* Merlin. *decis.463.num.28.* Molina *de Justit.& jur.tract.2.disput.560.num.3. vers. Observa verò.* Rota.*decis.354.num.2.& 3. part. 5.Recent.* Bonden.*de Iure controv. Collect. 43.num.45.* RotaRoman.*decis.352.num. 2.part. 5.recent.* Salgad. *Laberynt. credit.part.2.cap.28.num.27.* Peregrin.*consil. 107.num.3. lib. 2.* Rota apud Posth.*de Subhastat. decis. 241. num. 11.* & apud Merlin. *de Pignor. decis. 47. num.7.* Hodierna ad Surd. *decis. 117. num. 18.* Bersan.*de Compensat.cap.2.quæst.17. num. 1.*

Hujus veræ conclusionis fundamenta hæc sunt.

19 Primum quia ad hoc, ut locum adsciscere possit compensatio, hinc inde debitum,& creditum esse oportet.text. in *l.1.ff.de Compensat.* Cum compensatio sit debiti, & crediti invicem inter se contributio; Sed compensationem objiciens non est debitor sortis, ut inferius dicam: Ergo non potest compensari debitum sortis indebitæ.

20 Secundum,quoniã in censu nulla subest obligatio sortis reddendæ. Cenc. *tractat. de Censib. quæst. 88. num. 6. vers. Contrarium.* Castropal.*Oper.Moral. tractat.32.disputat.6.punct.34.num.1* Avendañus *de Censib.Hispan. cap.102. num. 8.* Solis. *de Censib. tom. 2. lib. 4. cap. Unic.num.12.* Rodriguez. *de Ann. reddit. lib.2. quæst. 18. num. 15.* Bersan. *de Compensat.cap.2.quæst.17.num. 5.* Ergo non adest debitum, & creditum, quod juxta text.in *l.1.ff.de Compensat.* Compensari possit. Confert doctissimus Petra. *in Ritu. 166. num. 186. in fine.*

21 Tertium, quia in censibus nulla sors debetur, quæ exigi possit Franch. *decis. 254.* Petra in dict. *Ritu. 166. num. 186*: Ergo nulla adest compensationis materia,cum sors non debeatur, antequâm debitor declaret se compensando redimere velle text. in *l.Si debeas 22.ff. de Compensat.* ibi: *Ita hujus debiti Compensatio admittitur, si adversarius palam dixisset utrum voluisset*. Aspirat nostræ opinioni id, quod in annuis redditibus non admittitur compensatio, quoniam creditor, seu emptor pro libito sortem exigere nequit Brunneman. in *l. Quod in diem. num.2.ff.de Compensat.* Carpzov. *part.3.cap.24 dec. 16.* Struvius. in *tit. de Compensat. thes. 21.* Leutharbach. in dict. *tit. 10.thes. num. 33.* Molinæus. *de Usur.quæst.43.num.324.* 22

Non obstant contrariæ sententię fundamina. Nam verum est, quod per solutionem census extinguntur, & quod quoties debitor aliquod passurus damnum, aut præjudicium est, compẽsatio admittitur ipso jure. Sed in nostro casu hæc ratio militare nequit, quia cũ sortis reddendæ in censu non subeat obligatio,& redditio à libera impositoris voluntate pendeat juxta Bullam Pii V. Igitur crediti impositoris, cum sorte principali ipsojure, equidèm induci nequit cõpensatio, sine voluntate, ac declaratione ipsius impositoris, qui ut ait Cenc. *de Censib.quæst.88.num. 6.vers. Contrarium.* Dicere potest, nolo compẽsare, quoniã censum redimere renuo Rodriguez. *de Ann. redditib.lib.2.quæst. 18.num.9.* Urceol.*consult.forens. cap. 61. num.14.* Bersan *de Compensat.cap.2.quæst. 17.num.9.* Rota. *decis. 272. num.18.part. 17.Recent.* Avendañus. *de Censib.Hispan. cap.102.num.8.* Sed continuare; quia propter induci nequit compensatio, quia inæqualitas compensationi contraria inter partes induceretur: tum quia ubi nulla subest sortis reddendæ obligatio, nulla applicari quit compensatio, quæ hinc inde debitum, & creditum expostulat text.in *l.1.ff.de Compensat.* Navarr. *in Comment.de Usur. num. 125.* Cenc. *de Censib.quæst.88. num. 6.vers. Contrarium.* Rodriguez.*de Ann.reddit.lib.2. quæst. 18. num.9.* In contractu census censualista, seu censuarius non tenetur ad sortis restitutionem: ergo nulla compensatio est admittenda ne debitor significet creditori se velle redimere censum, ac sortem cum debito compensare; alioquin circumvenirentur creditores, qui pecuniam 23

niam ab iiſdem debitam cenſuariis otio ſam haberent, ut ad notant Caballin. *de Uſur. quæſt.* 43. Avendaño. *de Cenſib. Hiſpaniæ cap.* 102. *num.* 8. Lupus. *de Uſur. comm.* 2. §. 4. *num.* 115. *in fine*. Caſtropal. *Oper. Moral. tractat.* 32. *diſputat.* 6. *punct.* 34. *num.* 3. Solis. *de Cenſib. tom.* 2. *lib.* 4. *cap. Unic. num.* 12.

24 Hanc enim noſtram concluſionem nō adeò abſolutè amplectitur Molina. *de Juſtit. & jur. tract.* 2. *diſput.* 43. Sed eam dupliciter coarctat, ac temperat. Primò ut compenſatio fieri debeat prius in uſuras, ſeu redditus decurſos, reliquum verò in ſortem principalem cedere debeat argum. text. in *l. Cum, & ſortis. ff. de Pign. act.* Ut inſequuntur Lupus. in *tractat. de Uſur. comment.* 2. §. 4. *num.* 13. Caſtropal. *Oper. Moral. tract.* 32. *diſputat.* 6. *punct.* 34. *num.* 5. Rodriguez. *de Ann. reddit. lib.* 2. *quæſt.* 18. *num.* 9. Secundò, ut tunc compenſatio oblata admitti debeat, quoties ſumma à creditore debita non ſit minor ſorte cum redditibns, eo tempore, quo objicitur à debitore compenſatio: niſi reſiduum requiſitum debitor ad redemptionem offerat Caſtropal. *tract.* 32. *diſputat.* 6. *punct.* 34. *num.* 5.

25 Movetur Molina ex eo, quod non poteſt fieri cenſus redemptio pro parte; & ità nec fieri poteſt compenſatio particularis, nè plus operetur ſolutio ficta, quàm vera texr. in *l. Filius ff. Si cert. petat.* text. in *l. Invicem* 12. *C. de Compenſat.* Ad Doctrinam receptam in *l. Quidam æſtimaverunt. ff. de Reb. credit.* Quod particularis compenſatio, ſive pro rata admittatur, illam obtinere in compenſatione propriè ſumptâ, quæ tunc ſibi locum arrogat, quando hinc inde verſatur debitum purum, liquidum, & exigibile, dumtaxat de jure fatetur.

26 Sed hanc rationem, ex quâ Molina movetur fallacem eſſe teſtatur Solis. *de Cenſib. tom.* 2. *lib.* 4. *cap. unic. n.* 12. Eò quia cenſus redemptio, ſaltem pro parte dimidia admittatur. Unde ſi ſumma debita creditori non ſit minor dimidiâ parte ſortis cum redditibus, compenſatio erit admittenda: Si verò ſit minor compenſatio eſt rejiciēda juxta opinionem Solis loco relato. At hujuſmodi diſtinctionem explodendam eſſe reor, quia, quamvis debitum, & creditum non ſint æqualia, compenſatio locū quidèm nanciſcitur v. g. ſi mihi debes quinquaginta, & ego tibi debeo decem, poſſum hæc decem compenſare, & in reliqua quadraginta debitor maneo; quia compenſatio fit uſque ad concurrentes quantitates text. in *l. Si conſtat.* 4. *C. de Compenſat.* text. in *§. In bonæ fidei. Inſtit. de Act.* Faber. *Rational. in l. Si ambo. ff. de Compenſat.* Gregor. *Syntagmat. jur. univerſ. part.* 3. *lib.* 21. *cap.* 22. *num.* 2. Barboſa. in dicta *l. Si conſtat. num.* 1. *& in l. Etiamſi* 5. *num.* 4. *C. de Compenſat.*

Et hanc opinionem noſtratis Solis. refellit. Berſanus. *de Compenſationib. cap.* 2. *quæſt.* 17. *num.* 17. 18. 19. *&* 20. Eò quia cenſus pro parte dimidia; aut etiam minima, creditore aſſentiēte extinguatur Rubeus. *deciſ. Rotæ.* 354. *num.* 9. *tom.* 5. Et quamvis in compenſationis objectione creditor cenſus aſſentiri nollet, ejus diſſenſus compenſationem non impedit, quoniam ipſius conſenſus in particulari ſolutione intelligitur ante ſummæ receptionem; Secus quando ſumma extat penes eum Capyc. *deciſ.* 25. *num.* 39. Peregrin. *conſil.* 107. *num.* 8. *lib.* 2. Berſan. *de Compenſat. cap.* 2. *quæſt.* 17. *num.* 20. Amat. *Reſol.* 41. *num.* 4. Urceol. *conſult. forenſ.* 2. *cap.* 61. *num.* 30. 27

Acriùs objurgandus eſt Scac. *de Commerc. et camb.* §. 1. *quæſt.* 1. *num.* 209. Qui perperam aſſerit, cenſus ſortem per cōpenſationem non redimi, eò quia in redemptione cenſus expoſcitur pretii reſtitutio, ac realis ſolutio. Compenſatio verò eſt ſolutio ficta, ut tradunt, ac fatentur Parlador. *lib.* 2. *Rer. Quotid. part.* 5. *cap. final.* §. 11. *num.* 30. Medic. *de Compenſat. in Præfat. num.* 2. Hering. *de Fidejuſſ. cap.* 20. §. 6. *num.* 13. Burſat. *conſil.* 123. *num.* 20. Cancer. *Variar. Reſolut. cap.* 3. *num.* 23. Surd. *de Aliment. tit.* 3. *quæſt.* 7. *num.* 22. Giurb. *ad Conſuetud. Meſſanenſ. cap.* 2. *Gloſſ.* 16. *part.* 1. *num.* 9. Quippe licèt compenſatio in modo ſolvendi ſit ficta ſolutio: tamen quo ad liberationis effectum, compenſatio eſt realis ſolutio, quia ex ea, vera ſuboritur liberatio text. in *l. Debitor. ff. Qui potior. in pig. hab.* text. in *l. Si conſtat. C. de Compenſat.* text. in *l. Julianus ff. de Condit. ec. demonſt* text. in 28 29

l. Vel

l. Vel permutavit. 19 *ff. de Liberal. Cauſ.* Ut ad notant ac complectuntur Reuſner. *conſil.* 4. *num.* 2. *lib.* 2. Tiraquell. *de Retract. lignag. §.* 3. *Gloſſ.* 3. *num.* 2. Giurb. *ad Conſuet. Meſſan. cap.* 2. *Gloſſ.* 16. *num.* 10. *part.* 2. Zanger. *de Except. cap.* 8. *n.* 1. *part.* 3. Tuſch. *cõcluſ.* 488. *num.* 8. *litera C.* Surd. *deciſ.* 116. *n* 1. Tynd. *Opuſcul. de Compen-*
30 *ſat. art.* 7. Quoniam qui compenſat omninò numerat, & ſolvit, ſinõ naturaliter ſaltẽ civiliter text. in *l. Si rẽ. §. Omnis. ff. de Pign. act.* text. in *l. Nemo dubitat. ff. de Reg. jur.* text. in *l. Solutionis verbũ, & l. Satisfactio nem ff. de Solut.* Quæ civilis numeratio id, quod naturalis eſt operata arg. text. in *l. Adoptio. ff. de Adopt.* text. in *l. Filio. ff. de Liber. & poſthum.* Cum nihil interſit an ſolverit, vel compenſaverit text. in *l.*
31 *Debitor. ff. Qui potior. in pign. hab.* Nec obſiſtit id, quod offirmat idem Scacia quod in cenſus redemptione pretii reſtitutio deſideretur, quia qui compenſat reſtituere dicitur Giurb. *ad Conſuetud. Meſſan. cap.* 2. *Gloſſ.* 16. *num.* 9. *part.* 1. Felin. *in cap. Suborta. col.* 1. *de Re judicat.* Marſil. *ſingul.* 208. Tuſch. *concl.* 303. *num.* 11. *litera R.*

32 Nunc videndum eſt, an congruè oblatâ compenſatione, cum ſummâ per creditorem debitâ extinguatur redditus ipſo jure? Et negativè reſpondẽdum eſſe cernitur, eò quia tunc locum ſibi vindicat compenſatio, quoties utrumque debitum ex eadem provenit cauſa
33 Cavalcan. *in Tract. de Tutore. & curator. num.* 220. Pedrocha. *conſil.* 28. *num.* 14. *et* 15. Burſat. *conſil.* 106. *num.* 2. *verſ. Non autem. vol.* 1. & Bald. Ubald. Practic. Papienſ. Afflict. & Boër. relati à Cavalcano.

34 Sed hoc non obnitente, contrarium eſt tenendum, videlicet quod compenſatione cenſus extinguatur, prout tenent, ac ſequuntur Rodriguez. *de Annuis redditib. lib.* 2. *quæſt.* 18. *num.* 18. Molina *de Juſt. et jur. tract.* 2. *diſputat.* 43. *num.* 325. Solis. *de Cenſib. tom.* 2. *lib.* 4. *cap. unic. num.* 13. Caſtropal. *Oper. Moral. tract.* 32. *diſputat.* 6. *punct.* 34. *num* 4. Quæ opinio duplici ratione poteſt probari.

35 Primâ ex eo, quod conſignatio legitimè facta, ideſt integrè judice adito, vocatâ parte, liberat ipſo jure, extinguitque reddítum. text. in *l. Acceptam. C. de Uſur.* text. in *l. Obſignatione. C. de Solut.* text. in *l. Si ate. C. de Pact. inter emptor. et venditor.* At in noſtra facti ſpecie per creditorem ſtat, quò minus conſignetur, eò quia quod purè debet non ſolvit, unde fieret conſignatio: Ergo in ejus præjudicium pro facta cenſetur text. in *l. Jure civili. ff. de Condit. et. demonſt.*

Secundâ, quia hæc imputatio eſt potiusquàm conſignatio, quoniam creditor eam ſummam penès ſe habet, ut advertit Solis. *de Cenſib. tom.* 2. *lib.* 4. *cap. unic. num.* 13. Quod eſt plusquàm ſi conſignatũ eſſet: quia id dicitur ei ipſo facto ſolutũ eſſe: Ergo hæc imputatio non minus liberat, quàm conſignatio ipſa, & viciſſim ipſo jure creditor liberatur ab eo, quod debebat imputari pro ratà, & hoc quãdo purè debebat creditor, quanta erat ſumma offerenda; aliàs ſi quod eſſet ſupplendum, requiritur oblatio realis reſidui, ut impediatur curſus redditus, illiuſque reſidui conſignatio, ut reſolutio, & liberatio ipſo jure obtineantur. 36

Hujuſmodi autem in duobus relevat imputatio, expeditiorque eſt reali oblatione. Primò, quoniam in oblatione reali in ſacculo pecuniam offerre non ſufficit: niſi extrahatur, & præſente creditore numeretur, niſi renuat creditor, vel per eum ſtet, quòminus numeretur Paul. de Caſtro. & Alex. in *l. Si mora. ff. Solut. matrim.* Jaſo. in *l. Qui Romæ. in princ. ff. de Verb. oblig.* Alex. in *l. Si ſervus. col.* 2. *ff. de Vulg. & pupill. ſubſt.* Rodriguez *de Annuis reddit. lib.* 2. *quæſt.* 15. Secundò, quoniam in loco, ubi debetur redditus fieri debet juxta notata in *l. Uſura. C. de Solut.* Quæ omnia in hac imputatione ceſſant, quæ ubicumque creditor invenitur fieri poteſt; niſi quid realiter offerendo ſuperſit, ut rectè ànimadvertit Rodriguez *de Ann. reddit. lib.* 2. *quæſt.* 18. *num.* 19. *in fine.* 37 38

Non refragatur noſtræ ſuprapoſitæ cõcluſioni id, quod ſcripſit Cavalcan. in *Tractat. de Tutore, & curat. n.* 220. Videlicet, quod compenſatio tunc locum aſſequitur, quando utrumque debitum ex eadem provenit cauſa. Quippe hæc Cavalcani opinio eſt explodenda; cum generaliter habeamus debiti, & crediti com- 39

compensationem admitti posse text. in *l. 1. ff. de Compensat.* text. in *§. In bonæ fidei. Institut. de Act.* Et cum Jurisconsulti non distinguant, an debitum, & creditum ex eâdem causâ proficiscantur, ideò nec nos distinguere debemus, juxta juris axioma, quod ubi lex non distinguit, nec nos distinguere debemus text. in *l. Non distinguemus. ff. de Arbitr.* text. in
40 *l. De pretio. ff. de Public. in rem act.* In fisco dumtaxat constitutum est, ut adversùs eum ex diversis causis locum non habeat compensatio text. in *l. 1. C. de Compensat.* Ut fatentur, ac amplectuntur Gregor. *Syntagmat. jur. univers. part. 3. lib. 21. cap. 22. num.* 6. Duaren. *Tit. de Compensat. cap. 2. in fine.* Treutler. *Select. disputat. vol. 1. disputat. 25. thes. 9. litera E.* Donell. in *l. 1. C. de Compensat.* Hahnius ad Wessembec. *lib. 16. tit. 2. num.* 10. Borcholt. *de Compẽsat. cap.* 5. Gothofred. & Wissembach. in *l. 1. C. de Compensat.* Tynd. *Opuscul. de Compensat. art. 5. num.* 32. Diego in *eod.*
41 *Opuscul. fol. mihi* 14. Ergo si hoc in fisco est singulare, & exceptum, in cæteris jus commune viget, ac manet regula firmata. Nam casus exceptus firmat regulã in contrarium text. in *l. Nam quod liquide. §. final. ff. de Pen. legat.* Et cum, ut dixi, in jure compensatio ex causis diversis prohibita, ac excepta minimè reperiatur; à regulis juris non est recedendum text. in *l. In prævaricationes, §. ultim. ff. de Prævaricat.* text. in *l. Dissentientem. C. de Divort.* text. in *l. Illam. C. de Collat.*

42 Hæc enim conclusio probari potest ex text. in *l. Si ex venditione 7. C. de Compensat.* Ubi ex verbis Alexandri Imperatoris apertissimè elucescit, debita proficiscentia ex causis diversis esse compensabilia: Nam juxta prædicti textus receptam speciem, unum debitum proficiscebatur ex emptione, & venditione, & aliud ex legato oriebatur; & nihilominus Imperator Alexander locum esse compensationi præcepit.

43 Nec Cavalcani authoritas huic resolutioni obluctatur, quia ut testatur Laderch. Imolens. *consil.* 111. *num.* 3. Adeò levis reputatur, ut confutatione non egeat, & quamquam magni ponderis Bursati authoritas aspectetur, tamen si sedulò ejus perpendantur verba, patebit haudquaquam Cavalcani assertioni assentiri. Asseruit enim in sua facti specie recipiendam esse compensationem, eò quia utrumque debitum instrumento nititur publico, & jurato, utrumque in quantitate consistit, quod ad ineundã compensationẽ equidẽm postulatur Gregor. *Syntagmat. jur. p. 3. lib. 2. cap. 22. n.* 3. Kirkov. *tom. 2. Comm. opin. lib. 4. tit. 21. num.* 6. Duaren. in *l. Divortio §. Ob donationes. ff. Solut. matrim.* Molina *de Just. & jur. tract. 2. disputat. 297. col. 3. in fine.* Ancharan. *Quæst. famil. lib. 2. quæst. 2. num.* 1. Oynotom. in *§. In bonæ fidei. num.* 31. Pichard. *num.* 33. Mynsig. *num.* 27. Vinn. *num. 3. in fine. Institut. de Act.* Wessembec. *lib. 16. tit. 2. num.* 6. Budæus in dicto *§. In bonæ fidei. circa med.* Vulrejus *num. 14. Institut. de Act.* Ac utrumque ex personâ propriâ actoris, & rei debetur; secus quod unum ex causâ societatis, vel nomine alieno, & alterum ex causa mutui, & sic nomine proprio; cum in illis terminis non opponatur compensatio.

Bursatus autem solummodò docuit, 44
ex debito alterius compensationem neutiquam admitti posse, quæ sententia verissima est text. in *l. Ejus 9. C. de Compens.* Donell. *Comm. jur. civil. lib. 16. cap. 15. in fine. n. 5. fol. mihi* 698. Gregor. *Syntagmat. jur. part. 3. lib. 21. cap. 22. num.* 4. Jul. Pac. *lib. 16. Isagic. tit. 2. num.* 7. Gloss. in *l. Si quid à fidejussore. ff. de Compensat.* Bonacin. *de Restit. quæst. ult. punct. 1. num.* 19. Salgad. *Laberynt. Credit. part. 2. cap. 12. num.* 9. Pichard. in *§. In bonæ fidei. num. 23. de Act.* Escobar. *de Confessar. Sollicit. ad vener.. part. 2. quæst. 3. §. 3. num.* 19. Nec Bursatus offirmat, peroptari ad compensationem, quod ex eadem causa utrũque creditum proficiscatur. Quippe in casu, in quo Bursatus consuluit ex diversis causis descẽdebant debita; videlicet unum ex Gabellæ causâ, alterum verò ex causa cujusdam prædii alienati.

Ad Pedrochæ authoritatem in dicto 45
consil. 28. n. 14. & 15. respondetur, illum inservire causæ, & obiter doctrinam illam tantummodò retulisse. Doctrina Baldi de Ubaldis, ac Practicæ Papiensis haudquaquã huic nostræ veræ cõclusioni

ni refragatur, quoniam relati Authores solummodò docēt, socium debitorē ex causa mutui, non posse alteri socio compēsationem objectare ejus, quod societati alter debet; quod verissimum est Molina. *de Just. & jur. tractat. 2. disputat.* 560. *num.* 15. Donell. in *l. Ejus. num.* 8. *C. de Compensat.* Gregor. *Syntagmat. jur. part.* 3. *lib.* 21. *cap.* 22. Castill. *lib.* 4. *Contr. cap.* 40. *num.* 77. Balmaseda *de Collect. quaest.* 110. *num.* 9. Faber. *C. lib.* 4. *tit.* 23. *de. finit.* 8. & 17. Salgad. *Laberynt. Credit. part.* 3. *cap.* 6. *§. unic. num.* 19. Tyndar. *de Compensat. art.* 5. *num.* 32. *in fine.* Escobar. *de Confessar. sollicit. in confess. part.* 2. *quaest.* 3. *§.* 3. *num.* 41. Fontanell. *de Pact. nuptial. claus.* 4. *gloss.* 9. *part.* 2. *num.* 63. *tom.* 1.

46 Quippè cum societatis corpus diversum sit ab ipsismet sociis in particulari, de per se, & extra ipsam societatem, sequitur de debito societati non posse compensationem opponi adversùs socium creditorem ex causa mutui sibi debiti privatim Afflictus *decis.* 16. & Boërius *consil.* 14. Contrariae doctrinae haud opitulantur, ut testatur Solis *de Censib. tom.* 2. *lib.* 4. *cap. unic. num.* 13. *in fine.*

47 Sed an fructus census, seu sortis ipso jure absque oppositione compensentur? Et quod minimè compensentur ipso jure, sed oppositionem partis requiri consitentur Salgad. *Laberynt. Credit. part.* 2. *cap.* 28. *num.* 27. Urceol. *Consult. forens. cap.* 61. *num.* 14. Referens Rodriguez. *de Ann. redd. lib.* 2. *quaest.* 8. *num.* 9. Peregrin. *consil.* 107. *n.* 3. *lib.* 2. Molinam. *de Just. & jur. disputat.* 560. *num.* 3. Cenc. *de Censib. quaest.* 88. *n.* 6. *vers. hic autem* Castill. *Controv. jur. lib.* 4. *cap.* 40. *num.* 115. Merlin *de Pignorib. lib.* 5. *quaest.* 6. *num.* 12. Hodiern. ad Surd. *decis.* 117. *num.* 18. Bonden. *de Jur. controv. collect.* 43. *n.* 45.

48 Ratio hujus est, quia census non est in obligatione restituendi: nec debitor ad illius restitutionem est compellendus; ideoque compensatio ipso jure locum habere nequit, nisi mediâ oppositione partis.

49 At hoc haudquamquam renuente, contrarium est tenendum; scilicet quod compensatio fiat ipso jure, ut ex Osasc. Escobar. & Latro tradit Urceolus sibi contrarius *Consult. Forens. cap.* 61 *num.* 7. Censal. *Decis. Lucens.* 11. *num.* 58. Bersan. *de Compensat. cap.* 2. *quaest.* 17. *num.* 6. Rodriguez. *de Ann. redd. lib.* 2. *quaest.* 18. *num.* 14. Franch. *decis.* 254. Maur. *alleg.* 92. *num.* 2. Manfrell. ad Latr. *decis.* 25. *num.* 6. Rubeus. *dec.* 409. *num.* 26. *tom.* 9.

50 Hujus conclusionis ratio est, quia in iis, quae exigi possunt compensatio locum assequitur ipso jure Rodriguez. *de Ann. redd. lib.* 2. *quaest.* 18. *num.* 15. Sed redditus à sorte census descēdētes sunt in obligatione, & à creditore extorqueri possūt. Bersan. *de Compensat. cap.* 2. *quaest.* 17. *num.* 6. Ergo ipso jure in eis locum habere debet compensatio. 51 Quippe Doctores pro contrariâ opinione relati neutiquam nobis refragantur; quia omnes loquuntur de sorte census, quae non est in obligatione; secus verò de fructibus, ac interesse. Et in hoc casu si compensatio non fieret ipso jure, debitor magnum pateretur incommodum; quia deberet solvere redditus, qui per compensationem detineri possunt; sed regula verissima, ac indubitata in compensationis materiâ; est quod ubicumque debitor, compensatione omissâ subjaceret alicui incommodo: aut damno ibi ipso jure admittatur compensatio, ut docent, ac attestantur Gregor. *Syntagmat. jur. part.* 3. *lib.* 21. *cap.* 22. *num.* 2. Donell. *Comm. jur civil. lib.* 16. *cap.* 15. *col. pen.* Trentacinq. *Variar. Resolut. tit. de Compensat. num.* 24. *lib.* 3. *vol.* 1. Barbosa. in *l. Si constat. num.* 22. *C. de Compensat.* Valenzuel. *consil.* 78. *num.* 30. Hermosill. in *l.* 10. *tit.* 1. *part.* 5. *gloss.* 4. *num.* 210. Balduc. ad Ramon. *observ.* 36. *num.* 23. Flores de Mena ad Gamm. *decis.* 92. *num.* 2. Castill. *Contr. lib.* 4. *cap.* 40. *num.* 113. Barbosa. in *l. Divortio. §. final. num.* 23. *part.* 2. *ff. solut. matr im.* Carleval. *de Judic. tom.* 2. *lib.* 1. *tit.* 3. *disputat.* 27. *num.* 4. Molina *de Just. & jur. tractat.* 2. *disputat.* 560. *num.* 1. Pichard. in *§. In bonae fidei. num.* 45. *de Act.* Salgad. *Laberynt. Credit. part.* 2. *cap.* 28. *num.* 23. & 24. Quod in nostra facti specie extendit, ut procedat compensatio ipso jure, etiam pro rata portionis, cui etiam assentitur, ac opitulatur Rodriguez *de Ann. redd. lib.* 2. *quaest.* 18. *num.* 14.

SUM.

SUMMARIUM

1 *Possessor bonæ fidei quis dicatur?*
2 *Verbum possidere à sedibus deductum esse videtur.*
3 *Animus possidentis inspicitur, licèt in jure erraverit.*
4 Divi Augustini *verba referuntur.*
5 *Melioramenta quænam dicantur.*
6 *Meliorare quid sit.*
7 *Bonæ fidei possessor, an compenset fructus cum melioramentis.*
8 *Compensationem opponens impropriè petere videtur.*
9 *Compensatio vim solutionis habet.*
10 *Solutio de re propria creditoris fieri non debet.*
11 *Fructus à bonæ fidei possessore percepti ante litis contestationem ad ipsum pertinent.*
12 *Bonæ fidei possessor fructus cum melioramentis compensare tenetur.*
13 *Nemo cum alterius jactura locupletari debet.*
14 *Fructus bonæ fidei possessore percepti ante litis contestationem cum sumptibus compensantur.*
15 *Aliqui Doctores existimant hanc compensationem admittendam esse à die contestationis litis.*
16 *Quorum opinio intelligi debet de bonæ fidei possessore titulum habente; secus de possessore titulo carente.*
17 *Percipiens fructus jure Dominii, percipit eos, tamquàm ad se pertinentes; licèt dominium sit resolubile.*
18 *Fructus ad dominum vindicantem pertinent.*
19 *Dominus fundi non debet fructus amittere, nec expensas meliorationis reficere.*
20 *Si post melioramenta compensata appareat bonæ fidei possessorem, majores fructus percepisse, non tenetur eos restituere.*
21 Intellectus ad text. in l. Sumptus 48. ff. de Rei vindicat.
22 *Compensatio locum habet pro concurrente quantitate, quando meliorationes excedunt expensas.*
23 *Regula, quæ habet bonæ fidei possessorem facere fructus suos, quando procedat.*
24 *Bonæ fidei possessori de rei vindicatione excipienti, potest replicari de compensandis fructibus cum melioramentis.*
25 *Possessor bonæ fidei fructus cum melioramentis compensat*, & referuntur Doctores hanc opinionem tenentes.
26 *Compensationem fructuum perceptorum à bonæ fidei possessore apud suprema Hispaniæ tribunalia fieri testatur* Covarruvias.
27 *Possessor bonæ fidei acquirens fructus, eos cum expensis compensare debet.*
28 *Possidens jure dominii; licèt resolubilis, fructus non compensat, sed melioramenta consequitur ab illo, in quem res trãslatæ fuerunt.*
29 *Qui potest vigore dominii melioramenta deducere non tenetur cum fructibus compensare.*
30 *Maritus non tenetur compensare fructus cum expensis factis in rebus dotalibus.*
31 *Quod procedit, nisi modicæ fuerint expensæ, quas maritus facere tenetur.*
32 *Maritus non compensat fructus cum expensis factis in rebus parapbernalibus.*
33 *Emptor cum pacto de retrovendendo nõ compensat fructus cum expensis.*
34 *Restituens rem ex remedio* l. 2. C. de Rescind. vendit. *non compensat fructus cum melioramentis.*
35 *Possidens rem hypothecatam, qui eam melioravit, si auferatur res à creditore anteriore, possessor non compensat fructus cum melioramentis.*
36 *Fructus percepti post litis contestationem cum melioramentis compensantur.*
37 *Usufructuarius fructus compensare non tenetur.*
38 *Quivis habens causam ab aliquo expendens circa rem non tenetur expensas cum fructibus compensare.*
39 *Habens causam detinendi expensas cum fructibus non debet compensare.*
40 *Habens causam ab illo, cui fructus debentur expendendo, non tenetur cum fructibus compensare.*
41 *Hæres gravatus sub conditione non tenetur compensare melioramenta cum fructibus.*
42 *Ille, à quo fructus peti non poterant eo tempore, quo eos percipiebat, non tenetur cum expensis compensare.*
43 *Compensatio excluditur in fructibus per-*

perceptis durante titulo.
44 *Habens titulum validum, quamvis resolubilem, non tenetur fructus cum expensis compensare.*
45 *Fructus compensantur cum expensis, quādo ad judicantem pertinent.*
46 *Fructus compensantur cum expensis, quando impensæ sunt deducibiles.*
47 *Fructus prius compensantur cum usuris.*
48 *Possessor bonæ fidei non tenetur compensare fructus cum expensis factis in erudiendo puero.*
49 *Possessor hæreditatis compensat quoscumque justos sumptus, quos fecit de suo propter onera hæreditaria, quæ compensatio fit ipso jure.*
50 *Possessor bonæ fidei compensat quod de suo erogavit in infirmitate defuncti.*
51 Referuntur verba textus in l.4.C.de Petit.hæredit.
52 *Fructus percepti ante litis contestationem compensantur cum expensis.*
53 *Possessor non est Dominus fructuum, ideòque eos debet compensare.*
54 Odofredi opinio.
55 Angeli sententia.
56 *Operæ perceptæ ex puero erudito usque ad 25. annum compensantur cum eruditionis impensis.*
57 *Habens retentionem domus ob melioramenta, durante retentione, tenetur pensiones domus cum melioramentis compensare.*
58 *Emphyteuta non tenetur compensare fructus cum melioramentis.*
59 *Fructus in re subjecta fideicommisso non compensantur cum melioramentis.*
60 Text.in l.Sumptus.ff.de Rei vindicat. *quomodo debeat intelligi.*
61 *Fructus percepti ex rebus dotalibus à marito emptis non compensantur cum melioramentis.*
62 *Fructus, si excedant, vel æquent æstimationem melioramentorum, fiet compensatio; secus verò si meliorationis æstimatio excedat.*

ARGUMENTUM.

Utrùm bonæ fidei Possessores debeant compensare fructus cum melioramentis.

QUÆSTIO XXIII.

BOnæ fidei possessor appellatur, qui 1
bonâ fide possidet text. in *l.Apud antiquos.§.Cum igitur. C.de Furt.* text.in *l.Bonæ fidei* 109. *ff.de Verbor.signif.* text. in *l.Qui à quolibet.ff.de Contrah. emption.* text. in *l.Si ab eo. ff.de Usucapionibus.* text.in *l.3.ff.ad Leg. flav.de plag.* & tradidit Uultejus *lib.unic.Discept. Scholast. cap.ultim.* Putans scilicet rem ad se spectare. Quod verbum à sedibus deductum esse videtur, ut assidere, quia sedes dicuntur, in quibus quis habitat; 2
ideòque cecinit Virgil.*lib.1. Æneid.*

Per varios casus, per tot discrimina rerum
Tendimus in Latium; sed ubi fata quietas
Ostendunt: illic fas regnum resurgere Trojæ.

Et juxta Varronem *lib.4.de Ling. latin.* Verbum *pos* vetus enim est, quod potentem significat, unde impos, & possum, & possidere, quasi qui potest sedere; nempe sedem, atque habitationem suam aliquo in loco collocare, ut refert Calvin *Lexicon.jur.verbo Possidere.* Animus enim possidentis, & opinio inspicitur, licèt in jure erraverit Platin. in 3
§.1.tit.de Offic.judic. Veluti si quis putabat testamentum, in quo institutus erat hæres rectè esse factum cum inutile esset; licèt tunc errore juris occupaverit hæreditatem, bonæ tamen fidei esse dicitur, cum dolo careat, quamquā in jure erraverit text.in *l.Sed et si lege. §.Scire. ff.de Petit.hæredit.* Facit Divus 4
Augustinus in *lib.de Fide, & operib. cap.* 7.ibi: *Si Virgo nesciens nupserit viro alieno,*

no, hoc si semper nesciat, nunquam eu hoc
erit adultera: si autem sciat jam ex hoc es-
se incipiet, ex quo cum alieno viro sciens
cubaverit, secus in jure prædiorum tan-
diù quisque bonæ fidei possessor rectissimè
dicitur, quandiù se possidere ignorat alie-
num: cum verò scieret, nec ab aliena pos-
sessione recesserit, tunc malæ fidei possessor
probibebitur, tunc justè injustus vocabitur.

5 Melioramenta dicuntur ea, quæ em-
phyteuta in re ipsa habet, & percipit
pro suo jure emphyteutico text. in *l.ul-*
tim.C.de Jur:emphyt. Inde enim agri ve-
ctigales solebant sumptu, ac operâ cō-
ductorum ad meliorem frugem redu-
ci, eâ spe, quod ad utilitatem suam,
suorumque semper essent illis usuri:
6 Quapropter meliorare, pro meliorem,
& fructuosiorem efficere accipit Juris-
consultus Ulpianus in *l.13.§.5.ff.de Usu-*
fruct. Siquidèm usufructuario permit-
titur meliorare proprietatem Calvin.
Lex.verbo.Melioramenta.

7 Nunc negativè ad quæstionem res-
pondetur, nempè bonæ fidei possesso-
rem non debere fructus cum expensis,
seu melioramentis compensare argum.
text.in *l.Bonę fidei. ff.de Acquir.rer.do-*
min. text.in *§. Si quis à non domino. Insti-*
tut.de Rer.divis. Nec ea compensatio
cujusdam restitutionis vice fungi videa-
tur ex parte bonæ fidei possessoris, sicu-
8 ti ex parte agentis: Nam petere vide-
tur, qui compēsationem opponit text.
in *l.Amplius non peti.ff.Rem rat.hab:* Cū
9 juris comperti sit, compensationem so-
lutionis vicem nancisci text. in *l.Si con-*
stat. C.de Compensat. text.in *l.Debitor.ff.*
Qui potior.in pign.hab. text. in *§.In bonæ*
10 *fidei. de Act.* Sed solutio fieri creditori
nequit in re propria ipsius creditoris;
Quippe meum quod est, amplius meum
fieri non potest text.in *l.Si rem meam.ff.*
de Verbor. obligat. text. in *l.4. §.1. ff.de*
Acquir.possess. text. in *§. Si cum fundus.*
Institut.de Legat. De proprio creditori
solvere oportet, non de alieno, imò nec
etiam de ea re, in qua alius jus aliquod
habet, eamque possit evincere text.in *l.*
Si rem 10.text:in *l.Si quis aliam* 46. *l.Si*
alieni 78. *l.Qui res* 98. *ff.de Solut.* Sed
11 fructus à bonæ fidei possessore antę li-
tem percepti ad ipsum spectant jure
dominii text. in *l.Pecudum. ff.de Usur.*
Non solùm jure dominii, sed etiam me-
ro ipsius lucro cedunt, si eos cōsumpse-
rit, vel usuceperit text.in *l.Sed et loci 4.*
§.Post litē.ff.finiū regūdor. Ergo quomo-
do fieri potest, ut eorū compēsationem
pati compellatur cum sumptibus, quos
etiam bonâ fide in rem alienam impē-
dit? quorumque solutionem extorque-
re posset, oppositâ doli mali exceptio-
ne per retentionem, quamvis nullos
fructus percepisset text.in *l.Sumptus.ff.*
de Rei vindicat.

His minimè obnitētibus, contrariū 12
est tenendum, idest quod fructus cum
melioramentis compensare teneatur,
ut apparet ex text.in *l.Sumptus* 49. *ff.de*
Rei vindicat. ibi: *Etenim admissa com-*
pensatione. text.in *l.In Area 33.in fine.ff.*
de Condict.indeb. text.in *cap.Ad nostram.*
de Reb.Ecclesiæ non alien. text: ih *l.Em-*
ptor.ff.de Rei vindic. Æquitas sola jus
compensationis induxit text.in *l.3.ff de*
Compensat. text.in *l.Inter tutores. ff.de*
Administrat.tutor. Et æquitas dat bonæ
fidei possessori retentionem pro sumpti-
bus bonâ fide erogatis text.in dicta *l.*
Sumptus. ff.de Rei vind. Hujus æquita-
tis ratio est, ne petitor alienâ jacturâ lo- 13
cupletetur, quod prohibetur, cum ne-
mo debeat cum alterius jactura locu-
pletari text. in *l.Nam hoc natura. ff.de*
Condict.indeb.l.Bona fides 50.ff.de Action.
empt.l.Jure naturæ.ff.de Regul.jur. Et ne
fides sua damnum afferat bonæ fidei
possessori; aliàs credibile esset in rem
alienam illum sumptum non fuisse fa-
cturum. Bonæ fidei possessor magis,
quàm dominus potest conqueri, quod
tantos sumptus fecerit in eam rem. Un-
de benè Faber in *l.Sumptus.ad fin.ff.de* 14
Rei vindicat. Dixit, quod variis decisio-
nibus est comprobata Ulpiani senten-
tia in dicta lege; nempe sumptus in rem
alienam bonâ fide factos cum fructibus
ante litis contestationem perceptis,
quamvis consumptis, etiam bonâ fide,
compensari, quasi facta compensatio-
ne quadam æquitatis cum æquitate,
ut in text.in *l.Stichum, aut Pamphilum*
95.§.Naturalis.ff.de Solut.

Nonnulli opinantur hanc compen- 15
sationem admittēdam non esse adver-
sùs bonæ fidei possessorem, nisi à die

contestationis litis, ut sunt Cyriac.*Controv.*195.*num*.6. Escobar. *de Ratiocin. computat*.13.*num*.7.Rota *decis*.230.*num*. 13.*part*.13.*Recent*. Capucin.*de Salvian. interdict.lib*.2.*quaest*.24.*num*.8:

16 Horum autem opinio, ut fatetur Bersan.*de Compēsat.cap*.2.*quaest*.19.*num*: 1. Debet intelligi de bonæ fidei possessore titulum habente, ob quem dici possit fructus jure dominii percepisset Covarruv. *lib*.1.*Variar. cap*.8. *num*.4. *in fine*. Brunneman. in *l.Sumptus*. 49. *ff.de Rei vindicat*. Secùs de bonæ fidei possessore, titulo carente, solummodò bonâ fide nixo Cagnol.*ad l*.2. *C.de Pact. inter empt.& vendit.num*.21 r.Boër.*quaest*. 44.*num*.20. Achilles *de Acquir.possess. num*.688.Covarruv.*loco citat*.Ratio est,

17 quia percipiens fructus jure dominii, licèt resolubile esset dominium, tamen percipit eos,tamquam ad se pertinentes tempore perceptionis. Hæc ratio simpliciter cessat in bonæ fidei possessore.

18 Quippè,quamvis ob bonam fidem faciat fructus suos, æquitas suadet cum melioramentis compensandos esse;quia fructus ad dominum vindicantem pertinebant Bersan. *de Compensat. cap*.2. *quaest*.19.*num*:17.*in fine*. Alex.*consil*.154. *num*.5. *vol*.6. Negusant. *de Pignoribus. memb*.4.*part*.5. *num*.13. Quapropter talem dispositionem in æquitate fundatam esse testatur Brunneman.in *l.Sumptus.num*.3.*ff.de Rei vindicat*. Nè domi-

19 nus fundi fructus amittat, & meliorationis expensas reficere teneatur Bersan.*de Compensat.cap*.2.*quaest*.19.*num*.18.

20 Non refragatur id, quod hujusmodi bonæ fidei possessor minimè fructus lucratur, dum illos compensare compellitur. Nam non per hoc sequitur, quod illos restituat, ut tradit Faber in *l.Sumptus, ad fin. ff.de Rei vindic*. Quippè si post melioramenta compensata, appareat bonæ fidei possessorē majores fructus percepisse, haud illos restituit, sed lucratur; si pro compensatione melioramentorum fructus non sufficiant,

21 quod deest, Domino fundi restituitur textus expressus in *l.Sumptus* 48. *ff.de Rei vindicat*. Ad cujus textus intelligētiam enodandam, quædam adhibetur distinctio, quam insignem nuncupat Brunneman. in dicta *l.Sumptus. num*.1. Ubi tres casus proponit. Unus est quādo cōsumpti fructus pretiū meliorationum excedunt, quo casu pro consumptis fructibus, si non est factus locupletior haud conveniri potest. Alter quando fructus sumptibus meliorationum sunt æquales,& tunc fructuum, & impensarum fiet compensatio. Ultimus 22 casus, quando meliorationes excedunt expensas, & tunc locum habet etiam compensatio pro concurrente quantitate, juxta dispositionem text. in *l.Si constat* 4.*C.de Compensat*.text.in §.*In bonae fidei*. *de Act*. Et quod deest solvendum est bonæ fidei possessori Faber in dicta *l.Sumptus.in fine*. Bersan.*de Compensat.cap*.2.*quaest*.19.*num*.20.

Unde Brūneman.in dict.*l*.ait, quod li- 23 mitatur regula, quæ habet bonę fidei; possessorem facere fructus suos, fatēs locū sibi asciscere,quando ab eo nullę sunt factæ meliorationes, quippe si meliorationes fecit,ex æquitate tenetur fructus consumptos cum meliorationibus compensare, quamvis non sit factus locupletior, ut tradit Barbosa in *l. Divortio* 8. §.*final.part*.1.*num*.14.*ff. Solut. matrim*. Locupletiore facto, meliorationes reddere tenetur,& frustra de compensatione quæritur Cravet.*consil*.408. *num*. 13. *vol*.3.Brunneman.in *l.Sumptus num*.4.*ff. de Rei vindic*. Bersan.*de Compensat. cap*. 2.*quaest*.19.*num*. 15. Et quoties bonæ fi- 24 dei possessor de rei vindicatione excipit; de melioramentis à se factis:actor replicare potest de compensandis fructibus cū melioramentis Barbosa in *l.Divortio* 8.§.*final.part*.1.*num*.42.*ff. Solut. matrim*. Et hanc esse praxim prædictæ *l. Sumptus* testatur ibi Brunneman. in *num*. 4.

Quam principalem nostram conclu- 25 sionem,scilicet quod fructus cū melioramentis bonæ fidei possessor compenset, tenent Negusant.*de Pignoribus* 4.*memb*. 5.*part.num*.12.Peregrin.*de Fideicommiss. artic*.50:*part*.3.*num*.64. Petra. *de Probibit.alienat.quaest*.15. *num*. 314. & 442. Tusch.*conclus*.490.*num*. 22. *litera F*. Leon.*decis*.98. *num*. 8. Faber. in *l. Sumptus. vers.Æquitas sola. ff.de Rei vindic*.& in *l. Emptor* 65.*in fine.ff.Eod*. Brunneman.in dicta *l.Sumptus.num*.3. Roland.à Valle

con-

consil.30.num.24. vol. 1. Ruin. consil. 13.
num.14.vol.1.Brunneman.in l.Emptor in
fine.ff.deRei vindicatione.Cyriac.Contro-
vers.195. num. 6. Scapuccin. de Salvian.
interdict.lib.2.quæst.24.num. 8. Bart. de-
cis.124.in fine. Magon. decis.Florent. 51.
num.4.vers.Actorem autem.Faria ad Co-
varruv.lib.1.cap.8. num.20. ubi num. 24.
Asserit usu ita receptum, præsertim
apud Hispaniæ Tribunalia. Bersan. de
Compensat.cap.2.quæst.19.num.16. Brun-
neman. in l. Cæterum. ff. de Rei vindic.
num. 5. Faber in l. Quod si artificem. 33.
ff.de Rei vindic.Sessè.decis.71.num.5.Ro-
sis.Select.jur.observ.cap.75. num. 36.part.
2.& num 39.& Covarruv. Variar. lib. 1.
26 cap.8.num.4. Testatur receptum esse
apud suprema Hispaniæ Tribunalia,
fieri compensationem fructuum per-
ceptorum à bonæ fidei possessore. Hoc
27 enim procedit, ut quilibet bonâ fide
acquirens fructus eos cum expensis
compensare teneatur Paul. de Castro.
consil.347.lib. 1. Socin. Jun. consil. 182.
num.34. lib. 2. & textus in l. Sumptus
Procedit, quoties quis lucratur fructus
de æquitate Socin.dicto consil. 182. num.
35.
28 Quando agitur de illo, qui vigore re-
solubilis dominii possidet; iste enim
melioramenta consequitur ab illo, in
quem res translatæ fuerunt Felin. in
cap.Cum causa.num.29.de Sent.& rejudic.
Bald.in l.In insulâ.§.Fructus.ff.Solut.matr.
Garcia de Expens.cap.18.num. 69. Gloss.
in l.Emptor. ff.de Rei vindic. Negusant.
de Pign.4.memb.5.part. num. 12. Cagnol.
l.2.num.212.Paul.de Castro.Alex.Bald.
Angel.& Jaso.in l.Domos.ff. de Legat. 1.
Gloss.in l. In insulam. §. Fructus verb.
Compensatis.ff.Solut.matrim.Valasc. de
Jure emphyt.quæst.25.num.29.Franch.de-
cis.109.num.4.Sessè decis.71.num. 5. La-
derch.consil.151.num. 6. Castill. de Usu-
fruct.cap.57.num.24.Barbosa in l.Divor-
tio 8.§.final. num. 44. ff. Solut. matrim.
Surd.consil.155.num.16.Fusar.de Substit.
29 quæst. 664. num. 1. Et qui potest vigo-
re dominii melioramenta deducere,
non tenetur cum fructibus compensa-
re, quia fructus ex re pro jure percepit
Franch.decis.109.num.4.
30 Nec etiam compensat fructus cum
expensis factis in rebus dotalibus mari-
tus; sed ipse, vel ejus hæredes deducunt
melioramenta; quia compensatio ces-
sat ubicumque fructus percipiuntur,
non jure possessionis, sed jure dominii:
cum igitur maritus omni jure fructus
suos faciat, cessat compensatio Brunne-
man.in l.Sumptus.num.7. ff. de Rei vindi-
cat.Negusan. de Pignor. memb. 4. part. 5.
num.13.Gloss.in l.Emptor.verbo.Superflu-
um.ff.de Rei vindic. Bald. & Abb. in cap.
Gravis.de Restit.spoliat. Bart. Imol. Jaso.
Bald.in l.In insulam.§.Fructus ff. Solut.
matrim.Alex.in consil 123.vol.1.Bart.in l.
In fundo.ff.de Rei vindic.Tiraquell.de Re-
tract.convent.§.7 gloss.1.num.14. Gregor.
Lopez.in l.41.tit.38.part.3.Gomez.ad. l.
Taur.46.num.3.Covarruv.Variar. lib. 1.
cap.8.num.4.Boër.decis.44.num.25.Pere-
grin.de Fideicommiss.artic.50.num.64. Et
novissimè Gallus de Fructibus disputat.
13.num.17. Quod procedit, nisi modicæ 31
fuerint expensæ text.in l.Domos.ff.de Le-
gat.1.Boër.dicta decis.44. num. 25. Quia
maritus tenetur de suo facere text. in l.
final. ff.de Impens. in rebus dotalib. fact.
Hoc enim dumtaxat locum habet, 32
in rebus dotalibus; secus verò in para-
phernalibus, & extradotalibus; quia in
iis maritus compensat fructus Gabriel.
tit.de Acquir.rer.dom.Berojus.quæst.22.Pe
regrin. de Fideicommiss. art.50. num.64.
Borg.de Usufruct.num.200.
Emptor cum pacto de retrovenden- 33
do ex statuto: nec etiam compensat
fructus cum expensis Sessè.decis.71.num.
5.Ruin.consil.84.num.1.Rosis.Select. jur.
observ.cap.75.num.28. part.2. Gloss. in l.
Emptor.ff.de Rei vind. Tiraquell. de Re-
tract.convent. §. 7. gloss. 1. num 4. Petra.
de Probib alienat.quæst.15.num.383:Bar-
bosa.in l.Divortio.§.final.num. 45. ff. So-
lut matrim. Nec etiam compensat fru- 34
ctus cum melioramentis restituens rem
ex remedio l.2.C.de Rescind. vendit. Bar-
bosa in dicta l.Divortio. Et nuperrimè
Gallus de Fructibus disputat.13.num.24.
Possidens rem hypothecatam, qui cam 35
melioravit, si auferatur res à creditore
anteriore, non compensat possessor fru-
ctus cum melioramentis Tusch: concl.
490:num.25.litera F. Quia creditor nul-
lum jus habet in fructus perceptos à
ter-

tertio possessore ante litis contestatio-
nem.Franch.decis.112.num.13.Gall. di-
36 sputat.13,num.25.Si fructus percipiun-
tur post litem contestatam cum melio-
ramentis compensantur text. in l. Si
fundus 16.§.In vendicationem.ff.de pignor.
Covarruv.lib.1.var.cap.3.num.6.

37 Usufructuarius,licèt detrahat melio-
ramentajuxta text.in l.Eum ad quem.C.
de Usufruct.Garc.de Expens.cap.11.num.
25.Attamen fructus compensare non
tenetur Bersan. de Compensat. cap. 2.
quæst.19.num. 36.Peregrin. de Fideicom-
miss.artic.50.num.64. Nisi sint expensæ,
quas fructuarius facere tenetur: Nam
eas repetere nequit text. in l. Hactenus
8.ff.de Usufruct.Eò quia in bono statu
res ipsas conservare tenetur text. in l.
Usufructus 7.§.final.ff.de Usufruct.Garc.
38 de Expens.cap.12 num.48.Quælibet per-
sona habens causam ab aliquo ex præ-
dictis, circa rem expendens potest ex-
pensas recuperare; neque cum fructi-
bus compensare tenetur,ut de habente
causam ab hærede gravato restituere
Peregrin.de Fidicomm.artic.50.num. 64.
Gallus disputat.13.num.28.Procedit eti-
39 am in habente dumtaxàt causam reti-
nendi,percipiendique fructus:Nam ex-
pendendo non compensat cum fructi-
bus Barbosa in l.Divortio.§.final. n.44.
part.1.ff.Solut.matrim. Petra de Probib.
alien.quæst.15.num.318. Idem est in eo,
40 qui habet causam ab illo, cui fructus
debentur; quia expendendo minimè
cum fructibus compẽsat Gabriel.tit.de
Acquir.rer.domin.concl.1.num.12. Gall.
disputat.13.num.29. Idem est in hærede
41 gravato restituere sub cõditione;quip-
pe quamvis eveniat conditio, & domi-
nium resolvatur, melioramenta facta
cum fructibus minimè compensare de-
bet Bersan.de Compensat.cap.2.quæst.19
num.37.Castill.de Usufruct.cap.56.num.
12. Tranchedin. consultat. 89. num. 15.
Barbosa.in l.Divortio.§.final.num.21.ff.
Solut. matrim. Boër. decis.44. num.13.
Quia interim jure dominii possidet, &
per consequens fructus suos facit text.
in l.Domos.ff.de Legat.1. Et conditionis
eventus quo ad dominium, & fructuũ
utilitatem non retrotrahitur, ideoque
haud deductioni refragatur compensa-
tio Bersan.de Compensat.cap.2.quæst.19.
num.38.Boër.decis.44.num.21. Brunne-
man.in l.Sumptus. num.5.ff.de Rei vindic.
Pinell.ad l.2.C.de Rescind.vẽdit.num.62.
Ille à quo res, vel fructus peti non po- 42
terant, eo tempore, quo eos percipie-
bat, minimè cum expensis compensare
tenetur Gloss.in l.Emptor.ff.de Rei vin-
dicat.Alex.consil.161.num.3.lib.7.Petra
de Probib.alienat.quæst.15.num.320.Gal-
lus de Fructibus. disput.13.num.3.

Excluditur ergo compensatio in fru- 43
ctibus perceptis durante titulo, & cau-
sâ possidendi; illâ verò finitâ aliud erit
dicendum Barbos. in l.Divortio 8.§.fi-
nal. part.2. num.4. ff.Solut.matrimon.
Unde quilibet habens titulum vali- 44
dum, quamvis resolubilem, aut revo-
cabilem,ut hæres gravatus,emphyteu-
ta, vassallus, & emptor cum pacto de
retrovendendo,fructus perceptos ex re
tunc suâ jure dominii, de juris rigore nõ
tenetur eos cum expensis compensare,
sed eos lucratur Bersan.de Compensat.
cap.2. quæst.19. num.17. Gloss. in l.Em-
ptor.in verbo Superfluum.ff.de Rei vindic.
Mangil.de Evict.quæst.153.num.3.Alex.
in l.Domos. num.1.ff.de Legat.1. Cancer.
lib.1.Variar.cap.2.num.17. Paul.de Ca-
stro consil.247.lib.1.in fine. Peregrin.de
Fideicommiss.art.50.part.3 num.64. Ro-
sis Select.jur.observ.cap.75.num.41.part.
2.Molina de Primogen.Hispan.lib.1.cap.
26.num.14. Afflict. decis.87.num.6. Ca-
pyc.decis.93.num.12. Gratian. Discept.
forens.cap.193.num.3. Fructus cum ex- 45
pensis compensantur dumtaxat, quan-
do fructus spectabant ad vindicantem;
secus verò si ad alium attinebant Sessè
decis.71.num.4. Molinæus tit.1. part.1.
glos.5.num.78.§.1.Garc.de Expens.cap 23
num. 56. Ruin. consil.54. num.84. lib.1.
Gallus de Fructibus. disput.13. num. 32.
Compensantur ergo fructus cum ex- 46
pensis, quoties expensæ sunt deducibi-
les;si verò expensę factæ pro tẽpore du-
raturæ sunt, deduci nequeunt text.in l.
3.§.Sed si generaliter. l.Penultim.ff.de Im-
pens.in rebus dotalibus. Boër. decis.44.
num.13. Itaut si expensæ sunt deduci-
biles, debent permanere ultra tempus,
quo res restituta fuerit, & pro rei me-
lioratione deducitur tempus restitu-
tio-

tionis; non autem pro eo, quod est impensum, nisi minor esset impensa, quàm præsens melioratio Bart. in *l. Domos, ff. de Legat.* 1. Boër. *decis.* 44. *num.* 13. Alex. in *l. Divortio. §. Impendia ff. Solut. matrimon.* Roland. à Vall. *consil.* 28. *num.* 25. Peregrin. *de Fideicommiss. artic.* 50. *num.* 13. Jaso in *l. Si in area ff. de Condict. indeb.* Paul. de Castro. *consil.* 270. Ruin. *consil.* 14. *col.* 3. & *consil.* 135. *num.* 15. Magon. *decis. Florent.* 49. *num.* 16.

47 Fructus prius compensantur cum usuris; scilicet quando quis emit à non domino, & solvit pretium vero domino; id est in ejus utilitatem text. in *l. Emptor* 69. & ibi Bart. *ff. de Rei vindic.* Idem si quod expensum est consistit in æris alieni resolutione text. in *l. Minor* 41. *§. Prædia ff. de Minoribus.* Bart. in *l. Emptor. ff. de Rei vindic.* Boër. *decis.* 44. *num.* 26. Gallus *de Fructibus disputat.* 13. *num.* 25.

48 Possessor bonæ fidei, qui adolescentem possidebat, eumque imbuit artificio, ex quo fructus percepti à bonæ fidei possessore, post annum vigesimum quintum compensantur cum expensis in erudiendo puero factis text. in *l. Quod si artificem.* 33. *ff. de Rei vindic.* Ubi sic ait Modestinus. *Quod si artificem fecerit, post 25 annum ejus, qui artificium consecutus, impensæ factæ poterunt compensari.* Unde ad hanc compensationem ineundam tria concurrere debere fatetur Brunneman. in *l. Cæterum. num.* 8. *ff. de Rei vindic.* 1. Ut operæ proveniant ex artificio, non ex officio 2. ut puer dedicerit artificium sumptibus possessoris. 3. ut præstentur post 25. annum ætatis.

49 Possessor hæreditatis compensat quoscumque justos sumptus, quos fecit de suo propter onera hæreditaria text. in *l. Sorori. 6. §. final. ff. Si pars hæred. petat.* text. in *l. Hæredes* 51. *l. Si quid possessor. §. Sicut ff. de Petit. hæred.* Et omnium harum impensarum compensatio fit ipso jure juxta Cujac. in *l.* 4. *C. de Petit. hæred.* Absque Judicis officio, & ratio est, quia hæreditatis petitio est bonæ fidei. text. in

50 *l. final. C. de Petit. hæred.* Sed hodie in omnibus actionibus, tam bonæ fidei, quàm stricti juris locum habet compensatio absque officio Judicis. Igitur non desideratur exceptio doli mali text. in *l. Planè* 38. *ff. de Petit. hæred.* Ast desiderari videtur in *l. Utiles* 39. *l. Hæreditarias. §.* 1. *ff. Eod. tit.* Quibus respõdetur ex text. in *l. Final. ff. Eod.* Quamvis non proponatur exceptio doli mali compensationis jure, satis per Judicis officium consuli nitet ex text. in *l. ult. ff. de Petit. hæred.* Possessor bonæ fidei compensat id, quod de suo patrimonio erogavit in infirmitate, curationeque defuncti, dummodò impensum esse probet textus expressus in *l.* 4. *C. de Petit. hæred.* Cujus verba sunt. *In restituenda hæreditate compensatio ejus habebitur, quod te in mortui infirmitatem, inque sumptum funeris bona fide ex proprio tuo patrimonio erogasse probaveris.* 51

Ex dictis collige, quod fructus ante litis contestationem percepti compensandi sunt, cum expensis text. in *l. Sumptus. ff. de Rei vindic.* ibi: *Scilicet si fructuũ ante litem contestatam perceptorum summam excedant; etenim admissa compensatione. &c.* text. in *l. Emptor. ff. de Rei vindic.* ibi: *Scilicet si minus in fructibus ante litem cõtestatã perceptis fuerint.* Sectãtur Coppus *de Fructibus lib.* 1. *tit.* 4. *cap.* 7. *n.* 4. Covarruv. *lib.* 1. *cap.* 8. *num.* 4. Gutierrez. *lib.* 3 *Practic. quæst.* 68. *num.* 13. Gamm. *decis.* 364 *num.* 2. Leon. *decis.* 153. Boër. *Famil. quæst.* 19. *num.* 3. Loriot. in *l. Fructus. ff. de Reg. jur.* Franch. *decis.* 191. *num.* 11. Afflict. *decis.* 86. *num.* 6. Cavalcan. *decis.* 28. *num.* 8. Tiraquell. *de Retract. consang. §.* 1. *gloss.* 15. *num.* 29. Menoch. *de Remed. possess. remed.* 15. Garc. *de Expens. cap.* 23. *num.* 55. Nam juris rigore possessor hos fructus minimè lucratur, cum dominus non sit; sed de æquitate ratione bonæ fidei text. in *§. Si quis à non domino. Institut. de Rer. divis.* text. in *l. Sumptus. ff. de Rei. vindic.* Ita ex eadem æquitate dicendum est, eos debere compensare. Bartolus in dict. *l. Sumptus.* Animadvertit, quod bonæ fidei possessor doli exceptione expensas recuperat, nisi cum fructibus computentur. Odofredus in eadem *l. Sumptus.* Tenet, quod si tantũ est in fructibus, quãtum in sumptibus non recuperat, qui facit sumptus. Nam usque ad quãtitatem fructuum admittitur compensatio. Angelus in dicta *l. Sumptus.* Asserit, quod bonæ fidei possessor sumptus de novo factos utiliter 52 53 54 55

vi exceptionis recuperat, quatenùs fructus excedunt. Alii enim cum fructibus compensantur usque ad concurrentem quantitatem, & hæc compensatio sumptuum cum fructibus fit à lege, juxta Gloss. in *l. Quod si artificem. verbo. Impensæ. ff. de Rei vindic.*

56 Collige cũ Angelo per text. in *l. Quod si artificẽ. ff. de Rei vindic. in princ.* Quod operæ perceptæ ex puero erudito usque ad 25. annum, compensantur cum eruditionis expensis: & in eadem *l. num.* 4. advertit Fulgosius, quod cum fructus percepti ante 25. annum compensentur cum fructibus factis in addiscendo artificio, sumptus non debent restitui, & ita decisum fuit in Rota Romana teste

57 Puteo. *decis.* 176. *num.* 3. Ubi refert, quod ille, qui domus retentionem habebat, ob melioramenta, durante retentione, tenebatur compensare domus pensiones cum melioramentis, ut asseverat Leon. *decis.* 53. *num.* 9.

58 Limita 1. Nostram conclusionem in emphyteuta rem emphyteuticam cum meliorationibus restituente, qui minimè fructus cum melioramentis compensat, quia non percipit fructus ratione nudæ promissionis, ut est in *l. Sumptus. ff. de Rei vindic.* Sed ratione utiiis dominii Negusant. *de Pignorib. memb.* 5. *part.* 4. *num.* 14. Garcia *de Expens. cap.* 23. *num.* 57. Brunneman. in *l. Sumptus. num.* 8. *ff. de Rei vindic.* Bersan. *de Compensat. cap.* 2. *quæst.* 19. *num.* 35.

59 Limita 2. In re subjecta fideicõmisso, quo casu non compensantur fructus cum melioramentis: nec obstat dispositio text. in *l. Sumptus. ff. de Rei vindic.* Nam intelligi debet in casu, quo fru-

60 ctus ex re aliena percipiuntur. Secùs verò, quando ex re propria; quamquam sit restitutioni subjecta Cravet. *consil.* 408. *num.* 13. *vol.* 3. Brunneman. in *l. Sumptus. num.* 5. *ff. de Rei vindic.* Ruin. *consil.* 135. *num.* 14. *vol.* 3. Crem. *singul.* 106. Rol. à Valle. *consil.* 30. *num.* 4. *lib.* 1. Bersan. *de Compensat. cap.* 2. *quæst.* 19. *num.* 41.

61 Limita 3. In emente à marito dotalem rem, & in ea melioramenta faciẽtẽ, quæ minimè cum fructibus compensantur; quoniam si res à marito alienata non fuisset, fructus matrimonio constãte ad maritum pertinerent, ideòque locũ habere nequit æquitas. text. in *l. Sumptus. ff. de Rei vindic.* Negusant. *de Pignorib. p.* 4. *memb.* 5. *n.* 16. Bersan. *de Compensat. cap.* 2. *quæst.* 19. *num.* 43. Brunneman. in *l. Sumptus. num.* 7. *ff. de Rei vindic.*

62 Quid si filius Prælati mortui, in anno gratiæ, prædium devastatum vendat, sine consensu Clericorum, & post 25. annos expetat repetere; & possessor, quia erat bonâ fide constitutus, (venditor enim se impetraturum consensum promiserat) meliorationis postulabat: an locus datur compensationi? Huic sciscitationi respondetur, quod si fructus excedant, vel æquent præsentis meliorationis æstimationem, compensatio locum nanciscitur: aliter enim asseverandum est, quoties meliorationis æstimatio excedat teste Mevio *part.* 3. *decis.* 41. *n.* 2. quem adducit, ac sectatur Brũneman. in *l. Sumptus* 48. *n.* 6. *ff. de Rei vindicat.*

SUMMARIUM

1 *Donatio unde dicatur.*
2 *Donum est datio irreddibilis.*
4 *Munera dicuntur, quia manu tradũtur.*
4 *Donum separatur à munere.*
5 *Donatio quid sit.*
6 *Donatio inter vivos quænam sit.*
8 *Donatio causa mortis revocari potest; secus verò donatio inter vivos.*
9 *Donatio olim non perficiebatur consensu tantùm, sed traditione rei opus erat.*
10 *Donatio hodie nudo consensu perficitur.*
11 *Donatio quando insinuatione indigeat.*
12 *Insinuatio cur in donationibus requiratur.*
13 *Donationes factæ, diversis temporibus, an requirant insinuationem.*
14 *Lex Cincia donationibus modũ imposuit.*
15 *Donatio causa mortis quænam sit.*
16 *Quid requiratur ad hoc, ut valeat donatio causa mortis.*
17 *Debitor donans creditori suo, non videtur donare animo donandi, sed compensandi cum debito.*
18 *Nonnulli contrarium tenent, scilicet donationem à debitore factam non censeri animo compensandi cum debito.*
19 *Donatio propter nuptias non est necessaria, sed voluntaria.*
20 *Donatio facta a debitore necessariò cense-*

setur animo compensandi cum debito.
21 *Debitor necessarius legans creditori videtur animo compensandi legare.*
22 *Debitor voluntarius donans creditori suo, non videtur donare animo compensandi.*
23 *Debitum necessarium quid sit.*
24 *Differentia inter debitum voluntarium, & necessarium.*
25 *Debitum necessarium quare dicatur.*
26 *Debitum voluntarium quare dicatur.*
27 *Debitor necessarius quis sit.*
28 *Debitor voluntarius quis nuncupetur.*
29 *Donatio est liberalitas, quæ nullo jure cogente fit.*
30 *Donatio à patre filio, & à liberto patrono facta non compensatur cum legitima filio, & patrono debita*
31 *Et traditur ratio quare compensatio excludatur.*
32 *Debitum sub conditione compensari non potest.*
33 *Creditor sub conditione non dicitur creditor.*
34 *Debitor, si erat futurus debitor, non videtur donare animo compensandi.*
35 *Donatio facta à debitore creditori postquam effectus est debitor, censetur facta animo compensandi.*
36 *Debitor donans compensare præsumitur, quando donata res debiti quantitatem excedit.*
37 *Compensatio præsumitur in donatione, quando ex eadem causa, qua debetur, donatum est.*
38 *Compensatio admittitur, nè præsumatur donans plus diligere donatarium, quàm semetipsum.*
39 *Donatio facta à debitore voluntario cōpensatur, quando adsunt conjecturæ compensationem inducentes.*
40 *Donatio quoties valet inter vivos non compensatur in legitimæ partem debitā.*
41 *Verbum concedo donationem importat.*
42 *Donatio inter vivos non præsumitur facta animo compensandi.*
43 *Præcipuè quando debetur quantitas, & donatur species.*
44 *Donatio causa mortis, vel inter vivos facta uxori à marito, non censetur animo compensandi de specie ad quantitatē*
45 *Maritus donans uxori cum juramento, non censetur donare animo cōpensandi.*
46 *Maritus constante matrimonio non dicitur debitor dotis.*
47 *Proponitur altera quæstio.*
48 *Dos, juxta nonnullos, compensatur cum mercede debita.*
49 *Donatio in dubio non præsumitur, sed potius compensatio.*
50 *Donationis præsumptio non censetur, quando subest alia causa donationem excludens.*
51 *Donationis actus potiùs attribuendus est concurrenti causæ, quàm voluntati donandi.*
52 *Actus sequens præsumitur factus in exequutione præcedentis tractatus.*
53 *Præsumptio est quod solutio fiat secundùm titulum præcedentem.*
54 *Dominus dotans famulam censetur dotare animo donandi; secus verò compensandi.*
55 *Extraneus dotans præsumitur dotare animo donandi.*
56 *Donatio favore dotis præsumitur, licèt alia causa subesse possit.*
57 *Dotis favore concurrit privilegium piæ causæ, cujus favore præsumitur donatio.*
58 *Dos nuncupatur causa pia.*
59 *Præsertim quando datur pauperi.*
60 *Donatio inter vivos creditori facta, non censetur animo compensandi cum debito.*
61 Referuntur Doctores hanc secundam conclusionem foventes.
62 *Legatum nil aliud est, nisi quædam donatio.*
63 *Argumentum de contractibus ad ultimas voluntates, & è contra, validum est.*
64 *Dominus dotando famulam dicitur debitor voluntarius.*
65 *Quia voluntariè famulam in suam familiam recepit.*
66 *Debitor voluntarius non præsumitur donare, nec legare animo compensandi cum debito.*
67 *Distinctio debiti necessarii, & voluntarii in legato, procedit quoque in donatione.*
68 *Donatio inter vivos non videtur animo compensandi facta.*
69 *Donatio à patre filio facta non videtur animo compensandi.*
70 *Donatio non censetur facta animo compensandi, quando debetur quantitas, &* do-

donatur species.
71 *Nisi aliqua urgens extet conjectura.*
72 *Animus compensandi præsumitur ex identitate, vel æqualitate quantitatis.*
73 *Successor singularis, si ex titulo lucrativo agat contra debitorem, cujus nomen fuit sibi donatum, & ipse debitor opponat compensationem, donatarius authorem defendere debet.*
74 *Argumentum de donatione ad legatum validum est.*
75 *Compensatio cum debito admittitur in donatione inter vivos ex conjectura ta mente disponentis.*
76 *Animus compensandi non præsumitur quando disponens dixit dono donationis titulo.*
77 *Donationis præsumptio facilius censetur inter conjunctos.*
78 *Ex sanguinis conjunctione videtur quis animo liberali fecisse id, quod aliàs animo compensandi intelligi poterat.*
79 *Clausula in donatione apposita, ut donatarius commodiùs cum uxore, & filiis vivere possit, compensationis præsumptionem excludit.*
80 *Præsumptio compensationis refellitur quando summæ sunt diversæ.*
81 *Interpretatio contra donantem fieri debet.*
82 *Præsumptio compensationis rejicitur ex clausulis in donatione appositis, nimirùm revocans omnes actus, qui in diminutionem donationis extiterint.*
83 *Legatum relictum uxori, donec vidualem vitam servaverit, non censetur relictum animo compensandi cum lucro dotali à statuto proveniente.*

ARGUMENTUM

Utrùm Donatio facta à Debitore creditori suo, censeatur facta animo compensandi cum debito.

QUÆSTIO XXIV.

ADoni certè datione, donationem exortam fuisse docemur ex textu in *l.Senatus. §.1. ff.de Donat.c auf.mort.* 1
Donum aliqui existimant Græcum esse, & est datio irreddibilis juxta Aristotelē *lib.4.Topic.* Veteres autem donationem propriè appellabant eā, ubi ipsa rei traditio, datioque accesserat. Nam Paulus in *l.35. §.1.ff.de Donat. causa mort.* Offirmavit donationem exemplo Græcorum dictam esse à dono, & datione Plinius *lib.35.* testatur, antiquos Græcos palmum appellasse, ideòque vocasse munera, quoniam manu darentur tracta à Græco *Doron.* Græci enim antiqui Doron palmum vocabant; & ideò Dora munera, quoniam manu traderentur; quapropter antidora remunerationes dicebant, hoc est contrarias donationes text. in *l.Sed si lege 28.§.Consuluit. ff.de Petit. hæreditat.* ut referūt Conan.*lib.5.cap.9.n.2.*Covarruv.in *Rub.de testam.num.2.*Cabreros *de Metu lib.2.cap.3.n.2.* Accurs.& Bart.in *l.35. §.Senatus. ff.de Donat.causa mor.* Curt.*lib.1.Conject.cap.19.*Contius *lib.1 Disputat.cap.12.* Donum dicitur à donando *l.Inter 194.ff.de Verbor.signif.* Et à munere separatur, tamquam genus à specie *l.Munus 219. ff.Eod.* Valla *lib.6. Eleg.cap.39.* Alciat.*Disput.lib.3.cap.3.* Ossuald.ad Donell.*lib.14. num.26. l.Solent 6.§.fin ff.de Offic.proconf. l Plebis cito. ff. de Offic. Præsid. l Qui libertinus 37. l.Campanus 47.ff.de Oper.l ibertor.* Confert Seneca *de Benefic. lib.6. cap.1.* ibi: *Aliud munus, aliud ipsa donatio.* Donatio propriè dicitur mera quædam liberalitas, quæ nullo jure cogente fit; sed ex sola liberalitate, donantisque munificentiâ procedit, ut depromitur ex text. in *l.1.& l.Donari.ff.de Donat.* text. in *l.Donari videtur.ff.de Reg. jur.* Duplex enim est donatio inter vivos, & causâ mortis. Donatio inter vivos, ideò sic appellatur, quia vivente donatore sortitur effectum text. in *§.1. Institut.de Donationibus.* Est enim inter vivos donatio, quæ absque ulla mortis cogitatione fit text. in *§. Aliæ autem. Institutionib.de Donationib.* Hæc semel per-

8 perfecta temerè non revocatur; donatio causâ mortis, quotiescumque donator vult, revocari potest text. in *§. 1. Institutionib. de Donat.* Secus est in donatione inter vivos, quæ semel perfecta temerè non revocatur text. in *l. ultim. C. de Usucapionib. pro donat.* text. in *§. Sciendum. Institut. de Donat.* Quod fuit solemnis cantilena Atheniensium, ut refert Plato in Philebo, temerè Justinianus inquit in *§. 2. Institut. de Donat.* Nam ex causa donatio perfecta quit revocari, veluti si erga donatorem donatarius ingratus extiterit text. in *l. Ultim. C. de Revocand. donat.* text. in *§. Secundum. Institut. de Donat.*

9 Olim donatio haudquaquam consensu tantùm perficiebatur; sed donatæ rei traditione opus erat text. in *l. 3. 4. & 9. C. de Contrab. empt.* Bart. in *l. Jurisgentium. versic. Nunc ad propositum. ff. de Pact.* Pichard. in *princip. Institut. de Donat. num. 5.* Corn. *consil.* 141. *num.* 8. & 9. *lib.* 2. Padilla in *l. Naturalis. num. 25. ff. de Præscript. verb.* Mantica *de Tacit. & ambig. convent. lib. 13. tit. 1. num.* 2. Cabreros *de Metu lib. 2. cap. 3. num.* 3. Quod etiam patet ex quodam Martialis Epigrammate, qui loquens de donatione, quæ promissione consistit, sic aliquando lusit. *lib. 10. Epigramm.* 16.

Si donare vocas promittere, nec dare Cai:
Vincam te donis, muneribusque meis.
Accipe Callaicis quicquid fodit Astur in arvis,
Aurea quicquid habet divitis unda Tagi;
Quicquid Erythræa niger invenit Indus in Alga,
Quicquid & in nidis unica servat avis;
Quicquid Agenorio Tyros improba cogit aeno:
Quicquid habent omnes, accipe quomodo das.

Quibus carminibus jocatur, parvi esse momenti donationes, quæ dumtaxat solâ promissione emittuntur, nec unquam reducuntur ad actum, quo per-
10 fectionem accipiunt. Sed hodie ex Justiniani Imperatoris constitutione, donatio consensu nudo perficitur, ut emptio text. in *l. Si quis argentum. §. ultim. C. de Donat.* Quando verò donatio summam quingentorum solidorum excedit, insinuationem exoptat text. in *§. Aliæ autem. Institut. de Donat.* text. in *l. Ultim. C. de Donat.* Est autem insinuatio, donationem in scriptis redigere, & coram Judice declarare suam voluntatem; ejusque assensum, & authoritatem expetere, & petit ad acta judicii redigi, & super ea scripturam confici, juxta formam text. in l. *Donatio. in fine.* text. in *l. In donationibus. C. eodem tit.* Ut videlicet nomen, tam donatoris, quàm donatarii, resque donata in scriptura exprimatur; & ob duas causas hæc solemnitas, juxta Bart. in *l. Modestinus. ff. de Donat* Requiritur. Prima est ne dona- 12
tiones fiat clàm, & homines decipiatur text. in *l. Data. C. de Donat.* Nam ubi Authoritas Judicis intervenit, dolus, & metus abesse præsumitur text. in *l. 1. C. de Præd. minor.* Secunda, quia in quantitatibus magnis major exigitur observantia text. in *l. final. & Autbent. sequent. C. Si cert. petat.* Nam ubi est majus periculum, ibi est cautiùs agendum text. in *cap. Ubi. de Elect. in 6.*

Si verò donationes factæ sint diversis 13
temporibus; quæ separatæ minimè quingentos solidos excedunt; coacervatæ verò solidos quingentos superant, pro pluribus donationibus censentur; & valent absque insinuatione text. in *l. Sancimus. C. de Donat.* Insinuatione factâ, valet inter vivos donatio, quamquam quis donet universa bona text. in *l. Si quis argentum. C. de Donat.*

Olim lex Cincia donationibus mo- 14
dum imposuit *l. 4. C. Theodosian. de Donat.* Quę à Marco Cincio Tribuno plebis fuit lata, ut refert Cicer. in *lib. 2. de Orat.* ibi: *Fabio Maximo suadente.* Idē Cicer. in *Cato. Major. & lib. 1. ad Attic.* Tacit. *lib.* 13. Livius *lib.* 34. Et ad hāc legem Cinciam Paulus librum singularem scripsit, ut constat ex *l. Contra legem. ff. de Legibus.* Quæ descripta est ex libro singulari Pauli ad legem Cinciam, qua lege cavebatur, ut nè plus ducenteis aureis donare liceret, extra quam, si conjunctis personis donaretur, quod eo ampliùs donatum esset, nōn esset ratum Horhoman.

man. *lib. 2. Rom. antiq. verb. Cincia.* Quam muneralem legem profectò vocat Plaut. in *Fragm. part. 2.*

Neque muneralem legem, neque lenoniam.

Rogata fuerit, nec ne flocci æstimo.

Ut ibi notavit Operarius *num.* 13. Sed hæc Cincia postea sublata fuit per Justinianum Imperatorem in text. in *Novell.* 162. Ubi pro *Sentia.* legendum est *Cincia.*

15 Alia est donatio, quæ causâ mortis nuncupatur, cujus origo à jure gentium descendit text. in *l.* 1. *ff. de Donat.* text. in *Princip. Institut. de Donat.* Est autem donatio causâ mortis liberalitas quædam, quæ cogitatione, seu consideratione mortis instantis, vel futuræ fit, cum donans magis vult se rem donatam habere, quàm eum, cui donat; & magis eum, cui donat, quàm hæredem suum text. in *l.* 11. *ff. de Donat. causa mort.* text. in *Princip. Institut. de Donat.* Sic, & apud Homerum *Odyss.* 27: Thelemacus donat Pyræo.

Pyrææ incertus, quoniam, rerum exitus harum est

Si tacita incautum stolidi, me forte necare.

Morte proci poterunt, & opes vexare paternas:

Hæc ego te malo, quàm illorum quempiam habere.

Sin ego eos justa meritos affecero clade,

Tum mihi tu læto reddis illa omnia lætus.

16 Requiritur enim ad hoc, ut donatio causâ mortis valeat, quod donans habeat testamenti factionem activam text. in *l. Tam is. ff. de Donat. caus. mort.* Et ut donatarius habeat testamenti factionem passivam text. in *l. Omnibus. ff. de Donat. caus. mort.* Ut in ea mortis mentio adsit; aliàs inter vivos donatio facta censetur. text. in *Princip.* & ibi Gloss. *Verbo Humanitatis. Institut. de Donat.* Optatur quoque tàm donantis, quàm donatarii præsentia. text. in *l: Inter mortis. ff. de Donat. caus. mort.* Si per stipulationem fit, requiritur præsentia, cum absens stipulari nequeat text. in *l.* 1. *ff. de Verb. obligat.* Denique requiritur, ut quinque interveniant testes. text. in *l. final. ff. de Jur. codicill.*

Nunc verò ad quæstionem nonnulli respondent, debitorem suo creditori donando non videri donare animo donandi; sed animo compensandi cum debito argument. text. in *l. Si cum aurum. ff. de Solut.* Et tradunt Cravet. *consil.* 242. Bart. in *l. Unic. num.* 10. *C. de Rei uxor. act.* Hyppolit. *sign:* 162. Tepat. *Variar. Sent. tit.* 160. *cap.* 2. Bald. in *l.* 2. *C. de Jur. dot.* Tiraquell. in *l. Si unquam. verbo. Donatione largitus. num.* 206. *C. de Revoc. donat.* Cabed. *decis.* 117. *num.* 2. *part.* 1. Bald. in *cap. Si cautio. de Fide instrum.* 17

Alii contrarium asseverant, nempe donationem à debitore creditori factam nunquam censeri factam animo compensandi cum debito: nisi exprimatur. text. in *l. Etiã. §. Si debita.* text. in *l. Si verò ff. de Bon. libert.* Et tenet Gregor. Lopez. in *l.* 16. *tit.* 9. *part.* 86. *ad fin.* Sanchez. *lib.* 4. *consil. moral. cap.* 2. *dub.* 15. *num.* 17. Menoch. *lib.* 3. *præsumpt.* 142. *num.* 2. Surd. *consil.* 112. *n.* 42. *lib.* 1. Sperell. *dec.* 176. *n.* 64 Alex. *cons.* 12. *num.* 5. *lib.* 2. Rota Roman. *decis.* 174. *num.* 39. *part.* 6. *Recent.* Socin. Sen. *consil.* 93. *num.* 21. *lib.* 1. Quod extendunt ad donationem propter nuptias. Nam si vir reliquit uxori legata similis quantitatis, non animo compensandi cum ipsa donatione fieri dicitur à viro, quia hodie donatio propter nuptias non est amplius necessaria; sed merè voluntaria Salyc. in *Authentic. Dos data. num.* 2. & ibi Bald. *Verb. Sed statim. C. de Donat: propt. nupt.* Molina *de Contract. disputat.* 290. *num.* 8. *vers. hodie tamen.* Sperell. *decis.* 176. *num.* 56. Jul. Clar. in *§. Donatio. quæst.* 11. Gloss. in *Authentic. Æqualitas. in verb. Pari. C. de Pact. convent.* Hondend. *consil.* 48. *num.* 10. *lib.* 2. Sed his omnibus haud obstantibus, mihi videtur distinguendum esse: aut debitor donans erat debitor necessarius; aut voluntarius. 18 19

Si debitor necessarius erat, tunc donatio animo compensandi facta videtur argument. text. in *l. Si cum dotem. §. Si pater. ff. Solut. matrim.* text. in *l. Auth. Præterea. C. Unde vir. & uxor.* text. in *l. Omnimodo. §. Imputari. l. Quoniam novella. C. de Inoffic. testam.* text. in *l. Hujusmodi* 86. *§. Cum pater. ff. de Legat.* 1. text. in *l. Titia cum testamento. §. Qui invita. ff. de* Le- 20

Legat.2. Et tenent Alex. *consil.7.num.16. lib.6.* Bertrand. *consil. 347. num. 2. vol. 2.* Mascard. *de Probat. concl. 333. num. 2.* Tepat: *Variar. Sent. tit. 160. cap. 2.* Bersan. *de Compensat. cap. 2. q. 30. n. 66.* Sadarin. in *Respons. 28. num. 26.* Mansus *consult. 36. num. 5. & num. 26.* Jaso in dicta *Authent. Præterea. num. 20. C. Unde vir. & uxor.* Roccus *Respons. 64. num: 3.* Alex. *consil. 12. vol. 2.* Cravet. *consil. 131. num. 14.* Ancharan. *consil. 7. num. 4.* Capyc. *decis. 180. num. 20.* Seraphin. *decis. 568.* Rovit. *consil. 94.*
21 *num. ultim. lib. 1.* Sicuti verissimum est, quoque in debitore necessario, qui creditori legans censetur animo compensandi legare Gutierrez. *de Tutel. part. 3. cap. 5. num. 3. 4.* Zamoran. *de Compensat. disputat. 4. cap. 8. §. 2. num. 6.* Covarruv. in *cap. Officii. num. 2. de Testament.* Ripoll. *Variar. Resolut. cap. 13. num. 220.* Suarez in *l. 1: tit. de las Arrhas. num: 36.* Barr. *de Success. tit. de Legat. lib. 9. tit. 22. num. 9.* Castill. *de Aliment. cap. 18.* Barbos. *de Jur. Eccles. lib. 3. cap. 19. num. 28.* Gomez *Variar. Resolut. tom. 1. tit. de Legat. num. 27.* Barbosa in *l. 8. num. 5. C. de Compens.*

22 Si verò donans erat debitor volunrarius, tunc animo compensandi donare non videtur argum. text. in *l. Creditorem 87. ff. de Legat. 2.* text. in *l. Si compensandi 6. C. de Hæredib. institut.* text. in *l. Creditor 16. C. de Legat.* text. in *l. unica. §. Sciendum. C. de Rei uxor. act.* Quia in debitis voluntariis nunquam præsumirur animus compensandi Mascard. *de Probat. conclus. 333. num. 1.* Bersan. *cap. 2. quæst. 30. num 31.* Sadarin. *Respons. 18: num. 25.* Tusch. *concl. 494. num. 25. lit. C.* Capuc. *Prax. judic. part. 3. cap. 7. num. 49. vol. 1.*

23 Et ad hoc, ut debitum necessarium noscatur, ejus attenditur origo; cum illud dicatur necessarium, vel voluntarium debitum, quod à principio habuit causam necessariam, vel voluntariam text. in *l. Si cum dotem. §. Si pater. ff. Solut. matrim.* Sed quamquam omne debitum postquàm semel est contractũ, quacumque viâ, & modo contractum sit, dicatur generali quadam ratione necessarium, nempe quatenus necessariò est solvendum, ut ad oculum patet; tam lege naturali, quàm positivâ, divinâque, aut humanâ: attamen in juris sensu minimè omne debitum necessarium vocatur. Sed quoddam appellatur necessa- 24 rium, quoddam voluntarium; hæc autem sumitur differentia ex initio, causâque inducente necessitatem debiti. Nam aliquando hæc causa est necessaria; dum provenit absque ullo penitus facto hominis voluntario, videlicet cum debitum immediatè à lege, statuto, consuetudineque originem protrahit; ut est in patre, qui dicitur debitor necessarius legitimæ filio debitæ, vel dotem præstandi, cum filias dotare munus nuncupetur paternum text. in *l. Qui liberos. ff. de Rit. nupt.* text. in *l. final. C. de Dot. promiss.* Et in jure hoc debitum ne- 25 cessarium vocatur; vel etiam legale, quare inductum est ab ipsiusmet legis præcisâ necessitate; ratione cujus immediatè quis constituitur absque ejus facto debitor, & invitus aliquid solvere astringitur. Interdùm voluntaria 26 equidèm est debiti causa; quia immediatè ex contractu, vel quasi, sive ex facto ipsiusmet debitoris ordinato, præsertim ad inducendam similis debiti necessitatem descendit, & debitum hujusmodi voluntarium, conventionaleque appellatur.

Ex his collige, quod in jure dicitur 27 debitor necessarius, qui inscius absque facto, ministerioque suo ordinato principaliter ad inducendam aliquam obligarionem, incidir in debiri necessiratem ex præcisa legis staruti, vel consuetudinis dispositione text. in *l. Obligamur. § Lege. ff. de Act. & obligat.* text. in *l. Qui liberos. ff. de Rit. nupt.* text. in *l. Ultim. C. de Dot. promiss.* text. in *l. Si cum dotem. §. Si pater. ff. Solut. matrim.* Gutierrez *de Tutel. part. 3. cap. 5. num. 12.* Bald. in *l. Uxor. num. 4. C. de Bon. auth. judic. poss.* Covarruv. in *cap. Officii. num 2. de Testament.* Barbos. in *l. Si cum dotem. §. Si pater. num. 5. & 6. ff. Solut. matrimon.* Zamoran. *de Compensation. disput 4. cap. 8. §. 1. num. 4.* Sylva *de Salar. quæst. 69. num. 3.* Debitor voluntarius dicitur, qui solo 28 facto suo incidit in hujusmodi necessitatem, & obligationem, ut quando obligatur ex contractu, vel quasi contractu, licèt ex post facto necessarius dicatur

caturtext.in *l.Sicut, C.de Act.& obligat.*
Gutierrez *tractat.de Tutel.part.3.cap.5.*
*num.*10. Barbosa in *l.Si cum dotem.§.Si*
pater. num.4.ff.Solut matrimon. Covar-
ruv. in *cap. Officii. num.2. de Testament.*
Zamoran.*de Compensat.disputat.4.cap.8.*
*§.1. num.*4. Sylva *de Salariis quæst.*69.
*num.*3.

29 Ratio quare donans, quando est de-
bitor necessarius, compensare censea-
tur est, quia is, quem ad aliquid dan-
dum leges, statuta, vel consuetudines
astringunt, minimè donare videtur;
cum donatio sit liberalitas quædam,
quæ nullo jure cogente fit text. in *l.Do-*
nari.ff.de Donat. text.in *l.Donari.ff.de*
Regul. jur. Et quia nemo in necessitate
liberalis existit text.in *l.Rem legatam ff.*
de Adimend.legat. text.in *l.Si Servo. ff.*
de Hæred.instituend.

30 Sed refragantur text. in *l.Si non mor-*
tis causa.ff.de Inofficiof.testament. text.in
l.Etiam.§.Si debita.l.Si verò.versic.Cæte-
rum.ff.de Bon.libert. Ubi habetur, quod
minimè donata à patre filio, nec patro-
no à liberto, compensatur cum legiti-
ma filio, & patrono debita.

31 Horum jurium difficultati est respō-
dendum, quod ideo ibi excluditur com-
pensatio; quia legitima filiis, vel patro-
nis dumtaxat mortis tempore, secus
invita debetur, text.in *l.1.§.Puberi.ff.*
de Collat. bonor. Et ideo ibi refellitur
compensatio, quia debitum est sub con-
ditione text.in *l.1.ff.de Condit.& demon-*
strat. Cum possit filius, vel patronus
præmori text.in *l.Scripto.ff.Unde cogn.*
text. in *l.Nam etsi parentibus. ff.de Inof-*
32 *ficiof.testament.* Sed debitum sub con-
ditione minimè compensari quit text.
in *l.Quod in diem. ff.de Compensat.* Igitur
nil mirum si ibi rejiciatur compensatio.
Nam repugnaret compensationis na-
turæ, quæ debitorem, & creditorem ad
invicem cupit text.in *l.1.ff.de Compensat.*
33 Ast hoc in casu creditor deficeret; quia
creditor sub conditione minimè credi-
tor nuncupatur, nisi conditione sequu-
tâ Afflict. *decis.*108.& 229. Rebuff. in
l.Creditores.ff.de Verbor.signif. Thesaur.
*dec.*235.Roccus*Respōs.*64.*n.*9.*lib.*2 Surd.
*decis.*151. Qua ratione, si donans quum
34 donat non erat debitor actualis, sed fu-
turus, non videtur animo compen-
sandi donare Menoch. *de Præsumpt.lib.*
4.*præsumpt.*109.*num.*60. Tiraquell. *de*
*Primogenit.quæst.*75.*num.*3. Ruin.*consil.*
74.*num.*20.*lib.*2. Afflict.*decis.*138.

Ampliatur 1. Ut censeatur animus 35
compensandi, quoties debitor credito-
ri donat, postquam effectus est debitor
Menoch.*de Præsumption.lib.*3.*præsumpt.*
142.*num.*6.Cuman.*consil.*18. Cravet. *cō-*
*sil.*686. *num.*6. Ruin. *consil.*223. *num.*4.
*lib.*1.

Ampliatur 2. Ut debitor donans 36
compensare præsumatur, quando do-
nata res debiti quantitatem excedit
Cravet. *consil.* 301. *in fine.* Anna *consil.*
120.*num.*28. Rocc. *Respons.*64.*num.*12.
*lib.*2. Cuman.*consil.*139.*col.*1. Corn.*con-*
*sil.*342.*num.*1.*lib.*1. Menoch. *de Præsum-*
*ptionib.lib.*3.*præsumpt.*142. *num.*8. Co-
mens.*consil.*133.Cravet.*consil.*686. *num.*
6 Menoch.*consil.*56.*num.*25.*lib.*1.

Ampliatur 3. Ut præsumatur in do-37
natione compensatio, quando ex ea-
dem causa, qua debetur, sit donatum:
videlicet si quis mille mulieri ex dotis
causa debeat; & mille pro dote mulie-
ri donet, tunc compensandi animo; se-
cùs verò donandi donatum esse suspi-
catur Barbosa in *l.Si cum dotem.§.Si pa-*
*ter. num.*39.*ff.Solut.matrim.* Ruin. *consil.*
323.*num.*4.*lib.*1. Cravet. *consil.*163.*ver-*
sic.Ad tertium. Menoch.*de Præsumption.*
*lib.*3.*præsumpt.*147.*num.*7. Franch.*decis.*
422.*num.*7. Roccus *Respons.*64. *num.*31.
*lib.*2. Cravet. *consil.*686. *num.*3. Bart.in
l.Cum centum. ad fin.ff.de Adimend.legat.

Ampliatur 4. Ut compensatio ad-38
mittatur ad evitandum absurdum, nè
præsumatur donans plus diligere dona-
tarium extraneum, quàm semetipsum,
suosque hæredes argum. text.in *l.Nam*
absurdum. ff.de Bon.libert. Quo utitur ar-
gumento Surdus *de Alimēt. quæst.*5.*tit.*6.
*num.*8. Afflict. *decis.*44. *num.*21. Rocc.
*Respons.*64.*num.*26.*lib.*2. Moti ex regu-
la text. in *l.Cum acutissimi. C.de Fidei-*
*commiss.*text. in *l.Generaliter. §.Cum au-*
tem, C.de Institut.& substit.

Quando adsunt conjecturæ cōpensa-39
tioni locus erit, etiā in donatione facta
à debitore ex volūtaria causa Menoch.
*de Præsumpt. lib.*3. *præsumpt.*142. *num.*6.
& 10.

& 10. Surd. de Aliment. tit.6. quæſt.15.
num.14. Cravet. conſil.686. num.3. Corn.
conſil.114. num.2. lib 4. Rocc. Reſponſ.64.
num.21. lib.2. Franch. deciſ.422. num.5.
& 6. Afflict. deciſ.44. num.14. 16. & 28.
Cravet. conſil.131. num.14. Surd. conſil.
112. num.62. & 39. Anna conſil.120. num.
40. Urſill. ad Afflict. dicta deciſ.44. num.
13. & 14. Cravet. conſil.119.
40 Quando donatio inter vivos valet in
vita, non compenſatur in legitimæ par-
tem debitam, niſi hoc reperiatur ex-
preſſum text. in l. Si quando. §. Genera-
liter. C. de Inofficioſ. teſtament. text. in l. Si
non mortis. ff. Eodem titul. Bart. in l. Præ-
dia ff. de Legat.2. Capuc. Prax. judic. tom.
1. part.3. cap.7. art.3. num.35. Berſan. de
Compenſat. cap.3. quæſt.25. num.6. Socin.
in l. Hujuſmodi. §. Cum pater. ff. de Legat.
1. Bart. in l. In quartam. ff. ad Leg. Falcid.
Bald. in l. Sancimus. C. de Inofficioſ. teſta-
ment. Socin. in Authent. Præterea. C. Un-
de vir, & uxor. & in l. Si cum dotem. §. Si
pater. ff. Solut. matrimon. Hoc verò ſecus
eſt, ſi res filio tradita fuiſſet tantùm
text. in l. Cum quo. §. Final. ff. ad Legem
Falcid. Salyc. in l. Si donatio. C. de Collat.
Imol. in l. Titio centum. §. Titio genero. ff.
de Condit. & demonſtr. Bart. in l.1. §. Vel
parens. ff. Si quis à patre ſuer. manum: Pau-
lus de Caſtro in l. In quartam. ff. ad Legem
41 Falcid. Secus verò ſi donata, vel con-
ceſſa eſſet: Nam verbum concedo do-
nationem importat Bart. in l. Uxori. §.
final. ff. de Legat.3. Hoc fallit, quoties
donatum eſſet in legato; cum legatum
in dubio animo compenſandi factum
eſſe videatur, ut ſuo loco diffusè dixi.
42 Secus verò dicendum eſt in donatione
inter vivos, cum non preſumatur facta
animo compenſandi text. in l. Etiam. §.
Si debita. ff. de bon. libert. text. in l. Si vi-
43 ro. ff. Eodem titul. Quod dictum rema-
net procedit, maximè quando debetur
quantitas, & donatur ſpecies text. in l.
final. C. de Compenſationib. Socin. conſil.
92. num.23. Medic. de Compenſat. quæſt.
27. part.1. num.4. Ripa in l. In quartam.
num.170. ff. ad Legem Falcid. Rom. in
Authent. Præterea. C. Unde vir, & uxor.
Bald. in l. Quoniam. C. de Inofficioſ. teſta-
ment.
44 Etiam in donatione causâ mortis, vel
inter vivos factâ per maritum uxori,
quamvis locus eſſet compenſationi, nun-
quam ſit de ſpecie ad quantitatem.
text. in l. Si convenerit ut nomen. ff. de
Pignorat. act. text. in l. Quod dicitur. ff. de
Impenſ. in reb. dotalib. fact. text. in l. Si non
ſortem. §. Si centum. ff. de Condiction. indeb.
Alex. conſil.7. viſo themat. num.16. lib.6.
Trentacinq. Variar. Reſolut. tit. de Com-
penſat. Reſolut.1. n.1. lib.3. vol.1. Maritus
inter vivos uxori donãs cum juramẽto, 45
quæ donatio ſtatim valet minimè ani-
mo compenſandi donaſſe præſumitur;
quoniam regulare eſt, quod ſi debitor
ex contractu confert aliquid ex libe-
ralitate debitori, non præſumitur ani-
mus compenſandi Alex. conſil.7. viſo in-
ſtrumento. num.16. lib.6. Tuſch. concl.493.
num.9. & num.23. litera C. & num.24.
Hoc extendit maximè, quando con- 46
ſtante matrimonio maritus donat;
quoniam matrimonio conſtante ma-
ritus minimè dicitur debitor dotis,
cum dos à marito dumtaxàt ſoluto ma-
trimonio petatur. text. in l. Soluto ma-
trimonio 2. ff. Solut. matrim.

Nunc ſe ſe offert quæſtio non aſper- 47
nandæ difficultatis, videlicet, ſi dominus
dotet famulam, cui debet mercedem; an
animo donandi, vel compenſandi cum
mercede debita dotaſſe dicatur? Et du-
plex eſt Doctorum ſententia.

Prima eſt aſſeverantium, dotem 48
compenſandam eſſe cum mercede de-
bita, ut ſunt Cabed. deciſ.117. part.1.
Ancharan. conſil.7. num.9. Merlin. de Le-
gitim. lib.3. tit.2. quæſt.17. num.29. Corne.
conſil.265. num.1. lib.4. Coſta de Rat. Rat.
quæſt.220. num.5. Ruin. conſil.16. num.7.
lib.3. & conſil.152. num.2. lib.5. Alderiſius
de Hæred. act. cap.6. num.23. part.1. Zac-
chia de Salar. quæſt.36. num.11. Sylva. de
Salar. quæſt.69. num.5. Menoch. de Præ-
ſumpt. lib.3. præſũpt.142. n.2. Paul. de Ca-
ſtro conſil.275. num.7. vol.1. Cavalcan. in
Repert. ſuar. deciſ. verbo Legatum. poſt me-
dium. Fontanell. de Pact. nupt. clauſ.5.
gloſſ.1. part.3. num.4. Altimar. ad Conſil.
Rovit. obſervat.25. num.32.

Hujus equidem concluſionis fun-
damenta præſertim ſunt ſequentia.
Primum text. in l. Diſpenſatorem. ff. de 49
Solut. text. in l. Campanus. ff. de Oper. libert.
text.

text. in l. Cum de indebito. ff. de Probat. text.in l. Si cum aurum.ff.Solut.text.in l. Eleganter.§.Qui reprobos ff. de Pign. act. Menoch.de Arbitr.casu.88.Mascard.de Probat. concl. 555. Gratian. Discept. Forens.cap.824.num.17.tom.5. Ubi donatio in dubio non præsumitur, sed potius compensatio Alciat. de Præsumptionib. præsumpt.32.regul.1.Surd.de Aliment.tit. 6. quæst. 1. num. 6. Tiraquell. in l. Si unquam.vers.Donatione largitus. n.206.C. de Revocat.donat.Menoch.de Præsumpt. lib.3. præsumpt. 24. num. 1. & 2. Bald.in l.2.C de Jur.dot.Sylva.de Salar.quæst.69. num.7. in fine. Cabed. decis. 117. num. 2. part.1.Bald. in cap. Si cautio. de Fide instrument.Bart. in l. Eleganter. §. Qui reprobos. ff.de Pignor.act.Rocc.Respons.64. n.18.lib.2. Cũ donatio perditio sit text. in l.Filiusfamilias.ff.de Donat. Et potius errorem, quàm in donationem datũ in dubio præsumi testantur Gloss.in l. Generaliter.verbo Causa.C.de Non numerat. cun.Dec.consil. 195. num. 2. Alex. consil. 13.nnm.3.lib.1.Surd.consil. 290. num. 54. lib.2. & consil.431.num. 19. Bald. in l. 2. num.9.C. de Rescind. vendit. & in dicta l. Generaliter num.5.C. de Non numerat. pecun.Cravet.consil. 77. num.14. Rocc. Respons. 64. lib. 2. num. 9. Socin. consil. 73. Quem sequitur Surd. de Aliment. tit. 6. quæst.5.num. 7. Furorem appellat. Jaso. consil.193 num.2.vol.2.& consil.26 num.4. vol.4.Nuncupat stultitiam.

50 Secundum, quia donationis præsumptio, tunc maximè refellitur, quando subest alia causa, ipsam donationem excludens text. in l.Cum post. §. 1. ff. de Administ.tutor.Glossa. in l. Paternum esse officium.Cyn.num.2.Bart. num. 3. Angel. num.2.Salyc.num.3.Alberic.num. 5. C. de Dot.promiss.Menoch. de Arbitr. casu. 88. num.46. Ripa. in l. 1. num. 9. Socin. Sen. num.36.ff. Solut. matrim. Gramm. consil. 143.num.2.Ruin.consil.172.num. 3. lib. 1. Corn. consil.124. num.2.lib.1. Socin.consil.121.num.14.lib.1.

51 Tertium est, quod donationis actus potius attribuendus est concurrenti causæ, quàm voluntati donandi text.in l.Et ideò.§.final.ff.de In rem.vers.text. in l.Si quis pro uxore. ff. de Donat. inter virum,& uxor.Bald.Novell.de Dote part. 6. privileg.3.num.6.Ancharan.consil.7.num. 4.Ruin.consil.70.num.10.& in consil.200. num.4.lib.2.Paul.de Castro.consil.96. lib. 2.Roman.consil.172.Glossa.in dicta l. Si quis pro uxor.verb.Succurrit.ff.de Donat. inter.vir.& uxor.

Quattum, quia actus sequens præsu- 52
mitur factus in exequutionem præcedentis tractatus text. in l. Qui in aliena. §.Si iis qui.ff.de Acquir.hæred.

Quintum, quia præsutaptio est, quod 53
solutio semper fit, secũdum titulum, & obligationem præcedentem, de qua constat Glossa in l. Quædam mulier.in fine.ff.de Rei vindic. Gloss. & Bart. in l. 2. C.de Acquir.possess.Gloss.in l. Cum solus.in fine. ff. de Usucap. Socin. consil. 15. lib. 4. Sylva.de Salar.quæst.69.num.8.

Secunda verò est, quod minimè ani- 54
mo compensandi, sed donandi dominus dederit, quæ opinio mihi verior videtur.

Primò per hanc communem conclu- 55
sionem; scilicet, quod extraneus dotans mulierẽ præsumitur dotasse animo donandi text.in l.Unica.§.Accedit.C. de Rei uxor.act.Bald consil.59. num. 3. Rota decis.60.num.2.part.4. tom.2. Recent. Ripa in l.In quarta.num.156.ff. ad Leg. falcid. Baron. de Effect. minor. ætat. circ. contr. effect.8.num.3. Socin. consil. 191. num. 11. vol.1. Cyriac. controvers. 508. num. 32. Ruin.consil.65. num.3. vol.3. Simoncell. de Decret.lib.1.tit.2. num.6. Alciat. consil.153.num.2.3. Novell. de Dote. part.6. privileg. 3. num. 7. Castrens. consil. 211. num.2.vol.1.Socin. consil. 79. num. 54. & 93.vol.3.Alban.consil.12.Surd.consil.196 num.26.Alex.consil.179.num.3.vol.5.Negusant.de Pignorib.part.2. memb. 4. num. 22.

Secundò, quia favore dotis præsumi- 56
tur donatio, quamquam alia causa subesse posset Bald. in l. final.num. 12. C. de Dot.promiss.Mantic.de Tacit.& ambig.cõvent.lib.3.tit.9.num.19. Socin. Sen. consil. 191.num.8. lib. 2. Novell. de Dote part.6. privileg.45.num.2.Ruin.consil.65. num. 6. lib 3.& consil.145.num.4.lib.4.Alban. consil.12.num.11.Alciat.consil.46.num.3.lib.8. Menoch.consil.771.num.20.lib.8.Cravet. consil.466.num.12. Surd. consil. 534 num. 10.lib.4.Corneus.consil.265. num.14.lib. 1. Rimi-

Riminald. Jun. *consil.* 167. *num.* 12. *& consil.* 254. *num.* 1. Honded. *consil.* 91. *num.* 80. *lib.* 1. Cephal. *consil.* 392. *num.* 19. Negusant. *de Pignor. part.* 2. *memb.* 4. *num.* 27.

57 Tertiò, quia quoties dotis privilegium cessaret, concurreret privilegium piæ causæ, cujus favore præsumitur donatio Bartolus in *l. Cum quid. num.* 11. *ff. Si certum petatur.* Mascard. *de Probationib. conclus.* 555. *num.* 58. Abb. in *cap. Si quæstiones. num.* 3. *de Simonia.* Paulus de Castro in *l. Si fundum per fideicommissum: num.* 3. *ff. de Legat.* 1. Ripa in *l.* 2. *num.* 24. *ff. Si certum petatur.* Bursat. *consil.* 220. *num.* 33. *lib.* 4. Benincasa *tractat. de Paupertat. quæst.* 8. *spec.* 1. *in*

58 *contr. num.* 26. Et quod dos causa nuncupetur pia testantur Alex. in *l. Si constante. quæst.* 9. *ff. Solut. matrimon.* Novell. *de Dote. part.* 9. *privileg.* 7. *num.* 3. Ruin. in *l.* 1. *num.* 42. *ff. Solut. matrimon.* Cavalcan. *de Ususfruct. mulier. relict. num.* 226.

59 Maximoperè quoties dos traditur pauperi, ut colligitur in proposito nostro Alex. in *l. Si constante. quæst.* 9. *ff. Solut. matrimon.* Menoch. *de Præsumptionibus. lib.* 4. *præsumpt.* 115. *num.* 17. Ruin. *consil.* 71. *num.* 15. *lib.* 3. Amat. *decis. Ferrar.* 24. *num.* 7. Cephal. *consil.* 216. *num.* 3. *lib.* 2. Gratian. *cap.* 606. *num.* 5. Cavalcan. *de Ususfruct. mulier. relict. num.* 226. Tiraquell. *de Privileg. piæ causæ in præfation. verbo. Item cum dos.* Novell. *de Dote. part.* 9 *privileg.* 7. *num.* 3. Natta *consil.* 410. *num.* 13. Campeg. *de Dote. p.* 1. *quæst.* 9. *num* 1.

60 Quarto, quo niã donatio inter vivos à debitore creditori facta nunquam videtur facta animo compensandi cum debito, nisi hoc expressum reperiatur text. in *l. Etiam. §. Si debita.* text. in *l. Si verò. ff. de Bon. libert.* Sperell. *decis.* 176. *num.* 64. Alex. *consil.* 12. *num.* 5. *&* 6. *lib.* 2. Rota *decis.* 174. *num.* 39. *part.* 6. *Recent.* Covarruv. in *cap Officii. num.* 9. *de Testament.* Menoch. *de Præsumpt. lib.* 3. *præsumpt.* 142. *num.* 2. Rovit. *consil.* 94. *num.* 43. Rocc. *Respons.* 64. *lib.* 2. Altimar. *ad consil.* Rovit. *observat.* 25. *num.* 40. *lib.* 1. Marcian *disputat.* 84. *num.* 3. Bersan. *de Compensat. cap.* 2. *quæst.* 30. *num.* 66. Surd. *consil.* 112. *num.* 42. *lib.* 2. Socin. Sen. *consil.* 93. *num.* 21. *lib.* 1. Alex. *consil.* 7. *num.* 16. *&* 17. *lib.* 6. Ruin: *consil.* 130. *num.* 8. *lib.* 5. Rubeus *consil.* 116. *num.* 1.

61 Fundamenta opinionis adversæ, nostræ conclusioni non obluctantur, ut ex illorum vi, si videris accuratè, perpendes; cum pro ea maximus Doctorum cumulus recenseatur, præsertim adsint Gutierrez *de Tutel. part.* 3. *cap.* 5. *num.* 3. & 4. Covarruv. in *cap. Officii. num.* 2. *de Testament.* Zamoran. *de Compensationib. disp.* 4. *cap.* 8. *§.* 2. *num.* 6. Tellez in *l. Tauri* 16. *num.* 6. Bald. *consil.* 58. *num.* 4. *lib.* 2. Sylva *de Salar. quæst.* 69. *num.* 3. Barbosa *de Jur. Ecclesiastic. lib.* 3. *cap.* 9. *num.* 28. *& in cap.* 8. *de Sepult. & in cap.* 14. *num.* 6. *de Testament.* Ripoll. *Variar. Resolut. cap.* 13. *num.* 220. Menoch. *consil.* 59. *num.* 17. *lib.* 1. Luca ad Gratian. *cap.* 198. *num.* 3. Fulgos. *consil.* 80. *num.* 3. Palma *allegat.* 194. *num.* 10. Altimar. *ad consil.* Rovit. *observat.* 25. *num.* 1. *lib.* 1. Luca *de Legat. discurs.* 15. *num.* 2. Suarez in *l.* 1. *tit. de las Arrhas. num.* 36. Gutierrez *lib.* 2. *Practicar. quæstiôn. quæst.* 124. Molina *disputat.* 200. *num.* 160. Mesa. *Variar. Resolut. lib.* 2. *cap.* 9. *num.* 14. Castill. *de Aliment. cap.* 18. *num.* 3. Gomez *Variar. Resolut. tit de Legat. num.* 27. Pedroch. *consil.* 25. Barbosa in *l. Si cum dotem. §. Si pater. ff. Solut. matrim.* Sanchez *lib.* 4. *Consil. moral. cap.* 3 *dub.* 15. *n.* 3. Barrius. *de Success. ab intestat. tit. de Legat. lib.* 9. *tit.* 22. *num.* 9. Molfes. *ad Consuetud. Neapol. part.* 6. *quæst.* 11. *num.* 4. Barbosa in *l. Si propter* 8. *num.* 5. *C. de Compensat.* Cancer. *Variar. Resolut. part.* 1. *cap.* 9. *num.* 74 *& part.* 3. *cap.* 20. *num.* 309. Altograd. *consil.* 68. *lib.* 1. Campeg. *de Dote. part.* 3. *quæst.* 100. Capan. *de Vita, & militia. quæst.* 15. *num.* 12. Merlin. *Controvers. forens. cap* 44. *n.* 1 *&* 2. *cent.* 2. Christinæus. *Decis. Belg.* 143. *num.* 6. *vol.* 1. Andreol. *controv.* 247. *num.* 11. Sperell. *decis.* 176. *num.* 48. Marescot. *Variar. Resolut. lib.* 2. *cap.* 86. *num.* 6. Botiller. *de Success. ab intestat. cap.* 3. *theoremat.* 115. *num.* 5. Qui, quamvis in 62 legato loquantur, rectè casui nostro adaptari possunt, cum legatum nil aliud sit, quàm quædam donatio text. in *l. Legatum. ff. de Legat.* 2. text. in *§. Legatum. Institut. de Legat.* Et in jure validum est argumentum in iis, in quibus per leges non constituitur differentia text. in *l. Pactum* 47. *ff. de Pactis.* Et etiam

63 valet de contractibus ad ultimas voluntates, & è contra text. in *l.Cum qui ita .ff.de Verb.signific at.* text. in *l.Quæ delegatis.*text.in *l.Servum filii* 46.*§.Cum qui Chyrographum , ff.de Legat.*1.text.in *l.final.C.de Legat.*

64 Ratio quare non admittitur compensatio,quando dominus dotat famulam est, quia dominus est debitor voluntarius, cum debitum voluntarium dicatur, quod habuit voluntarium initium, ut quando provenit ex contractu, vel quasi. Unde lapsus fuit Zacchia *de Salar. quæst.* 36. *num.*10: Dum inadvertenter dixit, quod solutio debiti est necessaria ; quod intelligi debet, postquam obligatio contrahitur text.in *l.Sicut. C.de Action. & obligat.* Tamen

65 quia non ex legis necessitate, neque absque facto suo, sed voluntariè dominus ad inserviendum eam famulam in familiam accepit : Ergo nil mirum, si debitor voluntarius dicatur,& per consequens donando famulæ, non donat animo compensandi; sed utrumque fa-

66 mulæ debetur, & locum sibi vindicat regula text. in *l.Creditorem* 87. *ff.de Legat.*2. text. in *l. Unica. §.Sciendum . C. de Rei uxor.act* text. in *l.Creditor* 16.*C. de Legat.* text.in *l.Si compensandi* 6.*C.de Hæred. instit.* Covarruv. in *cap. Officii. num.*2.*de Testament.* Suarez in *l.*1. *tit.de las Arrbas. num.*36. Gutietrez *tractat. de Tutel.part.*3.*cap.*5. *num.*3.4.*&* 5. Barbosa in *l.Si cum dotem . §.Si pater . ff.Solut.matrimon.* Sylva *de Salar.quæst.*69. *num.* 3. Zamoran. *de Compensat. dub.*4. *cap.*8.*§.*2.*num.*6. Castill.*de Aliment. cap.* 18. *num.*3. Mesa. *Variar. Resolut. lib.*2. *cap.*9.*num.*14. *&* 15. *in fin.* Gomez *Variar. Resolut. tit. de Legat. num.*27. Gutierrez*lib.*2.*Quæstion. pract. quæst.* 124. Barrius *de Success. tit. de Legat. lib.*9.*tit.* 22.*num.*9. Barbos. *de Jur. Eccles. lib.*3. *cap.*19. *num.*28. Ripoll. *Variar. cap.*13. *num.*220. Molina *disputat.*200.*num.*160 Tellez in *l.Tauri* 16. *num.* 6. Sanchez *Consil. moral. lib.*4. *cap.*2. *dub.*15. *num.*3: Barbos.in *l.*8.*num.*5.*C.deCompensat.*Sperell. *decis.*176. *num.*48. Christin. *decis. Belg.*143.*num.*6.*vol.*1. *& decis.*233. *vol.*1. *& decis.*134.*num.*4.*vol.*3 Meli adCastill. *de Aliment. cap.*18. *num.*29. Molfes. *ad Consuetud.Neapol.part.*6.*quæst.*11.*num.*4 Luca ad Gratian. *cap* 274. *num.*7. Cancer.*Variar. Resolut.cap.*9.*num.*74.*part.*1. *& cap.*20.*num.*309. *part.*3. Altimar. *ad consilia* Rovit.*observat.*25. *lib.*1. *num.*1. Marcian.*disput.*49.*num.*10. Roccus *Respons.*61.*num.*3.*lib.*1. Cum Doctores in donatione simpliciter communem di- 67
stinctionem admittãt de debito ex causa necessaria, vel voluntaria Surd. *consil.*112.*num.*42.*lib.*1. Jaso in *Authentic. Præterea . C.Unde vir , & uxor.* Amat. *consil.*74.*num.*76.Ancharan.*cõsil.*7. *num.* 4. Cravet.*consil.*131. *num.*14. Alex.*consil.*12.*num.*5.*vol.*2.*& consil.*7.*num.*16. *vol.* 6.Capyc.*decis.*180.*num.*19. *&* 20. Corn. *consil.*288.*num.*16.*vol.*1.

Ampliatur 1.Quãdo debitor aliquid 68
creditori suo dedit,vel concessit; in hoc casu recepta est sententia,donatum inter vivos non censeri animo compensandi donatum text.in *l.Etiam. §.Si debita. l.Si verò. §.Cæterum. ff.de Bon.liber.* Etiam si sit debitum necessarium Socin. Sen.*consil.*93.*num.*21. *vol.*1. Mascard. *de Probationib.concl.*333.*num.*7.

Ampliatur 2.In donatione à patre fi- 69
lio inter vivos facta, in casu, in quo donatio subsistit: Nam tunc nõ compẽsatur cum legitima filio debita , quia non præsumitur animo compensandi donatum text. in *l.Si non mortis causa . ff.de Inofficios.testament.* Bartolus, & Doctores in *l.In quartam . ff.ad Legem Falcid.* Menoch. *de Præsumptionibus.lib.*3. *præsumpt.*142.*num.*3.Medic.*opuscul.de Compensat. part.*1.*quæst.*27.*num.*1.

Ampliatur 3. Ut non præsumatur 70
animo compensandi donatum, quando debetur quantitas, & species donatur, vel è contra ; cum in casibus, in quibus regulariter admittitur compensatio, cesset de specie ad quantitatem, & è converso text.in *l.Si convenerit . ff. de Pignorat. act.* text. in *l.Si non sortem. §.Si centum. ff.de Condict.indeb.* text. in *l.Si ex pecunia . C.de Rei vindicat.* text. in *l.Quod dicitur. ff.de Impens. in reb. dotal.fact.* text.in *l.Final. C.de Compensat.* Et in terminis donationis inter vivos loquũtur Mascard.*de Probationib. conclus.*333.*num.*8. Alex. *consil.*7.*n.*17.*lib.*6. Ruin.*consil.*137.*num.*8.*lib.*5. Menochius *de*

de Præsumptionibus lib. 3. *præsumpt.* 142. *num.* 4. Socin. Sen. *consil.* 93. *num.* 23. *lib.* 1.

71 Limitatur 1. Quoties urgens aliqua extat conjectura, qua colligi possit debitorem animo compensandi donare profectò voluisse, veluti si aureos ducentos testator mulieri legaverit, deinde hæredes constituêre mulieri dotem quatuorcentum aureorum, atque ita inter vivos hunc donationis actum fecerunt, ob quem præsumitur compensatio Cravet. *consil.* 686. *num.* 3. *lib.* 4. Cum compensatio ex conjecturis admittatur text. in *l. Cum quo.* §. *ultim.* text. in *l. Quod autem. ff. ad Leg. falcid.*

72 Limitatur 2. Ut ex idẽtitate, seu æqualitate quantitatis animus compensandi præsumatur Paul. de Castro in *l. Lucius. la primera. col.* 1. *ff. de Legat.* 2. Cravet. *consil.* 686. *num.* 6. *lib.* 4. Corn. *consil.* 230. *num.* 1. *lib.* 4. Menoch. *consil.* 56. *num.* 25. *lib.* 1. Quod procedit, quando quantitas donata est major quantitate debitâ; cum quantitas major minorem comprehẽdat Comens. *consil.* 133. *col.* 1. Corn. *consil.* 292. *num.* 1. *lib.* 1. Cravet. *consil.* 301. *in fine.* Menoch. *de Præsumpt. lib.* 3. *præsumpt.* 142. *num.* 9.

73 Si successor singularis ex titulo lucrativo agat adversùs debitorem, cujus nomen fuit sibi donatum, & ipse debitor objiciat compensationem, donatarius authorem defendere debet text. in *l. Si pater* 70. *ff. de Procurat.* Tepat. *Variar. Sentẽt. tit.* 160. *cap.* 4. Castrus. *Prax. Lusitan. lib.* 3. *cap.* 8. *num.* 28.

74 Argumentum de donatione ad legatum valet text. in *l. Pactum inter hæredem. ff. de Pact.* Quia legatum est donatio text. in §. *Legatum. Institutionib. de Legat.* Quapropter Doctores admittunt communem distinctionem in donatione, ut in legato inter debitum necessarium, & voluntarium Jaso in *Authentic. Præterea. C. Unde vir. & uxor.* Cravet. *cõsil.* 131. *num.* 14. Ancharan. *consil.* 7. *num.* 4. Capyc. *decis.* 180. *num.* 19. Amat. *consil.* 74. *num.* 56. Ex quo cognosci potest, quando donatio animo compensandi facta censeatur, vel non.

75 Compensatio admittirur cum debito, in donatione inter vivos ex conjecturata mente testatoris, seu disponentis text. in *l. Si compensandi. C. de Hæred. Instit.* text. in *l. Cum quo* §. *ultimo.* text. in *l. Quod autem. ff. ad Legem falcid.* text. in *l. Cum ab uno. ff. de Legat.* 2.

Animus compensandi non præsumitur, quando disponens dixit: *Dono donationis titulo.* Ratio est, quia explicat contradictionem dicere, quod quis donat, & quod habeat animum compensandi. Nam sic minimè donaret, sed debito satisfaceret Bald. in *l. Quoniam in prioribus. C. de Inoffic. testam. num.* 6. Alex. *consil.* 12. *num.* 5. *lib.* 2. Barbosa. in *l. Si cum dotem.* §. *Si pater. num.* 8. *ff. Solut. matrim.* Marcian. *Disputat. Forens.* 84. *num.* 5. Menoch. *de Præsumpt. præsumpt.* 142. *& lib.* 4 *præsumpt.* 110. *num.* 11. Surd. *consil.* 112. *num.* 45. Corn. *consil.* 210. *num.* 15. *lib.* 1. 76

Donationis præsumptio faciliùs censetur inter conjunctos sanguine text. in *l. Si servus. ff. de Donat. inter vir. & uxor.* Bart. in *l. Quæ dotis. ff. Solut. matrim.* Corn. *consil.* 292. *lib.* 1. Quamobrem ex sanguinis conjunctione censetur, quis animo liberali fecisse id, quod aliàs animo compensandi intelligi poterat text. in *l. final. C. de Dot. promiss.* Alciat. *de Præsumpt. Reg.* 1. *præsumpt.* 26. *num.* 1. Marcian. *Disputat. Forens.* 84. *num.* 7. Surd. *consil.* 112. *num.* 49. *&* 50. 77 78

Clausula in donatione opposita, ut commodiùs donatarius cum uxore, & filiis vivere possit, compensationis præsumptionem excludit Surd. *consil.* 112. *num.* 53. *&* 54. Marcian. *Disputat. forens.* 34. *num.* 11. 79

Compensationis præsumptio excluditur, quando summæ sunt diversæ, etiam si illa, quæ donatur sit major: Nam in majori summâ inest minor. Corn. *consil.* 292. *num.* 1. *lib.* 1. Menoch. *lib.* 4. *præsumpt.* 110. *num.* 33. Marcian. *disputat.* 84. *num.* 11. 80

Interpretatio debet fieri contra donantem, qui expressiùs poterat loqui, & ejus mentem declarare ad inducendam compensationem argument. text. in *l. Veteribus* 40. *ff. de Pact.* Alex. *consil.* 12. *num.* 7. Capra. *consil.* 143. *num.* 5. Marcian. dicta *disputat.* 84. *num.* 14. Excluditur quoque compensationis præsumptio ex clausulis in donatione appositis ni- 81 82

nimirum revocans omnes actus, qui in diminutionem donationis existerent, & similes Gabriel *consil.* 16. *num.* 33. *lib.* 1. Alex. *consil.* 12. *num.* 5. & 6. *lib.* 2. Menoch. *de Præsumptionib. lib.* 4. *præsumpt.* 109. *num.* 54. Marcian. *disputat.* 84. *num.* 15.

83 Legatum relictum uxori, donec vidualem vitam servaverit, & honestam, non censetur relictum animo compensandi cum lucro dotali, etiam à statuto proveniente Rota *decis.* 246. *num.* 5. *part.* 2. *Recent.* Sperell. *decis.* 176. *num.* 85. At ut deffessus calamus, hujus secundi tomi, primâ parte absolutâ, ab improbo respiret labore, huic parti finem imponam: donec quovis solatio temporis refocillatus alteram rursus aggrediar, ideò anchora immissa hîc calami navem diù per legale pelagus pererrantem compescat, ut valeam æmulari Ovidium *lib.* 1. *de Arte amand. in fin.*

Pars superat cœpti, pars est exhausta, laboris.
Hic teneat nostras, anchora jacta, rates.

Finis Libri Quarti.

DON

DON LEONARDI GUTIERREZ DE LA HUERTA HISPANI

TRACTATUS DE COMPENSATIONIBUS

LIBER QUINTUS.

SUMMARIUM.

1 *Verbum deponere plures significationes habet.*
2 *Deponere quandoquidem stat pro seorsum ponere.*
3 *Deponere nonnunquam sumitur pro exonerare.*
4 *Deponere interdum accipitur pro dormire.*
5 *Deponere multotiès ponitur pro demoliri, & diruere.*
6 *Deponere dicitur, quando aliquid apud arbitrum deponitur, ut victoris sit futurum.*
7 *Cleopatra, ut sponsionem cum Antonio vinceret, uniones absumpsit.*
8 *Depositum est quod ad custodiendum alicui datur.*
9 *Præpositio* de, *auget dictionem* positum.
10 *Depositi species tres sunt.*
11 *Prima species depositi quænam sit.*
12 *Sequester est medium inter litigantes, donec dirempta sit controversia, vel solutum sequestrum.*
13 *Sequester dicitur ex eo, quod utraque pars fidem ipsius sequatur.*
14 *Deus dicitur sequester noster.*
15 *Sequester etiam dicebatur interpres conductus ad Judices corrumpendos.*
16 *Depositum voluntarium, & simplex quando fiat.*

17 De-

17 *Depositum revocare, est in deponentis arbitrio.*
18 *Sequester datur in re dubia, & litigiosa.*
19 *Sequestrum fieri nequit, nisi à pluribus invicem litigantibus.*
20 *Depositum simplex ab uno solo fieri potest.*
21 *In sequestro regulariter transfertur possessio rei in accipientem; secus verò in deposito.*
22 *Sequester regulariter nequit suum officium deponere.*
23 *Depositarius rem depositam, invito deponente restituere potest.*
24 *Depositum per quæ verba fieri debeat.*
25 *Depositum in quibus rebus constituatur.*
26 *Depositarius tenetur de dolo, & de culpa lata.*
27 *Depositarius quãdo teneatur de casu fortuitu.*
28 *Depositarius tenetur de casu fortuitu, quando hoc conventum est.*
29 *Depositarius tenetur de casu fortuitu quando fuit in mora restituendi.*
30 *Depositarius tenetur, quando culpa casum præcessit.*
31 *Depositarius quando teneatur de levissima culpa.*
32 *Actio ex deposito duplex oritur.*
33 *Actio depositi directa datur deponenti, etiam furi, & latroni.*
34 *Actio contraria depositi datur contra depositarium, ejusque hæredes, si inde locupletiores facti sint.*
35 *Cõpensatio admittitur in omnibus actionibus, tam bonæ fidei, quàm stricti juris.*
36 *Depositum est contractus bonæ fidei.*
37 *Retentio admittitur in deposito propter impensas in eo factas.*
38 *Compensatio in deposito non admittitur,* & referuntur omnes Doctores hanc conclusionem sequentes.
39 Textus in l.final. C. de Compensat. expenditur.
40 Textus in §. In bonæ fidei. Institut. de Act. perpenditur.
41 Textus in cap. Bona fides. de Deposito refertur.
42 *Depositarius pollicetur depositum restituturum statim, ac deponens voluerit.*
43 *Depositarius opponendo compensationem deficeret in fide.*
44 *Contractus, qui ex bona fide oritur ad perfidiam non est referendus.*
45 *Fides maxima in deposito postulatur.*
46 *Depositarius opponendo compensationem frangeret fidem suam, quod grave est.*
47 *Depositum non reddere summa injustitia est.*
48 Pisarum lex depositum intervertens capite plectebatur.
49 Apud Turcas depositum denegantes capite puniuntur.
50 Pyttaci Mytilenei sententia refertur.
51 *Pythiæ vatis cõsilium circa depositarium mussantem depositum reddere.*
52 *Romani pactiones, fœdera, testamenta, & pecunias in templis deponebant.*
53 *Depositum qua de causa in templis, seu in Æde sacra fiebat.*
54 *Parricida dicebatur, qui ex Æde sacra depositum subripiebat.*
55 *Pecuniæ in Æde sacra reponebantur.*
56 *Depositum cur sacrum nuncupetur?*
57 *Depositi fides sacra vocatur.*
58 *Fides Regnis est præponenda.*
59 *Fides circa depositas res adeò urgens est, ut etiam à mortuis exigatur.*
60 Irenæ filiæ Spiridionis Episcopi Historia refertur.
61 *Depositarius, prætextu compensationis, denegando depositum, deponentem spoliaret.*
62 *Spoliatus ante omnia est restituendus.*
63 *Compensationem in omnibus contractibus admittendam esse, quomodo intelligatur.*
64 *Compensatio in omnibus actionibus, tam realibus, quàm personalibus admittitur.*
65 Treutlerii placitum.
66 Treutlerii mens temeraria.
67 Treutlerus usque in casu mendacii convincatur.
68 *Justinianus non fuit primus, qui prohibuit compensationem in deposito, sed ante eum, nec etiam admittebatur.*
69 *Compensatio in deposito non admittitur ob celerem rei restitutionem.*
70 Senecæ locus refertur.
71 *Depositarius quando ob impensas rem depositam retinere possit.*
72 Intellectus ad text. in l.final. C.de Commod.
73 *Impẽsæ necessariæ partem rei constituũt.*

74 De-

74 *Debitor deponens, si deficiat in fide solvendi id, quod debet creditori depositario, hic potest rem depositam retinere, & infidelitas unius compensatur cum infidelitate alterius.*
75 *Fallere fallentem permittitur.*
76 *Deponens, si assentiatur compensationi objectæ à depositario locum habere potest ea compensatio.*
77 *Compensatio objici nequit contra depositum confessionatum.*
78 *Confessio in deposito veram numerationem probat.*
79 *Deposito confessionato, juxta nonnullos, compensatio objici potest.*
80 *Compensatio non admittitur in deposito, quamvis sit quantitatis.*
81 *Compensatio non admittitur, licèt debitum ex alia causa in depositum convertatur.*
82 *Compensatio non admittitur in re deposita deperdita, etiam si ad æstimationem deveniatur.*
83 *Compensatio de specie ad speciem, nec de specie ad quantitatem dari potest.*
84 *Compensatio locum non habet, licèt creditor deponentis, ob cujus contumaciam depositum fuit factum, illud petat.*
85 *Depositi dominium, secuta voluntate creditoris recipiendi depositum, in eum transfertur.*
86 *Rei vindicatio compensationem recipit.*
87 *Depositum cum deposito compensari non potest.*
88 *Compensatio admittitur quando utrumque depositum est liquidum.*
89 *Compensatio non admittitur in deposito irregulari.*
90 *Compensatio admittitur in deposito, quoties de actione contraria depositi agitur.*
91 *Compensatio admittitur in deposito quãdo ad tertium devenit.*
92 *Compensatio admittitur in deposito, quãdo hoc est alterius contractus correspectivum.*
93 *Compensatio admittitur in deposito, quãdo est factum ad hoc, ut in alia causa convertatur.*
94 *Retentio admittitur in deposito.*
95 *Compensatio ubi locum habere nequit, admittitur retentio.*
96 *Depositum de jure Placentino compensari potest.*
97 *Compensatio an admittatur, si depositum probetur per solam confessionem.*
98 Textus in l. Si quis, vel pecunias 11. C. de Deposit. expenditur.
99 *Compensatio non admittitur adversùs depositum per solam confessionem probatum.*
100 *Privilegia depositi locum habent in deposito regulari.*
101 *Exceptio nonnumeratæ pecuniæ, non datur in deposito, quod per confessionem probatur.*
102 *Confessio probat numerationem veram.*
103 *Solvuntur fundamenta contrariæ opinionis.*
104 *Non obstat secundum fundamentum.*
105 *Privilegium depositi quando cesset.*
106 *Depositum, quando naturam mutui sequatur.*

ARGUMENTUM

Utrùm in Deposito locum habeat compensatio.

QUÆSTIO I.

QUINTI libri, primam aggressuro mihi quæstionem, obviam occedit sciscitari, num adversùs depositum recipiatur compẽsatio? cui rogitationi, ut assuetâ methodo, satis eamus scitu dignissimum auspicor, quot significatus 2 verbum depono cõplectatur referre, ut id thesis apparatus vice fungatur, quod ut sectari occipiam, seorsum ponere 3 aliquando significare enitet apud Senec. *de Consolat. ad Marciam cap. 6. Quidam populi ibi consederunt, ubi illos rerum inopia deposuit*. Nonnunquam sumitur pro exonerare Jul. Cæs. *lib. 2. de Bell. civil.* ibi: *Deponere onera jumentis.* Etiam

4 Etiam pro dormire invenitur apud Horatium *lib.1. Carminum.ode.36.*

Omnes in Damalim putreis.
Deponent oculos.

5 Interdùm capessitur pro demoliri, & diruere text. in *l. 23. ff. de Usucapionib.* tex.in *l.8.ff.Si servit.vindicet.* tex.ni *l.83 §.Sacram.ff.de Verb.obligationib.* text. in *l.2.§.Si quis.ff.Ne quid in loc. public.* text. in *l.2.ff de Fin.regund.* Sæpè pro commẽdare text.in *l.6.& l.Cum hæreditas. C. de Deposit.* text.in *l. Commendare. 186. ff. de*
6 *Verb significat.* Deponere etiam dicitur, quando aliquid apud arbitrum deponitur, quod victoris sit futurum. Quod exemplum refert Plinius *lib.9. cap.35.* Cum loquitur de unionibus, quas Cleo-
7 patra, ut sponsionem cum Antonio factam vinceret absumpsit: sic Dametas apud Virgil.in *Bucolic.eclog.3.*

Vis ergo inter nos, quid possit uterque vicissim
Experiamur. Ego hanc vitulam (ne forte recuses.
Vis venit ad mulctram. Binos alit ubere fætus.)
Depono: tu dic mecum, quo pignore certes?

Quod juxta Cabreros *de Metu. lib.2. cap.4.num.14.* Excerptum est à Theocrito *Edyllio* 8. Apud quem Mænalcas primus sic ait.

Mæn. *Visne igitur videre, visne deponere. Præmium victoriæ.*
Daph. *Volo hoc videre, & volo deponere præmium.*
Mæn. *Verum quod deposumus, quod satis Dignus sit.*
Daph. *Vitulum ego deponam; tu verò depone agnum.*
Æqualem matri.

8 Depositum est, quod ad custodiendum alicui datum est text.in *l.1.ff.de Deposit.* Cujac.in *cap.1.de Deposit.* Treutler *Select. disputat.vol.1. disputat. 25. thes. 1.* Connan.*lib.7.Commentar.cap.4.* Christin.*Decis.Belg.48.num.1.vol.3.* Jul.Pac. *lib. 16. Isagocicor. tit.2. n.3.* Lessius *de Justit.& jur.lib.2.dub.1.cap.27.num. 1.* Castropal. *Oper.moral. tract.32. disputat.3.punct. 2. num. 3.* Bonacin. *de Contractib. disputat. 3 quæst.14.punct.1. num. 1.* Gregor. *Syntagmat. jur. part. 3. lib. 23. cap. 3. num. 1.* Donell.*Comentar.jur.civil. lib. 14. cap. 2.*
Præpositio *de* auget dictionem, *posi-* 9
tum, ut ostendat totum ejus fideicommissum esse, quod ad rei attinet custodiam text.in *l.1.ff.de Deposit.* Cujac. *tractat.1.ad African.in fin.ad l.20.ff.de Manumiss.testament.* Scoppius.*lib.2.verosimil. 9.* Ossuald.ad Donell.*Comment.jur.civil. lib.14. cap.2.litera F.* Unde Ovidius *de Pont.lib.1.epistol.2.ad Maximum.*

Sepe precor mortem, mortem quoque de precor idem;
Ne mea sarmaticum cõtegat ossa solum.

Depositi species tres sunt. Prima spe- 10
cies est, quando debitor creditori offert pecuniam debitam, eamque creditore
accipere recusante, ne currant usuræ, 11
in locum publicum Judicis authoritate, testiumque præsentiâ deponit, & videtur debiti realis oblatio, quæ fit per consignationem, & depositionem text. in *l.Accepta.C. de Usur.* Et impedit cursum usurarum, liberat à casibus fortuitis, & plenè liberationis nanciscitur effectus, ut elucescit ex text.in *l.Obsignatione.9.C.de Solut.*

Secunda est sequester, qui est medi- 12
um inter litigantes, ut etiam in eum, tamdiù transferatur possessio litigantibus adempta; donec dirempta sit controversia, vel solutum sequestrum text. in *l.Propriè 6.ff. de Deposit.* text.in *l. Sequester.109.ff. de Verbor.signif.* text. in *l. Si apud te 19.ff.de Præscript.verb.* Molina *de Justit.& jur. tractat. 2. disputat. 522. num.2.* Cabreros.*de Metu lib.2.cap.4.n.4.* Treutler.*Select.disputat. vol. 1. disputat. 26.thes.8.litera A.* Dicitur sequester ex 13
eo, quod utraque pars fidem ipsius sequatur text. in dicta *l. Sequester. ff. de Verb.significat.* Aull.Gell.*lib. 20. cap. 10.* Ideoque Pineda *Super Job.part.1.cap. 9.* Referens Tertulianum.*lib.3.de Patient. cap.6.ad fin.* Dicit quod Deus est seque- 14
ster noster. *Adeò, inquit, satis idoneus patientiæ sequester Deus: si Injuriam deposueris penes eum victor es: si dolorem medius est: si damnum restitutor est: si mortem resuscitator est.* Dicebatur etiam seque- 15
ster ille interpres conductus ad Judices corrumpendos, ut patet ex Ciceron. in *Oration. pro Cluent.* ibi: *Quo sequester in ipso Judice corrumpendo est usus.* Et

lib.3.

lib.3.in Verr. ibi: *Qui, aut ſequeſtres, aut interpretes corrumpendi judicii ſolent eſſe.*
16 Tertia eſt depoſitum voluntarium,
& ſimplex, videlicet quando quis penès
amicum rem aliquam cuſtodiæ causâ
deponit, & dominium apud ipſum de-
ponentem remanet text. in *l.Licet. §.*
Rei depoſitæ.ff.de Depoſit. Et eſt in depo-
17 nentis arbitrio depoſitum revocare
text.in *cap.Final.de Depoſit.* Hoc depo-
ſitum in pluribus differt à ſequeſtro.
18 Nam ſequeſtrum contingit in re du-
bia, & litigioſa Gregor. *Syntagmat.jur.*
part.3 lib.23.cap.3.num.4. Secùs verò de-
19 poſitum. Sequeſtrum fieri nequit, niſi
à pluribus invicem litigantibus. Sim-
20 plex depoſitum poteſt quoque fieri ab
uno ſolo text.in dicta *l.Licet.ff.de Depo-*
21 *ſit.* In ſequeſtro regulariter transfertur
poſſeſſio rei in accipientem text.in *l.In-*
tereſſe 39.ff.de Acquirend. poſſeſſion. Se-
cùs in depoſito dicta *l.Licet. §.Rei depo-*
22 *ſitæ.ff.de Depoſito.* Sequeſter regulari-
ter nequit ſuum officium deponere
text.in *l.Apud. §.Final.ff.de Depoſit.* Se-
23 cùs depoſitarius, qui rem depoſitam,
invito deponente, reſtituere poteſt.
24 Depoſitum debet fieri per verbum
depono, vel *commendo*, vel *ſerves*, vel *cu-*
ſtodias hanc rem. Nam ut dicit Paulus
de Caſtro in *l.1. ff.de Depoſit.* Si ſchola-
ris in alterius camera librum deponat,
ipſo ſciente & patiente, non dicitur
depoſitum, nec eſt cuſtodia præſtanda.
25 Conſtituitur regulariter depoſitum in
rebus mobilibus, vel ſe moventibus
Azor. *Inſtitution.moral.lib.7.cap.4.* Syl-
veſter *verbo. Depoſitum. num.1.* Oyno-
tom.in *§.Præterea. num.10. Inſtitution.*
Quib. mod. re contrahitur obligatio. Ca-
ſtropal. *tractat.32. diſputat.3. punct.2.*
num.1. Molin. *de Juſtit. & jur. tractat.2.*
diſputat.522.num.1. Bonacin. *de Contra-*
ctib.diſputat.3 quæſt.14.punct.2.num.3.
26 Depoſitarius tenetur de dolo, & de
culpa lata text.in *l.1.§.Is quoque.ff.de*
Actionib. & obligationib. text.in *l.2.ff.Si*
cert.petat. Leſſ. *de Juſtit.& jur. lib.2. cap.*
27.dub.1.num.1. Sabell. *Summ.diverſ.tra-*
ctat. §.Depoſitum. num.27. Dian. *tom.8.*
tractat.3.Reſolut.27. §.13. Gomez *Va-*
riar.Reſolut.tom.2.cap.7. num.2. Gonza-
lez in *cap.Bona fides.n.5.de Depoſit.* Con-

nan. *lib.7. Comm. cap.4.* Oynotom. in
§. Præterea. num. 13. Arnold. Vinn.
num.3. Balduin. Borcholt. *num.3.* Pi-
chard. *num.1.* Mynſinger. *num.15. Inſti-*
tut.Quib.mod.re contrahitur oblig. Fragoſ.
de Regimin. Chriſtian. Reipublic. part.1.
lib 7.diſputat.22.num.30. Cujac. in *cap.*
Bona fides. de Depoſit.
In quinque caſibus depoſitarius te- 27
netur de leviſſima culpa, & de caſu for-
tuito. Primus eſt, ſi hoc conventum ſit 28
text.in *l.1. §.Sæpe 35.ff.de Depoſit.* text.
in *l.2.C.Eodem.* text. in *l.Juriſgentium.*
§.Si Paciſcar. ff.de Pact. text. in *l Si quis*
9.§.Julianus. text.in *l Item quæritur.§.Si*
gemma.ff.de Locat. Secundus, ſi fuit in 29
mora reſtituendi text. in *cap.Final.de*
Depoſit. text. in *l.Si in Aſia 12. §.Final.*
ff.Eodem. text. in *l.Interdum 73.§.ultim.*
text. in *l.Nemo 82. §.final.* text. in *l.Si*
ſervus 91.ff.de Verbor.obligat. Cujac.in
l.Si ex legati 23. & ibi Donell. *num.11.*
ff.de Verbor.obligat. Treutler. *Selectar.di-*
ſputat.vol.1.diſputat.26. theſ.3. Hotho-
man. *Illuſtr.quæſt.30.* Fachin. *lib.2. Con-*
troverſiar.cap.72. & lib.8. cap.100. Ter-
tius, ſi culpa caſum præceſſit text.in 30
l.Videamus 12.§.Penultim. l.Merces. §.
Culpæ.ff de Locat. text. in *l.Si ut certo. §.*
Sed interdum. ff.de Commodat. Quia ca-
ſus fortuiti, præcedente culpâ, ex volun-
tate depoſitarii, ſaltem in ſua cauta
contigiſſe creduntur text.in *cap.Presby-*
terum. de Homicid. in 6. Ex quo princi-
pio expēdūt textū in *l.Si fundus 38.ff.de*
Locat. Oſſuald ad Donell. *lib.3. Comm.*
jur.civil cap.7.lit.F. Cujac *lib.2.Obſervat.*
cap.6. Merill. *lib.1.cap.26.* Schifordeger.
lib.2. tractat.18. quæſt.1. & tractat. 29.
quæſt.2. Faber *lib.2.Conject.cap.4.* Quar-
tus, ſi depoſitarius ſe depoſito claudit
text.in *l.1.§.Sæpe. ff.de Depoſit.* Quintus
ſi aliquid accepit pro cuſtodia. In his 31
duobus poſterioribus caſibus, etiam de
leviſſima culpa tenetur text. in *cap.Fi-*
nal.de Depoſit.
Ex hoc contractu duplex oritur 32
actio. Depoſiti directa, & depoſiti con-
traria. Actio depoſiti directa datur de- 33
ponenti, etiam furi, & latroni text.in
l.1. §.Si prædo. ff.de Depoſit. Depoſiti 34
contraria datur contra depoſitarium,
ejúſque hæredes, ſi inde locupletiores

sint facti text.in *l. Si ex depositi* 12. *ff. de Actionib. & obligat.*

35 Compensationem in deposito admit-
tēdam esse suademur ex eo, quod com-
pensatio admittitur tam in bonæ fidei,
quàm in stricti juris judicii text.in *l.Fi-
nal.C.de Compensat.* text.in *§.In bonæ fi-*
36 *dei. Institut. de Act.* Sed depositum est
contractus bonæ fidei: ergo in eo locum
37 habere debet compensatio; Nam si de-
positarius fecerit necessarias impensas,
idest tales, quæ nisi factæ fuerint, res
periret, aut valdè deterioraretur, ob hujusmodi impensas profectò admittitur compensatio, & retentio ipsius rei depositæ competit Cynus, Baldus, & Salycetus in *l.* 11 *C.de Deposit.* Vinnius *lib.* 1. *Select.cap.*51. Cum contrario judicio depositarius possit petere impensas, sive actione contraria depositi; & quidquid contrario judicio peti, ac obtineri potest, id quoque per retentionem servare valet, qui directo judicio conveniтur text.in *l.In rebus* 18. *§.final. ff.Commod.* text.in *l.Creditoris* 15. *§.*2. text.in *l.Si is qui* 59. *ff.de Furt.* Igitur in deposito aliquando admittitur compensatio.

Huic assertioni opitulatur id, quod cùm depositum sit quædam promissio, quam deponens depositario facit, de reddēdo depositum, interdum is potest depositum non reddere deponēti, duosque commemorat casus Cicero *lib.*3. *de Officiis.* In quibus licitum esse tradidit, nusquam depositum reddere. Primum, quum quis mentis compos apud quemlibet gladium deponit, & postea insaniens ipsum repetit. Secundum, si quis apud aliquem pecuniam deposuerit, & Patriæ inferat bellum, quibus in casibus depositi restitutionem optimè abnegari posse idem Tullius, his verbis affatur: *Ergo & promissa, non facienda nonnunquam: neque semper deposita reddenda. Si gladium quis apud te sana mente deposuerit, repetat insaniens: reddere peccatum sit, non reddere, officium. Quid? si is, qui apud te pecuniam deposuerit, bellum inferat patriæ, reddas nè depositum? non credo, facias enim contra Rempublicam, quæ debet esse carissima. Sic multa, quæ honesta natura videntur esse, temporibus fiunt non honesta facere promissa, stare conventis, reddere deposita, commutata utilitate, fiunt non honesta.*

Sed hoc neutiquam oppugnate, fir- 38
miter tenendum est, compensationem in deposito locum habere non posse, quam opinionē sectantur Cujac.in *Not. ad lib.*4. *Institut.in §.In bonæ fidei.num.*88 *& in cap.Bona fides. de Deposit.* Ossuald. ad Donell.*lib.*16. *Comment. cap.*15. *liter. EE.* Oliban.*de Act.§.Bonæ fidei.num.*14. Bondep.*de Jur. controvers. colluctat.*38. *num.*148. Faber *lib.*2.*Conjecturar.cap.*9. Cujac.*lib.*9.*Observat.cap.*37. *& ad Paul. lib.*2.*Sentent.tit.*12.*§.ultim.* Forner.*lib.*2. *Selectar. cap.*14. Rævard. *lib.*1. *Variar. cap.*12. Hunnius ad Treutler. *vol* 1. *disputat.*2. Marin.*decis.*494. Surd.*consil.*246 *num.*8. Graff. *de Exceptionib. except.*16. *num.*71. Barb.in *l.final.num.*24.*C de Cōpensat.* Zamoran.*de Compensat.disputat.* 11.*num.*1. Ripoll.*Variar.Resolut.cap.*10. *num.*356. Fulgos. in *l.final. num.*4. *C.de Compensat.* Mans.*consultat.*393. *num.*25. Fulgin.*de Jur.emphiteut.tit. de Solut. canon.quæst.*1.*num.*317. Sabell.*Variar.Resolut.cap.*56.*num.*24 Gait. *de Credit.cap.*7.*quæst.*7. *num.*63. Tranchedin. *consult.* 85 *num.*43. Gallupp.*Prax. part.*3. *cap.*3. *num.*12. Borcholt. *Disputat. de Compensat.proposit.*1.*argum.*14. Farinac. *Repert. judicial.quæst.*36.*num.*20. Baduar. *Templ.moral.verb.Compensatio. quæst.*2. Giballin.*de Usur.lib.*4.*cap.*6.*art.*3. Meril.*lib.* 2.ex Cujac. *cap.*4. Tapia *tom.*2. *Catenæ lib.*5.*quæst.*29.*art.*6. Gonzalez in *cap Bona fides . num.*8. *de Deposit.* Escobar. *de Confess.solicitant.advener.part.*2.*quæst.*3. *§.*3.*num.*42. Paul.*lib.*2.*Sentent.tit.de Deposit.* Bartol. Bald Jaso Salycet. Cyn. & Paul.de Castro in *l.Final C.de Compens.* Duaren. *tit. ff.de Compensat. cap.*2. Donell.*Comment.jur.civil.lib.*16.*cap.*15. Mātic.*de Tacit.& ambig.convent.lib.*10.*tit.*10 *num.*4. Oynotom. in *§.Præterea.num.*12 *Institut.Quib mod.re contrahit.obligat.* & in *§.In bonæ fidei . num.*58. ibique Mynsinger.*Institut.de Act.* Tyndar.*opuscul.de Compensat.art.*5. *num.*33. Gregor. *Syntagmat Juris. part.* 3 *lib.*21.*cap.*22. Ricc. *Collectan.*1054. Medices *opuscul.de Compensat.part.*1.*quæst.*15. *num.*1. Barb. in *l.Divortio.§.Ob donationes. num.*13.& 14.

ff.

ff.Solut.matrimon. Caldas Quæstion. forens.lib.1.quæst.14.num.3.Abb.in cap.Bona fides: de Deposit.Cevall. de Cognit.per viam violent.part.2.quæst.1.num.10.Castill.lib.3.Controvers.jur.cap.16.num.11. Cancer. Variar. Resolut. part.3. cap.8. num.45. Gratian. Disceptat. forens. cap. 263.num.14. Covarruv.in cap.Quamvis pactum.part.1.§.4.n.9. de Testament.in 6. Gutierrez de Jurament.confirmat.part.3. cap.6.n.4.Barb.in cap.Bona fides. n.5. de Depos.Pichard.in§.In bonæ fidei.num.46. Angel.num.8.Corras.num.12.Institut.de Act. Azeved. in l.1.tit.5. num.70. lib.4. Recopilat. Ancharan. consil.360. num.1. Seraphin. de Privileg.jurament.privileg. 74.num.88. Sabell.Summ divers. tractat. in addit.ad §.Compensatio. num.17. Balduc. ad Ramon. Observat. ad consil.20. num.10. Perez lib.4.C.tit.31: num.13 Mozius de Contract. tit. de Deposit. num. 31.Novell.de Dote.part.8.privileg.1.Roland.consil.17.num.1.lib.1. Roman. singular.128. Salzed. ad Diaz. Regul.99: Gomez.Variar.Resolut.tom.2.cap.7.num. 2. Manfrell.ad Latrum. decis.124.n.20. Carroc.de Deposit.num.15.Castexon.Alphab.jurid.verbo.Depositum.num.4. Borcholt.in §.In bonæ fidei .num.19. Institut. de Act. Gothofred. in Not. ad l.Final.C. de Compensat.Leotard.de Usur.quæst.32. num.12. Tusch. conclus.200. lit.D. Staiban. de Interess.lib.2.tit.14.num.33.Hermosill.gloss.5.tit.3. part.5. num.1. Christin.Decis.Belg.48. vol.3. Caldas in l.Si curatorem. §.Læsis . num.70. Ayllon ad Gomez. cap.7. num.2. versic.Compensationem: Tepat Variar.sentent. tit.364. cap.6. Franch.decis.151.Arias de Mesa. lib.2. Variar. Resolut. cap.34. num.21. Maranta de Ordin. judiciar. distinct.6. num.2. Guzman.Veritat. jur. verit. 16. num.8. Gregor.Lopez in l.27.tit.14.partid.5. Balmaseda de Collect. quæst.110. num.5. Less. de Just. & jur. lib.2. cap.27. dub.6.num.16. Castropal.tractat.32.disputat.3.punct.9.num.3. Molina de Justit. & jur.tractat.2.disputat.526.num.7. Bonacin. de Contract. disput.3. quæst.16. punct unic.num.5. Dian.tom.6. tractat.3. Resolut.157.§.2. Rebell.de Obligat. justit. part.1.lib.2.quæst.18. num.3. Azor. Institut.moral.part.3.lib.7.cap.8.quæst.3.Boër. decis.266.Rota Genuensis decis.34.num. 9. Escobar. de Utroq. for. art.5.§.15.casu 15. num: 157. Trentacinque Variar. Resolut. tit. de Compensat. Resolut.Unic. n.17.lib.3.vol.1. Harmenopol. lib.3. tit. 9.in fin. Purpurat. consil.284.num.1. Jason §.Bonæ fidei. num.10.Institut.de Act. Crotus consil.137.n.20. Motillus. Prax de in integrum Restitut.num.39. Natta consil.438.quæst.1. Besold.de Libat.jur.ex lib.16.Pandectar.tit.2. quæst.3. versic. In Deposito.Diego opuscul.de Compensat.fol. mihi 11.Rodriguez de Concurs. creditor. part.1.art.6.num.203. Cabreros de Metu lib.2.cap.4. num. 21. Caballin. Milleloq.222.num.3. Aldcris. de Symbolic.contract.tit.4.cap.9.num.53.Reverter.decis. 494.&ibi Marin.Pichard.in Rubric.Institut.Quib.mod.re contrah. oblig. num 77. Cujac.in l.10.C.de Deposit. & Recitat.solemn.ad lib.4.C.tit.34.lit.C.& tom:5.oper. posthum.in lib.4.C.tit.3.ad fin.& lib.8.Observat.cap.16.& in Rubric. C.de Compensat.lit.E.in fin. & in tit. C. de Commodat. lit.E.in fin. Duaren.ad tit. ff. de Condict. indebit.cap.5.in fin. Vultejus in §.In bonæ fidei. num.7.Budæus ad fin.Institut. de Act. Hahnius ad Wessembec.lib.16. Digest.tit.2.num.10. Graña in cap.Bona fides.num.1.de Deposit.Hothoman.lib.16. Epitom.tit.2.num.6.Wissembach. in l.final.C.de Compensat. Borcholt.disputat.de Compensat.proposit.7.argument.7. Bachovius ad Treutlerū disputat.25.vol.1.thes. 7:lit.D. Fenech.Flor.casuum moral.tit.de Deposit.num.7.

Hujus conclusionis fundamēta sunt 39
tria. Primum text. in l.Final.C.de Compensat. Ubi Imperator Justinianus in omnibus actionibus compensationem recipiendam esse præcepit, semotâ depositi actione, ut ex textus verbis clarescit ibi: Excepta actione depositi secundùm nostram sanctionem, in qua nec compensationi locum esse disposuimus.

Secundum text.in §.In bonæ fidei.In- 40
stitut. de Act. Ubi etiam in deposito excluditur compensatio per hæc verba: Excepta sola depositi actione, cui aliquid compensationis nomine opponi, sanè iniquum esse credimus, ne sub prætextu compensationis, depositarum rerum quis exactione defraudetur.

41 Tertium text. in *cap. Bona fides 2. de Deposit.* Ubi etiam Summus Pontifex
compensationem adversùs depositum
denegavit ibi: *Sanè depositori licuit, pro
voluntate sua depositum revocare, contra
quod compensationi, vel deductioni locus*
42 *non fuit.* Ratio prohibitionis est, quia
depositarius pollicetur se depositū redditurum extemplò, ac voluerit deponens, & fidem suam præstat text. in *l. 1.
§. penult. ff. de Deposit.* Gothofred. in *not.
ad l. final. C. de Compensat.* Gutierrez *de
Jurament. confirmat. part. 3. cap. 6. num. 4.*
Castropal *Oper. moral. tractat. 32. disputat. 3. punct. 9. num. 3.* Hermosill. *gloss. 5.
l. 5. tit. 3. part. 5. num. 1.* Oynotom. in *§.
Præterea. num. 12. Institut. Quib. mod. re
contrahit. obligat.* Staiban. *de Interess. lib.
2. tit. 14. num. 34.* Escobar. *de Utroq. for.*
43 *art. 5. §. 5. cas. 5. num. 160.* Unde si opponeret compensationem deficeret in fide, depositum differendo Borcholt.
Disputat. de Compensat. proposit. 7. argument. 3. Ripoll. *Variar. Resolut. cap. 10.
num. 356.* Diego *opuscul. de Compensat.
fol. mihi 11.* Motill. *Prax. de in integr. re-*
44 *stitut. num. 39.* Quod dici non potest, ubi
contractus, qui ex bona fide oritur, ad
perfidiam referatur text. in *cap. Bona fides. de Deposit.*

45 Tota enim ratio compensationis denegandæ in deposito est, propter exuberantem fidem, quæ in hoc contractu
46 exoptatur. Idcirco si depositarius compensationem deponenti objicere posset,
præstitam fidem infringeret, quod grave est text. in *l. 1. ff. de Constitut. pecun.* Et
facit Aristotel. *lib. 5. Ethic. ad Nicom.* ibi:
*Etenim si quis depositum reddiderit, invitus, vel propter metum non erit dicendus
agere justa, neque justitiam colere; sed id
per accidens facere &c.* Quamobrem
47 Cicero *lib. 3. de Offic.* dixit, depositum
non reddere summam injustitiam esse.
48 Lex Pisarum fuit, *Qui interverterit
depositum capite plectatur* teste Alex. ab
Alex. *lib. 3. Dier. genial. cap. 10.* Et celebre
49 est Imperatoris Turcarum judicium,
quo in depositum abnegantem capite
animadvertit, ut refert Pub. Ærod. *lib.
1. Decret. tit. 30.* Quibus opitulatur mi-
50 rabilis illa Pyttaci Mitylænei sententia, quam refert Diogenes Laërt. *lib. 1. de
Vitis Philosophorum. in Pittac. Mitylen.*
ibi: *Depositum cum acceperis, redde.* Quod
etiam admonet Ovid. *lib. 1. de Art. amād.*

Reddite depositum: pietas sua fœdera servet:.
Fraus absit: vacuas cædis habete manus.

Unde Pyttia, vates quemdam punien- 51
dum esse dixit, quia depositum reddere
ambigerat, ut tradit Juvenal. *Satyr. 13.*

Spartano cuidam respondit Pyttia vates
Haud impunitum quemdam fore, quod dubitaret
Depositum retinere, & fraudem jure tueri.

Apud veteres, tanta depositarum re- 52
rum religio, fidesque fuit, ut Romani
pactiones, fœdera, testamenta, & pecunias in templis deponerent, ut patet
ex Tacito. *lib. 1. Annal.* ibi: *Nihil primo Senatus die agi passus, nisi de supremis Augusti, cujus testamentum inlatum per
Virgines Vestæ Tiberium, & Luciam hæredes habuit.* Et clarescit ex Dion. Cassio
lib. 48. Histor. ibi: *Hæc ita pacti, & scriptis consignantes, tabellas apud vestales deposuerunt.* Et tradidit Operarius in *notis*
ad Plaut. *in Bachid. act. 2. scen. 3. num. 68.*

Fiebat depositum in templis propter 53
loci religionem, ut tutiùs servaretur
ab insidiis; quasi Deorum custodiæ commendaretur, vel quia quamplurimi
excubitores Fanorum erant, ut suspicatur Hothoman. *lib. 16. epit. tit. 3.* Si quis 54
ex sacris ædibus deposita subriperet
parricida dicebatur, ut tradit Cicero
lib. 2. de Legib. ibi: *Sacrum, sacrove commendatum, qui deserit, rapseritve parricida esto.* De pecuniis in ęde sacra depo- 55
sitis fit mentio in *l. 1. §. Si pecunia. ff. de
Deposit. l. Acceptam. C. de Usur. l. Si reus.
C. Pro soc.* Et eruitur ex Plaut. in *Bacbid. act. 2. scen. 3.*

Nos apud Theotimum omne aurum deposuimus.
Qui illic Sacerdos est Dianæ Ephesiæ.

Et paulò post.

Quid in ipsa æde Dianæ conditum est,
Ibidem publicitus servant.

Qua de causa depositi commendatio- 56
nem sacram vocari censeo a Juvenale
Satyr. 13.

Viſceribus, ſacrum tibi, quod non reddat amicus.
Depoſitum.

57 Ideoque depoſiti ſacram fidem appellant Cujac. in *Recitat.ſolemn.ad lib.4. C.tit.34*: Annæus Robert. *lib. 2. Rer. judicat.cap.*10. Senec. *de Tranquillit. anim. cap.11.Religioſus*, ait, *homo, Sanctuſque*
58 *ſolet tueri fideicommiſſa*. Et Regnis præponendam eſſe fidem voluit Sill.Italic. *lib. 2.de Bell.punic.*

Audite, ò gentes, neu rumpite fœdera pacis.
Nec regnis poſt ferte fidem.

59 Tandèm adeò urgens eſt fides circa res depoſitas, ut etiam à mortuis exigatur; ut patet ex Hiſtoria Irenis filiæ
60 Spyridionis Epiſcopi. Nam cum ejus fidei pecunia quædam committeretur. Irene, ut tutiùs eam cuſtodiret, ſub terram condidit, poſteà vitâ functâ, cuſtodiæ loco haud declarato, pecuniæ Dominus deflens, & anxius Irenis Patrem Spyridionem convenit. Spyridion cōfeſtim ad ſepulchrum pergit, Irenem filiam accerſit, eamque de depoſiti veritate ſciſcitatur. Tunc defuncta reſurgēs cuſtodiæ locum, ubi pecunia depoſita erat indicavit. Quam Hiſtoriam ex Niceph.Calliſt. *lib.8. Hiſtor.cap.* 42. Ruffin. *lib.10.cap.5.* Hiſtor Tripart. *lib.1.cap.* 10. refert Annæus Robertus *lib.2.Rer.judicat.cap.*10.

61 Si depoſitarius prætextu compenſationis depoſitū reddere reluctaretur ſpoliaret deponentem Dyn. in *cap. Qui ad agendum de Regul.jur. in* 6. & *conſil.* 384. *num.2.lib.1.& conſil.* 317. *lib.* 3. Staiban.
62 *de Intereſſ.lib.2.tit.* 14. *num.* 34. Sed ſpoliatus ante omnia eſt reſtituēdus text. in *cap. In litteris de Reſtitut.ſpoliat.* text. in *l.Si quis ad ſe fundum. C.ad l.Jul. de vi public.* Ergo in depoſito compenſatio locū habere non poteſt Cujac. in *l.10.C.de Depoſit.* Harmenopol. *lib.3.tit.9.in fin.*

63 Non obſtant tradita pro contraria affirmativa ſententia. Nam licèt in bonæ fidei, & ſtricti juris Judiciis admittatur compenſatio; hoc debet intelligi, dummodò ob peculiarem alicujus contractus naturam, compenſatio non excludatur, ut contingit in depoſito per textū expreſſum in *l.final.C.de Compenſat.* Ubi Juſtinianus ſtatuit compenſationem in depoſito admittendam non 64 eſſe. Qippe quamvis in omnibus actionibus, tam realibus, quàm perſonalibus compenſationi locus ſit; attamen nè intelligeretur illa conſtitutio de depoſito ſubjungit hæc verba: *Excepta actione depoſiti*. Ut notavit Oſuald. ad Donellum. *Comment ar jur.civil. lib.* 16. *cap.* 15. *litera I.*

Treutlerus. *Select.diſputat.vol.1.diſput* 65 25. *theſ.7 lit. D.* ex Cujacio *lib.* 8. *Obſervat.cap.*16. Aſſerit hoc à Juſtiniano introductum non eſſe; à cujus opinione meritò diſcedit Hothoman. in *Commentar.de Depoſit.* & in *§. In Bonæ fidei.n.* 10. *Inſtitut.de Act.* Quippe ſi mens Treut- 66 lerii fuit in depoſito admittendi compenſationē, contra omnium Doctorum commune ſuffragium, equidèm temeraria eſt. Si intendit dicere à Juſtiniano 67 conſtitutum non fuiſſe, compenſationem admittendam non eſſe in depoſito convinceretur ex *l.final.C. de Compenſat.* & ex *§. In bonæ fidei.Inſtitut. de Act.* Si 68 verò voluit in depoſito Juſtinianum non primùm prohibuiſſe compenſationem, hoc tranſeat, cum ante eum, nec etiam admittebatur, ut patet apud Paulum *lib.2. Sentent. tit.de Depoſit.* ibi: *In actione depoſiti compenſationi locum non eſſe.*

Impeditur quoque in depoſito com- 69 penſatio ob celerem rei reſtitutionem; nè beneficiū quod intuitu celeritatis inductum eſt, tarditatis ſubdatur injuriis Cujac. *lib.8.Obſerv.cap.*26. Hothoman. in *§.In bonæ fidei.in fin.* Pichard: *n.*46 *Inſtitut.de Act.* Salgad. *de Reg protect.part.2. cap.16.n.72.* Cancer. *Variar.Reſolut.lib.3. cap.5.n.46.* Ræward. *Variar.Reſolut.lib.1. cap.11.* Unde rectè Senec. *de Benefic. lib.* 70 6. ibi: *Confunditur formula, ſi quis apud me pecuniam depoſuerit, idem mihi poſtea furtum fecerit, & ego cum illo furti agam; ille mecum depoſiti.*

Nec obſiſtit ſecundum fundamen- 71 tum: Nam licèt verum ſit ob impenſas neceſſarias poſſe depoſitarium rem depoſitam retinere, donec illi ſit ſatisfactum, quoties compeſatio ex alia cauſa denegatur. Secus verò, quādo depoſitarius ob impenſas factas habet jus in ip-

ſa

ſa re, ob impenſas in ea factas. Quo caſu res ipſa depoſita pignori ſubjecta
72 cenſetur: Unde donec depoſitario plenè ſatisfactum ſit, juſtè eam retinere poteſt. Non obeſt. text. in *l. final. C. de Commod.* Ubi Imperatores vetant debiti prætextu reſtitutionem denegare commodati: ergo à fortiori, nec res depoſita retineri poteſt. Nam reſpondendum eſt. Verum eſſe res depoſitas, vel commodatas prætextu debiti ex alia cauſa proveniente retineri non poſſe, V.G. ſi commodator, aut qui decem depoſuit ex cauſa mutui, commodatario, aut depoſitario debeat, nequit obtentu hujus debiti rem commodatam, vel depoſitam retinere text. in dicta *l. final. C. Commod.* Ob impenſas neceſſarias in ipſa re commodata, depoſita factas, rectè ipſa res depoſita, vel commodata retinetur.
73 Nam tunc nulla datur præſumptio perfidiæ, imo id actum videtur, ut depoſitarius ſimiles impenſas faceret, cum ſine iis futurum eſſet, ut res periret; deinde quia impenſæ neceſſariæ partem rei conſtituunt; & tantùm de re, in quam fiunt detrahere videntur, quantum in ea impenſum eſt, ut proinde jus aliquod in rem tribuant facienti argument. text. in *l. Planè. 38. ff. de Depoſit. hæred.* text. in *l. 5. ff. de Impenſ. in reb. dotal. fact.* Arnold. Vinn. *lib. 1. Select. cap.* 51. Gonzalez. in *cap. Bonafides num.* 13. *in fine de Depoſit.*
74 Limitatur primo noſtra concluſio, quando debitor rem apud creditorem depoſuit Nam ſi debitor deficiat in fide ſolvendi, quod debet, creditor depoſitarius poteſt retinere depoſitum, & ſic infidelitas unius, cum infidelitate alterius compenſatur text. in *l. Viro atque uxore. ff. Solut. matrim.* text. in *l. Apud Celſum. §. Marcellus. ff. de Except. dol.* Leſſ. *de Juſtit. & jur. lib. 2. cap. 27. dub. 4. num.* 16. Sà in *Verbo Depoſitum num.* 4. Eſcobar. *de Utroq. for. artic. 5. §. 15. num.* 162. Navarr. in *Man. cap. 17. num.* 115. Bonacin. *de Reſtitut. diſputat. 1. quæſt. ult: punct.* 2.
75 *num.* 19; Nam, ut cecinit Ovid. *lib. 1. de Art. amand.*

Fallere fallentem, fraudemque repellere fraude.

Exemploque licet lædere quemque ſuo.

Et idipſum præcipiens facere repetit rurſus in eodem *lib.* 1. canens:

Fallite fallentes: ex magna parte profanum.

Sunt genus, in laqueos, quos poſuere cadant.

Et *lib.* 3.

Judice me fraus eſt conceſſa repellere fraudem.

Limitatur Secundo, quando deponens 76
compenſationi oppoſitæ à depoſitario aſſentitur. Nam tunc compenſatio locum habet in depoſito, dummodò expreſſè deponens conſentiat Barboſa in *l. Divortio* 8. *§. Ob donationes. num.* 16. & 17. *ff. Solut. matrim.* Berſan. *de Compenſat. cap. 1. quæſt. 5. num.* 12.

Ampliatur 1. Principalis noſtra con- 77
cluſio, ut procedat in depoſito confeſſionato, cui non poteſt objici compenſatio Matienzo. *l. 9. gloſſ. 4. num. 6. tit. 11. lib. 5. novæ recollect.* Giurb. *deciſ.* 87. *num.* 35. Barboſa. in *l. Divortio §. Ob donationes num. 14. ff. Solut. matrim.* Pichard. in *§. In bonæ fidei num. 46. de Act.* Barboſa. in *Collect.* in *l. 11. num. 8. C. Depoſit.* Reverter. *deciſ.* 494. Berſan. *de Compenſat. cap. 2. quæſt. 22. num.* 8. Roland. *conſil.* 17. *vol.* 1. Paul. de Caſtro *conſil.* 9. Medic. *de Compenſat. quæſt. 17. num. 7. part.* 1. Surd. *conſil.* 246. *num.* 9. Gratian. *Diſcept. Forenſ. cap. 728. num.* 27. Curt. Jun. in *l. Bonafides col. pen. ff. de Poſit.* Trentacinq. *Variar. tit. de Compenſat. num. 17. lib. 3. vol.* 1. Theſaur. *deciſ.* 26. Hermoſill *Gloſſ. 5. l. 5. tit. 3. part. 5. num.* 2. Mantic. *de Tacit. & ambig. convent. lib. 10. tit. 10. num.* 10. Cancer. *Variar. part. 3. cap. 8. num.* 40. Natta. *conſil. 438. num. 6. vol.* 2. Ratio eſt, quia 78
confeſſio in depoſito veram probat numerationem text. in *l. Publia. §. Lucius Titius. ff. de Depoſit.* Bald. *conſil.* 256. *vol.* 1. Paul. de Caſtro *conſil. 170. vol.* 2. Medic. *de Compenſat. quæſt. 19. num.* 7. Et tunc illi competunt privilegia veri, realiſque depoſiti; quamobrem nequit objici compenſatio, ut tradit Berſan. *cap. 2. quæſt. 22. num.* 9. ex Roland. *conſil. 17. num.* 6.

Non obſtat quod contrarium ample- 79
xati fuêre aliqui Doctores, nempè quod in depoſito confeſſionato locum habeat com-

compensatio Socin. *consil.* 143. *col. final. lib.* 1. Surd. *consil.* 246. *num.* 3. *lib.* 2. Carroc. *tractat. de Deposit. part:* 1. *quæst.* 2. *num.* 2. Marin. ad Reverter. *Observat. ad decis.* 494. Bald. in *consil.* 384 *lib.* 1. Graff. *de Exceptionib. cap.* 16. *num.* 74. Albens. *consil.* 645. *num.* 2. *lib.* 4. Milanes. *decis.* 2. *num.* 4. Gloss. in *l. Assiduis. C. Qui potior. in pign. hab.* Socin. *consil.* 143. *lib.* 1. Cagnol. in *l. Contract. num.* 20 *ff de Reg. jur.* Plot. *de In litem jurand.* §. 10 *num:* 32. Cevall. *de Cognit. per viam viol. part.* 2. *quæst.* 1. *num.* 39. Avendañus *de Censibus Hispaniæ cap.* 45. *num.* 15. Bero. *decis.* 193. Lopez in *l.* 2. *num.* 104. *C. de Pact. inter empt.* Solis *de Censib. tom.* 2. *lib.* 1. *cap.* 8. *num.* 7. Tiraquell. *de Retract. tit.* 2. §. 4 *gloss.* 6 *num.* 8. Castrus *Prax. Lusit. lib.* 3. *cap.* 22. *num.* 35. Mascard. *de Probat. concl.* 509. *num.* 7. Kirkov *tom.* 2. *Comm. opinion. lib.* 4. *tit.* 24. *num.* 18. Quia hoc procedit, quoties ex confessionato deposito læderetur jus tertii, vel si inter prohibitas personas fuerit facta confessio; quia tunc veri depositi privilegia locum sibi non vindicat, ut benè advertit Hermosill. *gloss.* 5: *l.* 5. *tit.* 3. *part.* 5. *num.* 4 & Barbosa *Collect. in l.* 11. *num.* 9. *in fine. C. de Deposit.* & dicam paulò inferius.

80 Ampliatur 2. Ut compensatio non admittatur, quamquam depositum sit quantitatis Crot. *consil.* 139. *num.* 3. Niger *de Except. cap.* 13. §. 12. *num.* 10 & 19. Socin. Sen. *consil.* 143 *num.* 14 *ad finem. lib.* 1. Larrea *decis.* 14. *num.* 8. Bonden. *de Jur. controv. collectat.* 38 *num.* 149. Reverter. *decis.* 494 *num.* 1. *versic. Id quod procedere.* ibique Marinis in *Observat. versic. Et hoc etiam.* Ruin. *consil.* 144. *num.* 13. *lib.* 4. Graff. *de Exceptionib: except.* 16. *num.* 71. Zoësius in §. *In bonæ fidei. num.* 72. *de Actionibus.* Bersan. *de Compensat. cap.* 2. *quæst.* 22. *num.* 6. Salyc. in *l. Penult. C. de Deposit.* Natta *consil.* 438. *num.* 7. Carroc. *de Deposit. part.* 1: *tit. de Casu. num.* 18. Roderic. *de Privileg. credit. part.* 1. *artic.* 6. *num.* 40. Barbos. in *l. Divortio:* §. *Ob donationes. num.* 12: *ff. Solut. matrim.* Mynsinger. in §. *In bonæ fidei. num.* 5. *Institut. de Act.* & ibi Pichard. *num.* 46. Barbos. *collect. in l.* 11. *num.* 10. *C. de Deposit.* Gratian. *Disceptat. forens. cap.* 728. *num.* 23. Hermosill. *l.* 5. *Gloss.* 5. *tit.* 3. *part.* 5. *num.* 7. Medic. *de Compensat. quæst.* 15. *num.* 4. *par.* 1. Surd. *consil.* 246. *num.* 10.

Ampliatur 3. Ut nec admittatur 81 compensatio, quamvis debitum ex alia causa in depositum convertatur; cum certum sit debitum ex una causa conventione partium, in aliam posse converti text. in *l. Certi condictio. ff. Si cert. petat.* Gratian. *Disceptat. forens. cap.* 321. *num.* 10. Barbos. *Collect. in l.* 11. *num* 11. *C. de Deposit.* Hermosill. *l.* 5. *gloss.* 5. *tit.* 3. *part.* 5. *n.* 12. & 13. Natta *cōsil.* 384. *num.* 5. Milanens. *decis.* 2. *num.* 41. *lib.* 2. Solis *de Censib. lib.* 1. *cap.* 8. *tom.* 2. Doctores in dicta *l. Certi condictio.* §. *Deposui ff. Si cert. petat.* Ratio est, quia idem est ac si vera intervenisset numeratio text. in *l. Adversus.* & ibi Gloss. *C. de Non numerat. pecun.* Gloss. in *l. Singularis. ff. Si cert. petat.* Acosta in *l. Si ex cautione. Fallent.* 3. *C. de Non numer. pecun.*

Ampliatur 4. Quamvis res deposita 82 sit deperdita, & ad æstimationem agatur; quia non admittitur compensatio text: in *l. Final. C. de Compensat.* Purpurat. in *l. Cum fundus* 29. Butig. *num.* 56. *ff. Si cert. petat.* Salycet. in dicta *l. C. de Compensat. num:* 10. Hermosill. *gloss.* 5. *l.* 5 *tit.* 3. *part.* 5. *num.* 8. Non officit si dicatur, quod quoties agitur rei vindicatione, non admittitur compensatio text. in *l. Qui restituere. ff. de Rei vindicat.* Attamen si ad æstimationem deveniatur, 83 admittitur text. in *l. Si propter fructus. C. de Compensat.* Trentacinque *Variar. tit. de Compensat. num.* 1. *lib.* 3. *vol.* 2. Quia hoc est speciale in deposito: Nam aliàs nullum in ipso privilegium daretur; & frustrà in *l. Final. C. de Compensat.* Depositi contractus exciperetur, cum certum sit de specie ad speciem, nec de specie ad quantitatem compēsationem dari non posse text. in *l. Si convenerit. ff. de Pignor. act.* text. in *l. Si non sortem.* §. *Si centum. ff. de Condict. indeb.*

Ampliatur 5: Ut locum non habeat 84 compensatio, licèt creditor deponentis, ob cujus contumaciam depositum fuit factum, illud petat; quia ad hoc, ut liberatio sequatur pecuniæ depositum, ut species fieri debet, & de specie ad speciem, ut nunc dixi compensatio non datur. Sequutâ verò voluntate cre- 85 di-

ditoris recipiendi depositum, dominiũ
in eum transfertur text. in *l. Acceptam.*
C. de Usur. ibi Bald. *num.* 5. Tiraquell. *de*
Retract. lib. 2. §. 4. *gloss.* 9. Barbosa. in *l. Si*
mora 10. *ff. Solut. matrimon.* Hermosill.
gloss. 5. *l. tit.* 3. *part.* 5. *n.* 10. Negusant. *de*
Pign. p. 2. *memb.* 2. *p* 5. *num.* 28. Gratian.
Disceptat. forens. cap. 8. *num.* 25. Ubi ait,
quod non solùm creditori datur utilis
actio; sed etiam utilis rei vindicatio ad
86 recuperandum depositum; at quoties
concurrit rei vindicatio, compensatio
non admittitur Hermosill. *gloss.* 5. *l.* 5. *tit.*
3. *part.* 5. *num.* 11. Ergo nec in hoc casu
locum habere debet.

87 Ampliatur 6. Quamvis ex utraque
parte esset depositum, quia depositum
cum deposito compensari nequit text.
in *l. Penultim. C. de Deposit.* Tyndar. *opu-*
scul. de Compensat. artic. 5. *num.* 42. Dyn.
in § *In bonæ fidei. num.* 9. *Institution. de*
Act. Barbosa in *l. Divortio.* §. *Ob donatio-*
nes. n. 13 *ff. Solut. matrim.* Bersan. *de Com-*
pensat. cap. 2. *quæst.* 22. *num.* 14. Perez in
lib. 4. *C. tit.* 31. *num.* 13. Castropal. *Oper.*
moral. tractat. 32. *disputat.* 1. *punct.* 16. §.
2. *num.* 12. *versic. Tertius.* Gregor. *Syn-*
tagmat. jur. lib. 21. *cap.* 22. *num.* 7. Medic.
de Compensat. quæst. 19. *num.* 2. Trentacin-
que *Variar. Resolut. tit. de Compensatio-*
nibus. num. 17. *lib.* 3. *volum.* 1. Grass. *de*
Exceptionib. except. 16. *num.* 71. Gratian.
Disceptat. forens. cap. 728. *num.* 25. Ratio
adducitur à Gregorio IX. in *cap. Bona*
fides de Deposit. ibi: *Sanè depositori licuit*
pro voluntate sua depositum revocare,
contra quod compensationi, vel deductioni
locus non fuit, ut contractus, qui ex bona
fide oritur, ad perfidiam minimè refera-
tur.

88 Limitatur hæc 6. ampliatio, quando
utrumque depositum esset liquidũ: Nã
tunc admittitur compẽsatio textus ex-
pressus in *cap. final. de Deposit.* ibi: *Licèt cõ-*
pẽsatio admittatur in aliis, si causa, ex qua
postulatur sit liquida, ita quod facilem
exitum credatur habere. Salycet. in *l. Si*
quis. num. 2. *C. de Deposit.* Add. ad Jas. in
§. *In bonæ fidei. lit. D. Institut. de Actio-*
nib. Grass. *de Excetionib. except.* 16. *num.*
72. Gratian. *Disceptat. forens. cap.* 728.
num. 25. Cumia *super Ritu Regn. Siciliæ*
cap. 19. *num.* 21. Bartol. in dicta *l. Si quis.*
C. de Deposit. Paul. de Castro *consil.* 170.
lib. 2.

Ampliatur 7. Ut nec admittatur 89
compensatio in deposito irregulari.
Nam licèt tunc dominium transeat in
depositarium. text. in *l. Lucius. ff. de De-*
posit. text. in *l. Dies sponsalitiorum. ff. Eo-*
dem. Attamen non per hoc est admitten-
da compensatio Purpurat. in *l.* 2. *in prin-*
cip. ff. Si cert. petat. Niger. *de Except.*
cap. 13. §. 12. *n.* 10. Surd. *consil.* 846. *n.* 10.
lib. 2. Bersan. *de Compens. cap.* 8. *quæst.* 22.
num. 7. Bald. *consil.* 317. *lib.* 3. Salyc. in *l. Pe-*
nult C de Deposit. Mantic. *de Tacit. & am-*
big. convent. lib. 10. *tit.* 10 *num.* 4. Crot. *con-*
sil. 139. *num.* 3. Medic. *de Compensat. quæst.*
19. *num.* 8. *part.* 1. Gratian. *Discept. Forens.*
cap. 728. *num.* 24. Natta *consil.* 438. *num.* 7.
Grass. *de Except cap.* 16. *num.* 71. Franch.
decis. 151. Hujus ratio est, quia tunc nõ
amittit regularis depositi privilegia.
Bald. in *l. In contractibus. C. de Non nume-*
rat. pecun. Aretin. in §. *Præterea. Instit.*
quib. mod. re cõtrah. oblig. & in *l. Si hominẽ*
§. *Quoties. ff. de Deposit.* Medic. *de Compen-*
sat. quæst. 19. *num.* 8. *part.* 1. Cujus præci-
puum privilegium est, ut ejus instru-
mentum habeat exequutionem para-
tam. text. in *l. Pen. C. de Deposit.* Gloss. in
l. Si sub prætextu. C. Commod. Abb. in *cap.*
Significasti. num. 11. *de Elect.* Corras in
l. Qui liberos num. 258. *ff. de Rit. nupt.* Azo.
Summ. C. de Compensat. num. 11. Bart. in *l.*
Cum is. §. *Fidejussor num.* 4. *ff. de Condict. in-*
deb. Paul. de Castro in *l. final. num.* 2. *C. de*
Compensat. Abb. in *cap.* 1. *num.* 14. *de Mu-*
tuis petit. Bald. *consil.* 317. *vol.* 3. Roland.
consil. 17. *vol.* 1. Alex. in *l. Ait prætor.* §. *Si*
Judex. ff. de Rei vindic. Bart. Bald. & Sa-
lyc. in dicta *l. Pen. C. de Deposit.* Bald. *con-*
sil. 384. *volum.* 1. Jaso. in *l.* 1. *num.* 4. *C. de*
Edend. Trentacinq. *Variar. Resolut. tit. de*
Deposit. Resolut. 1. *num.* 1. *lib.* 3. *vol.* 1. Do-
ctores in *cap. Bonafides de Deposit.*

Limitatur 3. Principalis conclusio, 90
ut non procedat, quoties de actione
contraria depositi agitur; quia tunc,
cum minimè agatur de fide rupta, ad-
mittitur compensatio. Salyc. in *l. final.*
C. de Compensat. Tyndar. *Opuscul. de Com-*
pensat. artic. 5. *num.* 40. *versic. Circa pro-*
positam. Trentacinque. *Variar. Resolut.*
tit. de Compensat. num. 17. *lib.* 3. *vol.* 1. Bar-

bosa

bosa. Collect. in *l. Si quis vel pecunias* 11. *num.* 12. *C. de Deposit.* Hermosill. *gloss.* 5. *l.* 5. *tit.* 3. *part.* 5. *num.* 14. Veluti si depositarius repetat expensas in rem depositam factas, quippè tunc compensationi locus erit: cum nulla sit ratio, quæ compensationem impediat, ut tradit Balduin. in §. *In bonæ fidei vers. Ne sub prætextu in fine de Act.* Hothoman. *lib.* 12. *Observat. cap.* 20. *litera G.*

91 Limitatur 2. Si ad tertium depositum perveniat, sitque quantitatis, vel ad æstimationem perveniatur; tunc locum sibi vindicat compensatio. Ratio est quoniam minimè contra tertium actio depositi competit text. in *l. Si is, qui C. de Deposit.* ubi sēbec. *Paratitl. in cap. de Deposit.* Barbos. *Collect.* in *l. Si quis vel pecunias.* 11. *num.* 13 *C. de Deposit.* Hermosill. *Gloss.* 5. *l.* 5. *tit.* 3. *part.* 5. *num.* 15. Carroc. *de Deposit. part.* 1. *Rub. Si depositarius mutuet alteri.* Hoc non procedit, si depositarius rem apud alium deponat, cedatque directas actiones deponenti, vel eum in suum subroget locum. Nam ille tertius nequit compensationem opponere text. in *l. Si is, apud quem. ff. de Deposit.* Surd. *consil.* 411. *num.* 19. Carroc. *de Deposit. part.* 1. *tit. de Casu. num.* 51. Hermosill. *Variar. Resolut. gloss.* 5. *l.* 5. *tit.* 3. *part.* 5. *num.* 15. & Barbos. *Collect. in l. Si quis vel pecunias* 11. *num.* 14. *C. de Deposit.*

92 Limitatur 3. Quoties depositum subrogatur, vel dependet, seu alterius contractus est correspectivum; quia assumit illius contractus naturam, ut si principalis sit, ut emptio, locatio, mutuū, &c. ipsiusque sequitur naturam, & amittit privilegia, naturamque depositi Gratian. *disceptat. forens. cap.* 273. *num.* 5. Cevall. *de Cognit. per viam violentiæ. part.* 2. *quæst.* 76. *num.* 9. & 11. Barbos. *Collect. in l. Si quis vel pecunias.* 11. *num.* 15. & 16. *C. de Deposit.* Mantica *de Tacit. & ambig. convent. lib.* 10. *tit.* 10. *num.* 16. & 17. Carroc. *de Deposit part.* 1. *tit. de casu.* 45. Hermosilla *Variar. Resolut. gloss.* 5. *l.* 5 *tit.* 3. *part.* 5. *num.* 16.

93 Limitatur 4. Etiam quando depositum est factum ad hoc, ut in alia causa convertatur; quia tunc cum cesset ratio prohibens compensationem, hæc rectè potest admitti Mantic. *de Tacit. & ambig. convent. lib.* 10. *tit.* 10. *num.* 16. Bersan. *cap.* 2. *quæst.* 22. *num.* 21. Niger. *de Except. cap.* 13. §. 12. *num.* 24.

Limitatur 5. In retentione, quæ admittitur in deposito Corn. *consil.* 61. *num.* 27. *lib.* 3. Zamoran. *opuscul. de Compensat. disputat.* 11. *n.* 7. Molignat. *de Retention. quæst.* 51. 52. 53. & 54. Bald. *cōsil.* 317. *lib.* 3 Socin. *consil.* 171. *lib.* 3. & *consil.* 143. *n.* 14. *lib.* Bello. *add. ad* Jasonem in *l. Si non sortem.* §. *Si centum. ff. de Condict. indeb.* Cum retentio sit actione favorabilior Gratian. *disceptat. forens. cap.* 336. *num.* 49. Monach. *decis. Florent.* 70. *num.* 38. Grassis *de Exceptionib. except.* 16. *num.* 21. Mãsus. *consultat.* 130. *num.* 87. Bersan. *de Compensat. cap.* 2. *quæst.* 22. *num.* 12. text. in *l. Invitus.* §. *Cui damus. ff. de Regul. jur.* text. in *l.* 1. §. *Nam cui damus. ff. de Superficieb.* text. in *l. Paulus. ff. de Dol. except.* text. in *l. Per retentionem. C. de Usuris.* Jaso. in *l. Naturaliter.* §. *Nihil commune. col.* 12. *ff. de Acquir. possess.* Bald. *consil.* 452. Magon *decis. Lucens.* 64 *num.* 5. Ruin. *consil.* 66. *num.* 12. *lib.* 1 Cephal. *consil.* 86. *num.* 20. Surd. *de Aliment. tit.* 3. *quæst.* 7. *num.* 12. Aymon. *consil.* 148. *num.* 2. 94

95 Quapropter hîc advertēdum est, quod ubicumque excluditur compensatio, admittitur retentio, ut tradunt Glossa in *l. Grege.* §. *Cum pignori. verbo. Compensatum. ff. de Pignoribus.* Molignat. *tract. de Retent. num.* 7. Grass. *de Exceptionib. cap.* 16 *num.* 26. Medic. *de Compensat. quæst.* 28. *num.* 5. *part.* 2. Gallia. *consil* 78. *num.* 31 Paris. *consil.* 110. *num.* 33. *lib.* 1. Cephal. *consil.* 658. *num.* 25. *lib.* 5. Gabriel. *de Jur. jurand. concl.* 7. *num.* 2. Anna *consil.* 101. *num.* 3. Apostill. ad Castrens. in *consil.* 371 *part.* 1. Corn. *consil.* 61. *num.* 16. *lib.* 3. Aym. *consil.* 148. *col.* 1. Gratian. *disceptat. forens. cap.* 728. *num.* 31. Cancer. *Variar. Resolut. part.* 3. *cap.* 16. *num.* 321. Florian. *controv.* 68. *num.* 5. Ricc. *collect.* 305. Urceol. *Consultat. forens. cap.* 61. *num.* 42. Decian. *consil.* 94. *num.* 26. *lib.* 3. Tusch. *conclus.* 490. *num.* 78. Duaren. *ad tit. de Compensationibus.* Corn. *consil.* 61. *lib.* 3. Seraphin. *de Privileg. jurament. privileg.* 74. *num.* 144. Fachin. *controvers. jur. lib.* 11. *cap.* 7. Mancin. *de jurament. part.* 4 *effect.* 30. *in fine.* Cardinal. de Luca *discurs.* 41. *num.* 9. *de Judiciis & de Credit. discurs.* 60. *num.*

*num.*8. Tepat. *Variar.sentent.tit.*160. *de Compensationibus cap.*5. Cyriac.*controv.* 441.*num.*18.*& controv.*224. *num.*9. Oynotom.in §.*In bonæ fidei. n.*9. *Institut. de Act.*Marant.*Specul.aur.part.*4.*distinct.*6. *num.*3.*in fine.* Gothofred. in *Notis ad legem* 3.*ff.de Compensationib.* Sigibert. *tractat.de Reconvent. cap.*6. *num.*1. *in fine.* Bonden.*de Jure controvers.colluctat.*38. *num.*147. Gonzalez in *cap. Bona fides. num.*13.*de Deposit.*Bersan. *de Compensat. cap.*2. *quæst.*11. *num.*28. *& cap.*1.*quæst.*12 *num.*8. Alderis. *de Symbolic. contractib. tit.*2.*cap.*10.*num.*14. Sylva *de Salar.quæstion.*58.*num.*13.

96 Limitatur 6.Quoque de jure Placentino,juxta quod in deposito admittitur compensatio, ut ex Federic. Scot. *lib.*8. *Respons.*10.*num.*25.*tom.*2. tradidit Bersan.*de Compensat.cap.*2. *quæst.*22.*num.*28

97 Quid si depositum probetur per solam confessionem , an tunc exceptio compensationis possit opponi? Et Bald. in *consil.*384.*in fine.lib.*1. Bero.*decis.*195. Cevall.*de Cognit. per viam violent. part.* 2. *quæst.*1. *num.*39. Cagnol.in *l.Contractus. num.*20 *ff.de Reg. jur.* Felician.*de Censib.tom.*2.*lib.*1.*cap.*8.*num.*7. Plot. *de In litem jurando.* §. 10.*num.*32. Mascard. *de Probationib.conclus.*509.*num.*7. Lopez in *l.*2.*num.*104. *C. de Pact. inter emptor.* Tiraquell.*de Retract.*§.4.*gloss.*6. *num.*15. Avendañus *de Censib.Hispaniæ*. *cap.*45. *num.*15. Roland. *consil.*17. *num.*3. *vol.*1. Affirmativam tenent sententiam per Glossam in *l.Assiduis.verbo.Datæ.C.Qui potior. in pign. habeant:* Ubi habetur, quod prælationis privilegium in hypotheca tacita, quæ per dictam legem assiduis dotibus tribuitur ; minimè locum sibi vindicat , si dos per confessionem dumtaxat probetur : Ergo idem dicendum est de deposito , ut privilegium ei concessum solummodò locum habeat in deposito naturali, cum verè pecuniæ numeratio probetur ; non autem si suscepti depositi probetur simplex confessio.

98 Secundum fundamentum est text. in *l.Si quis vel pecunias* 11.*C.de Deposit.*ibi: *Quando quis vel pecunias , vel res quasdam per depositionis titulum acceperit.* Ex quibus verbis intelligitur non sufficere, quod quis confessus fuerit se depositum accepisse. Hanc legem ad hoc propositum expendit Socin.Sen.*consil.*143 *num.* 15.*lib.*3.Subnectens, quod cum hæc lex sit exorbitans , & loquatur quando quis depositum accepit , nequit porrigi ad eum casum , quo quis fatetur se depositum recepisse text.in *cap. Ea quæ . de Regul.jur.in* 6. Nam in casibus , in quibus non reperitur expressè privilegium deposito indultum , jus commune est servandum Decius in *l.*1. *num.*6. *C. de Edend.*

His minimè refragantibus , contra- 99
rium est verius, videlicet,quod non admittatur compensatio adversùs depositum per solam confessionem probatum ut referunt Paul.*consil.*10.*n.*1.*lib.*2.Cancer. *Variar.Resolut.p.*3. *cap.*8.*de Deposit. n.*40. Curt.Jun. in *l.*2. *n.*16. *ff.Si certum petat.*Mantica *de Tacit.& ambig.convent. lib.*10.*tit.*10.*num.*14. Hermosill *gloss.*5.*l.*5 *tit.*3.*part.*5.*num.*2.Roland.*consil.*17.*num.* 15.*lib.*1. Fachin. *Controv. jur. lib.*2. *cap.* 93.Curt.Jun. in *l.Bona fides. num final.ff. de Deposit.* Tiraquell. *de Retract.* §.4. *gloss.*6.*num.*15.Barbosa in *l.Divortio* 8. §. *Ob donationes. num.*14. *ff.Solut. matrim.* Præsertim quando ex confessione non infertur præjudicium tertio, nec est facta inter personas prohibitas Castill. *Controvers.lib.*3. *cap.*16. *num.*10. Giurb. *decis.*87.*num.*35. Matienz.in *l.*9. *tit.*11. *gloss.*4.*num.*6. Pichard.in §.*In bonæ fidei* 30.*num.*46.*Institut.de Actionib.*

Hujus conclusionis fundamenta 100
sunt sequentia. Primum , quia depositi privilegia vindicant sibi locum,etiam in deposito irregulari , quando deponitur pecunia numerata,dominiumque in accipientem transfertur text. in *l.Si hominem.* §.*Quoties. cum l.sequente . ff.de Deposit.* text. in *l.Lucius . la primera* text.in *l.Die sponsaliorum .* §.1. *ff.eodem.* Curt.Jun.in *l.*2. *num.*15. *ff.Si cert.petat.* ibidem Purpurat. *col.*3.

Secundum , quoniam in deposito, 101
quod per confessionem probatur , non habet locum exceptio non numeratæ pecuniæ text. in *l.In contractibus .* §.1. *ff.de Verbor.signific.* Ubi Baldus hoc intelligit , dummodò non fiat fraus de cōtractu ad contractum , scilicet si taci-

tè

tè conveniretur, quod esset mutuum, & depositi nomen sit expressum; ex quo apparet, quod si hujusmodi fraus non probetur, depositum, quod ex confessione oritur, est verum, & naturale, cum contra illud minimè non numeratæ pecuniæ exceptio admittatur Mantica *de Tacit. & ambig. convent. lib.* 10. *tit.* 10. *num.* 13.

102 Tertium, quia confessio probat numerationem veram text. in *l. Publia. §. 1. ff. de Deposit.* Quem ad hunc finem adducit Baldus in *l. Pecunia. C. de Solut. & in consil* 256. *num.* 1. *in fine lib.* 1. Asserens depositum per confessionem non contrahi; ast esse contractum probatur. Et subjungit *n.* 2. Quod confessio accipitur, ut probet numerationem; sed condemnatio ex numeratione sequi debet: ergò depositi privilegium locum obtinet, ut adversùs eum compensatio objici nequeat, quamquam per solam confessionem probetur Paul. de Castro *consil.* 64. *in fine.* per supracitatam *l. Publia. §.* 1. *& consil.* 170. *num.* 1. *in fine lib.* 2. Ubi si vera solutio minimè facta fuit in deposito, sed dumtaxat ficta, videlicet si debitum ex venditionis causa in depositi causa convertatur, compensatio adversùs ejus repetitionem nequit objici; ideòque multo minus potest opponi, si ex confessione probetur vera numeratio Natta *consil.* 438. Roland. *consil.* 17. *num.* 6. *&* 7. *lib.* 1.

103 His sic positis, fundamenta contrariæ sententiæ non obstant. Non primum ex Glossa in *l. Assiduis. in verbo. Datæ. C. Qui potior. in pignor. hab.* Quia, ut refert Mantica, communiter reprobatur, ac Bartolus ibi *num.* 11. contrarium amplectitur, quoties maritus non numeratæ dotis exceptioni renunciavit, vel terminus præstitutum ad eam opponendam labatur; idemque testatur Bald. in *l Deo nobis. num.* 3. *C. de Episcop. & Cleric.* Roland *consil.* 17. *num.* 10. *&* 18. *lib.* 1. Paulus de Castro in *l. Si marito. num.* 2. *ff. Solut. matrim.* Alex. *consil.* 78. *num.* 6. *&* 9. *& consil.* 25. *num.* 7. *lib.* 2. *& consil.* 123. *num.* 5. *lib.* 6. Bald. in *l.* 1. *C. Quand. lic. ab empt. disced. num.* 8. Afflict. *decis.* 402. *num.* 10. Jaso in *l. Duobus. num.* 8. *ff. de Jur. jurand.* Et quamvis vera esset opinio Glossæ in dicta *l. Assiduis verbo. Datæ.* Attamen non loquitur de deposito, quod per confessionem probatur; sed de dote, quam maritus, se recepisse confessus fuit, in qua uxor creditoribus anterioribus tacitam habentibus hypothecam nequit præferri; quoniam maritus censetur uxori donare voluisse, quæ donatio cum sit prohibita per textum in *l.* 1. *ff. de Donat. inter virum, & uxor.* Ideòque suspicione fraudis non caret; quod locum sibi non vindicat, quando quis ex depositi causa certam pecuniæ quantitatem recepisse fatetur Natta *dicto consil.* 538. *num.* 8. Mantica *de Tacit, & ambig. convent. lib.* 10. *tit.* 10. *num.* 16.

Non obstat secundum ex *l. Si quis vel pecunias* 11. *C. de Deposit.* Quæ licèt loquatur de vero, naturalique deposito, quod extra limites suos nequeat extendi: attamen respondetur, quod per confessionem vera probatur numeratio, ut supra dixi; ideòque verum non fictum intelligitur depositum. Hanc responsionem adducit Natta dicto *consil.* 438. *num.* 11. *in fine.* Aut respōde, quod compensationis exceptio prohibetur in deposito ad evitandam fraudem, ne rei depositæ restitutio possit differri; & depositum, quod ex bona fide oritur ad perfidiam trahatur text. in *l. Penult. C. de Deposit.* text. in *cap. Bona fides. Extra de Deposit.* Quidquid autem fraudis ratione prohibetur, tamquam jus naturale ad similis porrigatur text. in *l.* 1. *& final. ff. Si quis in fraud. patron.* text. in *l. Cum bi* 8. *§. Si cum bis. ff. de Transact.* Ex quibus apparet, quod hoc privilegium, quod adversùs depositi actionem nequeat opponi compensatio, locum etiā habere posse in deposito, quod per cōfessionem probatur. Et licèt non gaudeat privilegiis veri depositi, hoc locum habet in præjudicium tertii, secus inter easdem partes deponentem, & depositarium Tiraquell. *de Retract. convent. §.* 4. *gloss.* 6. *num.* 14. Cancer. *Variar. Resol. lib.* 3. *cap.* 8. *num.* 39. Matienzus Jun. in *l. Die sponsaliorum* 25. *§. Qui pecuniam. num.* 80. *ff. de Deposit.* Cabreros *de Metu lib.* 2. *cap.* 4. *num.* 39. Gonzalez in *cap. Bona fides num.* 12. *in fine. de Deposit.* 104

105 Limitatur 1. Ut procedat quando propriè agitur actione depositi; ideoque si ad redemptionem prædiorum pecunia fuerit deposita, cessat hoc privilegium; quoniam debitum ex causa depositi, in aliam est versum; & ex pacto tacito agitur actione præscriptis verbis text. in *l.Si oleum.ff.de Dolo.* Quæ in locum depositi actionis non succedit Bald.*consil.317. versic. Considerandum.*, *lib.3.* Ideoque locum habebit compensatio text.in *l.final.C.de Compensat.* Mãtica *de Tacit.& ambig.convent.lib.10.tit.10.num.17.*

106 Limitatur 2. Si mutuam mihi dederis pecuniã,& eam apud te deposuerim, hoc privilegium cessat, & locum habet compensatio; quoniam hoc depositum sequitur naturam mutui, ex quo descendit, & ita ex æquitate, jurisque rationibus subnectit Bald. in dicto *consil.317.versic. Accedit.lib.3.& in consil. 384.in fine. lib.1.* Mantica *de Tacit. & ambig.convent. lib.10. tit.10. num.17. ad finem.*

SUMMARIUM

1 *Conditio unde dicatur.*
2 *Conditio quandoquidem significat qualitatem personæ.*
3 *Conditio nonnunquam sumitur pro conventione pacis.*
4 *Conditio interdum ponitur pro mentis qualitate.*
5 *Conditio non rarò sumitur pro ipsis verendis.*
6 *Conditio sæpè ponitur pro convictione sponsaliorum, & nuptiarum.*
7 *Conditio quomodo definiatur.*
8 *Conditio quotuplex sit.*
9 *Conditiones possibiles, & impossibiles quænam sint.*
10 *Conditio etiam sumitur pro modo.*
11 *Conditio, & demonstratio in quibus differant.*
12 *Compensatio in debitis conditionalibus locum non habet.*
13 *Conditione pendente, debitor habetur pro non debitore.*
14 *Compensatio, ubi non est debitum, et creditum, locum habere non potest.*
15 *Compensatio in debitis conditionalibus non admittitur, licèt sciatur conditionem nè certò esse venturam.*
16 *Conditio nihil ponit in esse, et actus conditionalis non nisi conditione existente valet.*
17 *Compensatio rectè recipitur conditione existente.*
18 *Fidejussor compensationem sui debiti opponere nequit prætextu fidejussionis præstitæ.*
19 *Debitor sub onere præstandi satisdationem, non patitur compensationem ante satisdationem præstitam.*
20 *Quæ sub onere cautionis debentur, ante cautionem præstitam non exiguntur.*
21 *Debitum in diem compensari non potest.*
22 Referuntur verba text.in l.Quod in diem 6.ff.de Compensat.
23 *Debitum ad hoc, ut in compensationem deduci possit, debet esse liquidum.*
24 *Debitum, quod debetur in diem, non dicitur exigibile.*
25 *Creditor petens debitum in diem, repellitur exceptione pluris petitionis.*
26 *Compensans quodammodò petere videtur.*
27 *Compensatio dicitur solutio.*
28 *Quilibet favori pro se introducto renunciare potest; quia volenti, non fit injuria.*
29 *Compensatio objectatur invito.*
30 Referuntur verba text. in l Si cum militi 16. §.Cum intra. ff.de Compensat.
31 *Differentia inter diem obligationi adjectum à contrahentibus, et tempus judicatis à jure indultum.*
32 *Tempus solutionis indulgetur judicatis humanitatis gratia.*
33 *Dies judicatis datus est beneficium indultum à lege.*
34 *Cui objectioni luculenter satisfit.*
35 *Beneficium hoc quare indulgeatur.*
36 *Compensatio, licèt opponatur condemnato agenti intra judicati tempora, non per hoc aufertur, si beneficium dilationis illi indultum.*
37 *Favor actoris, et rei non est idem.*
38 *Rei favorabiliores sunt actoribus*
39 *Quod in diem certam debetur, quamvis dies non dum venerit, jam debetur.*
40 *Quæ per exceptionem perimi possunt, compensari nequeunt.*

Actor

41 *Actor exceptione pluris petitionis summovetur, si plus tempore petat.*

42 *Compensatio impropriè vim petitionis assequitur.*

43 *Compensatio rectè admitti potest ante diei adventum; quando dies conceditur miserationis gratia.*

44 *Hæredes mariti intra annum dotem æstimatam restituere tenentur.*

45 *Sive ex pacto à creditoribus concedatur, licèt lapsum non sit tempus, quia compensatio in ejus odium non tendit; sed in favorem cum debitori condemnato occasio solvendi debitum promptior sit.*

ARGUMENTUM

Utrùm in Debitis Conditionalibus, vel in Diem locum sibi vindicet compensatio.

QUÆSTIO II.

1 CONditionem à condo descendere
testatur Valla. *lib. 4. Elegant. cap.*
67. Quæ aliquando qualitatem, & statū
2 personæ significat text. in *l. Hæres. & l.*
Sed & si. ff de Acquirend. hæred. Et patet
ex Cicerone relato à Valla dict. *lib. 4. cap.*
67. *O miseram conditionem administrandi*
consulatus! Idem Cicero. *lib. 3. Tuscul.*
Nihil est enim, quod tam obtundat, elevetque ægritudinem, quàm perpetua in omni
vita cogitatio, nihil esse, quod accidere
non possit, quàm meditatio conditionis hu-
3 *manæ*. Quandoquidem accipitur pro
conditione, seu conventione pacis, ut
ait Cicer. in *Epistol. Feruntur omnino con-*
ditiones pacis, ab illo, ut Pompejus eat in
4 *Hispaniam*. Nonnunquam sumitur pro
mentis qualitate, veluti hic est homo
mansuetæ, & bonæ conditionis, ut exēplificat Valla. *lib. 4. Elegant. cap.* 67. Et
apparet ex Plaut. in *Menechm. Scen. 2. act. 4.*

Bona conditione conditi sumus.

Idem Plaut. in *Aulular. scen. 4. act. 1.*

Narravi amicis meis multis consilium meum.
De conditione hac.

Interdum conditio capessitur pro ip- 5
sis verendis, ut clarescit ex Lampridio in
Heligabal. ibi: *Romæ denique nihil egit*
aliud nisi, ut emissarios haberet, qui & bene nasutos perquirerent, eosque ad Aulam perducerent, ut eorum conditionibus
frui posset.
Multoties desumitur pro conjunctio- 6
ne sponsaliorum, & nuptiarum text. in
l. final. ff. de Sponsal. text. in *l. 19. & l. 36. ff. de Rit. nupt.* text. in *l. final. ff. de Proxenet.* text. in *l. 65 ff de Judic.* text. in *l. 18. C. de Nupt.* Et patet ex Sueton. in *Julian. cap.* 28. ibi: *Octaviani sororis suæ neptem, quæ Marcello nupta erat conditione ei detulit.* Idem Sueton. in *August. cap. 69. Demissam Scriboniam, quæ liberius doluisset nimiam potentiam pellicis, conditiones quæsitas per amicos, qui matres familias, & adultæ ætatis Virgines nudarent.* Idem Sueton. in *Claud. cap. 26.* & in *Galb. cap. 5. Festus lib. 3.* Conventa conditio dicebatur, cum primus sermo de nuptiis, & earum conditione habebatur. Sic Senec. *lib. contr. 3. Conditionem nuptiarum illi inventam, cum alio nullo modo possit.* Et hoc quoque verbo utātur in hoc significatu Plautus. in *Trucul. & Aulul.* Livius *lib. 3. ab urbe cond.* Plin. *lib. 1. Epistolar. ad Junium Mauritium.*

In jure autem variè à variis definitur 7
conditio Nam Accursius in *Rubric. de Condit. & demonstrat.* Quem sequitur Azo. in *Summ. C. de Condit. insert.* Asseverat, quod sit suspensio, cujus de futuro effectus, vel confirmatio pendet. Bart. in *l. 1. ff. de Condit. & demonstrat.* Offirmat quod sit futurus evētus, in quē dispositio suspenditur. Conditio tunc suspēdendi vim habet, quum in futurum tempus confertur, quæ in tempus præsens, aut in præteritum, non suspendit, nec retardat obligationem text. in *l. Conditio. in præteritum. ff de Verb. oblig.* text. in *l. Si ita stipulatus fuero ff. Eod.* Secundùm illud: Ovid. *lib. 4. Fastor.*

Non

Non casu vos; sed sub conditione vocati Fertis opem.

Alciatus in *l. Debitori. C. de Pact.* Ait esse qualitatem, qua quid condi, hoc est fieri actum est. Hothomanus inquit cōditio est lex negotio apposita, unde eventus pendet; sed mihi præcæteris placet Bartoli definitio, magisque convenit cum text. in *l. Unica. §. Quid autem, si aliquid sub conditione. C. de Caduc. tollend.* text. in *l. Cum ad Præsens 37. ff. Si cert. petat.*

8 Dividitur autem conditio in incerta, & certa; Incerta est illa, quæ an impleatur incertum est, veluti si navis ex Asia venerit. Certa est, quæ omnimodo exitura est, veluti si intra Kalendas digito Cœlum non tetigero. text. in *l. In illa stipulatione. ff. de Verb. oblig.*

9 Dividitur quoque juxta Paul. *lib. 3. Sentent. tit. 4.* In possibile, & impossibile. Possibilis est, quæ per rerum naturam admitti potest. Impossibilis non potest, veluti si Cœlum, digito tetigeris, quam impossibilem conditionem negativam nuncupant Commentatores in *l. In illa. ff. de Verb. obligat.* Sed Alciatus autumat rectius necessariam esse dicendam, quæ pro pura habetur; nisi fortassis loquamur de eo Cœlo, de quo Oxymorum ridiculū ænigma cōfixit Virgil. in *Bucolica ecogl. 3.*

Dic quibus in terris, & eris mihi magnus Apollo.

Tres pateat Cœli, spatium, non amplius ulnas.

Quid hoc loco significet Cœlum explicat Alciatus *lib. 1. Parerg. cap. 18.*

10 Capitur quoque aliquando in jure conditio pro modo, quod ferè in multis conveniet cum conditione. text. in *l. 1. C. de His, quæ sub mod.* Pro modo capitur tum sæpè; tum evidenter. text. in *l. Debitor. C. de Pact.* text. in *l. Quoniam. C. de Rer. Permutat.* Tamen modus fit per, *ut*, conditio verò per *si*, & in multis non parum discrepant, ut liquet ex Glossa *Rub. de Condit. & demonstrat.*

11 Differt autem conditio à demonstratione, cò quia demonstratio plerumque rem factam ostendit; conditio verò futuram text. in *l. Si nominatim ff. de Condit.* Conditio in liberam legatarii voluntatem, aut in eventum rei futuræ incertum confertur, veluti, si hoc feceris, vel si navis ex Asia venerit. Demonstratio verò rem factam ostendit, non quemadmodum conditio futuram, ut fundum Tusculanum, quem Sejus mihi dedit do, lego. text. in *l. Stichum 6. ff. de Legat. 1.*

His sic positis ad quæstionem negativè respondetur, hoc est, quod indebitis sub conditione non habeat locum compensatio Bart. in *l. Statuliberos in princip. ff. de Stat. liber.* Gloss. in *l. Quæcumque verbo Venit. ff. de Compensat.* Doctor. in *l. 2. C. Eodem tit.* Doneli. *Comment: jur. civil. lib. 16. cap. 15. fol. mihi 697. in fine.* Duaren. *Tit. de Compensat.* Gregor *Syntagmat. jur. univers. part. 3. lib. 21. cap. 22. n. 3.* Cujac. *lib. 3. Quæst. Papin.* in *l. Si cum militi. ff. de Compensat. fol. mihi 78.* Molina *de Just. & jur. tractat. 2. disputat. 560. num. 19.* Donell. in *l. final. num. 10. vers. hæc sententia. C. de Compensat.* Gratian. *Discept. Forens. cap. 224. num. 25.* Faber. in *Rational.* in *l. Quod in diem. ff. de Compensat.* Gregor. Lopez. in *l. 21. tit. 14. partid. 5.* Castill. *Controvers. jur. lib. 4. cap. 40. num. 73.* Escobar. *de Confessar. sollicit. ad vener. part. 2. quæst. 3. §. 3. num. 30.* Medic. *de Compensat. quæst. 49. num. 1. part. 1.* Sabelli *Variar. Resolut. cap. 56. num. 27.* Zacch. *de Salar. quæst. 104. num. 20. & 21.* Diego. *Opuscul. de Compensat. fol. mihi 16. in fine.* Zanger. *de Except. part. 3. cap. 8. num. 73.* Thesaur. *Quæst. forens. lib. 4. quæst. 21. num: 1.* Mascard. *de Probat. concl. 333. num. 10.* Urceol. *Consult. forens. cap. 61. num. 34.* Castropal. *Oper. moral. disputat. 1. punct. 16. §. 2. num. 9.* Berlan. *de Compensat. cap. 2. quæst. 4. num. 3.* Rota. *decis. 92. num. 5 part. 1. Divers. & in recent. decis. 447. num. 15. part. 4. tom. 2.* Borcholten. *Disputat. de Compensat. proposit. 10.* Mansf. *consult. 13. num. 57. & consult. 393. num. 31.* Treutler. *vol. 1. disputat. 25. thes. 8. litera E.* ibique Bacchovius. Cujac. in *Rub. C. de Compensat. litera E.* Harpprecht. in *§. In bonæ fidei. num. 7. de Act.* Berlan. *de Compensat. cap. 2. quæst. 2. num. 27.* 12

13 Hujus conclusionis ratio est, quia pendente conditione, debitor habetur pro non debitore. text. in *l. Debitor. ff. de Verb. signif.* text. in *l. Plerumque. ff. de Jur. dot.* text. in *l. Cum qui. §. Quoties.* text. in *l. Li-*

Liber homo.§.1.ff.de Verb. oblig. text. in *l.*
Cedere diem. ff. de Verb. ſignif. Zanger.*de*
*Except.part.3.cap.8 num.73.*Diego.*Opu-*
ſcul.de Compenſat.fol.mihi 16. *in fine*.Bar-
boſa.in *l.Si conſtante.§.final.num*.6. *ff. So-*
*lut.matrim.*Jacobin.in *l.Pecuniam num.4.*
*ff.Si cert.petat.*Caſtropal.*Oper.moral. di-*
*ſputat:1.punct.16.§.2.num.9.*Molina *de*
Juſtit.& jur.tractat.2.diſputat.560. num.
19. Lanfranch. Zacch. *de Salar. quæſt.*
104.*num.*21.Berſan. *de Compenſat. quæſt.*
4.*cap.2.num.3.*Donell. *lib.* 16. *Comm. jur.*
civil.cap.15.fol.mihi. 697. Tenut. *de Mo-*
ment.temp.cap.25. num. 4. Barz. *deciſ.70.*
num. 34. Purpurat. *conſil.* 447. *num.* 35.
14 Borell.*conſil.75.num.* 2. Sed ubi non da-
tur debitum, & creditum, nec debitor,
nec creditor, nequit admitti compenſa-
tio.text. in *l.1.ff. de Compenſat.* Ergo &c.
15 Ampliatur 1. Noſtra concluſio,
quamvis ſciatur conditionem certò
eſſe venturam. Nam nec toties locum
habebit compenſatio, prout benè tradi-
dit Diego *Opuſcul.de Compenſat.fol.mihi*
16 16. *in fine*. Quia conditio nihil ponit in
eſſe, ideoque actus conditionalis, non
niſi conditione exiſtente valet.text. in *l.*
Si quis ſub conditione.ff.Si quis omiſſ.cauſ.
teſtament. text. in *l. Cedere diem. ff. de*
*Verb.ſign.*text.in *l. Si quis fundum.ff. de*
Contrah. empt. text. in *l. Ex facto.ff. de*
Hæred. inſtituend. Cum & conditio in
forma ſpecifica impleri debeat. text. in
l.Qui hæredi, & l. Mævius.ff. de Condit.
17 *& demonſtrat.*Purificatâ conditione, re-
ctè compenſatio admittetur; quia jam
non ſub conditione; ſed purè debetur;
& conſequenter concurrunt ad com-
penſationem ineundam requiſita à Ju-
riſconſulto in *l.* 1. *ff. de Compenſat.*& in
terminis Theſaur. *Quæſt. forenſ. lib.* 4.
*num.*23.Relatus à Berſano *de Compen-*
ſat.cap.2.quæſt.4:num.5.
18 Ampliatur 2. Ut compenſationem
ſui debiti fidejuſſor opponere nequeat
prætextu fidejuſſionis præſtitæ: niſi pro
ea ſolverit, Brũneman.in *l.Quod in diem*
*num.1 ff.de Compenſat.*Et ratio eſt, quo-
niam id, quod debetur fidejuſſori, pen-
det à conditione, ſi illius causâ ſolverit,
ut tenet Berſan. *de Compenſat. cap.* 2.
19 *quæſt.4.num.*8.Qua de cauſa debitor ſub
onere præſtandi ſatisdationem, com-
penſationem non patitur ante ſatisda-
tionem præſtitam Faber in *ſuo Codic.*
*lib.4.tit.23.definit.*6.Bart. in *l: Ejus num.*
4.*C. de Compenſat.* Propterea quod ea, 20
quæ ſub onere cautionis debentur, an-
te cautionem præſtitam unquam nul-
lo modo exiguntur; non quaſi non de-
beantur, ſed quia cautionis præſtandæ
neceſſitas ſolutionem moratur, quam-
vis non faciat indebitum, quod fuit de-
bitum, ut inquit Papinianus in *l. Pater*
7.§.Si forte.ff.de Dot.prærog. Poſſuntque
multa accidere, quæ difficilem faciant,
& longis ambagibus involutam fide-
juſſionis præſtationẽ, cum facti quæſtio
plerũque occurrat, an idoneus ſit fidejuſ-
ſor, qui offertur, nec ne? ſive quòd ſuſpe-
ctæ ſint ejus facultates, ſive quia habeat
fori præſcriptionẽ tex.in *l. Si verò. 5. §.*
1.text. in *l.Fidejuſſio 7.ff. de Qui ſatiſdar.*
cog. Cum iniquum eſſe appareat fieri
moram ei, qui ſatiſdedit. text. in *l. Eti-*
am.15.ff.de Ut legat.non caveat. text. in *l.*
Ille, à quo 13.§.1.verſ.quid ergo.ff.ad Sena-
tuſc.Trebell.
Sed an debitum in diem compen- 21
ſari queat ſciſcitandum eſt? & negati-
vam ſententiam amplectuntur Donell.
*Comm.jur.civil lib.16.cap.15.fol.mihi.*697.
Diego.*Opuſcul.de Compenſat.fol.mihi.* 16.
in fine. Faber. Rational. in *l. Quod in di-*
em.ff. de Compenſat. Zanger. *de Except.*
part.3 cap.2.num.75. Cujac. *lib.3. Quæſt.*
Papinian. in l.Si cum militi. fol. mihi 78.
Medices *de Compenſat, quæſt.49. n.3.p.1.*
Molina *de Juſtit.& jur.tractat.2.diſputat,*
560.*num.*19. Caſtropal. *Oper. moral. di-*
ſputat.1. punct.16. §.2. num.9. Gregor.
Syntagmat.jur univerſ.part.3.lib.21. cap.
22.*num.*3. Zacch. *de Salar. quæſt.*104.
*num.*20.Borcholt.*Diſputat.de compenſat.*
*propoſit.*10. Bim.*conſil.*319. *num.*29. *vol.*
4. Eſcobar. *de Sollicit. confeſſ. ad vener.*
*part.2.quæſt.5. §.3. num.*30. Caſtill. *Con-*
*troverſ.jur.lib.4.cap.40.num.*73.Tyndar.
*opuſcul.de Compenſat.art.4.num.*24.The-
ſaur.*Quæſt.forenſ.lib.4. quæſt.21. num.*
Capyc.Latr.*conſultat* 30.*num.*9. Sabelli
*Variar.Reſolut. cap.56. num.*27. Berſan.
*de Compenſat. cap.2. quæſt.4. num.*9. Ur-
ceol. *Conſultat. forenſ. cap.61. num.*34.
Manſ.*conſult.13.num.*57. *& conſult.*102.
*num.*8. *& conſult.* 393. *num.*31. Faber
Ra-

Rational. in l. Si cum militi 16. §. *Cum inter. ff. de Compensat.* Cujac. in *Rub. C. de Compensat. lit. E.* Brunneman. in *l. Quod in diem. num. 1. ff. de Compensat.* Bersan. *cap. 2. q. 2. n. 27.* Unde si Sempronius, cui hodie debeo decem aureos contra me agat, & ego ipsi ratione aliorū decem, quos mihi debet ad kalendas Aprilis opponam compensationem, nihil mihi proderit hæc compensatio, cum id, quod debetur in diem nequeat compensari cum eo, quod purè debetur, ut exemplificat Harpprecht. in §. *In bonæ fidei. de Act. num. 7.*

22 Hujus conclusionis fundamenta sunt sequentia. Primum est text. in *l. Quod in diem 6. ff. de Compensat.* Ubi Ulpianus *lib. 30. ad Sabinum* scripsit, debitum in diem minimè posse compensari. Verba Ulpiani sunt hæc: *Quod in diem debetur, non compensabitur, antequam dies veniat, quamquam dari oporteat.*

23 Secundum text. in *l. Final. C. de Compensat.* Ubi Justinianus rescripsit, quod ad hoc, ut locum sibi vindicet compensatio, debitum debet esse clarum, liquidum, & exigibile; sed debitum, quod

24 in diem debetur non est exigibile text. in *l. Cedere diem. ff. de Verbor. significat.* Ergo compensatio nequit locum habere argument. text. in *l. 1. ff. de Compensat.*

25 Tertium est text. in *l. Quæcumque. ff. de Compensat.* Ubi quæcumque per exceptionem perimi possunt, quę in compēsationem non veniunt; sed si id, quod ante diem debetur petatur, malè petitur, cum exceptione pluris petitionis summoveatur actor, qui plus petit tempore text. in *l. Unica. in fine. ff. Quando dies legat. ced.* text. in *l. Si quis agens. Institut. de Actionib.* Ergo refellitur compensatio.

26 Quartum text. in *l. Amplius nō peti.* 15 *ff. Rem ratam haber.* Ubi Paulus inquit: *Petere quoque et exigere, cum intelligi quis utitur cōpensatione.* Sed quod indiē debetur ante diem nec peti potest, nec exigi. text. in *l. Cedere diem* 213. *ff. de Verbor. signific.* Ergo nec compensari.

27 Hujusmodi conclusione nostrâ suffultâ, adversùs eam insurgit difficultas text. in *l. In diem* 10. *ff. de Condict. indebit.* Ubi habetur ante diem debitorem solvere posse, nec repetitioni dari locum: Ergo si ante diem solvere potest, & quoque compensare; quia compensatio est solutio text. in *l. Vel permutavit* 19. *ff. de Liberal. caus.* text. in *l. Debitor* 4. *ff. Qui potior. in pign. hab.* text. in *l. Amplius non peti. ff. Rem rat. hab.*

Huic enim difficultati fit satis asse- 28 rendo, quod is, qui ante diem solvit, volens solvit; quia jure minimè tenebatur, cum volenti non fiat injuria text. in *l. 1. §. Adeò. ff. ad Legem Aquil.* Et quilibet favori pro se introducto volens renunciare potest text. in *l. Quod certa. ff. de Solut.* text. in *l. Penult. C. de Pact.* Is autem, cui compensatio objicitur in- 29 vitus est text. in *l. 3. ff. de Compensat.* Et ab ipso per oppositam compensationem id postulatur, ut hoc debitum, ad quod solvendum ipse adigi non dum potest, pro extinguendo alio debito statim efficaci, insolutum habeatur, quod in effectu idem foret, ac si debitum in diem, antequàm ea venisset ab invito debitore peteretur, cum compensatio petitionis viam consequatur text. in *l. Amplius non peti. ff. Rem rat. hab.* Donell. *Comm. jur. civil. lib. 16. cap. 15. fol. mihi* 698. *in princip.* Diego *opuscul. de Compensat. fol. mihi* 17. Zanger. *de Except. part. 3. cap. 8. num. 77.*

Urget quoque contra nostram con- 30 clusiònem text. in *l. Si cum militi* 16. §. *Cum intra diem. ff. de Compensation.* Ubi etiam quod in diem debetur rectè compensatur. Cum qui per sententiam condemnatus erat ex judicato præstare tenetur, sed peti id, in quo condemnatio facta est, non potest antequam tempus ipsis condemnatis à jure constitutum finitum sit, quod ex lege duodecim tabularum dumtaxat erat 30. dierum, hodiè verò est quadrimestre text. in *l. Final. ff. de Usur. rei judic.* Et tamen si condemnatus vicissim actorem conveniat, priusquam elapsum sit judicati tēpus, rectè illicò ei objicitur compensatio: Ergo falsum est, quod debitum in diem antequam ea advenerit compensare non possit. Verba textus sunt hæc: *Cum intra diem adjudicati executionem datam judicatum Titio agit, cum eodem Titio, qui & ipse pridem illi judicatus est.* *com-*

compensatio admittitur: Ergo falsa nostra conclusio.

31 Sed huic objectioni occurritur distinguendo inter diem obligationi ab ipsis contrahentibus adjectum, & tempus judicatis à jure indultum; posteriori verò casu rectè locum habet compensatio, & ratio traditur à Papiniano in dicta *l. Si cum militi. §. Cum inter*, ibi: *Aliud est enim diem obligationis non venisse: aliud humanitatis gratia tempus indulgeri solutioni*. At tempus, quod judicatis datur tale est, ut non nisi humanitatis gratiâ ipsis indulgeatur, non autem ut eò minus debitores videri possint, cum plusquam debitores sint, qui jam sunt condemnati text. in *l. Minor 40. ff. de Minorib.* Igitur nil mirum si statim creditori ad compensationem ejus quantitatis, ad quam debitor fuit condemnatus, tamquam veræ, & statim ab ipso debitæ confugere liceat text. in *l. 2. C. de Compēsat.* text. in *l. Intra dies 7. ff. de*

32 *Re judic.* Quodque ex eo apparet, quod solutionis tempus indulgeatur judicatis, non nisi humanitatis gratiâ (ut condemnato, & de solvenda pecunia laboranti, ad eam conquirendam succurratur) quæ gratiâ humanitatis penitùs nulla esset, si solutionis dilatio daretur ei, qui hanc jure obligationis ipsius, adeoque ex juris necessitate, sibi ab ipso creditore concessam haberet Donell. *Comment. jur. civil. lib. 16. cap. 15. fol. mibi* 698. Tyndar. *opuscul. de Compensat. art. 4. num. 24.* Zanger. *de Except. part. 3. cap. 8. num. 80.* Berlan. *de Compensat. quæst. 4. cap. 2. num. 10.* Faber *Rational. in dicta l. Si cum militi. §. Cum inter. ff. de Compensat.* Diego *opuscul. de Compensat. fol. mibi* 17. Medices *eodem opuscul. quæst. 49. num. 4. part. 1.* Nam Papinianus satis eam explicat, dum in fine inquit: Aliud esse si debitū in diem sit, quod exigi nō potest, & aliud si humanitatis, & miserationis gratiâ reo damnato tēpus ad solvēdum judicatū indulgeatur. Debiti hujus dies venit, adeòque exēplò hoc debitū exigi potest quoq; ante judicati tēpora, quod actor ante hęc tēpora agens repellitur nō [...], proptereaquod illicò exigere nequeat, sed quod cōpēsationis tātū intuitu spatiu aliquod cōdēnato ad solvēdū.

33 Ast [...]us impugnatur: Nam per

traditam responsionem difficultati minimè satisfactum est, cum etsi dies judicatis à lege datus non sit dies obligationis, sive ex juris necessitate debitus; est tamen beneficium judicatis à lege indultum text. in *l. 2. & l. Justa. ff. de Re judicat.* Et consequēter ut tale nemini quidèm adimendum text. in *cap. Indultum. extra de Regul. jur in 6.* text. in *l. Final. C. de Usur. rei judic.* Coppel. *de Compensat. cap. 4. num. 40.* Rumelin *exercitat. 19 ad Institut. thes. 16. lit. A.* Krembergk. in *§. In bonæ fidei. num. 36.* Harprecht. *num 8. de Act.*

Sed respondetur per hoc, quod condemnato intra tempora judicati compensatio opponi possit, non auferri ei beneficium dilationis à lege indultum, (id creditori, & agenti enim non indulgetur, sed soli reo actione judicati convento) in priori enim causa dilationis cessat, secus in posteriori, cui tamen ideò tempus id conceditur; atquia solvere debet de pecunia conquirenda laborat, quod ut eo faciliùs possit, ex humanitate ipsi aliquod tempus ad eam comparandam indulgetur, nè eâ non inventâ, quod sæpè facilè contingit, de rebus suis periclitari cogatur, quod periculum proculdubiò cessat, si ipse condemnatus actionem instituit, & spontè adversarium lite pulsat. Unde mirari non debemus, rectè eum etiam ante tempora judicati, per objectam compensationem repelli, utpotè qui tum non opus habeat pecuniæ conquisitione, sed per solam vicissitudinariam crediti remissionem solvat: ita enim cessante legis ratione, ejus quoque dispositio cessat. Ideò tribuitur hoc bene- 34
ficium, ut succurratur reo laboranti propter solutionem, quæ ab ipso exigitur. Unde si ipse reus judicatus, & condemnatus fuit, ultrò pulset, & exigat, intra tempora judicati, non utitur beneficio legis, creditore eodemque debitore compensationem opponente, quod quisque enim juris in alium statuit ipse eodem jure utatur text. in *l. 1. ff. Quod quisq juris.* Etenim cum condemnato, 36 qui intra judicati tempora agit opponitur compensatio, non per hoc aufertur ei beneficium dilationis illi indultum, quia agenti non indulgetur, sed judica-

ti actione convento. Est enim omninò hæc causa dilationis, quod cōdemnatus solvere debet, eoque nomine nunc convenitur: humanum est autem reo laboranti succurri, ut sit ei aliquod tempus idoneum ad comparandam pecuniã, ne hac nō inventã, quod statim difficilè est, rebus suis periclitari cogatur. Hæc causa, cum sit beneficii, apparet ei agēti, & ultrò adversariũ lite pulsanti, idem beneficium nō indulgeri. Non enim idem
37 favor est actoris, quàm rei; reus laborat, non suo facto, sed ab alio pulsatus, cui respondere cogitur. Naturalis est autem pro laborantibus favor, ut Quintilianus scripsit. In eoque est illa humanitas, quam dixi. Actor verò alium petit, & volens non ullâ necessitate judicii coactus, cum sit in ejus potestate nō agere text. in *l. Qui in alterius. ff. de Regul. jur.* Neque aliena pulsatio adjuvanda est, neque excusatione quisquam manuteneretur in eo facto, cujus necessitatē sibi imposuit text. in *l. Si fidejussor. §. penultim. ff. Qui satisd. cog.* text. in *l. 2. §. Si quis tamen. ff. Si quis caut.* Un-
38 de meritò dictum est favorabiliores esse reos, quàm actores text in *l. Favorabiliores. ff. de Regul. jur.* Porrò in beneficiis tribuendis hæc definitio juris certi retinenda est, quoties aliqua causa, aut persona beneficio locum facit, ibi causâ, aut personâ deficiente, beneficium quoque deficere text. in *l. In omnibus causis id observatur. ff. de Regul. jur.* Quod si condemnato agenti hoc beneficium temporis jure minimè datur, non potest dici per compensationem ei auferri, quod ante non habuit text. in *l. Non videtur rem. ff. de Regul. jur.*
39 Adv[er]t[i]tur quoque nostræ conclusioni quod id, quod in diem certā debetur, licet dies nondum venerit, tamen jam debetur, quoniam certum est diem esse venturam, quamvis interim exigi nequeat, cedit enim dies, etsi nondum venit text. in *l. Cedere diem 213. ff. de Verbor. signific.* Itaut etiam si debitor ante diem solverit, quasi indebitum repetere non possit text. in *l. In diem 10. ff. de Condit. indeb.* Maximè quia in diem obligatio novari potest, etiam antequā dies venerit text. in *l. In diem 5. ff. de Novat.* Sed quodcumque debetur venit in compensationem, etiam si dumtaxat naturaliter debeatur text. in *l. Etiam quod natura. ff. de Compensat.* Ergo etiam id, quod in diem debetur compensari poterit antequam dies venerit, quia id dare tandem oportere certum est.

Huic autem difficultati respōdetur, 40
quod quæcumque per exceptionem perimi possunt in compensationem non veniunt text. in *l. Quæcumque 14. ff. de Compensat.* Sed quod in diem debetur, Si ante diem petatur, malè petitur, & 41
exceptione pluris petitionis summovetur actor, qui plus tempore petit text. in *l. Unic. in fine C. Quando dies legat. ced.* text. in *§. Si quis agens. Institut. de Act.* Totum enim medium tempus liberum debitori ad solvendum esse intelligitur text. in *l. Quod certa die 70. ff. de Solutionib.* Adeò ut, qui hoc anno, aut hoc mense dari stipulatus est, nisi omnibus partibus præteritis anni, vel mensis non rectè petat text in *l. Qui hoc anno 42.* text. in *l. Stipulatio ista 38.* text. in *l. Continuus 137. §. Cum ita.* text. in *l. Continuus. §. Cum ita. Versic. Nam & quod in diem. ff. de Verbor. oblig.* Ergo quod in diem debetur compensare interim nequit, sicut nec peti potest; cum compen- 42
satio vim petitionis obtineat text. in *l. Amplius non peti 15. ff. Rem rat. haber.*

Limitatur nostra conclusio, quando 43
dies conceditur miserationis gratiâ. Nam tunc etiam ante ejus adventum admittitur compensatio text. in *l. Si cum militi. §. Cum intra. ff. de Compensat.* Ut offirmant, atque attestantur Cujacius *lib. 3. Quæstion. Papin. in dicta l.* Donell. *Comm. jur. civil. lib. 16. cap. 15. fol. mihi 698* Bart. in *l. Si constat. num. 4. C. de Compensat.* Socin. *consil. 93, num. 23. vol. 1.* Paul. de Castro in *l. 2. num. 3. ff. de Compensat.* & in *l. Bonæ. §. Si sub conditione ff. de Ædilit. edict.* Tyndar *opuscul. de Compensat. art. 4 num. 24.* Faber Ration. in *l. Si cum militi. §. 1 ff. de Compensat.* Zan[gerus] *de Except. part. 3. cap. 8 num. 80.* Me[di]c. *de Compensat. quæst. 49. num. 3. part 1* Bertran. *tractat. de Compensat. cap. 2 quæst. 4. num. 1* Dieto *opuscul. de Compensat.* [fol.] *mihi 17 ad fin m.* Sive dies pro natura lege, 44
ut patet in mar[iti] [h]eredibus, quibus statuitur annus, ut æstimationem dotis intra illum restituere debeant Coppel.

de

de Compensat. cap.4. quæst.41. Pappon. *Arrest. lib.6.tit.3. in fine.* Sive ex pacto à creditoribus concedatur, quia quamvis minimè lapsum sit tempus, compensatio in ejus odium non tendit, sed profectò in favorem, cum taliter debitori condemnato occasio solvendi debitum promptior sit, propter, quod tempus concessum à lege habuit Donell. *Comm. jur. civil. lib.16. cap.15. fol.698.* Diego. *opuscul. de Compensat. fol. mihi* 17. Zanger. *de Except. part.3. cap.8.* Bersan. *de Compensat. cap.2. quæst.4. num.10.*

SUMMARIUM

1 *Evincere est aliquid vincendo ab aliquo consequi, & auferre.*

2 *Evictio est rei nostræ, quam adversarius legitimo titulo acquisivit, recuperatio.*

3 *Venditor si aliquem conveniat ad solutionem pretii rei emptæ conventus juvatur exceptione compensationis cum eadem re sibi evicta.*

4 *Judicio contrario, quæ peti possunt rectè, compensantur.*

5 *Creditum, & debitum ad invicem necessariò requiruntur ad inducendam compensationem.*

6 *Reales, personales, & mixtæ actiones optimè compensari possunt.*

7 *Actio ex deposito descendens compensari non potest.*

8 *Actio perperam occupantis alienam possessionem compensari nequit.*

9 *Exceptio firmat regulam in contrarium.*

10 *Exceptio repellit eundem agentem, quem de jure tenet actio.*

11 *Quantitas in pecunia consistit.*

12 *Species cum quantitate compensari non potest.*

13 *Ratio ibi debet esse eadem, ubi est eadem juris dispositio.*

14 *Fungibiles res, quæ inter se functionem recipiunt sunt tantummodò materia apta ad recipiendam compensationem.*

15 *Affectio in speciebus semper consideratur.*

16 *Compensatio in evictionis materia admitti non potest, quia desunt extrema habilia.*

17 *Compensatio nō potest admitti ubi ex utraque parte non versatur debitum, & creditum ad invicem.*

18 *Compensatio si admitteretur in evictionibus, quandoquidem fieret contra regulas veræ compensationis.*

19 *Evictio compensationem non refellit, ideòque eam admittere potest.*

20 *Evictio, quamvis detur in speciebus: attamen cum tunc agatur ad earum æstimationem, tamquam de quantitate ad quantitatem compensatio locum habere potest.*

21 *Conventus ob aliam summam, præterquam pretii, quia fortassis illud jam solutum fuisset ab eo priusquam res empta evinceretur ob evictam rem habet beneficium opponendæ compensationis.*

22 *Pretium semper est debitum, quamvis evictio non sit præstanda.*

23 *Evictio deducitur in compensationem ab emptore cum suo debito, vel cum pretio, si nondum fuerit solutum venditori, quando pretium ab ipso emptore solutum fuit, & res empta sibi evincitur.*

24 *Emptori agenti de evictione propter rem evictam opponitur compensatio cum pretio dictæ rei evictæ, quod nondum debitori solverat.*

25 *Evicta res, quamvis in specie consistat: attamen quando devenitur ad æstimationem pro quantitate reputatur.*

26 *Quantitas quoties debetur respectu speciei, species pro quantitate existimatur.*

27 *Quantitas cum quantitate semper compensatur.*

28 *Emptor adversus evincentem non potest opponere compensationem rei, quæ evincitur eum pretio.*

29 *Compensatio, de eo, quod alter debet, fieri non potest.*

30 *Emptor, si in fundo meliorationes fecit, adversus evincentem pro ipsis melioramentis agere potest.*

31 *Evincens replicare potest de compensatione melioramentorum eum fructibus ab emptore perceptis.*

32 *Extantes fructus pro specie reputantur.*

33 *Species cum quantitate compensari non possunt.*

34 *Evincere rem quis possit.*

35 *Exceptio, quæ obstat venditori, obstat quæquæ emptori.*

36 *Emptor, à quo res evincitur, ab evincente minimè pretium recuperabit, nisi probet versum fuisse in ejus utilitatem.*

ARGUMENTUM

Utrùm in Evictionibus locum habeat compensatio.

QUÆSTIO III.

1 VErbum evincere nil aliud præsefert, nisi aliquid vincendo ab aliquo auferre, ac consequi juxta Gregor. *Syntagmat. jur. univers. lib.* 25. *cap.* 22. *num.* 3. Unde Tit. Liv. *lib.* 2. *ab Urb. cond.* ibi: *Omne id tẽpus, cũ conjuratis consultando absumunt, evincuntque instando, ut literæ sibi ad Tarquinios darentur.* Columell. *lib.* 6 *cap.* 5. ibi: *Evincẽdi sunt autem, quamvis pestiferi morbi, & exquisitis remediis propulsandi.* Quod apertissimè patet ex Ovid. *eleg.* 1 *lib.* 3. *Trist.* Sueton. in *Tiber. cap.* 37. Quò alludit Horat. *lib.* 2. *Sermon. Satyr.* 3.

Sic puerilius his ratio esse evincet amare.

Cicero. *lib.* 2. *in Verr.* ibi: *Qui tam nefariis criminibus, tam multis testibus evictus ora judicum aspicere, atque os suum Populo Romano ostendere auderet.* Virgil. *lib.* 4. *Æneidos.*

Tu lacrymis evicta meis, tu prima furentem.

His germana malis oneras, atque objicis hosti.

2 Sed apud S.C. evincere est, eandem rem, quam adversarius jure legitimo acquisierat per Judicem recuperare text. in *l.* 1. & *l. Non tamen* 24. *ff. de Evictionib.* Est enim evictio, rei nostræ, quam adversarius, legitimo titulo, adeptus fuit recuperatio text. in *l. Non tamen.* 24. *ff. de Evict.* Et tenet Pichard. *lib.* 4. *tit.* 17. *Institut. de Offic. Judic. §. Finium regundorum cap.* 10. *num.* 121. At cum definitio sit oratio, quæ rem, quæ est, quod sit breviter enarrat juxta Cicer. in *Topic.* Meliori modo definitur, seu potiùs describitur ab Azone in *Summa. C. de Evict.* Videlicet, quod sit rei emptæ, vel ex aliqua juxta causa acceptæ per Judicis sententiam abductio; vel ut placuit Guzman. *de Evict. quæst.* 1. *num.* 1. Alio evincente, causæ amissio; cum non semper sit necessaria rei abductio, ut evicta existimetur text. in *l. Evicta. §.* 1. *ff. de Evict.* Jodoc. *Prax. civil. cap.* 260. *num.* 2. Gomez ad Decium. in *l. Quod evincitur. ff. de Reg. jur.*

His præmissis, offirmandum est in evictionibus locum asciscere compensatio. Quippè si quis à venditore conveniatur ad solutionem pretii rei emptæ, juvatur exceptione cõpensationis, cum eadem re sibi evictâ Bart. in *l. Eleganter num.* 2. *ff. de Pign. act.* Medic. *de Compensat. part.* 2. *quæst.* 35. *num.* 5. Carroc. *de Except. tionib. Except.* 27. *num.* 13. Mangil. *de Evict. quæst.* 183. *num.* 24. Bersan. *de Compensat. cap.* 2. *quæst.* 25. *num.* 1. 2. & 3. Nam quæ contrario judicio peti possunt rectè compensatur Bart. in *l. Mandato. §. Quod autem. num.* 2. *ff. de Pign. act.* Bald. in *l. Si tutores. C. de Compensat.* 3 4

Hujus conclusionis fundamenta sunt. Primum text. in *l.* 1. *ff. de Compensat.* Ubi ad hoc, ut locum habeat cõpensatio nil aliud requiritur; nisi quod adsit debitum, & creditum ad invicem compensandum; sed in nostro casu adest debitum, & creditum; quippe ex parte emptoris est debitum pretii rei emptæ, ex parte verò venditoris adest creditum rei evictæ. Ergo locum habere debet compensatio. 5

Secundum in omnibus actionibus ex Justiniani constitutione locum sibi vindicat compensatio text. in *l. final. C. de Compensat.* text. in *§. In bonæ fidei. de Act.* Ut affectantur, ac tuẽtur Donell. *Comm. jur. civil. lib.* 16. *cap.* 15. Cujac. *lib.* 28. *quæst. Papin.* in *l.* 95. *§. Si creditor. ff. de Solut. fol. mihi* 758. Hothoman *Epitom. lib.* 16. *tit.* 2. *num.* 5. Duaren. *Tit. de Compensat. in princip.* Faber. in *l. In rebus* 18. *§. ultim. ff. de Comm.* Theophil. *lib.* 4. *Institut. tit* 6. *§.* 30. Jul. Pac. *lib.* 16. *Isagoc. tit.* 2. *num.* 11. Gregor. *Syntagmat. juris part.* 3. *lib.* 11. *cap.* 22. Exceptis actionibus depositi. text. in dicta *l. final. C. de Compensat.* & *§. In bonæ fidei. de Act.* Gutierrez. *de Jurament. confirmator. part.* 3 *cap.* 6. *num.* 4 Zamoran. *de Compensat. disputat.* 11. *num.* 1. 6 7

Cu-

Cujac. *lib.* 9. *Observ. cap.* 37. *& ad Paul. lib.* 2. *Sentent. tit.* 12. *§ final.* Borcholt. *Disputat. de Compensat. proposit.* 1. *argument.* 14 Rævard. *lib.* 1. *Variar. cap.* 11. Offuald. ad Donell. *Comm. jur. civil. lib.* 16. *cap.* 15. *litera* E. Faber. *lib.* 12. *Conject. cap.* 9. Forner. *lib.* 2. *Select. cap.* 14. Hunnius ad Treutler. *vol.* 1. *disputat.* 2. Et perperam occu-
8 pantis alienam possessionem dicta *l. fin. §. ult. C. de Compensat.* Diego. *Opusc. de Compensat. fol. mihi* 10. *ater.* Gregor. *Syntagmat. jur. part.* 3. *lib.* 21. *cap.* 22. *n.* 7. Gloss. in *cap. final. de Ord. cognit.* Cujac. *lib.* 15. *Observat. cap.* 12. Duaren. *tit. de Compens. cap.* 2. *in fine.* Gloss. in *§. In bonæ fidei. verb. Depositi. de Act.* Cujac. *lib.* 28. *quæst. Papin.*
9 in *l* 95. *§. Si creditor. de Solut.* Ergo in cæteris omnibus locum habere debet, quoniam exceptio firmat regulam in contrarium. text. in *l. Nam quod liquidè. §. final. ff. de Pen. legat.* Menoch. *de Arbitr. lib.* 1. *quæst.* 30. *num.* 4. Valasc. *consult.* 45. *num.* 1. *in fine.* Gratian. *Discept. Forens. cap.* 490. Sanchez. in *Præcept. decalog. lib.* 4. *cap.* 40. *num.* 19.

10 Tertium, quia ut docemur à juris axiomate, quem de jure tenet actio eundem agentem repellit exceptio. text. in *l. Vindicantem, & l. Seq. ff. de Evict.* text. in *l. Exceptione doli.* 11. *C. Eodem*

11 Sed quamvis hujusmodi sententia communiter à Doctoribis recipiatur; tamen mihi, (ut quod sentio fatear) semper displicuit, præcipuè si juxta compensationis angustiores regulas loquamur, profectò apparebit, in hoc casu compensationem esse denegandam, quia debitum venditoris consistit in specie, scilicet ut est bos, asinus, fundus, domus, &c. emptoris verò consistit in quantitate, hoc est in pretio rei emptæ; ac evictæ, quod est pecunia, in qua dumtaxat juxta Zas. in *§. In bonæ fidei de Act.* Consistit quantitas Matthæus in *l.* 2. *§. Verbis quoque fin. ff. de Reb. credit.* Oynotom. in dict. *§. In bonæ fidei num.* 31. *de Act.* Zass. in *cap.* 1. *num* 21. *lib.* 1. *Singular. Respons. & facit.* text. in *l. Cum alter* 11. *ff. de Compensat.* text. in *l. Si non singuli* 5.
12 *C. Si cert. petat.* Sed de specie ad quantitatem non admittitur compensatio. text. in *l.* 5. *§ Pro filio. ff. de Collat. dot.* text. in *l. Si convenerit. ff. de Pign. Act.* Bart. in *l. Hujusmodi. §. Cum pater. ff. de Legat.* 1. Larrea *decis.* 87. *num* 13. Zanger. *de Except. part.* 3. *cap.* 8. *num.* 110. Diego. *Opuscul. de Compensat. fol. mihi* 14. Faber *Rational.* in *l. Cum fundus. §. Servum tuum. ff. de Reb. credit.* Fachin. *lib.* 11. *Controv. cap.* 7. Barbosa. in *l. Si Constat. num.* 9. *C. de Compensat.* Donell. *Comm. jur. civil. lib.* 16. *cap.* 15. *col.* 6. *vers. Nō minus.* Gregor. *Syntagmat. jur. lib.* 21. *cap.* 22. *num.* 5. Ergo 13
nec etiam admitti debet in hoc nostro casu, ob eandem rationem, quia ubi est eadem ratio, ibi debet esse eadem juris dispositio. text. in *l. Illud. ff. ad Legem aquil.* text. in *l. à Titio. ff. de Verb. oblig.* text. in *l. Quidem numularios. ff. de Edend.* text. in *l. Illud. C. de Sacros. Eccles.*

Compensatio dumtaxat locum ha- 14
bet in rebus fungibilibus, quæ in genere suo functionem recipiunt. text in *l. Qui non militabat* 178. *ff. de Hæred. instit.* text. in *l. In rem suam.* 18. *ff. de Compensat.* text. 8. *C. Eod.* Cujac. in *Paratitl. lib.* 4. *C. tit.* 31. *litera.* E. Oynotom. in *§. In bonæ fidei. num.* 30. *de Act.* Hahnius ad Wesembec. *lib.* 16. *tit.* 2. Molina *disputat.* 560. Castropal. *Oper. moral. tractat.* 14. *disputat.* 2. *punct.* 10. *num.* 6. Gregor. *Syntagmat. jur. univers. part.* 3. *lib.* 21. *cap.* 22. Sed res, quæ emuntur, vel venduntur neque unt functionem recipere, cum pretio earum; ergo nec etiam compēsari. Præcipua ratio in hoc casu cōpēsationis denegandæ est, quia in rebus, quæ venduntur, cum sint species semper considera. tur probabilis affectio argument. text. in *l. Pretia rerum. ff. ad Leg. falcid.* Quia 15
una cit alterâ specie pretiosior Diego *Opuscul. de Compensat. fol. mihi* 14. Paul. de Castro. in *l. Compensationes num.* 6. *C. de Compensat.* & in *l. In rebus. §. Quod autem. ff. Commod.* Medic. *de Compensat. part.* 1. *quæst.* 3. *num.* 3. Oynotom. in *§. In bonæ fidei. num* 41. *de Act.* Ubi expressiùs ex authoritate Gloss. in dicto *§. In Bonæ fidei. verbo. jure aperto.* Dicit, quod si mihi petenti à te decē opponeres compensationem de equo, quem tibi debeo, minimè audieris: ratio est, quia equus est species, decem verò sunt quantitates; & de quantitate ad speciem compensatio prorsùs refellitur text. in *l. Si convenerit. ff. de Pign. act.* Ergo per eādem rationem in

in nostra facti specie est rejicienda.

16 Non obstant prioris sententiæ fundamina. Non primum ex text.in *l.1.ff. de Compensat.* Quoniam si rigorosè loqui volumus in casu evictionis non adsunt extrema habilia ad compensationem inducendam, hoc est debitum, & creditum compensare volentium. Quippè si emptor solvit pretium, & postea ab eo res empta evincatur compensatio locũ habere nequit, quia emptor non est debitor venditoris; qui ad pretii soluti restitutionem tenetur, re evictâ Gloss. & Bald. in *l. Non dubitatur* 6. *C. de Evict.* Covarruv. *Variar. lib. 3. cap. 17. num. 2.* Joann. Andreas ad Speculat. in *tit. de Empt. & vendit. § final.* Pistor. *lib. 2. cap. 10. num 21.* Urceol. *Consult. Forens. cap. 2. num. 44.* Larrea *dec. 75. n. 5. & 6.* Vivius *decis. 152.* Fachin. *lib. 2. Contr. jur. cap. 40.* Thesaur *qq. Forens. lib. 1. quæst. 77.* Gratian. *Discept. Forens. cap. 566. num. 3.* Et hoc quamvis venditor fecerit pactum, ut de evictione non teneretur, re tamen evictâ ad pretii restitutionem conveniri potest text. in *l. Emptorem. 12. §. Qui autem. ff. de Act. empt.* Cum ferendum non sit, ut cum jactura emptoris; qui bonam fidem sequutus est; & nullâ sui culpâ interveniente venditor locupletetur, & re evictâ pretium retineat Larrea dicta *decis. 75. num. 5.* Fontanella *de Pact. nupt. claus. 5 Gloss. 8. part. 14. num. 95.* Faber. *C. lib. 8. tit. 31. defin. t. 30. in fine.* Sesse. *Decis. Aragon: 14. num. 3.*

17 Si verò emptor nondum pretium rei solverit, & res evincatur ab eo, tunc si emptor à venditore conveniatur; emptor objicere nequit compensationem, quia nec emptor est debitor venditoris, nec venditor emptoris, qui pretium rei evictæ nondum solvit; igitur si ut profectò patet in evictione, quoad compẽsationem attinet, non adsit debitor, nec creditor, necessariò sequitur compensationem non dari, cum compensatio sit debiti, & crediti invicem inter se contributio. text. in *l. 1. ff. de Compensat.*

18 Non opponitur secundum ex *l. final. C. de Compensat.* Nam quamvis in omnibus actionibus locum habeat compensatio, debet intelligi in iis, quæ compensationis naturæ minimè refragantur; sed si in evictionibus daretur, compensationis naturæ repugnaret; quia aliquando fieret, ubi non est debitum, nec creditum contra dispositionem Modestini in dicta *l. 1. ff. de Compensat.* Et semper de specie ad quantitatem contra text. in *l. Si convenerit. ff. de Pign. act.* Quod non est dicendum. Ergo &c.

Hæc secunda opinio mihi videtur 19 procedere de stricti juris rigore: sed cum nihil compensationi magis, quàm rigor adversetur, cum compensatio rigorem abhorreat, & æquitate naturali nitatur text. in *l. 3. ff. de Compensat.* text. in *l. Inter tutores. 37 ff. de Administr. tutor.* Videtur à prima sententia discedendum non esse, cum eam Doctores supra relati amplectantur. Unde contra priorem sententiam adducta non obstãt; quia ad inducendam compensationem nil aliud requiritur, quàm quod sit debitum, & creditum text. in *l. 1. ff. de Compensat.* Sed in hoc casu adest debitum, & creditum; scilicet res evicta, & pretium: Ergo rectè admittitur compensatio.

Nec obest id, quod si compensatio ad- 20 mitteretur esset contra text. in *l. Si convenerit. ff. de Pignorat. act.* Videlicet, quod fieret de specie ad quantitatem, quod non est dicẽdum text. in *l. Si non sortem. §. Si centum. ff. de Condict. indeb.* text. in *l. Quod dicitur 5 ff. de Condict. indeb.* Quippe respondetur, quod hic agitur ad æstimationem, secùs verò ad ipsam speciem; & quoties devenitur ad æstimationem speciei, fit compensatio tamquam de quantitate ad quantitatem text. in *l. Neque. C. de Compensat.* Gloss. in *l. Final. C. de Compensat.* Oliban. in *§. In bonæ fidei. num. 17. de Act.* Gloss. in *l. Unica. § Si quis autem. verbo. Compenset. Authentic. de Non alien.* Medic. *de Compensat. part. 2. quæst. 28. num. 4* Fachin. *lib. 11 Controv. jur. cap. 6. & 7.* Brunneman. in *l. final. C. de Compensat.* Unde conventus ob aliam summam, præterquàm pre- 21 tii, quoniam fortassis illud jam solutum fuerit ab eo, antequam res empta evinceretur, propter evictam rem habet beneficium compensationis objiciendæ, ut tenent Bart. in *l. Eleganter. num. 2. ff. de Pignor. act.* Medic de *Compensat. part. 2. quæst. 25. num. 5.* Mangil. *de Evict. quæst.* 183.

183.*num.*24. Bersan.*de Compensat.cap.*2.
*quæst.*35.*num.*3. Carroc. *de Exceptionib.*
*except.*27.*num.*13. Quod Bersanus ex-
tendit, ut procedat non solùm in pre-
tio, verùm etiam in interesse respectu
illius, qui se de evictione obligavit ve-
nit in compensationem, respectu illius,
qui minimè de evictione tenetur omni-
nò pretium, quod recipit, compellitur
22 compensare. Et ratio est, quia pretium
semper est debitum, licèt evictio non sit
præstanda, nisi contrarium cautum
fuisse reperiatur text. in *l.Emptorem.* §.
Qui autem. ff.de Act.empt.

23 Quando pretium jam fuit ab empto-
re solutum, & res empta sibi evincitur,
tunc si ex aliâ causâ reperitur debitor
venditoris poterit deducere in compẽ-
sationem evictionem sequutam cum
suo debito, vel cum pretio, si nondum
fuerit solutum venditori Gloss.in *l.Cum
res verbo.Consistere.In fine. C.de Act.empt.*
Medic.*de Compensat.part.*2.*quæst.*25.*n.*5.
Bersan.in *eodem opuscul. cap.*3.*quæst.*24.
24 *num.*24. Et vice versâ emptori agenti
de evictione propter rem evictam obji-
citur compensatio cum pretio prædi-
ctæ rei evictæ, quod nondum vendito-
ri solverat Gloss. in dicta *l.Cum res. ver-
bo. Consistere. in fine. C.de Act.empt.* Ber-
san.*de Compensat. cap.*2. *quæst.*35. *num.*5.

25 Quid dicendum, si emptor adversùs
evincentem velit objicere compensatio-
nem rei, quæ evincitur, dummodò sit
ad æstimationem redacta cum pretio:
an hoc in casu locum habeat compen-
satio? Et affirmativè videtur respondẽ-
dum; quia nil compensationis naturæ
refragatur, cum in hac specie utrum-
que debitum in quantitate consistat.
Quippe licèt res evicta species dicatur,
attamen quum ad ejus æstimationem
devenitur pro quantitate reputatur
text.in *l.Si propter fructus* 8. *C.de Com-*
26 *pensat.* Nam quoties quantitas debe-
tur respectu speciei pro quantitate spe-
cies æstimatur text.in *l.Titia testores.* §.
27 *final. ff.de Legat.*1: At indubitatum est,
quod de quantitate ad quantitatem
compensatio locum habeat text. in *l.Si
constat. C.de Compensat.* text. in *l.Si pro-
pter fructus. & l.final. C. de Compensat.*
text. in *l.Quod dicitur* 5. *ff. de Impens.in
reb dot.* Gregor. *Syntagmat. jur. univers.
part.*3.*lib.*21.*cap.*22.*num.*3. Oynotom. in
§.*In bonæ fidei.num.*31.*de Act.* Barbosa in
l.Divortio. §.*Ob donationes. num.*8.*ff.So-
lut.matrim.* Tyndar.*opuscul.de Compensat.
art.*3.*num.*12. Trentacinque *Variar.Re-
solut.lib.*3.*vol.*1.*Resolut. unic. de Compen-
sat.num.*2. Kirkov.*tom.*1.*Comm.opinion.
lib.*4.*tit.*21.*num.*6. Ergo cum hîc ex utra-
que parte quantitas versetur, quoque
locum habere debet compensatio.

Sed hoc minimè renuente, contra- 28
rium est veriùs, videlicet quod compẽ-
satio locum assequi nequeat. Nam si lo-
cum haberet compensatio, ipsius com-
pensationis naturæ repugnaret, quia
daretur ubi non adest debitum, & cre-
ditum ad invicem contra text.in *l.*1. *ff.
de Compensat.* Ratio est, quoniam em-
ptor non contra evincẽtem, sed adver-
sùs venditorem agit text. in *l.Super em-
pti. C.de Evict.* Ut tenet Bersan.*de Com-
pensat. cap.*2. *quæst.*35. *num.*6. & *cap.*3.
*quæst.*24. *num.*25. & 26. Igitur si emptor, 29
& evincens non sunt debitores, & cre-
ditores ad invicem, compensatio locum
habere nequit, juxta dispositionem
text.in *l.*1. *ff.de Compensat.* Nam aliàs
daretur compensatio de eo, quod alter
debet, quod est contra text. in *l.Ejus* 9.
C.de Compensat. text.in dicta *l.*1.text.in
l.Pecuniam 15. text.in *l.Si cum militi* 16.
text. in *l.In rem suam* 18. §.*Creditor.*
text.in *l.Id quod* 23.*ff.de Compensat.*text.
in *l.Actione* 64. §.*Si communis. ff.Pro so-
cio.*

Secus verò dicendum est, quando em- 30
ptor in fundo meliorationes fecit: Nam
tunc adversùs evincentem pro ipsis me-
lioramentis agere potest text. in *l.Super
empti* 16.*C.de EvictION.* Quoniam redũn-
dant in ipsius utilitatem, & emptor in-
terea habet fundi retentionem, donec
reficiantur expensæ factæ, juxta text.
in *l.Sumptus* 48. *ff. de Rei vindicat.* Sed
evincens quoque replicare potest de 31
compensatione melioramẽtorum cum
fructibus ab emptore perceptis, ut pa-
tet ex text.in dicta *l.Sumptus* 48.*ff.de
Rei vindicat.* ibi: *Impensas, quas ad me-
liorandam rem vos erogasse constiterit, ha-
bita ratione fructuum, restitui vobis jube-
bit.* Quod tamen intelligi debet, dum- 32
mo-

modò fructus ad quantitatem reducātur: Nam si extarent, secus esset dicendum, quia fructus extantes pro specie reputātur, ut ex Alex.in *l.Divortio.§ Ob donationes num.3.ff.Solut matrim.* Bart. in *l.Si propter.n m 2.C.de Compensation* Gloss.in *l Neque. C.de Compensat.* tradidit Medic.*de Compensat.part.1. quæst.8. num.5.* Gloss. in *l.Minor 41. §.Prædia. verbo. Reputatis. ff. de Minorib. vigint.*
33 *quinq.ann.*Et de specie ad quantitatem compensatio locum non habet text. in *l.Si convenerit ff.de Pignorat.act.*text.in *l.Si ex pecunia. C.de Rei vindic* Donell. *Comm.jur.civil.lib.16.cap.15.col.6. versic. Non minus.* Diego. *opuscul.de Compensat. fol.mihi* 14: Faber.*Rational.in l.Si convenerit.in fine .ff.de Pignorat.act.* Gregor. *Syntagmat.jur univers.lib.21.cap.22.num. 5.* Fachin.*lib.11. Controv. cap.7.* Tynd. *Opuscul de Compensat.art.3.num.3.*

34 Hic enim animadvertendum est, quod quis non solùm rem propriam venditam ab illo, qui penitus nullum jus in dictâ re habuit, vel habere potuit evincere potest; sed etiam si à creditore fortassis prætextu sui crediti vendita fuerit; quippè constito, quod venditionis tempore factæ, ipse debitor esset, ideoque ad compensationem subeundam astrictus, crediti sui dominus rei
35 venditæ vindicationem habebit, contra emptorem, ut illam recuperet, quoniam exceptio obstans venditori obstat quoque emptori Dayoz.*Indic. in verbo Compensatio. num.7.* Bersan.*de Compen-*
36 *sat.cap.3.quæst.24.num.29.* Emptor verò, a quo res evincitur, ab evincente minimè pretium recuperabit, nisi probet versum fuisse in illius utilitatem argument.text.in *l.Civitas.27.ff. de Reb. cred* Videlicet si quis creditoribus ejusdem solverit. Nam evincens teneatur ad pretium erga emptorem, quando probatur versum fuisse in ipsius utilitatem; unde si vellet debitor pro quo solutio sequuta est fundum evincere; pecuniam solutam, & usuras medio tempore decursas persolvere tenetur: usuræ tamen cum fructibus perceptis pro concurrenti quantitate compensandæ sunt text.in *l.Emptor.6.ff.de Rei vindic.*

SUMMARIUM

1 *Dotem constituere filiabus dicitur munus paternum.*
2 *Dos dicitur maxima par ntum virtus.*
3 *Pater legans filiæ legatum, secundum aliquos non compensatur cum dote.*
4 *Filia exhæredata non compensat legatum à patre relictum cum dote, & referuntur verba* text.in l.Si pater pro filia 4. ff.de Collat.dot.
5 *Filia non compensat legatum sibi à patre relictum cum dote,* & referuntur Doctores hujusmodi conclusionem tuentes.
6 Referuntur verba text.in l.si cum dotem. §.Si pater. ff.Solut.matrim.
7 *Pater dotans promittendo, si postea leget, pro dote legare videtur.*
8 Refertur text. in l.Pater filiam 14.ff. ad Leg.falcid.
9 Referuntur verba text.in l.Titia cum testamento. §.Qui in[illegible]ta. ff. de Legat.2.
10 Dispositio text.in l.Quoniam novella C.de Inofficios.testament.
11 *Respondetur ad partis adversæ fundamina.*
12 Interpretatio Imolæ ad text. in dicta l.Si pater. ff.de Collat.dot.
13 *Quam I[illegible]olæ interpretationem nonnulli tuentur.*
14 *Sed à quibusdam refellitur.*
15 *Ratio quare* Imolæ *interpretatio sit rejicienda*
16 *Filio competit actio pro legato facto genero nomine filiæ.*
17 *Socer legando genero, non videtur legare animo compensandi.*
18 *Dotem voluntariè promittens, & postea dotem legãs videtur legare animo compensandi.*
19 *Animus compensandi præsumitur, quando quis legat ex eadem causa, ex qua debitor erat.*
20 *Animus compensandi non præsumitur, quando legatum relinquitur ex causa diversa ab ea, ex qua testator erat debitor.*
21 *Animus compensandi in socero, quando præsumatur.*
22 Difficultas text.in l.Quod autem ff.de Jur.dot.

Le-

69 *Legatum factum filiæ, non censetur animo compensandi cum dote relictum, quãdo dos Genero fuit promissa.*
70 *Legatum factum filiæ non compensatur, quando compensationis exclusio elucescit ex conjecturis testatoris.*
71 *Pater simpliciter filiæ legando, & postea dotem ipsi tradendo, an legatum videatur relictum animo compensandi cum datione, vel promissione dotis?*
72 *Plures contra compensationem decernunt.*
73 Expenditur text. in l. Quingenta 12. ff. de Probat.
74 *Legatum à patre relictum compensatur cum dotis promissione.*
75 *Pater simpliciter filiæ legando, videtur legare ex causa dotis.*
76 *Pater dotem promittendo, vel dando, hoc facit animo compensandi.*
77 Expenditur text. in l. Filia legatorum 11. C. de Legat.
78 *Legatario, quando denegetur actio.*
79 *Respondetur ad partis contrariæ objectiones.*
80 Bartolus refellitur.
81 Textus in dicta l. Filia legatorum. C. de Legat. *procedit tam in legato simpliciter relicto, quàm in legato in causam dotis.*
82 *Quamvis quantitas simpliciter, & non in causam dotis legaretur.*
83 *Pater si primò dotem promisit, & deinde filiæ legavit legatum videtur relictũ animo compensandi cum dote promissa.*
84 *Pater si filiæ certam legaverit quantitatem pro dote, & postea frater sororem dotat, nulla legati facta mentione, patris legatum videtur compensari in dotem à fratre constitutam.*
85 *Quod procedit, non solùm quando eadem quantitas legata solvitur; sed etiam si esset major.*
86 *Pater si quadringenta pro dote legavit, & deiude adhuc vivus filiam cum ducentis nupserit, an filiæ alia ducenta debeantur?*
87 *Nonnulli asseverant filiam residuum petere non posse.*
88 *Contrarium authori placet, ac sequitur.*
89 *Legatum factum cum taxatione quantitatis nunquam per causæ adjectionem diminuitur.*
90 *Argumentum de dote filiarum ad dotem cappellarum valet.*
91 *Pater si filiæ legavit, vel inter vivos donavit dotem, & hæres ejus eandem, vel majorem dotis quantitatem filiæ testatoris tradidit, an dos relicta, vel data per hæredem censeatur animo compensandi relicta cum dote promissa à patre?*
92 Corneus *favore filiæ contra compensationem respondit.*
93 *At quod compensatio locum habeat est veriùs.*
94 *Hæres dotando filiam testatoris onus paternum subit.*
95 *Minor summa inest majori tantùm debitæ.*
96 *Dos consistens in centum, si fuerit à patre legata, quo vita functo, frater sorori centum dederit pro dote, nulla facta mentione de illis centum à patre legatis, an in hoc casu inducatur compensatio?*
97 *Frater præsumitur legare de bonis paternis, secus de bonis propriis.*
98 *Quod temperat* Latro.
99 *Donatio non præsumitur in eo, qui habet onus dotandi.*
100 *Frater existens hæres patris, si sorori dotem tradat legatum à communi patre filiæ relictum, non compensatur cum dote à fratre præstita.*
101 Expenditur text. in l. Unica. §. Accedit. C. de Rei uxor. act.
102 *Frater, & mater veniunt appellatione extraneorum.*
103 *Legatum factum à patre filiæ non compensatur cum legato facto à patre, juxta nonnullos.*
104 *Contrarium veriùs videtur.*
105 *Debitum dotandi filias respectu patris dicitur necessarium.*
106 *Idem dicendum est respectu ejus hæredis, qui tanquam hæres utitur sui authoris ratione.*
107 *Compensatio fit usque ad concurrentes quantitates.*
108 *Debitum necessarium semper videtur relictum animo compensandi.*
109 *Opinio contraria quando procedere possit.*
110 *Compensatio in debitis voluntariis locum non habet.*

AR-

ARGUMENTUM

Utrùm Legatum relictum à patre filiæ censeatur factum animo compensandi cum Dote.

QUÆSTIO IV.

1 Paternum esse munus, dotem constituere filiabus suadetur ex text. in *l. Qui liberos. ff. de Rit. nupt.* text. in *l: Final. C. de Dot. promiss.* Et profectò necessarium confitentur Campeg. *de Dote. part.* 1. *quæst.* 26. *num.* 4. Gomez. in *l.* 50. *Tauri. num.* 21. *ad finem.* Pereyra. *decis.* 13. *num.* 1: *ad finem.* Ripa. in *l.* 1. *num.* 55. *ff. Solut. matrimon.* Gratian. *decis. Marchiæ* 19. *num.* 41. Dec. in *Authent. Præterea. num.* 17. *C. Unde vir. & uxor. & consil.* 35. *num.* 6. Paris. in *consil.* 29. *num.* 60. *lib.* 3. Merlin. *decis.* 249. *num.* 1. Riminal. Sen. *consil.* 230. *num.* 5. *lib.* 2. Honded. *consil.* 50. *num.* 16. *lib.* 2. Curt. in dicta *Authentic. Præterea. num.* 19. *C. Unde vir, & uxor.* Mesa *Variar. Resolut. cap.* 11. *num.* 1. *lib.* 2. Caldas *Quæstion. forens. quæstion.* 16. *num.* 7. *lib.* 1. Annæus Robertus *lib.* 3. *Rer. judic. cap.* 11. *in fine.* Unde pru-
2 dens pater, nè quid turpe contingat, neve filia præceps in impudicitiam prolabatur, honestâ conjugii cautione omni periculo prævideat. Idcircò Lucretia apud Titum Livium *lib.* 3. dicebat: *Quid enim salvi esse potest mulieri amissa pudicitia.* Et Divus Ambrosius *lib.* 2. *Offic. cap.* 15. Eximiâ laude commendat eleemosynas eorum, qui virgines parentibus orbatas tuendæ pudicitiæ gratiâ connubio locant. Igitur jure meritò dotem maximam parentum esse virtutem dixit Horat. *lib.* 3. *Carmin. ode.* 24.

Nec dotata regit virum conjux; nec nitido fidit adultero.
Dos est magna parentum virtus, & metuens adulteriis viri
Certo fœdere castitas.

Duplex hujus disputationis opinio cernitur. Prima est negativa, videlicet quod legatum non censeatur relictum animo compensandi cum dote; sed utrumque, idest dos, & legatum filiæ debeatur, eamque veram esse profitentur Bachovius ad Treutler. *vol.* 1. *disputat.* 25. *thes.* 12. Imol. in *l. Hujusmodi. §. Cum pater. col. final. ff. de Legat.* 1. Cujac. sub Mercat. *cap.* 16. *lib.* 2. *animadvers. ad Robert.* Faber. *lib.* 4. *Conject. cap.* 9. *in fine.* Caldas. *Quæstion. forens.* 16. *num.* 7. *lib.* 1. Schifordeger. *lib.* 2. *Forens. tractat.* 13. *quæst.* 5. Alex. in dicta *l. Hujusmodi. §. Cum pater. num.* 3. *ff. de Legat.* 1. Bald. in *l. Filia. num.* 4. *C. de Legat.* Mesa *Variar. Resolut. cap.* 11. *num.* 2. *lib.* 2. Menoch. *consil.* 56. *num.* 50. *lib.* 1. Cuman. *consil.* 134. *num.* 2. Roman. *consil.* 253. *col.* 2. Aretin. in dicta *l. Hujusmodi. §. Cum pater. ff. de Legat.* 1. 3

Hujus assertionis unicum fundamentum est text. in *l.* 4. *ff. de Collat. dotis.* Ubi filia exhæredata non compensat legatum à patre relictum cum dote. Verba textus sunt hæc: *Si pater pro filia dotem promiserit, deinde, vel exhæredatæ, vel etiam emancipatæ, & præteritæ legatum dederit: habebit filia, & dotem præcipuam, & legatum.* 4

Sed hoc parum, aut nihil obsistente, tenenda est affirmativa opinio, idest quod legatum compensetur cum dote, quam opinionem veram esse testantur Bartol. in *l. Hujusmodi. §. Cum pater. ff. de Legat.* 1. Fulgos. *consil.* 80. *num.* 3. Paris. *consil.* 95. *num.* 38. *lib.* 2. Jacob. in *l Cum pater. num.* 2. *ff. de Jur. dot.* Palac. *Repet. Rub. §.* 27. *num.* 3. Alban. *consil.* 6. *num.* 4. 5. *et* 6. Covarruv. in *cap. Officii. num.* 2. *de Testament.* Menoch. *de Præsumpt. lib.* 4. *præsumpt.* 109. *num.* 16. Caldas. *Quæstion. forens.* 16. *num.* 1. Tusch. *conclus.* 494. *litera C.* Gloss. in dicta *l. Hujusmodi. §. Cum pater. ff. de Legat.* Barbos. in *l. Si cum dotem. §. Si pater. num.* 35. Marcian *disputat. forens.* 49. *num.* 1. Gutierrez de 5

*Tutel.part.3.cap.5.num.*74. Zamoran.*de Compensat.disputat.*4.*cap.*8.*§.*3.*num.*16. Merlin.*Controvers.foref.cap.*44.*num.*12. *Cent.*2. Jaso in *l. Hujusmodi.§.Cum pater. num.*5. *et* 9. *ff.de Legat.*1. Gonzalez.*lib. Singul.variar.cap.*31.*n.*17. Annæus Robert. *Rerum judicatar. cap.*16. Coscia *Resolut.*19 *num.*5 *lib.*2. Ciarlin.*controv.* 189.*num.* 11. Altimar. *ad consil.* Rovit. *observat.* 25. *num.*10. Roccus *Respons.* 61.*num.*6.& 13. Medices *consil.*123.*num.* 2, Gloss.in *l.Pater filiam* 14.*in verb.Proprio. ff.ad Legem falcid.* Cephal.*consil.* 84.*num.*9.*vol.*1. Hieronym.de Monte *quæst.*1. *num.*11.*part.*1. Crem. *singul.*3. Socin.*Reg.*282. Mandell.*consil.*17. *num.* 9. Farinac.*Repertor.ultim.voluntat.quæstion.*27.*num.*19. Imol.in *cap.Officii.num.* 10.*de Testament.* Afflict.*decis.*44.*num.*9. Dec & Curt. Jun. in *Authentic. Præterea. ultim. notab. C. Unde vir, & uxor.* Tellez.in *l.*16.*Tauri.num.*6. Gregor.Lopez.in *l.*16.*tit.*9.*de Legat. part.*6. *in gloss. ultim.post medium.* Matienzus in *l.*7.*gloss.* 1. *num.*4. *tit.*9. *lib.*5. *Recopilat.* Alderis. *de Hæredit. act.cap.*6.*num.*12. Treutler. *Selectar.disputat.vol.*1.*thes.*12. *disputat.* 25. Bersan.*de Compensat.cap.*3.*quæst.*25. *num.*13. Camatell.*de Legat.lib.*14.*quæst.* 2.*num.*45. Addit. ad Alban. *consil.*456. *lit.A.* Bersan. *de Compens.cap.*2.*quæst.*30. *num.*7. Tusch.*conclus.*342.*num.*20. Barbos.*clausul* 287: *num.*12.

6 Hujus verissimæ opinionis fundamenta potissimùm sex sunt. Primum text. in *l.Si cum dotem* 23.*§.Si pater, ff. Solut.matrim.* Ubi pater, qui absque voluntate filiæ dotem exegit, eam hæredem instituendo, vel eidem legando, intelligitur id fecisse animo compēsādi cū dote exacta. Verba textus sūt hæc: *Si pater, filia absente, de dote egerit, & si omissa sit, de rato satisdatio, filiæ denegari debet actio, sive patri hæres extiteris, sive in legato tantum acceperit, quantum dotis satis esset. Sed & Julianus in pluribus locis scribit, compensandum ei in dotem, quod à patre datur: lucroque ejus cedere, si tantum ab eo consecuta sit, quantum ei dotis nomine debebatur à marito, qui patri solvit.*

7 Secundum text. in *l.Hujusmodi* 86. *§. Cum pater. ff.de Legat* 1. Ubi habemus, quod si pater primò dotat promittēdo, postea verò legat, sanè pro dote legare videtur. Juliani verba hæc sunt: *Cum pater pro filia sua dotis nomine centum promisisset, deinde eidem centum eadem legasset; doli mali exceptione hæres tutus erit si & gener ex promissione, & puella ex testamento agere instituerit: Convenire enim inter se eos oportet, ut alterutra actione contenti sint.*

Tertium text. in *l.Pater filiam* 14.*ff. ad Legem falcid.* Ubi Papinianus docet, quod ea, quæ extra testamētum capiūtur in Falcidiā, seu Trebellianicā compensantur. Verba textus sunt hujusmodi: *Pater filiam, quæ à viro diverterat hæredem pro parte instituit & ab ea petiit, ut fratri, et cohæredi suo portionem hæreditatis acceptam, deducta sexta, restitueret admissa compensatione dotis in Falcidiæ ratione.* 8

Quartum text. in *l.Titia cum testamento* 35.*§.Qui invita.ff.de Legat.*2. Quo in loco si pater filiæ legat, & eā in vitā dotem exegerit, filia alterutro contenta debet esse, nisi plus sit in dote. Verba textus sunt hæc: *Qui invita filia de dote egerat decessit eadem illa exhæredata, filio hærede instituto, et ab eo fideicommissum filiæ dotis nomine reliquit: quæro quantùm à fratre mulier consequi debeat? Modestinus respondit, quod in primis eam non esse consumptam de dote actionem mulieri, cum patri suo non consenserit utique non ignorans. Sic enim res explicatur, ut siquidem major quantitas in priore dote fuerit illius portione sit tantummodò contenta mulier, quod si in summa dotis nomine legata ampliùs est, quàm in dote principali; compensatio fiat usque ad eandem summam, quæ concurrit, etc.* 9

Quintum text. in *l.Quoniam novella C.de Inofficios.testament.* Ubi docetur, quod dos, & donatio, quæ venit conferenda ad querelæ exclusionem similiter est in quarta. 10

Sextum text. in *l.Omnimodò.§.Imputari. C.de Inofficios.testament.* Ubi filius tenetur sibi compensare in legitimam, militiam, seu redditum annuum ex defuncti pecunia emptum. 11

Hujusmodi opinione nostrā suffultā, tantummodò remanet fundamentū, 12

quo

quo adversa nititur satisfacere, licèt in ejus solutione valdè implicentur Doctores. Imola in *l. Hujusmodi. §. Cum pater. ff. de Legat.* 1. Tenet, quod in casu text in *l. Si pater.* Dos pro filia Genero fuit promissa; & sic Gener, & non filia dotis creditor censebatur text. in *l. Si pater pro te. C. de Dot. promiss.* text. in *l. Cum pater* 30. *ff. de Jur. dot.* Ast cum pater non legaverit Genero, sed filiæ, quæ minimè erat creditrix; ideo non præsumitur animus compensandi argum. text. in *l. Pater filiam* 14. *ff. ad Legem falcid.* text. In *cap. Officii. de Testament.* Hanc
13 Imolæ interpretationem veram esse fatentur Aretin. & Alex. in dicta *l. Hujusmodi. §. Cum pater. num.* 3. *ff. de Legat.* 1. Menoch. *consil.* 56. *num.* 50. *lib.* 1. Curt. Jun. in *Authentic. Præterea. num.* 23. Mõtepic. *num.* 58. *C. Unde vir, & uxor.* Alex. in *l. Si cum dotem. §. Si pater. num.* 7. *ff.*
14 *Solut. matrim.* Sed eam meritò refellunt Zamoran. *de Compensat. disput.* 4. *cap.* 8. *§.* 3. *num.* 23. Barbosa in *l. Si cum dotem. §. Si pater. num.* 37. *versic. Sed non placet.*
15 *ff. Solut. matrim.* Eò quia quamquam mulier non censeatur creditrix respectu promissionis dotis factæ marito text. in *l. Cum pater* 30. *ff. de Jur. dot.* Tamen cum istius promissionis utilitas ad filiā pertineat, tamquam creditrix considerari debet; quia dos Genero promissa ex juris interpretatione, affectioneque patris censetur filiæ promissa argum. text. in *l. Fideicommissa. §. Interdum. ff. de Legat.* 3. text. in *l. Servo legato. §. Si testator. ff. de Legat.* 1. Jaso in *l. Hujusmodi. §. Cum pater. ff. de Legat.* 1. In specie text. in *l. Si pater pro filia.* Dos fuit promissa Genero, & legatum filiæ relictum; & tamen dotem præcipuam, legatumque habituram fore textus verba testantur, ex quo infertur eo casu filiam dotis creditricem censeri Corn. *consil.* 230. *num.* 7. *lib.* 4. Paul. de Castro *consil.* 35. *col.* 2. *lib.* 2. Dec. in *Authentic. Præterea. num.* 13. *C. Unde vir, & uxor.*
16 Roboratur: nam licèt in cõtractibus, in quibus proceditur strictè mulieri minimè competat actio pro dote viro promissa text. in *l. Si pater pro te. C. de Dot. promiss.* Aliter in supremis dicendū est voluntatibus. Nam filiæ actio competit pro legato nomine filiæ Genero facto; quoniam maximè ejus interest text. in *l. Si servo legato* 72. *§. Si testator. ff. de Legat.* 1. text. in *l. Tali. §. final. ff. de Jur. dot.* Gloss. in dicta *l. Si servo legato. §. Si testator.* Ideo per hoc interesse in legatis, quo ad casum nostrum est consideranda creditrix. Nam in *l. Cum pater. ff. de Jur. dot.* Habetur, quod si testator Genero dotem promittat, & dotem eidem legaverit, dicitur inutile legatum text. in *§. Ex contrario. Institut. de Legat.* text. in *l. Si creditori. ff. de Legat.* 1. Ubi apertè videtur animum compensandi habuisse cum promissa dote, ut advertit Socin. Jun. *consil.* 79 *num. penult. lib.* 3.

Huic refragatur omnium Doctorum 17
communis sententia: Nam Gener respectu Soceri est debitor voluntarius; cum pater minimè necessitate legis Genero sit astrictus; sed solummodò filiæ, ex quo indubitatè oritur, quod si Genero Socer legat non habet locum compensatio juxta dispositionem text. in *l. Unica. §. Sciendum. C. de Rei uxor. act.* text. in *l. Creditorem. ff. de Legat.* 2. Bart. in *l. Hujusmodi. §. Cum pater in fine. ff. de Legat.* 1. Gutierrez. *de Tutel. part.* 3. *cap.* 5. *num.* 11. Covarruvias. in *cap. Officii. num.* 2. *de Testament.* Suarez in *l.* 1. *tit. delas Arrhas num.* 37. Mantic. *de Conject. ultim. volunt. lib.* 10. *tit.* 2. *num.* 2. Zamoran. *de Compensat. disputat.* 4. *cap.* 8. *§.* 2. *num.* 6. Capan. *de Vita & milit. quæst.* 15. *num.* 12. Marcian. *disputat.* 49. *num.* 5. Ripoll. *Variar. cap.* 13. *n.* 220. Tepat. *Variar. Sentent. tit.* 160. *de Compensat. cap.* 2. Sperell. *decis.* 176. *num.* 48. & 49 Merlin. *decis.* 249. *num.* 4.

Ast in dicta *l. Cum pater.* Genero do- 18
tem testator legaverat; & quotiescumque quis voluntariè dotem promittit, & dotem legat, animo compensandi fecisse censetur text. in *l. Virilis. §. final.* & ibi Gloss. *ff. de Legat. præst.* text. in *l. Unica. §. Sciendum.* & ibi Bald. *C. de Rei uxor. act.* text. in *l. Titia cum testamento.* 35. *§. Qui invita. ff. de Legat.* 2. text. in *l. Qui dotem à matre* 17. *ff. de Dot. prælegat.*
Et quoties quis legat ex eadem causa, 19
ex qua debitor est, semper præsumitur animus compensandi argument. text. in *l. Libertos, quos* 18. *§.* 1 *in fin. ff. de Aliment. legat.* Bart. in *l. Cum centum ad fin. ff. de* Adi-

Adimend.leg. Ruin.*consil.* 223. *n*.4. *lib*. 1.
Menoch. *de Præsumpt. lib.* 3. *præsumpt.*
147. *num*. 7. Cravet. *consil.* 163. & 686.
num. 3. Franch. *decis*. 422. *num*. 7. Roccus
Resp. 64. *n*. 31. *lib*. 2. & dixi *q*. 20. *lib*. 1. *tom*. 1
20 Nam si relinquatur ex causa diversa
ab ea, ex qua testator erat debitor, non
præsumitur animus compensandi Alex.
consil. 7. *in fin*. *lib*. 6. Bald. in *l. Filia ad finē*.
21 *C. de Legat*. Si verò in dict. *l. Cum pater ff.
de Jur. dot*. Socer minimè Genero dotem
legasset; sed quid simpliciter, hoc in casu
animus compensandi non præsumeretur;
sed utrumque Gener consequitur.
Bartol in dicta *l. Cum pater in fine*, & ibi
Jaso *num final. ff. de Jur. dot*.
22 Sed opponitur text. in *l. Quod autem.
ff. de Jur. dot*. Ubi legatum simpliciter
Genero relictum ex causa dotis filiæ relictum
probat text. in *l. Tali*. & ibi. *gloss.
penult ff. de Jur. dot.*
23 Huic difficultati respondetur, quod
si testator nomine filiæ Genero leget,
tunc nomine dotis legare videtur; ita
ut matrimonio soluto, in dotis causam
legatum convertatur. text. in *l. Titio centum.
§. final ff. de Condit. & demonstrat.*
text. in dicta *l. Tali §. final. ff. de Jur. dot*. Si
verò simpliciter leget Genero; non exprimendo
nomine filiæ legare, tune locum
habet opinio Bartoli in *l. Hujusmodi.
§. Cum pater. in fine. ff. de Legat*. 1.
24 Hinc animadvertendum est, quod
dum text. in dicta *l. Cum pater in 2 part.
ff. de Jur. dot*. Probat, quod si in prædicto
casu mulieri legetur tenet legatum; quoniam
propriè mulier non dicitur creditrix.
Nam tamquā creditrix dicendum
est non considerari; nè aliàs inutile legatum
videatur; sed dato quod legatum
teneat, quo ad alia censebitur, tamquam
creditrix, ut supra diximus.
25 In secundo casu, ideo mulier nequit
dotem ex promissione, & legatum habere;
quia cum nomine dotis fuerit relictum,
animo compensandi relictum
esse censetur Gloss. in *l. Titia cum testamento*
35. *§. Qui invita. verbo Non est*, &
ibi Bart. & Paul. *ad fin. ff. dè Legat*. 2. Socin.
Reg. 282. *num*. 2. Cuman. in *cōsil*. 134.
num. 2. Paul. de Castro. *consil*. 35. *col*. 2. *ad.
fin. lib*. 2. Bart. in *l. Hujusmodi §. Cum pater.
num*: 2 *ff. de Legat*. 1.

Jaso in *l. Hujusmodi. §. Cum pater num.* 26
13 *ff. de Legat*. 1. Testatur in dicta *l. Si pater
pro filia. ff. de Collat. dot*. Ex æquitate
quadam, compensandi præsumptionem
cessare. Nam ibi pater filiam exhæredavit,
vel præterierat, & sic eam
affecerat injuriâ text. in *l penult. C. de
Fideicommiss*. Et in illatæ injuriæ recompensationem
præsumitur, ut utrumque
consequatur voluisse; & hoc comprobat
per text. in *l. Titia cum testamento. §. Qui
invita. ff. de Legat*. 2. Ubi idē determinatū
fuisset, nisi dotis causam testator expressisset
text. in *l. final. C. Cōmun. utriusque
judic*. Ubi dos minimè compēsatur,
cū jure legati, vel institutionis relicto;
eò quia cum fuerat cum extraneo filia
hæres instituta eam injuriâ affecerat.
Nec obstat text. in *l. Si cum dotem. §. Si
pater. ff. Solut. matrim*. Dum compensationem
admittit, & tamen loquitur in
casu exhæredationis, vel præteritionis.
Nam respondendum est, quod ibi tantum
erat legatum, quantū importabat
hæredis institutio; quo in casu haberi
poterat, ac si hæres fuisset instituta, illatæque
injuriæ ratio cessabat; & hanc
interpretationem probavit ipse Jaso 27
in *Authent. Praeterea num*. 10. *C. Unde vir,
& uxor*. Cephal: *consil*. 486. *num*. 25. *lib*. 4.
Menoch. *consil*. 56: *num*. 49. *lib*. 1. Fabius
in dicta *Auth. præterea num*. 46. & Franch.
Pepus. *C. Unde vir, & uxor*.
Huic solutioni adversatur text. in 28
l. Si cum dotem. §. Si pater ff. Solut. matrim.
Nam agit de filia instituta, & de ea, cui
est legatum relictum; ideo necessariò
is texrus intelligendus est, in hoc secundo
casu de filia præterita, prout censetur
illa, quæ instituta non fuit. text. in
*§. Eadē hæc. Institut. de Hæreditat. quæ ab
intest. deferunt*. text. in *§. Emancipatos Institut.
de Exhæred. liber*. Vel etiam de filia
exhæredata; ideo is textus confundit
prædictam Jasonis solutionem; &
eadem inductione, eam confundere videtur
text. in *l. Hujusmodi* 86. *§. Cum pater.
ff. de Legat*. 1. Cum generalis regula
sit, quod debitor necessarius non censeatur
hæredem duplici onere gravare.
text. in *l. Titia cum testamento. §. Qui invita.
ff. de Legat*. 2. text. in *l. Pen. ff. de Dot.
prælegat.*

Etiam

29 Etiam supra relatum intellectum Jasonis respuit Phanuc. *de Lucro dotis. gloss.* 8. *num.* 48. Nam in specie text. in *l. Si pater pro filia.* Non videtur id à patre factum causâ recompensandi injuriam, quod etiam Menoch. *de Præsumpt. lib.* 4. *præsumpt.* 109. *num.* 19. Comprobat; cum nulla ibi à Pomponio differentia constituatur, quod filiæ emancipatæ, vel exhæredatæ relinquatur; & tamen verum est, quod emancipatio nullam filiæ affert injuriam; sed potiùs commodum, cum eam liberet, ac extrahat à sacris paternis. text. in *l. Utrum. ff. de Verb. obligat.* text. in *l. Si una. C. de Bon. mater.* Quamobrem Alex. & Jaso. in dicta *l. Utrum.* Reprehendunt Notarios, qui in emancipationum instrumentis dicunt, quod pater, qui aliquid ex bonis suis assignat filio emancipato, id facit in emancipationis præmium: cum veriùs sit patrem præmium mereri ob emancipationem, quâ patriam potestatem amittit, ac perdit, & filio libertatis beneficium tribuit.

30 Sed Barbosa in *l. Si cum dotem §. Si pater num.* 41. *ff. Solut. matrim.* Autumat interpretationem Jasonis salvari posse in eo sensu, quolicèt filia sit exhæredata, vel præterita; tamen si ei per necessarium debitorem in dubio relictum animo compensandi censetur, ut patet ex text. in dicta *l. Si cum dotem. §. Si pater ff. Solut. matrim.* Si verò constaret, quod relictum non simpliciter fuit filiæ; sed eò quia fuit exhæredata à patre, vel præterita, & in hoc casu procedit Jasonis responsio, quam ipse Barbosa loco supra relato veram esse fatetur.

31 Aretin. Alex. & Bachovius ad Treutler. *vol.* 1. *disputat.* 25. *thes.* 12. Respondent, quod *l. Pater.* Procedit eò quia dos Genero fuerat promissa, legatum verò fuit factum filiæ; atque ita legatum, & dotis debitum diversis personis præstare oportebat, qua de causa legatum à patre factum non censetur relictum animo compensandi cum dote. Cum compensatio sit debiti, & crediti inter se invicem contributio text. in *l.* 1. *ff. de Compensat.* Et non sit de eo, quod alius bebet text. in *l. Si cum militi. & l. Ejus* 9. *C. de Compensat.* Et hanc Aretini, & Alexandri interpretationem probarunt Curt. Jun. & Pepus in *Auth. Præterea. C. Unde vir,* & *uxor.* Curt. *num.* 23. Pepus *num.* 46. Menoch. *consil.* 162. *num.* 27. *lib.* 2. Sed ab his dissentiunt Jaso. in *l. Hujusmodi §. Cum pater. num.* 13. *ff. de Legat.* 1. Dec. in dicta *Auth. Præterea num.* 13. *C. Unde vir, & uxor.* Phanuc. *de Lucro dotis gloss.* 8. *num.* 49. Eò quia in *l. Si pater.* Nec verbum quidem facit de Genero; & id adversatur illi juris regulæ, quod in stipulationibus extrinseca persona non præsumitur text. in *l. Si ita stipulatus in §. Chrysogonus. ff. de Verb. obligat.* Quamobrem, ut Phanucius subnectit non fuit apud Pomponium in *l. Si Pater.* In consideratione, quod dos esset Genero promissa, quoniam hujusmodi promissio facta diceretur contemplatione filiæ ad ejus utilitatem, causâ satisfaciendi debito naturali; videlicet illam dotando. Quamobrem legatum ei relictum censetur factum animo compensandi cum dote ex necessaria causa promissa Corn *consil.* 230. *num.* 7. *lib.* 4. 32

33 Alii verò offirmare conantur veram, ligitimam text. in *l. Si pater* Interpretationem esse; ideo filiam habere dotem præcipuam, & legatum; quia cum haudquaquam patri, ut hæres succedat titulo universali; sed capiat legatum titulo particulari, tamquam extranea, non tenetur ad collationem, juxta quam facienda erat compensatio legati cum dote promissa. text. in *l. A patre. C. de Collat.* ibi: *A patre verbis precariis in Codicillis relictum extero jure accipiens filia, ad collationem urgeri non potest.* Idem in *l. Filia* 2 *C. de Collat.* text. in *l. Ex causa. C. Famil. ercisc.* Jaso in *l. Emãcipati. C. de Collat. col.* 1. *in fine.* Bald. in *l. A patre. C. Eodem tit.* & ibi Angel. Paul. de Castro Roman. Alex. Fulgos. Corn. & alii, quos refert, & sequitur Gomez. in *l.* 29. *Tauri num.* 5.

34 Phanucius *de Lucro dotis gloss.* 8. *num.* 50. Asseverat Pomponium in dicta *l. Si pater.* Non respondere super quæstione præsumendæ compensationis; sed super quæstione faciendæ collationis; & hoc suadetur ex tituli naturâ, sub quo collocatum reperitur illud responsum juxta text. in *l. Imperatoris. ff. de Indiem addit.* Colligitur quoque ex verbis ipsiusmet

usmet legis ibi: *Filia dotem præcipuam*
habebit. Et dum Pomponius perpendit,
quod filia sit exhæredata , vel emanci-
pata , quæ quidem collationis quæstio-
nem respicere videtur text.in *l.* 1. §: *Fi-*
*lia.ff.de Collat.dot.*text.in *l.*2.& *l.Ut libe-*
35 *ris. C. Eod.* Hæc in compensationis
præsumendæ materia essent inepta,
dum igitur Pomponius super jure con-
ferendi respondit, denegans locum esse
conclusioni nostræ de compensatione
præsumenda, non contradicit. Et alia
est quæstio collationis facendæ ; alia de
compensatione præsumenda. Nam jus
conferendi est scriptum, ac determina-
tum; sed hæc compensationis disputa-
tio à conjecturis pendet.

36 Sed hanc Phanucii interpretationem
sibi non placere testatur Menoch. *de*
*Præsumpt.lib.*4 *præsumpt.*109. *num.*21.*in*
fine. Quia quamvis Pomponius de colla-
tione facienda, vel non facienda respon-
derit : attamen jam pro certo præsup-
ponit filiã consequutam fuisse utrum-
que, scilicet dotem promissam, & lega-
tum, atque ita compensationi non fuis-
se locum.

37 His omnibus explosis responsis, com-
munis, ac celebris interpretatio , quæ
mihi præcæteris omnibus placet est;
quod in casu prædicti textus in dicta *l.*
Si pater. pro filia. ff. de Collationibus
ideo compensatio cessat, quia legatum
factum videtur in specie; dos verò pro-
missa erat in quantitate , vel è contra;
sed de specie ad quãtitatem regulariter
non admittitur compensatio text.in *l.*
Si convenerit. ff de Pignorat.Act. text. in
l.Quod dicitur. ff.de Impens. in Reb.dotal.
fact. text. in *l. Si ex pecunia. C. de Rei*
vindic. text.in *l.Si non sortem . § Si cen-*
tum. ff.de Condict.indeb. text.in *l.Final.*
C.de Compensat. & Doctores in *l.Hujus-*
modi. §.Cum pater . ff. de Legat. 1. Ubi
Baldus, & Paulus de Castro tenent di-
ctã *l.Si pater.* locum habere, quando in
dote, & legato versaretur quantitas: se-
cus si in legato esset species , & in dote
promissa quantitas , vel è contra; quia
tunc non inducitur compensatio per
38 dictam *l.Si pater pro filio.* Et hanc in-
terpretationem amplectuntur Bart. in
*l.Hujusmodi. §.Cum pater . ff.de Legat.*1.
& ibi Bald.& Paul.de Castro. Comẽ.
& Alex. Corn.*consil.*257: *num.*20. *lib.*1.
Alex.*consil.*7.*num.*17.*lib.*1. Corn.in *l.Fi-*
lia legatorum.C.de Legat. Barbosa in *l.Si*
*cum dotem. §.Si pater. num.*36.*versic.Sed*
non recedendo. in fine ff.Solut.matrimon.
Covarruv.in *cap.Officii . num.*9. *versic.*
Est igitur jure receptum. extra. de Testam.
Suarez in *l.*1. *tit.de las Arrhas . num.*42.
versic.Limita 2. Socin.Sen. *consil.*93. *col.*
penult. Mantica *de Conject.ultim. volunt.*
*lib.*10.*tit.*2.*num.*8. Zamoran.*de Compen-*
*sat.disputat.*4.*cap.*8. *§.*3. *num.*25. *versic.*
final. Et quamvis divinatoriam esse ad-
vertant Jaso in *l.Hujusmodi . §.Cum pa-*
*ter. num.*12.*ff.de Legat.*1.& Corn.*consil.*
257. In *l.Filia legatorum . C.de Legat.*
addidit admittendam esse necessariò,
ut jura juribus concordentur.

Non repugnat id, quod tradidit Arias 39
de Mesa *Variar. Resolut. cap.* 11.
*num.*2. *lib.*2. Ubi tenet, quod pater mi-
nimè in dote est debitor filiæ , sed Ge-
neri text. in *l.Cum pater . ff.de Jur.dot.*
Cui respondetur , quod cum utilitas 40
istius promissionis ad filiam pertineat,
debet tamquam creditrix considerari.
Barbosa in *l.Si cum dotem . §.Si pater.*
*num.*37. *ff.Solut.matrim.* Nam dos pro-
missa Genero, ex juris interpretatione,
affectioneque patris, filiæ censetur pro-
missa argument. text. in *l.Fideicommis-*
*sa. §.Interdum. ff. de Legat.*3. text. in *l.*
*Servo legato. §.Si testator. ff.de Legat.*2.
Et quamvis in contractibus , in quibus
strictè proceditur , pro dote promissa
marito, actio minimè competat mulie-
ri text.in *l.Si pater pro te . C.de Dot.pro-*
miss. Attamen diversum est in ultima 41
voluntate: Nam pro legato Genero fa-
cto nomine filiæ , actio filiæ competit ;
quoniam ejus maximè interest text.in
l.Servo legato. §.Si testator. ff. de Legat.
1.text. in *l. Tali. §.Final. ff.de Jur.dot.*
Corn. *consil.*230.*num.*8.*lib.*4. Jaso in di-
cta *l.Tali. §.Final.num.*12. *ff.de Jur.dot.*
Igitur propter hoc interesse in legatis 42
saltem, tamquam creditrix considerari
debet. Sed cum pater respectu filiæ sit
debitor necessarius text. in *l.Qui liberos*
*ff.de Ritu nupt.*text. in *l.Final. C. de dot.*
promiss. Locum habere debet commu-
nis regula , quod in necessariis debitis
semper est admittenda compensatio
text. in *Authentic.Præterea . C.Unde*
vir, & uxor. text.in *l.Si cum dotem . §.Si*
pater. ff.Solut.matrim.

Ca-

43 Cavendum autem est à Caldas *Quæstion.forens.*16.*lib.*1. *num.*7. & à Mesa *Variar.Resolut.cap.*11.*num.*4.*lib.*2. Asserentes patrē minimè respectu dotis debitorem necessarium esse; eò quia pater officio judicis filias dotare tenetur text. in *l.Qui liberos.ff.de Ritu nupt.* Et judicis officium nullam præsupponit obligationem text. in *l.Qui per collusionem. §.final. ff.de Act.empt.* Nec est in consideratione antequàm impetretur text. in *l.Cum postulassem* 44. *ff.de Damn.*
44 *infect.* Nam respondetur, quod textus in dicta *l.Qui liberos.* Non est perpetuò intelligendus, ut semper judices cogant patres dotem constituere filiabus; sed solummodò quando parentes dotem assignare renitent. Nam cum obligatio patris dotandi filiam non descendat à judicis officio; sed à jure naturali argument. text. in *l.Cum ratio. ff.de Bonis damn.* Quando adeunt judicem habent actionem quæsitam. Nam si ut adversarii fatentur, officium Judicis non præsupponeret obligationem, sequeretur absurdum, videlicet, quod actor absque actione ageret, quo nil absurdius: Quippe Judicis officium impetratur ad astringendum patrem, ut obligationem naturalem dotandi filias adimpleat, prout patet ex verbis prædictæ *l. Qui liberos.*
45 Hinc enim acriùs reprehendendus est Caldas loco supra relato, qui ineptè dixit, quod pater dotando filias dicitur uti liberalitate text. in *l.Final.§.Si à socero. ff.Quæ in fraudem credit.* text. in *l. Cognovimus. C.de Hæreticis.* Nam cum necessarius debitor dotis dicatur text. in *l.Final.C.de Dot.promiss* Haudquaquam utitur liberalitate, quia in necessitate constitutus nemo liberalis existit text. in *l.Rem legatam. ff. de Adimend. legat.*
46 Quippe quādo quis debitor donat, maximoperè quando est debitor necessarius, præsumitur compensare ex præcedenti causa text. in *l.Si cum aurum.ff. de Solutionibus.* Alciat.*de Præsumption. præsumpt.*22.*Reg.*1. Bald. in *l.*2.*C.de Jur. dot.* & in *cap.Si cautio. de Fide instrum.* Tiraquell. in *l Si unquam. verbo. Donatione largitus.num.*206.*C.de Revoc.donat.*
47 Subjungit idem Caldas dicta *quæst.* 16.*num.*7.*in fine. lib.*1. Patrem non teneri per legem jure obligationis ad dotandas filias, quod apertè est falsum, ut ipsemet Caldas *num.*1.*ad medium* testatus fuit; & hoc est expressè contra textum in *l.Qui liberos.ff.de Rit.nuptiar.* Ubi filia virtute obligationis patris erga eum implorat officium Judicis, ut sibi dos assignetur, cùm vulgatum sit dotare filias munus, ac obligationem esse paternam. text. in *l. Final. C.de Dotis promiss.* Gloss. in dicta *l.Qui liberos. ff.de Rit.nupt.* Annæus Robert *lib.*3. *Rer. judic.cap.*6. Denique addidit, quod pater obligationis jure, & condictione ex lege tenetur filiis legitimam relinquere text. in *l.Omnimodo. C.de Inofficios. testament.* Et per consequens quidquid filio legatur, legatum videtur animo compensandi cum legitima relictum text. in *l.*3.*§.Si debita.ff.de Bon.libert.* text. in *§. Final.Institut.de Inofficios.testament.*

Ex quibus videtur Caldas denegasse 48 compensationem in hoc casu, quia dos non est debitum necessarium in patre, ut est legitima; sed contrarium est verius, cum dos succedat loco legitimæ Georg.*allegat.*9.*num.*32. Paul.de Castro in *l.Titio centum.§.Titio genero.num.*6.*ff. de Condition.et demonstrat.* Menoch.*de Arbitrar.casu* 149.*num.*9.*et consil.*3.*num.* 12.*et consil.*8.*num.*8. Decian. *consil.*54. *num.*11. *lib.*1. Fusar. *de Substitut.quæst.* 296.*num.*68. Butr.*consil.*39. Surd.*de Aliment.tit.*3.*quæst.*1. *num.* 39. Rota. *decis.* 408.*part* 2.*Recent.* Socin. *consil.*75. *num.* 11.*lib.*3.*et consil.*228.*num.*27. *lib.*2. Petris *de Interpret. ultim.volut. lib.*3. *interpret.*1. *dub.*5.*solut.*4.*num.*13. Alex. *consil.* 179.*num.*5. Paris.*consil.*53.*num.*76. *lib.*3. Ancharan. *Quæst famil. lib.*2. *quæst.*51. *num.*3. Gabriel.*consil.*15.*num.*22. Michalor.*tractat.de Fratrib.part.*1.*cap.*33.*num.* 8. Ergo si legatum à patre relictum filio compensatur cum legitima, quia est debitum necessarium text. in l.*Omnimodo. §.Imputari. C.de Inofficios. testament.* Ob eandem rationem debet compensari cum dote, quia etiam est debitum necessarium, cum ex legis dispositione debeatur text. in *l.Qui liberos.* & ibi Gloss.*ff.de Rit.nupt.* text. in *l.Final.C.de Dot.promiss.* Nam compensatur cum le- 49

legitima: ergo & cũm dote,cum in jure validum fit argumentum de dote ad legitimam,& de legitima ad dotem text. in *Authent*. *Res quæ.C.Commun.de legat.* Thomaset.in *Florib.legal.Regul*.45.Bartol.in *l.Titio centum. §.Titio genero. in fine. ff.de Condict.et demonstrat.* Caldas in *l.Si curatorem. verbo Sine curatore. C.de In integrum restit.minor*.

50 Nec responsio Arias de Mesa in dicto *cap.11.num.5.lib.2.* Satisfacit,videlicet ideo in *l.Si cum dotem. §.Si pater.ff. Solut.matrim.* Filiæ dotis actionem denegari,quia legato semel accepto,patris judicium agnoscere, probareque videtur; quod postea improbare dotem petendo non potuit text. in *l.3. ff.Solut: matrim.* Si modò in legatum tantum acceperit,quantum dotis satis esset.Cum hæc interpretatio minimè quadret,nec ex verbis textus colligi posit; an filia acceperit legatum, vel nè: Nam Ulpianus dum dicit ibi: *Filiæ denegari debet actio, sive patri hæres extiterit, sive in legatum tantum acceperit, quantum dotis satis esset.* Non apparet an id, quod in

51 dotis compensationem accepit, fuit ex causa institutionis, vel ex causa legati; cum illa particula, *sive*, alternationem importet, & scitu difficile sit: an ex institutione,vel ex legato dotis recompẽsationem habuerit; quamobrem,ut divinatoria, ac insubsistens est rejicienda Mesæ responsio.

52 Et cum pater dicatur debitor necessarius dotis, ut omnes ferè Doctores fatentur per text.in *l.Qui liberos.* & ibi Gloss. *ff.de Rit.nupt.* text. in *l.Final. C. de Dot.promiss.* Sequitur adversùs Arias de Mesa, quod locum habeat illa communis regula, quæ habet,quod debitor necessarius legando suo creditori,semper præsumitur legare animo compensandi cum debito text.in *l.Si cum dotem. §.Si pater,ff.Solut.matrimon.* text.in *l.Omnimodo. §.Imputari. C.de Inofficios. testament.* text.in *l.Hujusmodi* 86. *§.Cum pater. ff.de Legat.1.* text. in *Authentic. Præterea. C.Unde vir.et uxor.* text. in *l. Titia cum testamento. §.Qui invita. ff.de Legat.2.* text. in *l.Quoniam novella* 29. *C.de Inofficios. testament.* Gutierrez. *de Tutel.part.3.cap.5.num.4. et lib.2. Quæst. practicar.quæst.*124. Barbos. *de Jur.Ecclesiast.lib.3.cap.19.num.28. et cap.8. de Sepult. et in cap.14. num.6. de Testament.* Bald. in *l.Si compensandi. C. de Hæred. instit. et consil.*58.*num* 4.*lib.*3. Paul.de Castro. *consil.*247. Surd.*consil.*388. *num.* 20.*vol.*3. Marta *de Success.legal.part.*4. *quæst.*18 *art.*2. *num.*55. Menoch. *consil.* 59 *num.*17.*lib.*1. Fulgos.*consil.*80.*num.*3. Molfes.*ad Consuetud. Neapol. part.6. q.* 11.*num.*4. Altograd.*consil.*68.*lib.*1.Bart. in dicta *l.Hujusmodi. §.Cum pater. ff.de Legat.*1. Zamoran.*de Cõpensat.disput.*4. *cap.*8.*§.*2.*n.*6.Christineus.*decis.Belg.*147 *num.*6.*vol.*1.Urceol.*Consultat.forens.cap.* 39.*num.*19.*et* 20.Honded.*consil.*176.*n.*4. Sanchez *lib.4.Consil.moral.cap.2.dub.*15. *num.*3. Tepat.*Variar sentent.cap.1. tit.* 160. Molina *disput* 200. *num.*160. Medic.*de Compensat.quæst.*17. *num.*5. Sylva *de Salariis. quæst.*66. *num.*3. Mesa.*Variar.Resolut. cap.*9. *num.*14. *et* 15. *lib.*2. Barbosa. in *l.Si cum dotem. § Si pater. num.*4. *ff.Solut. matrimon.* Altimar. *ad consil.* Rovit.in *observat.*25. *num.*1. *lib.*1. Luca ad Gratian.*cap.*198.*num.*3 Palma *Allegat.*193.*num.*10.Suarez in *l.1. tit.de las Arrhas.num.*36. Ripoll.*Variar.Resolut.cap.*13.*num.*210.

Ampliatur 1. Etiam si pater dotem 53
dederit filiæ nuptæ, & post Generi mortem eam exigit, & postea filiæ fecit legatum, quippe hoc legatum præsumitur factum animo compensandi text.in *l Si cum dotem §.Si pater.ff.Solut. matrimon* Nam si semel pater filiam in 54
matrimonio collocavit, atque dotem numeravit; attamen cum deinde dotem ipse exegerit,tenetur iterum eam dotare Paris.*consil.*95.*num.*38.*lib.*2.Bald. in *Authent.Res quæ. col.2.C.Commun. de legat.* Curt. Jun. in *Authentic. Præterea. num.*20.*C.Unde vir, et uxor.* Socin. Sen. *consil.*75 .*num.*7. *lib.*2. Jaso in dicta *Authent.Præterea.num.*19. Dec.*num.*11. *C. Unde vir, et uxor.*

Ampliatur 2. Quando pater aliquid 55
filiæ legavit,& deinde dotem ei numeravit: Nam hæc numeratio in legati compensationem dicitur facta; quapropter mortuo patre nequit filia legatum petere text.in *l.Lucius. la primera. ff.de Legat.2.* text. in *l.Filia legatorum. C.de*

C.de Legat. Phanuc.*de Lucro dot.gloss.*8. *num.*80. Corn.*consil.*30.*num.*2. *lib.*4. Socin.Jun.*consil* 79.*num.*17.*lib.*3.Ruin.*consil.*81.*num.*7.*lib.*2.*& consil.*38.*num.*9.*lib.*4. Bersan.*cap.*2.*quæst.*3.*num.*8.

56 Ampliatur 3. Procedere quamvis pater leget filiæ non expresso nomine dotis: Nam intelligitur pro dote legare, & per consequens animo compensandi Menoch.*de Præsumptionib.lib.*4.*præsump.*109.*num.*24.Andreol.*controv.*13.Aldērisius *de Hæreditar.act.cap.*6.*num.*19. *p.*1. Bald.in *l.Quod autem in stipulatione ff.de Jur.dot.* Ruin.dicto *consil.*81. *num.*7. *lib.*2.Alex.in *l.Hujusmodi. §.Cum pater ff.de Legat.*1. Phanuc.*de Lucro dotis .gloss.*8. *num.*82.Socin.*tractat.deFallēt.Reg.*282. *fallent.*4. Ruin.*consil* 3.*num.*1.*lib.*3.Jaso in *l.Filia legatorum. C.de Legat.num.*3.

57 Ampliatur 4. Quamquam non ipse pater dotem numerasset, seu promisisset pro filia; sed ejus hæres, sive sit filius, sive extraneus, cum hæres in dote necessarius debitor efficiatur, ut defunctus erat, & legatum præsumitur relictum animo compensandi cum dote, de filio testatur Menoch.*dePræsumpt.lib.*4. *præsumpt.*109 .*num.*25. Et ratio assignatur à Ruino *consil.*31.*num.*3.*lib.*4. Phanuc.*de Lucro dotis gloss.*8.*num.*84.deExtraneo Roccus *Respons.*61. *num.*7.*lib.*1. Bersan.*cap.*2.*quæst.*30.*num.*9.Camarell. *de Legat.lib.*14.*quæst.*1.*num.*32.

58 Ampliatur 5. In hærede extraneo, qui aliàs filiam testatoris dotare non esset obligatus, attamen succedendo illius patri efficitur debitor necessarius, ut ejus antecessor; unde si ipse aliquid testatoris filiæ leget, legatum compensatur cum dote debita in illius bonis Alderisius *de Hæreditar.actíon.cap.*6. *num.*27.*&* 28.*part.*1. Bersan.*cap.*2. *quæst.* 30. *num.*8.Cravet.*consil.*131.*num.*14.Alban. *consil.*6.*num.*6.7.*&* 8. Paul.de Castro *cōsil.*36. *vol.*2. Ancharan. *consil.* 26. col.2. Menoch. *de Præsumpt. lib.*4. *præsumpt. num.*26. Covarruv. in *cap.Officii. num.*3. *de Testament.*Roccus *Respons.*61. *num.*7. *lib.*1.

59 Ampliatur 6. Tam si legatum ad filiæ beneficium fiat, quám si in aliqua hæreditatis parte filia hæres instituatur; cum minimè constituatur differentia an legati titulo, vel institutionis relinquatur, cum semper animo compēsandi relictum censeatur text. in *l. Si cum dotem. §.Si pater. ff.Solut.matrimon.* Rocc.*Respons.*61.*num.*8 *lib.*1.

Ampliatur 7. Etiam si ex statuto consuetudine, alteriusve juris dispositione debitum oriatur: Nam semper relictum cum debito necessario compensatur Cravet.*consil.*149. *num.*6. *& consil.* 56. *num.*33. Roccus *Respons.*61. *num.*9. *lib.*1. 60

Ampliatur 8. Ut nostra opinio procedat, licèt quantitates sint dispares Socin.*Regul.*182.*fallent.ultim.* Menoch.*de Præsumpt.lib.*4.*præsump.*109.*num.*26. 61

Ampliatur 9. Ut procedat nostra principalis conclusio in casu textus in *l.Titia cum testamento. §.Qui in vita . ff. de Legat.*2. ut voluēre Afflict.*decis.*44. *num.*10.Menoch. *de Præsumptionib.lib.*4. *præsumpt.*109.*num.*26. 62

Ampliatur 10. Quoque procedere in accessoriis dotis, ejusque appendicibus, ut sunt paraphernalia bona, quoties à statuto, vel consuetudine, tamquam dos à patre essent danda filiæ, & sicut legatum censetur relictum animo compensandi cum dote text. in *l.Si cum dotem. § Si pater. ff.Solut.matrim.* Ita etiam cum ipsis appendicibus, seu accessoriis Cravet.*consil.*149.*num.*6.&Menoch.*consil.*56.*num.*33. 63

Ampliatur 11. Quoties rejectā compensatione, ex ipso legato congrua dos apud illam remaneret Ruin. *consil.*86. *num.*12.*lib.*2. Menoch.*de Præsumpt.lib.*4 *præsumpt.*109.*num.*28. 64

Ampliatur 12. Quamvis dos exacta fuerit per patrem ab hæredibus primi mariti. Quippe si filiæ secundò nubenti legatum relinquatur, vel dos denuò constituatur fieri intelligitur, ut compensetur cum dote exacta Bersan. *cap.* 2. *quæst.*30. *num.* 10. Sanchez. *Variar. quæst.cap.*31.*num.*13. *in fine*. Altograd. *consil.*30.*num.*48.*lib.*1. Amat. *decis.Rot. Roman.*151.*num* 6. 65

Limitatur 1. Nostra principalis cō-clusio non procedere, quando à patre fuit factum legatum; & dos ab altero data, vel promissa fuit, vel è contra · Nam tunc legatum non censetur ani- 66

mo compensandi cum dote; sed utrũque filia petere potest Jaso. in *l. Filia legatorum in fine. C. de Legat.* Phanuc. *de Lucro dotis.gloss.*8.*num.*85. Paul. de Castro. *consil.*214.*lib.*1. Socin. Jun. *consil.* 79 *num.*83. & 112. *lib.*3. Commens. *consil.* 133.*col.*2. Jaso. in *l. Hujusmodi. §. Cum pater. num.*22.*ff. de Legat.*1. Corn. *consil.* 288.*col. ultim. lib.*1. Ruin. *consil.*74. *n.*16. *lib.*2. Bersan. *cap.*2. *quæst.*30 *num.*12.

67 Limitatur 2. Si filia cum aliis extraneis hæredibus fuisset instituta, vel cum fratribus, qui proprium haberent legatum: Nam tunc ratione inæqualitatis evitandæ non præsumitur animus compensandi Socin. *tractat. de Fallent. Reg.*282.*fallent.*2. Menoch. *de Præsumpt. lib.*4.*præsumpt.*109.*num.*30.

68 Limitatur 3. Non procedere, quando legatum erat in certa specie pecuniæ diversa à pecunia in dote tradita: Nam in illo casu legatum minimè censetur relictum animo compẽsandi Menoch. *de Præsumption. lib.*4.*præsumpt.*109.*num.*31. Corn. *consil.*288.*col. ultim. lib.*1. *et consil.*230.*num.*2.*lib.*4. Socin. Jun. *consil.*79. & 85: *lib.*3. Sed hoc falsum esse putat Menochius loco supra relato in fine; cũ in illo casu nulla sit differentia inter speciem, & quantitatem, quod ego verum existimo Socin. *tractat. de Fallent. Regul.*282.*fallent.*1.

69 Limitatur 4. Quando dos fuit Genero promissa, & legatum fuit relictũ filiæ, quo in casu non præsumitur factum animo compẽsandi cum ipsa dote Curt. Jun. in *Authentic. Præterea. num.*13.*versic. Ultima difficultas. C. Unde vir, & uxor.* & referũt ibi Jaso. & Alex. Menoch. in *consil.*162.*num.*27. *lib.*2. Pepus in dicta *Authent. Præterea. num.*46. *C. unde vir, et uxor.* Jaso. in *l. Hujusmodi. §. Cum pater. num.*13 *ff. de Legat.*

70 Limitatur 5. Quando cõstat ex aliquibus verbis, vel conjecturis, testatorem noluisse compensare, videlicet si dixit, quod legatum præstaretur absque ulla aliqua conditione, vel contradictione Gabriel. in *consil.*16.*num.* 33. *lib.* 1. Menoch. *de Præsumpt. lib.* 4. *præsumpt.* 109. *num.*33.

71 Quid dicendum si pater filiæ simpliciter legasset, & deinde ei dotem dederit: an legatum relictum cum promissione, vel datione dotis compensari debeat?

Duplex autem est Doctorum sentẽtia. Prima est negativa, nimirum, quod non fiat compensatio; sed filia legatum, & dotem habere debeat Bart. in *l. Hujusmodi. §. Cum pater num.*4. *ff. de Legat.*1. Cuman. in *l. Lucius.*22. *num.* 2. *ff. de Legat.* Bart. in *l. Filia. C. de de Legat.* Gloss. in *l. Filia legatorum verbo Vivius. in fine. C. de Legat.* 72

Hujus assertionis fundamentum est text. in *l. Quingenta* 12. *ff. de Probat.* Ubi Celsus *lib.*12. *digest.* docet, quod si eadem quantitas relinquitur in Codicillis, quæ relicta fuit in testamento: videtur animo duplicandi relicta; nisi contrarium probetur. Verba textus sunt hæc: *Quingenta testamẽto tibi legata sunt. Idem scriptum est in codicillis, postea scriptis. Refert. duplicare legatum voluerit.* 73

Secunda est opinio verior, ac tenenda; scilicet, quod compensatio fiat, quasi illa dotis promissio facta sit in legati relicti in testamento exequutionem argument. text. in *l. Lucius* 22 *ff. de Legat.* 2. Corn. in *l. Filia legatorum. C. de Legat.* Ruin. *consil.*138.*num.*3.*lib.*4. Cephal. *consil.*84.*num.*9.*lib.*1. Campeg. *de Dote quæst.*33. Bart. in dicta *l. Filia.* & ibi in addit. Mãgrell. *C. de Legat.* Alderis. *de Hæredit. act. cap.*6.*num.*18. Bersan. *de Compensat. cap.*2 *quæst.*30.*num.*8. Alex. in *l. Hujusmodi. §. Cum pater num.* 3. *ff. de Legat.* Surd. *consil.*14 *num.*13. Barbosa in *l. Si cum dotem. §. Si pater num.*42. *vers. non puto tamen. ff. Solut. matrim.* Ruin. *consil:* 81. *num.* 5. *lib.*2. Socin. Jun. *consil.*79. *num.* 18. *lib.* 3. Arias de Mesa *Variar. Resolut. cap.* 11. *lib.*2. Paschalis *de Patria potestat. part.*2. *cap.*6.*num.*36. Phanuc. *de Lucro dotis gloss.*4.*num.*94. Surd. *consil.* 119. *num.* 10. *lib.*1. Et cum pater filiam dotare teneatur, legando simpliciter, videtur ex dotis causa legare text. in *l. Quod autem* 24. *ff. de Jur dot.* text. in *l. Tali. §. Penult. ff. Eodem tit.* Alex. in *l. Hujusmodi. §. Cum pater.*3 *ff. de Legat.*1. Jaso. in *l. Filia legatorum num.*2. *C. de Legat.* Bart. in dicta *l. Quod autem ff. de Jur. dotium* Cremẽs. *sign.* 3. Ruin. *consil.*3.*num.*1.*lib.*3. Gloss. in *l. Tali. §. Penult ff. de Jur. dot.* Ideo cum postea do- 74 75 76

dotem promittat, vel det; id factum videri debet animo compensandi text. in *l. Virilis. §. final.* & ibi Gloss. *penult. ff. de Legat. præstand.* text. in *l. Cum pater* 30. *ff. de Jur. dot.* text. in *l. Penult. ff. de Dot. prælegat.* text. in *l. Uxor* 40. *§. Testamento el segundo. ff. de Legat.* 3.

77 Hujus enim assertionis fundamenta sunt hæc. Primum text. in *l. Filia legatorum* 11. *C. de Legat.* Ubi Alexander Imperator jussit, quod si legatū pro dote factū detur filiæ in dotem ab ipsomet patre vivente, non potest amplius eo mortuo filia petere. Imperatoris verba sunt hæc. *Filia legatorum non habet actionem si ea, quæ ei in testamento reliquit vivus pater postea in dotem dederit.*

78 Secundum text. in *l. Lucius. la primera* 22. *ff. de Legat.* 2. Ubi Celsus docuit, quod legatum à testatore factum, postea legatario solutum, eidem legatario denegatur actio.

79 Ad fundamētum cōtrariæ opinionis Bartolus in *l. Filia legatorum* distinguendo respondit, videlicet, quod quando testator primò filio speciē legavit, postea dedit in dotem, absque dubio extinguitur legatum, ut est casus in *l. Filia.* Si verò quantitatem legavit, & expressit causam veluti, quia dicit pro dote, tunc etiam dotando eam legatum extinguitur text. in *l. Lucius. §. Impuberem. ff. de Legat.* 2. Si autem simpliciter relinquit; tunc dotando eam postea legatum non extinguitur, ut est casus in dicta *l. Quingenta.*

80 Sed hæc ultima Bartoli distinctionis pars mihi displicet, cum contrarium doceat Ulpianus in *l. Cum pater* 30. *ff. de Jur. dot.* Licèt loquatur, quando pater primò dotem promisit, & postea legat. Nam idem est dicendum, cum generalitas text. in dicta *l. Filia legatorum.* vin-
81 dicet sibi locum, tam in legato simpliciter relicto, quàm in legato in causam dotis, ut tradit Jaso in *l. Hujusmodi §. Cum pater n.* 16. *ff. de Legat.* & annuit Barbosa. in *l. Si cum dotem. §. Si pater. num.* 42. *vers. Non puto tamen ff. Solut. matrim.* Phanuc. *de Lucro dot. gloss.* 8. *num.* 82. Bald. in *l. Quod autem in stipulatione. ff. de Jur. dot.* Pepus. in *Auth. Præterea num.* 66. *C. Unde vir. & uxor.* Socin. *Tractat. fallent. reg.* 182. *fallent.* 4. Alex. in *l. Hujusmodi. §. Cum pater. ff. de Legat.* 1. Menoch. *de Præsumpt. lib.* 4. *præsumpt.* 109. *num.* 24. Anna *consil.* 91 *num.* 5.

Ampliatur 1. Nostra secunda con- 82
clusio, etiam si quantitas simpliciter legaretur, & non in causam dotis, prout ex magis communi Doctorum sententia affirmant Dyn. in *l. Hujusmodi §. Cum pater,* & ibi Bald. Oldrad. Arena, Imol. & Alex. *ff. de Legat.* 1. Corn. in *l. Filia legatorum. C. de Legat.* Anna. *consil.* 91. *num.* 7. Menoch. *de Præsumpt. lib.* 4. *præsumpt.* 108. *num.* 24. Paschal. *de Patria potestat. part.* 2. *cap.* 9. *num.* 36. Jaso in dicta *l. Hujusmodi. §. Cum pater* 16 *ff. de Legat.* 1. Ruin. *consil.* 223. *num.* 4. *lib.* 1.

Ampliatur 2. Ut procedat in casu 83
contrario, quando prius pater dotem promisit; & deinde filiæ fecit legatum; Nam illud factum esse animo compensandi cum dote promissa censetur Doctores in *l. Hujusmodi. §. Cum pater. ff. de Legat.* 1. Covarruv. in *cap. Officii de Testament. num.* 2. Menoch. *de Præsumpt. lib.* 4. *præsump.* 109. *num.* 16. Paris. *consil.* 95. *num.* 38. *vol.* 2. *vers. sed respondetur; lib.* 2. Anna. *consil.* 91. *num.* 22.

Ampliatur 3. Nam si pater filiæ cer- 84
tam legavit quantitatem pro dote, & postea frater sororem dotat, nullâ legati factâ mentione; in ea dote cēsetur inclusum, & compensatum patris legatū Pract. Papiens. in *Form. libell pro legato rei singul. in verbo coram vobis. num.* 77. *versic. præterea quæritur.* Surd. *consil.* 119. *lib.* 1. Socin. Jun. *consil.* 79. *num.* 104. *vol.* 3. Jaso *cōsil.* 160. *lib.* 4. Paschal. *de Patria potestat. part.* 2. *cap.* 6. *num.* 41. Magon. *Dec. Florent.* 13. *num.* 23.

Ampliatur 4. Procedere nedum, 85
quando solvitur posteà eadem quantitas legata; sed etiam si esset major; quia tunc fit compensatio cum adhuc in extinctione legati solutio facta censeatur Ruin *consil.* 223. *num.* 4. *lib.* 1. & Franch. *decis.* 422. *num.* 6. Anna *consil.* 91. *num.* 12.

Quid si pater pro dote quadrigenta 86
legavit; & deinde adhuc vivus filiam cum ducentis nupserit; an in hoc casu filiæ alia ducenta debeantur?

Prima opinio est negativa videlicet, 87
quod filia nequeat residuum petere non

non obstat text.in *l. Lucius in fine. ff. de Legat.*2.Nam ideò ibi permittitur residui petitio;quia ibi legatum erat absque causa relictum; hìc autem erat pro dote legatum; & hanc opinionem amplexati fuêre Dyn. in *l. Lucius.la primera.ff. de Legat.*2.Imol. in *cap. Filius. de Testamēt.*Paul.de Castro.in dicta *l.Lucius*,& ibi Cuman.Imol.*ff.de Legat.*2.Imol.in *l. Hujusmodi. §. Cum pater. ff. de Legat.*1. Eâ ratione ducti ,quia legatū est extinctum ; & cessante causa legati , cessat legatum.text.in *l. Liberis.ff. de Aliment. legat.* .

88 Secunda est affirmativa sententia, quæ mihi verior videtur;videlicet quod si minor est quantitas pro dote constituta, quàm legatum non fiat compensatio, nisi pro rata assignatæ dotis, & reliquum usque ad summam legatam filiæ debeatur; eamque tenent Oldrad. in *l.Lucius. ff. de Legat.* 2. Salyc. & Castrens. in *l. Filia legatorum. C. de Legat.* Ancharan in *cap. Filius.extra de Testamentis.*Jacobin.in dicta *l.Filia legatorum num.*2.*C.de Legat.*Alex. *consil.* 7. *column.* 4.*lib.*2.Franch. *decis.* 422. *num.* 6. Ruin. *consil.*223.*num.*4.*volumin.* 1. Bald. in dicta *l Filia legatorum*,& ibi Angel.& Jaso *num.*2.*C.de Legat.* Anna. *consil.* 91. *num.* 14.Paschal.*de Patria potestat.part.*2.*cap.* 6.*num.* 37.

89 Hujus conclusionis ratio est, quia legatum taxatione quantitatis nunquam per causæ adictionem diminuitur text. in *l.Creditor.& l. Si inter ff. de Mandat.* text.in *l. Lucius.ff. de Aliment. legat.* Ex quibus infert Jacobin: in *l. Filia legato-*
90 *rum.num.*5.*C.de Legat.*Quod si quis legat mille pro dotanda cappella ; & deinde supervivens eam dotaverit cum ducatis quingentis,eo decedente voluntate non mutatâ residuum debetur usque ad legati integram quantitatem arguendo de dote filiarum ad dotem cappellarum Gloss. in *cap. Cum sicut. de Consecrat. Eccles.* Et hanc sententiam defendunt Anna.*consil.*91.*num.* 19. Covarruv. in *cap. Officii.num.*14.*extra de Testament.* Paschal. *de Patria potestat. part.*2.*cap.*6.*num.*38.

91 Quid si pater in testamento reliquit, vel inter vivos dotem filiæ promisit, quæ compensatur cum legitimâ.text.in *l.Omnimodo.§.Imputari.l.quoniam novella.C.de Inoffic.testament.*Et filium heredē vel agnatum instituit,qui testatoris hæreditatem adivit ; & testando reliquit, vel dotando promisit, vel dedit prædictæ testatoris filiæ simpliciter eandem, vel majorem quantitatem dotis , quam reliquerat pater; nunc in dubium vertitur, an dos relicta , vel data per hæredē censeatur animo compensandi cum dote relicta, vel promissa per patrem, vel an ipsa filia utramque dotem consequi queat?Corn.*cōsil.*292.Testatur utrūque 92
cōsequi posse cùm non animo compensandi relictū dicatur per regulā text. in *l.Creditorem.ff. de Legat.*2.Ubi legatum creditori factum non præsumitur animo compensandi,nisi per eum, qui se in compensatione fundat,probetur maximè in legato debito per hæredem ex quasi contractu inductum per aditionem hæreditatis, & sic ex causa voluntaria . Idem voluit ipse Corn.in *consil.* 258.*col.*2.*lib.*3.*vers.Restat.*Sed contrari- 93
um in hoc casu est amplectendum, scilicet legatum , seu secundam dotis dationem compensari cum prima posse, eò quia ex persona hæredis obligationis qualitas non mutatur text.in *l.*1. *§. Ex his. ff. de Verb. oblig.* Ideo cum debitum patris dotandi filias , sit necessarium inductum à lege text. in *l. Qui liberos.ff.de Rit.nupt.*text.in *l.final.C.de Dot. promiss.*Hæres eam dotando onus pater- 94
num adimplere videtur,& sic legat animo compensandi text.in *l.Si cum dotem §.Si pater.ff.Solut.Matrim.*Et sic animo se liberandi,quatenus est patris hæres. text.in *l.Nesenius.ff.de Neg.gest.*Castrēs. *consil.* 35. *lib.* 2. Concludens legata pro 95
eadem causa dotis facta in testamento filii hæredis censeri facta in eodem testamento , & per filium hæredem animo compensandi , eò quod minor summa inest majori tantùm debitæ. text in *l.Quid ergo.ff de Legat.*1.Cravet. *consil.*131. *num.* 14. Menoch. *consil.* 151. *num.*22.Gutierrez.*de Tutel.part.*3.*cap.*5. *num.*74.Ancharan.*consil.*26.*col.final.*Petris.*de Interpretat. ultim. voluntat. lib.* 4. *dubitat.*6.*num.*13.& 14.& *consil.*110. *num.* 49.*lib.*1.Riminald.*consil.*230.*num.*3. Alberic.

beric: *consil.* 2 *in fin.* Ruin. *consil.* 138. *col.* 2. *ad fin. lib.* 4. Eugen. *consil.* 206. *num.* 5. & 6: Bald. *consil.* 230. *lib.* 5. Angel. *consil.* 88.

96 Quid si dos fuerit à patre legata consistente in centum, quo vitâ functo frater sororem dotavit, & dedit ei centum, nullâ factâ mentione de illis centum à patre legatis: an in hoc casu

97 compensatio inducatur? Et affirmativè est respondendum, quia frater negotium sororis agit, & dos debetur habito respectu ad paternum patrimoniū; & in dubio frater præsumitur dotare de bonis paternis; secus verò de propriis. Menoch. *de Arbitrar. judic. casu* 88 *num.* 46. Latro. *decis.* 38. *num.* 7. Alberic. *consil.* 1. *num.* 9. & *consil* 12. *lib.* 11. Licèt

98 Latro *loc. cit. num.* 8. Hoc intelligendū esse fateatur, quando frater dotat juxta vires paterni patrimonii, in supersum præsumitur dotem animo donandi dedisse; quamquam dixisset in matrimonialibus capitulis de paternis bonis donare, & hoc testatur esse de mente Ruini *consil.* 200. *num.* 4. *vol.* 1. Ubi constitutâ regulâ, quod dos de bonis paternis data censeatur, dicit hoc præcipuè verum esse, quoties dos constituitur à patre, vel ab ejus hærede, viresque paterni patrimonii non excedat, & in hoc consentire videtur Latro dicta *decis.* 78. cum Menochio dictô *casu* 88.

99 subdēs in *n.* 25. *prædictæ dec.* Quod minimè cēsetur donatio, in eo qui habet onus dotandi, prout habet frater, qui stante statuto tenetur dotare de bonis paternis, quo in casu nudus appellatur minister à Franch. *dec.* 619. Et hoc in casu, tamquam hæres gravatus tenetur de dando centum, quos solummodò dedit, & non ultra ut suspicari potuisset in illud plus saltem teneri, vel saltem habere locum argum. text. in *l. Filiæ legatorum. C. de Legat.* Qui loquitur interminis, licèt in persona patris, quod idem est in hærede juxta Alderisium *de Hæredit. act. cap.* 6. *num.* 23. *part.* 1.

100 Aliter dicendum foret, si pater dotem legasset ducatorum centum, relicto filio ipsius legantis, hærede, fratreque legatariæ, qui post paternum obitum nuptiis sororem tradidit, constitutâ promissâque dote ducatorum quingentorum, nullâ factâ mentione de prædicta summa legata, nam in hoc casu cum illis quingentis ducatis minimè compensarentur illa centum à cōmuni patre legata, pro dotibus suis; per text. in *l. Unica. §. Accidit. C. de Rei uxor. act.* Ubi habetur, quod extraneus do- 101
tans magis de proprio dotare videtur, quàm animo compensandi, & repetendi, quia præsumitur animo donandi dotasse ut patet ex text. ibi: *Cum donasse magis mulieri, quam sibi jus aliquod, servasse extraneis in stipulando videatur.* Et quāquam textus de extraneo dotante loquatur, nihilominus tamen illius dispositio extenditur ad fratrem, ut ex eodem §. elucescit ibi: *Extraneum au-* 102
tem intelligimus omnes, ultrà parentem, per virilem sexum ascendentem, & in potestate dotandam personam habentem. Et appellatione extraneorum venit quoque mater Salyc. & Bald. in *l. Fin. C. de Dotis possess.* Ubi Jacobus de Arena præstat cautelam, ad hoc ut frater se indemnē servare faciat à sorore, aliàs donasse præsumitur, ex quo fratres in dubio de propriis bonis sororem dotasse cēsetur. Ripa. in *l.* 1. *num.* 99. *ff. Solut. matr.* Alderis. *de Hæredit. act. cap.* 6. *num.* 24. *part.* 1. Menoch. *de Arbitrar. Judic. casu* 88. *num.* 40.

Quapropter minimè in hoc casu 103
dos à fratre animo compensandi fuit promissa, & per consequens illa centum legata, non compensantur, cum illis quingentis promissis à fratre, sed utramque quantitatem soror consequi debet Monoch. *de Præsumptionib. præsumpt.* 16. *num.* 16 Ruin. *consil.* 223. *vol.* 1. Alderisio. *tractat. de Hæredit. act. cap.* 6. *num.* 24 *part.* 1. Menoch. *de Arbitrar. casu* 88. *num.* 40. Quia non sunt ejusdem quantitatis legata, à patre, & à fratre promissa.

Sed his omnibus haud restantibus 104
contrarium est complectendum videlicet, quod inducatur compensatio, juxtâ celeberrimam distinctionem de qua fusissimè egi in *q.* 20. *lib.* 1. *tom.* 1. Nam cū in hoc casu debitū dotandi filiam respectu patris sit necessarium text. in *l. Si* 105
cum dotem §. Si pater ff. de Solution. matr. text. in *l. Qui liberos ff. de Ritu nupt.* text. in

106 in *l.final.C.de Dot.promiss.* Consequenter erit necessarium respectu filii ejus hæredis, qui tamquam hæres utitur, sui authoris ratione Ancharan. *consil.* 105. *num.*26. Cravet. *consil.* 131. Honded. *consil.* 50. *num.* 19. Gabriel. *consil.* 106. *num.*6. Peregrin. *de Fideicomm. art.* 33. *num.*41. *vers. & in proposito.* Alderisio. *de Hæredit.act.cap.*6.*num.*25.*part.*1. Menoch. *de Præsumptionib. lib.* 4. *præsumpt.* 109.*num.*25. Ruin. *consil.* 31. *num.* 3. *lib.*4. Phanuc. *de Lucro dotis Gloss.* 8. *num.* 48. Et frater in necessitate dotandi constitutus, in ea quantitate à patre relictâ, non videtur liberalis esse, quia in necessitatibus nemo liberalis existit. text. in *l.Rem legatam ff.de Adimend.legat.*

107 Nec opponitur, quod sit diversa quantitas dos legata, quàm dos à fratre constituta: nam respondetur adhuc compensationi locum esse de quantitate ad quantitatem, licèt una quantitas, sit major alterâ: Nam tunc conventus pro concurrenti quantitate absolvi debet text. in *l. Si constat de Compensat.* text. in *§. In bonæ fidei. Instit. de Act.* Phanuc. *de Lucro dotis Gloss.*8.*n.* 84. Medic. *de Compensat. quæst.*5. *num.*8. *part.* 1. Ruin. *consil.* 31. *num.* 3. *lib.* 2. Alderis. *de Hæreditar. actionib. cap.* 6. *n.* 27. *part.*1. Anton. Faber. in *l.*10 *si ambo ff. ff de Compensationibus.*

Nec repugnat textus in dict. *l.Unica. §. Accidit. C. de Rei uxor act.* Ut apparet ex illis verbis ibi: *Cum donasse magis, quàm sibi aliquod jus servasse.* Videlicet in dotem, soluto matrimonio, restituendam, ut in initio illius § patet ibi: *Nulla stipulatione, vel pacto pro restitutione ejus in suam personam facto.* Quod secus est

108 in casu nostro, de quo nihil per textũ, & ad quem accedunt conjecturæ, & præsumptiones compẽsandi, tamquam cum debito necessario argum. text. in *l. Si cum dotem. §. Si pater. ff. Solut. matrim.* text. in *Authentic. Præterea. C. Unde vir, & uxor.* text. in *l. Hujusmodi. §. Cum pater. ff. de Legat.* 1. text. in *l. Quoniam novella. l.* 30. *Omnimodo. C. de Inofficios. testament.* text. in *l. Titia cum testamento. §. Qui invita. ff. de Legat.* 2.

109 Possit quoque contraria opinio procedere, quoties illa centum non à patre, sed ab extraneo fuerint legata: Nam illud legatum pro dote à voluntate proficiscitur, secus à necessitate; & cum in extraneo tale debitum sit penitus 110 voluntarium, minimè locum habet compensatio argument. text. in *l. Creditorem* 87. *ff. de Legat.* 2. text. in *l. Unica. §. Sciendum. C. de Rei uxor. act.* text. in *l. Creditor. C. de Legatis.*

SUMMARIUM

1 *Casus quæstionis perfunditur.*

2 *Creditum, et debitum adineundam compensationem poscuntur.*

3 *Argumentum à contrario sensu in jure validum est.*

4 *Compensatio locum sibi asciscere nequit, nisi inter easdem personas.*

5 *Venditori petenti pretium rei venditæ, compensatio opponi potest.*

6 *Pensionis debitum compensationem non respuit.*

7 *Lex ubi non distinguit, nec nos distinguere debemus.*

8 *Conductor potest compensationem objectare sui crediti adversùs locatorem; etiam si conduxerit fundum Ecclesiæ, cui compensatio objici potest.*

9 *Ecclesiæ compensatio objici nequit, quandocumque conductor rei Ecclesiasticæ non est creditor ipsius Ecclesiæ, sed illius administratoris.*

10 *Conductori non solùm permittitur locatori compensationem opponere; sed etiam creditori locatoris de ipsiusmet locatoris credito.*

11 *Conductor contra fiscum compensationem opponere potest.*

12 *Fiscus in venditione dicitur privilegiatus, ut agent ad pretium minimè ei possit objectari compensatio.*

13 *Fiscus quotiescumque non reperitur privilegiatus utitur jure communi.*

14 *Conductor locatori compensationem potest objicere, quamquam conductoris creditum, quod habet adversùs locatorem ex sola obligatione naturali proficiscatur.*

15 *Pensio, quæ reservatur à Clerico pro alimentis compensari non potest.*

16 *Conductor, si promisit cum juramento solve-*

ſolvere penſionem rei locatæ, non poteſt compenſationem opponere.

17 *Conductor, ſi promiſerit ſolvere realiter in pecunia numerata, nequit locatori compenſationem opponere.*

18 *Proponitur quoddam diſceptandum dubium.*

19 *Emptor diſcedere poteſt à locatione facta per debitorem.*

20 *Compenſatio admitti non poteſt de eo, quod non ipſe creditor, ſed alius debet.*

21 *Nemo plus juris in alium transferre poteſt, quàm ipſe habet.*

22 *Compenſatio competens debitori ceſſo, obſtat quoque ceſſionario.*

23 *Quomodo intelligenda ſit illa regula: nemo plus juris in alium, etc.*

24 *Caſus cujuſdam dubitationis affingitur.*

25 *Domus quãdoquidem à Larvis, Lemuribus ſpectris, nocturniſque imaginibus, illuſionibus, ac terriculamentis vexantur.*

26 *Quod pluribus teſtimoniis, exempliſque comprobatur.*

27 *Adducuntur nonnulla teſtimonia* Suetoni Tranquilli, & Apulei.

28 *Lemurium nomine quid intelligatur.*

29 *Lemures in domibus habitare probatur ex* Apulejo.

30 *Feſta lemuria, quæ olim à veteribus fiebant, dicebantur à lemuribus.*

31 *Conductores, ſi domus conductæ à ſpectris, lemuribus, illuſionibus, vocibus, imaginibus, tumultibus, ac terroribus infeſtentur, poſſunt conductas domos deſerere, et aliunde habitatum migrare.*

32 *Conductores domorum, quæ à ſpiritibus infeſtantur, non poſſunt compenſationem pati penſionis talium domorum cum credito, quod adversùs locatorem habent.*

33 *Conductor non tenetur ſolvere penſionem conductæ domus, ſi illuſionibus, ac nocturnis tumultibus infeſtetur.*

34 *Compenſatio locum habere non poteſt inter conductorem, & locatorem, quando penſio conductæ domus ſolvi non debet à conductore.*

35 *Conductor, ſi tempore conductionis ſciebat domum vocibus, ac nocturnis terriculamentis infeſtari, tenetur ad ſolvendam penſionem, et tunc creditum, quod habet conductor adversùs locatorem, compenſari poteſt cum hujuſcemodi penſione à conductore debita.*

36 *Conductor, ſi domum conduxit ſolitam à ſpiritum tumultibus infeſtari; & aliquo tempore abſque agitatione tumultuum domum inhabitaverit, tenetur pro rata ſolvere penſionem.*

37 *Conductor, ſi propter bellum, vel aliam juſtam cauſam re conducta liberè uti nõ poteſt; quit à conductione recedere, et non tenetur ad penſionis ſolutionem.*

38 *Conductor ob belli ſuſpicionem à conductione reſilire poteſt.*

39 *Conductor Regiorum redditutum propter bellum conſequitur penſionis remiſſionem.*

40 *Quamquam inopinatis caſibus renunciaverit.*

41 *Conductor quoties non tenetur ad penſionis ſolutionem; non cogitur compenſare creditum, quod habet adversùs locatorem cum penſione, quæ minimè à conductore debetur; quoniam de debito ad non debitum non recipitur compenſatio.*

42 *Contributio, quæ in compenſatione optatur, fieri nequit inter conductorem, & locatorem, quando non ſunt debitores, et creditores ad invicem.*

ARGUMENTUM

Utrùm Conductor compenſatione uti poſsit.

QUÆSTIO V.

QUit interdum inter conductorem, 1
& locatorem caſus compenſationis evenire, ſi ex utraque parte debeatur, quod ut apertiùs caſus figuratione eniteſcat, brevî proponendum eſt totius diſputationis thema; nimirum ſi locator agat ad ſolutionem penſionis, & conductor ei objiciat penſionem eſſe compenſandam eum ipſius credito, quod debet ex aliâ manu: an in hoc caſu rectè locum ſibi vindicet compenſatio? & affirmativè eſt reſpondendum.

2 Primò per text. in *l. 1. ff. de Compensat.* Ubi Jurisconsultus Modestinus ad incundam compensationem tantummodò poscit, quod adsit debitum, & creditum invicem inter ipsos debitores; sed in hoc casu adest debitum, & creditum ad invicem, tam ex parte locatoris, quàm conductoris: ergo adsunt requisita necessaria ad compensationem inducendam.

3 Secundò per argumentum à contrario sensu, quod in jure validum est text. in *l. 1. §. Lucius rei. ff. de Ejus, cui mand. est jurisd.* text. in *l. Apud antiquos 210. ff. de Furt.* text. in *l. Qui testamento. §. Mulier. ff. de testam.* text. in *l. Conventicula. C. de Episcop & Cleric.* text. in *l. Si quis locuples 57. ff. de Manumiss. testament.* Videlicet ideo prohibetur compensatio in *l. 1. l. 2. l. Id quod. l. Si cum militi 16. ff. de Compensat. l. Ejus 9. C. Eodem.* Quia

4 locum habere nequit inter personas diversas; præterquamquod inter debitores, & creditores ad invicem; sed in nostro casu compensare volentes sunt creditores, & debitores ad invicem: Ergo non impeditur compensationem admitti text. in *l. 1. ff. de Compensat.*

5 Tertiò per text. in *l. Si ex venditione. C. de Compensat.* Ubi Alexander Imperator præstituit, quod venditor petens pretium rei venditæ compensationem patiatur. Alexandri verba sunt hæc: *Si ex vēditione pretium debitori debetur, compensationis ratio opponitur.* Ergo multò magis idem adversùs locatorem est asserendnm.

6 Quartò, quia debitum pensionis non est adeò privilegiatum, ut compensationem respuat, ideo comprehenditur sub generalitate text. in dicta *l. 1. ff. de Compensat.* ibi: *Debiti, & crediti invicem inter se contributio*: Nam cum textus generaliter loquatur, generaliter est intelligendus text. in *l. In fraudem 16. §. ultim. ff. de Testam. milit.* text. in *l. 1. §. Generaliter ff. de Leg. præst.* text. in *l. 1. §. Quod autem. ff. de Aleator.* text. in *l. Final. in fin.*

7 *C. de Dotis promiss.* Quia ubi lex non distinguit, nec nos distinguere debemus text. in *l. De pretio. ff. de Public. in rem act.* text. in *l. Non distinguimus. ff. de Recept. arbitr.* text. in *l. Præses. ff. de Offic. præsid.* text. in *l. Quos probibet. ff. de Postliminio.*

Ampliatur 1. Hæc conclusio, ut quoque conductor opponere possit compensationem sui crediti contra locatorem, quamvis conduxerit fundum Ecclesiæ, quoniam etiam adversùs Ecclesiam recipitur compensatio argument. text. in *l. 1. ff. de Compensat.* Faber in *§. In bonæ fidei. num. 14. Institut. de Act.* Medic. *de Compensat. quæst. 2. num. 4. part. 2.* Bersan. *quæst. 21. num. 1. & quæst. 23. num. 4. cap. 3.* Niger. *de Exceptionib. cap. 13. §. 10. num. 4.* 8

Coarcta hanc primam ampliationem, quoties rei Ecclesiasticæ conductor non est creditor Ecclesiæ, sed illius administratoris, ut tradunt Brunneman. in *l. Id quod. penultim. num. 1. ff. de Compensat.* Salgad. *Laberynt. creditor. part. 2 cap. 32. num. 98.* Bersan. *de Compensat. cap. 3. quæst. 13. num. 5.* Ratio est, quia creditor compensationem admittere non compellitur oppositam à suo debitore de eo, quod ab alio, præterquam ab ipso debitore sibi debetur text. in *l. 1.* text. in *l. 2.* text. in *l. Pecuniam.* text. in *l. Si cum militi 16.* text. in *l. Id quod. penult. ff. de Compensat.* text. in *l. Ejus 9. C. Eod.* 9

Ampliatur 2. Ut non solùm conductori permittatur locatori compensationem objectare, sed etiam creditori locatoris de ipsiusmet locatoris credito Faber *C. lib. 4. tit. 23. definit. 14* Castill. *Controvers. jur. lib. 4. cap 40. num. 103.* Bersan. *de Compensat. cap. 3. quæst. 23. num. 7.* argument. text. in *l. Si quid à fidejussore 5. ff. de Compensat.* Ubi permittitur fidejussori compensare etiam, quod reo non sibi debetur: quasi is, qui ab alio defendendus est, & qui alium defendit ex necessitate unius personæ jure censeantur, cum unicuique liceat uti jure sui authoris text. in *l. Invitus. §. Plerumque. ff. de Reg. jur.* 10

Ampliatur 3. Ut quoque conductor adversùs fiscum objicere possit cōpensationem. Nam licèt fiscus à compensatione in pluribus casibus reperiatur immunis, qui ab Imperatore enumerantur in *l. In ea 3. C. de Compensat.* Ita ut neque fiscus vendens agens ad solutionem 11

nem pretii rei venditæ compensatio-nem, ut in cæteris venditoribus statuitur, minimè patiatur text. in *l. Si ex venditione 7. C. de Compensat.* ibi: *Adversus fiscum enim solummodò emptores petitioni pretii compensationem objicere prohibentur*. Et hujus textus decisio non est porrigenda ad casus non expressos, scilicet locationis, ob quam pensio solvi petitur, cùm magnum versetur discrimen inter locationem, & venditio-

12 nem. In venditione autem fiscus reperitur privilegiatus, ut agens ad pretium minimè compensationem patiatur ex rescripto Imperatoris Alexandri in dicta *l. Si ex venditione 7. C. de Compensat. l. In ea 3. C. eodem.* In locatione verò fis-

13 cus minimè in toto jure reperitur privilegiatus; sed fiscus quoties expressè privilegiatus non est, utitur jure communi text. in *l. Quod placuit. ff. de Jur. fisc.* text. in *l. Item veniunt. §. In privatorum. ff. de Petit. hæredit.* text. in *l. 1. C. eodem tit.* Ergo &c. Hanc enim ampliationem oportet compescere, ut tunc locum sibi arroget, ac procedat, quando debitum, & creditum ex eadem effluunt statione, juxta decisionem text. in *l. 1. C. de Compensat.* text. in *l. Idem juris.* text. in *l. Final. ff. Eodem.* aliàs verò secus dicendùm.

14 Ampliatur 4. Quamvis creditum conductoris, quod habet adversùm locatorem, proficiscatur dūtaxat ex solâ obligatione naturali, quæ absque civilis obligationis auxilio minimè actionem producit text. in *l. Jurisgentium 7. ff. de Pact. §. Sed cum nulla.* Nihilominus tamen rectè conductor locatori compensationem objiciet, quia etiam quod naturâ debetur compensari potest text. in *l. Etiam quod natura. ff. de Compensat.*

15 Limitatur 1. Nostra conclusio in pēsione, quæ Clerico pro alimentis reservatur, quæ minimè compensationem patitur Medic. *de Compensation. part. 1. quæst. 14. num. 1.* Calvin. *de Æquitat. lib. 2. cap. 141. num. 63.* Surd. *de Aliment. tit. 8. privileg. 53. num. 7.* Barbosa. in *l. In ea 3. num. 13. C. de Compensat.* Castill. *Controv. jur. lib. 9. cap. 87. num. 12.* Sicut nec in alimentis admittitur text. in *l. In ea 3. C. de Compensationibus.*

Limitatur 2. Si conductor promiserit cum juramento solvere pensionem rei locatæ. Nam tunc non habet locum compensatio Gutierrez. *de Jurament. confirmat. part. 3. cap. 6. num. 5. & 7.* Olasc. *decis. 92. num. 26.* Luca. *de Credit. discurs. 46. num. 4.* Zacchia *de Salar. quæst. 104. num. 13.* Christinæus *decis. Belg. 38. n. 6. vol. 3.* Gallerat. *de Renunciat. cap. 5. num. 10. lib. 1.* Fulgin. *de Jur. emphyt. tit. de Solut. canon. quæst. 1. num. 303.* Rodriguez. *de Execut. cap. 6. num. 9.* Ancharan. *quæst. 9. num. 16. part. 2.* Bersan. *de Compensat. cap. 3. quæst. 23. num. 13.* Nisi creditum conductoris post contractum locationis, seu conductionis superveniat. 16

Limitatur 3. Quando conductor promisit solvere in pecuniâ numeratâ. Quippe tunc refellitur compensatio. Grassis *de Exceptionibus. except. 16. num. 59.* Bersan. *de Compensat. cap. 3. quæst. 23. num. 13.* Salgad. *Laberynt. creditor. part. 3. cap. 6. §. 1. num. 6.* Sabelli. *Summ. diversf. tractat. §. Compensatio. num. 22.* 17

Nunc investigandum est quoddam dubium propositum à Bersano *de Compensat. cap. 3. quæst. 23. num. 14.* Videlicet, quod si creditor ad plures annos initâ conductione, plurium annorum adhuc decurrendorum anticipatè locatori pensionem solvetit; & medio tempore locator locatum fundum vendiderit; quamobrem emptor persistens in locatione ab ipsius authore pensionem petat à conductore illius temporis, qui post venditionem in conductione remansit: utrùm in hoc casu conductor excipiat cōpensandam esse pensionem petitam cum eâ, quam solvit anticipatè primo locatori pro dicto tempore tunc adhuc decurrendo? Et in negativam opinionem proniorem contueor Bersanum *de Compensat. cap. 3. quæst 23. num. 15.* Cui ego quoque adhæteo. Primò ex eo, quia sicuti emptor resilire potest à locatione factâ per debitorem text. in *l. Qui fundum 35. ff. de locat.* text. in *l. Emptorem 9. C. de Locat.* Tunc nulla actio conductori cōpetit cōtra emptorē ratione pensionis venditori solutæ: ità minus si in locatione remaneat, imputari ei debet pensio prædicta. Secun- 18 19

20 dò, quia compensatio non admittitur de eo, quod non ipse creditor, sed alius debet text. in *l.* 1. text. in *l. In rem suam. §. Creditor.* text. in *l. Si cum militi.* text. in *l. id quod. ff. de Compensat.* text. in *l. Ejus. C. eodem.* Quippe in hoc casu cùm sit emptor creditor pensionis decurrendæ post venditionem sequutam, sequeretur illum cogi ad compensandum id, quod non ipse, sed alius debet, scilicet primus locator contra dispositionem præallegatorum jurium.

21 Nec refragatur illud juris axioma, quod nemo plus juris in alium transferre potest, quàm ipse habet text. in *l. 2. C. de Pæn.* text. in *l.* 1. *C. Qui pro sua. jurisdict. cap. Nemo potest. de Reg. jur. in 6.* Exemplo cessionarii, qui agit ex credito cesso, quod cessionis tempore compensationis subeundæ onere erat affe-

22 ctum. Nam tunc compensatio competens debitori cesso adversùs cedentem, obstat quoque cessionario Cyn. in *l. Ejus* 9. *num.* 2. & ibi. Paul. de Castro. *C. de Compensat.* Tyndar. *opuscul. de Compensat. artic.* 7. *num.* 4. Coppel. in *eodem opuscul. cap.* 4 *num.* 10.

23 Huic objectioni respondetur prædictam regulam militare in casu, quo primus locator cessisset jus exigendi pensionem prædictorum annorum; sed quando alienavit fundum abdicavit à se omne jus, idque in ementem transtulit. Unde locum sibi arrogare nequit regula, quod nemo plus juris in alium transferre potest, quàm ipse habet; quoniam receptæ pensionis tempore nullum jus habebat ad illam exigendam: Igitur minus ad ipsum attinebat post venditionem propter omissum jus consequendi, vel retinendi pensionem, annis à die venditionis decursis, ut benè animadvertit Bersan. *de Compensat. cap.* 3. *quæst.* 23. *num.* 20.

24 Quid si domum Titii conduxit Sempronius centum aureis, qui Sempronius ex aliâ causâ erat creditor Titii in aliis centum. Si conductam domum ob terriculamenta, nocturnaque spectra ab ipso Sempronio inhabitari nequeat: an Sempronius possit conductam domum deserere, & aliunde habitatum migrare: & an Titius petere possit, ut pensio conductæ domus cum debito suo compensetur?

Sed priusquã ad hujus scitscitationis 25 resolutionem pergam, præmittendum est compertum esse domos spectris, ac nocturnis illusionibus infestari, ut illucescit ex Villalpando *tractat. de Magia. lib.* 2. *cap.* 28. & *in Appendic. ad idem caput.* Unde haudquaquam fabulæ arrogandum est, domos larvis, lemuribus, spectris, ac nocturnis terriculamentis vexari, ut apparet ex Lucretio *lib.* 4. *de Rer. natur.*

Terrificant atque in somnis cum sæpè figuras
Contuimur miras, simulacraque luce carentem,
Quæ nos horrificè languentes sæpè sopore
Excierunt; ne fortè animas Acherunte reamur
Effugere, aut umbras inter vivos volitare.

Quod enim plurimis probatorum 26 authorum testimoniis comprobari facilè potest; scilicet imaginibus nocturnis, illusionibus, & tumultibus domos inquietari, ut de Tamesio Dæmone fatetur Ælianus *lib.* 8. *Variar. Histor.* De Pueris nigris testatur D. Augustin. *lib.* 22. *de Civit. Dei cap.* 8. Quem refert Villalpand. *de Magia. lib.* 2. *cap.* 28. *num.* 24. De Dacio Episcopo Mediolanēse testificatur Pausania in *Attico.* De Vocibus sonisque post marathonicã pugnã cum Persis auditis tradidit Cicero de *Divinatione.* De Vocibus ante conflictum cum Cymbris Plin. *lib.* 2. *cap.* 59. Ante bellum Civile Syllanum in Italiâ Appianus *lib.* 1. *de Bell. Civil.* Ante primum bellum Pharsalicum Antiochiæ Jul. Cæsar. *lib.* 3. *de Bell. Civil.* Ante mortem Cæsaris dictatoris ejus domi Heliodorus *lib.* 1. Quod quidèm depromitur ex Tibullo *lib.* 3. *Eleg.* 4.

Somnia Fallacia ludunt temeraria nocte,
Et pavidas mentes falsas timere jubent,
Et vanum ventura hominum genus omnia noctis
Farre pio placant.

Id ipsum clarescit ex Plutarcho de Sa-

Sacr. vindict. Tit. Liv. *lib.* 25. *& lib.* 40. Plato *in Phædon.* Alex. ab Alex *lib.* 4. *dierum genialium cap.* 19 *lib.* 5. *cap.* 23. *lib.* 6. *cap.* 21. Div. Gregor. *lib.* 3. *Dialog. cap.* 4. Plin: *lib.* 7. *epist. ad Trajanum.* Strabo. *lib.* 6. Leonic. *lib.* 1. *Variar. Histor. cap.* 42. Quod creditu facilius censetur, si conspiciantur inquietationes, Caracallæ, Getæ, Cleonicis, Dionisii, Bruti, Tiberii, Grachii, Symmachi, Boëtii, Otthonis, Zonaræ, & aliorum de quarum agitationibus attestantur Thyræus *de Loc. infest. part.* 1. *cap.* 1. Charond. *lib.* 7. *Respons.* 232. Covarr. *lib.* 9. *Variar. Resol. cap.* 6. & ibi. Uffel. Cabreros. *de Metu lib.* 2. *cap.* 32. Zuinger *Theatr. vit. human. vol.* 3. *lib.* 6. *tit. de Servit.* Quò respiciens canit Horatius Epodon ode 5.

Quin ubi perire Jussus expiravero,
Nocturnus occurram furor,
Petamque vultus umbra curvis unguibus,
Quæ vis deorum est Manium,
Et inquietis assidens præcordiis,
Pavore somnos auferam.

27 Juvant hanc assertionem plura testimonia Suetonii in *Nerone cap.* 34. Asserentis sæpè confessus exagitari se materna specie, verberibus furiarum, ac tædiis ardentibus. & in *Othone. cap.* 7. ubi ait: *Dicitur ea nocte per quietem pavefactus gemitus maximos edidisse, repertusque à concursantibus humi ante lectum jacens per omnia piaculorum genera Manes Galbæ, à quo deturbari, expellique se viderat propitiare tentasse. Et in Cæsare cap.* 7. Ubi Cæsarem confusum fuisse ait cum somnio proximæ noctis. Nam visus erat per quietem matri stuprum intulisse. De hujusmodi lemuribus, umbris larvis, & terriculamentis concinnè Apulejus in *Apolog. fol. mihi* 507. ibi: *At tibi Æmiliane pro isto mendacio duat Deus iste superum, & inferum commeator, utrorumque Deorum malam gratiam, semperque obvias species mortuorum, quidquid umbrarum est usquam, quidquid lemurum, quidquid manium, quidquid larvarum oculis tuis oggerat: Omnia noctium occursacula, omnia bustorum formidamina, omnia sepulcrorum terriculamenta.* Hoc ipsum ostendit ac indicat Lucret. *lib.* 2. *de Rer. Natur.*

Nam veluti pueri trepidant, atque omnia cæcis.
In tenebris metuunt: sic nos in luce timemus.
Interdum nihilo, quæ sunt metuenda magis, quàm
Quæ pueri in tenebris pavitant finguntque futura.

Lemurium quoque meminit Persyus *Satyr.* 5. *in fin.*

Tunc nigri lemures ovoque pericula rupto.

Lemurium nomine comprehēduntur umbræ nocturnæ, larvæque domos infestantes, quæ omnia noctium terriculamenta procurabantur, Fabam noctu in sacris Jactanda, ut testatur Varro. *de Vita Populi Romani. lib.* 1. Explicuit, & morem illum superstitiosum persequitur Ovid. *lib.* 5. *Fastor.* 28

Signàque dat digitis medio cum pollice junctis.
Occurrat tacito, ne levis umbra sibi.
Terque manus puras fontana proluit unda
Vertitur, & nigras accipit ore fabas.

Idem ostendere voluit Horat. *lib.* 2. *Epist.* 2.

Somnia terrores magicos miracula sagas,
Nocturnos lemures, portentaque Thesalarides.

At omnium clarissimè lemures in domibus habitationem vindicare refert Apulejus *de Deo Sacratis fol. mihi* 688. ibi: *Hunc vetere latina lingua reperio lemurem dictitatum. Ex hisce ergò lemuribus, qui posteriorum suorum curam sortitus placato, & quietato numine possidet.* Quadecausa olim constituta fuēre Festa, quæ Lemuria vocabantur à lemuribus, qui re Divinâ factâ iis placabantur diebus, ut referunt Rosin. *lib.* 4. *Antiquitat. Roman. cap.* 9. *lit. E.* Gregor. *Syntagmat. jur. univers. lib.* 2. *cap.* 16. *num.* 5. Jul. Labor. *Locubrat. tit.* 1. *cap.* 6. *num.* 28. Unde concludendum est, si domus hujusmodi lemurium, larvarum, Illusionum, Imaginum, Vocum, terriculamentorū, ceterorūque malignorum spirituum umbris, nocturnisque tumultibus vexentur, ac earum habitatores exterreantur, posse conductam domum 29

de-

deſere re, & alibi habitatũ migrare, ut
inſequũtur, ac docẽt. Gothofred. in not.
ad l. Habitatores §. final. ff. Locat. Chri-
ſtin. dec. Belg. 122. num. 2. vol. 3. Oſuald.
ad Donell. lib. 13. Comm. jur. Civil. cap. 8.
littera C. Covarruv. Variar. Reſol. cap. 6.
lib. 4. Carroc. de Locat. tit. de Remiſſ. mer-
ced. quæſt. 8. num. 26. Cabreros. de Me-
tu lib. 2. cap. 32. num. 20. Cagnol. in l. Con-
tractus num. 31. ff. de Reg. jur. Faria ad
Covarruv. lib. 4. Variar. cap. 6. Valaſc. de
Jur. emphyt. quæſt. 22. num. 7. Padilla in l.
Neque pactio num. 12. C. de Tranſact. Paz.
prax. tom. 3. cap. 6. §. 3. num. 19. Ripa.
de Peſte part. 2. num. 17. Quamvis pericu-
lum verè non fuerit text. in l. Habitato-
res §. fin. ff. de Locat. & conduct. Et ex his
cauſis migrantibus penſionis remiſſio
tribuitur Gregor. Syntagmat. jur. univer-
ſitat. lib. 27. cap. 1. num. 22. Mozz. de Con-
tract. tractat. de Locat. tit. de Accident. lo-
cat. num. 5. Gomez. Variar. Reſolut. lib. 2.
cap. 2. num. 3. Oſuald. ad Donell. lib. 13.
cap. 8. Molina de Juſtit. & jur. diſput. 393.
num. 1. Faria ad Covarruv. Variar. Re-
ſolut. lib. 4. cap. 6. num. 3. Ferron. ad §. 3.
conſuetud. Burdegalens tit. de Locat. Pa-
dilla in l. 2. num. 12. C. de Tranſact. Guid.
Pap. deciſ. 630. Cagnol. in l. Contractus
32 num. 31. ff. de Reg. jur. Igitur ſi hujuſ-
modi habitatores domos derelinquere
queunt, conſequens eſt, ut debitum lo-
catoris cum penſione domus compen-
ſari non poſſit. Hæc enim aſſertio ex
ſupra relatis evincitur, ac depromitur.
33 Nam conductor penſionem domus,
quæ nocturnis illuſionibus, ac terricu-
lamentis infeſtatur ſolvere non cogi-
tur, quia talis penſio verè locatori non
debetur, ut ex doctoribus ſupra rela-
34 tis eruitur. Ergo ſi hujuſmodi penſio
haudquaquam ex conductoris parte
debetur non adſunt adminicula, quæ
ad compenſationem ineundam perop-
tantur. Verum enim eſt ex locatoris
parte debitum adeſſe; ſed conductor lo-
catoris debitor dici non poteſt, quia ab
eo penſionem extorquere nequit. Ideo-
que compenſatio locum ſibi aſciſcere
nequit, cum hæc ſit debiti, & crediti
invicem inter ſe contributio text. in l.
35 1. ff. de Compenſat. Hanc enim conclu-
ſionem coarctandam reor, ſi conductor
conductionis tempore domum condu-
ctam, nocturnis ſpectris infeſtari ſcie-
bat. Quippe tunc ſuſpicor ad ſolven-
dam penſionem compelli poſſe, & tunc
compenſatio locum ſibi quit arrogare,
quia adeſt debitum, & creditum ex
utraque parte juxta text. in dicta l. 1.
ff. de Compenſat. Si verò per aliquod tem- 36
pus domus conducta larvis non vexare-
tur, pro illo tempore conductor tene-
tur ad penſionis ſolutionem, & fiet
compenſatio pro ratâ, ſcilicet uſque
ad concurrentes quantitates juxta diſ-
poſitionem text. in l. Si conſtat. 4. C. de Cõ-
penſat. text. in §. In bonæ fidei. Inſtit. de Act.

Subnectendum eſt, ſi conductor ob 37
bellum, vel ob aliam juſtam cauſam, re-
conductâ liberè uti nequeat ad penſio-
nis ſolutionem non tenetur, & à con-
ductione reſilire poteſt Renat. Chopin.
lib. 3. de Doman. Franc. tit. 13. num. 10. Tu-
ſch. concl. 615. lit. C. Carroc. de Locat. &
conduct. tit. de Remiſſion. merced. num. 42.
Burſat. conſil. 81. num. 6. vol. 1. Gomez.
Variar. Reſol. tom. 2. cap. 3. Beros. conſil.
114. Maſtrill. deciſ. 299. Rinald. conſil. 282.
num. 16. lib. 3. Faria ad Covarruv. lib. 4.
Variar. Reſol. cap. 6. Morla. Empor. jur. tit.
10. part. 1. num. 8. Quod ad belli ſuſpi- 38
cionem porrigunt Bart. in l. Habitores
§. Iterum ff. de Locat. Beroſ. conſil. 130. Ri
pa. tract. de Peſte. cap. de Privileg. contract.
cauſ. peſt. num. 134. Licet conductor ſit 39
Regiorũ reddituum, qui etiam ob bellũ
penſionis remiſſionem aſſequitur An-
charan. conſil. 402. num. 10. Peregrin. de
Jure fiſc. lib. 6. tit. 15. num. 41. Bart. in l. Co-
temferro § Qui maximos. ff. de Publican.
& vectigal. Bald. in l. Si ea lege n. 12. C.
de Uſur. Alciat. Reſponſ. 698. Ruin. conſil.
23. Pariſ. conſi. 40. num. 6. Quamquam 40
inopinatis caſibus renũciaſſet, & Ægid.
in l. Ex hoc jure cap. 9. num. 69. ff. de Juſt.
& jur. Bald. conſil. 395. lib. 2. Burſat. con-
ſil. 81. num. 6. vol. 1. Guid. Pap. quæſt. 360.
Grat. conſi. 94. Purpurat. conſil. 529. num.
5. Alciat. conſil. 157. n. 3. Quibus in caſi- 41
bus cum conductor ad penſionem non
teneatur, Locatoris debitum nequit
compenſari cum penſione, quia de de-
bito ad non debitum compenſatio non

da-

datur text. in *l. Si constat. 4. C. de Compens.* Nam contributio, quæ in compensationibus peroptatur juxta text. in *l. 1. ff. de Compensat.* Fieri nequit inter conductorem, & locatorem, cum non sint debitores, & creditores ad invicem, quippe ex parte conductoris deficit debitū ex pēsione, quod solvere in relatis casibus non tenetur juxta Doctores supra relatos.

SUMMARIUM

1 *Etymologia sententiæ dicitur à verbo sentio.*
2 *Sententia quomodo desumat etymologiā à verbo sentio.*
3 *Bruta nonnulla reperiuntur, quæ in aliquo sensu hominibus anteeunt.*
4 *Vultures biduo, aut triduo congregari solent ubi futura sunt cadavera.*
5 *Anser procul hominum præsentit odorem.*
6 *Anseres Capitolium cum à Gallis aggrederetur Roma jam capta magno Clangore Manlium excitaverunt. Quapropter Gallis repulsis, censores in primis Cibaria Anserum locabant.*
7 *Anseres non olfatu, sed auditu Gallos audiverunt.*
8 *Sententia derivatur à sentio, prout importat sensum interiorem, qui quintuplex est.*
9 *Sententia est definitio judicialis imponens finem controversiæ.*
10 *Sententia diffinitiva dicitur, quæ judicis pronunciatione finem controversiarum recipit.*
11 *Sententia interlocutoria est, quæ determinat quæstiones emergentes, quæ oriūtur inter principium, & finem principalis controversiæ.*
12 *Sententia definitiva et interloquutoria, quomodo differant inter se.*
13 *Judices quondam in porticibus sententiam proferre solebant.*
14 *Judex justitiæ Antistes appellatur.*
15 *Reges olim jus dicere solebant.*
16 *Principes olim Populis jus dicebant.*
17 *Judices justè causas, & negotia agere, ac determinare debent.*
18 *Justitia cum fortitudine, ac integritate conjuncta esse debet.*
19 *Seleucus Locrensis saluberrimas leges locrensium Urbi tulit, quas cum filius ejus adulterii crimine trāsgrederetur, secundum jus ab ipso constitutum, pœnam impositam exequendam in eum jussit.*
20 *Hominum judicium regulariter pervertitur timore, cupiditate, odio, & amore.*
21 *Judex constans non dicitur, cujus animi motum vultus detegit.*
22 *Judices animi serenitatem habere debēt, & perturbatione debent carere.*
23 *Judices à munerum receptione debent se abstinere.*
24 *Pœnæ latæ in Judices munera recipientes.*
25 *Compensatio post sententiam optimè opponi potest*, & referuntur Doctores hanc opinionem consectantes.
26 *Compensatio nil aliud est, quàm solutio.*
27 *Sententia per oppositionem compensationis non impugnatur, quia compensatio sententiæ exequutionem moderatur.*
28 Expenduntur text. in l. Ex causa quidem judicati 8. C. de Compensat. & in l. Si cum militi 16. §. Cum intra. ff. Eodem.
29 *Judicis arbitrio relinquitur quot tempus detur ad liquidandum debitum, cujus opponitur compensatio.*
30 *Judicis arbitrio relinquitur quod in jure definitum non est.*
31 *Sententiæ, quamvis transiverit in rem judicatam, potest objici compensatio*, & adducuntur Doctores hanc assertionem tutantes.
32 *Sententia per compensationem haudquaquam impugnatur.*
33 *Compensatio admitti potest, etiam in exequutione sententiæ.*
34 *Compensatio post sententiam admitti non potest quando agitur de exequutione sententiæ latæ in spolio, seu causa æquè privilegiata.*
35 *Compensatio in sententia admitti potest, sive reus damnatus sit, mota in illum actione, in personam, vel in rem, sive actio mota fuerit bonæ fidei, seu stricti juris.*
36 *Sententia primo loco absolutoria infringi non potest per compensationem, si la-*

ta

ta sit super meritis causæ, secus verò si ex defectu probationum.

37 *Sententia admittit compẽsationem, quãquam exequutio esset facienda adversùs obligatum in forma cameralis obligationis.*

38 *Instantia in quacumque compensatio admitti potest.*

39 *Sententia compensationem non refellit, licèt ageretur de exequutione sententiæ in vim rescripti Principis, cum clausula* parito judicato.

40 *Sententia impeditur per compensationem, sive causa sit ordinaria, sive summaria, & exequutiva.*

41 *Compensatio post sententiam potest opponi, quantùmvis fuerit conclusum in causa, absque prævia compensationis oppositione.*

42 *Instantia, quamvis sit secunda, non excludit compensationem.*

43 *Compensatio admitti potest, etiam publicato processu, sive publicatis attestationibus.*

44 *Sententia compensationem non rejicit, quamvis lata fuerit occasione solutionis pretii rei venditæ.*

45 *Sententia laudi per compensationem rectè impediri potest, quamvis lata fuerit occasione cautionis, sive stipulationis.*

47 *Compensatio admitti potest, quamvis super compensatione opposita rescriptũ fuerit, quod procedatur prout juris.*

48 *Sententiæ opponitur compensatio super solutione residui pretii rei venditæ, quãvis contra fiscum excipiatur.*

49 *Res evicta compensari potest.*

50 *Compensari quit, quod contrario judicio peti potest.*

51 *Compensatio admitti potest etiam coram mixto exequutore sententiæ.*

52 *Compensatio objici potest à debitore, qui solvit injustè iterum condemnatus, cum minimè constet de solutione factà ab eo reperto post sententiam solutionis instrumento, & nondum denuò solutione sequuta.*

53 *Compensatio opponi potest, etiam stante statuto, quod exceptio solutionis post sententiam non possit objici.*

54 *Compensatio objici non potest, si ante sententiam de ea exceptum fuerit, & ex aliqua justa causa rejecta, & reus cõdẽnatus, quippe tunc post sententiam compensatio opponi non potest.*

55 *Judex potest compensationem reprobare, tamquam non competentem, vel ob aliquam causam insubsistentem.*

56 *Judex, licèt compensationem, tamquam nõ liquidam refellat, si iterum eadem compensatio objicitur, locum habere potest, dummodò ad liquidationem sit deventum; quoniam tunc in exequutionis tẽpore videtur reservata.*

57 *Exequutio sententiæ non impeditur per compensationem illiquidam dolosè oppositam ad dilatandum, quamquam infra breve tempus possit liquidari.*

58 *Compensatio refellitur quando creditum, de quo excipitur, probatur per scripturam privatam, & sententia lata fuit ex publico instrumento.*

59 *Sententia lata super interdicto recuperandi, nisi descendat ex causa pariter privilegiata compensationem non admittit.*

60 *Sententia supremæ curiæ refellit compensationem, quamvis testibus, & scripturis in promptu offeratur probatio.*

61 *Sententia compensationem illiquidam dejicit.*

62 *Sententia lata contra excipientem, cum clausula, soluto prius pretio, compensationem expellit.*

63 *Compensatio locum habere non potest, quando condemnatus in una specie excipit de alia.*

64 *Compensatio in sententia lata in spolio, vel in causa pariter privilegiata admitti non potest.*

65 *Compensatio locum non habet quando creditum altiorem requirit indaginem.*

66 *Praxis compensationis objiciendæ quotuplex sit.*

67 *Fructus, juxta præsumptionem juris, ultra triennium, durare non videtur.*

68 *Res consumpta, vel deperdita quando dicatur.*

ARGU-

ARGUMENTUM

Utrùm post Sententiam rectè objiciatur compensatio.

QUÆSTIO VI.

1 Etymologia sententiæ à sentio desumitur, quoniam Judex judicādo dicit, quod sentit Marant. *Specul. part.6. art.1. de Sentent. num.2.* Felin. *num.1 de Sentētia,& re judicat.* Scacc. *de Sentent.& re judic.gloss.14 quæst.1 num.1* Cōferūt Cicer. *de Amicit Sed hoc primum sentio, nisi in bonis amicitiam esse non posse.* Aull.Gell.*lib.5.cap.10. Si Judices pro causa mea senserint.*

2 Sed quia sensus, à quo hoc verbum sentio effluit, duplex est, videlicet exterior, & interior; prænotandum est, quod sententia minimè etymologiam à sentio desumit, prout significat sensum exteriorem, qui est quintuplex, visus, auditus, gustus, odoratus, & tactus. De quibus sēsibus Gloss.*ultim.in l.Quod meo 18.§.Si venditorem. ff.de Acquir.vel amitt.possess.* Et belluis quoque hi sensus

3 sunt communes; & quædam reperiuntur bruta, quæ in aliquo sensu hominē antecellunt, ut Chassanæus *Cathalog. glor. mund. part.12. consid.78.* testatur his carminibus:

> *Nos aper auditu, linx visu, Simia gustu,*
> *Vultur odoratu, præcellit aranea tactu.*

Et facit illud Lucret. *lib.3. de Natur. Rerum.*

> *Denique cur acris violentia triste Leonum*
> *Seminium sequitur? dolo Vulpibus, & fuga Cervis.*

4 Licèt Cælius *Lib. antiq. lect.2. cap. 10.* Aliter sentiat. De Vulturibus refert Plin.*lib. 10.cap.6.* Triduo autem antea volare eos, ubi cadavera futura sunt. Et septiduo integro, Vultures prælii locum antea designare narrat Horus *lib.1. Hierogl.cap. 11.* Huc Plautus in *Truculent.act.1.scen.3* allusit dum dixit:

> *Vide ut jam quasi Vulturii triduo*
> *Prius prædivinant quo die esuri sient.*

Et Lucret.*lib.4. de Natur.rerum.*

> *Mellis ideoque per aurai*
> *Apes, quamvis longè ducanturodore,*
> *Vulturiique cadaveribus.*

Pariter olfatus canum emissus procul 5
attrahit canes eò, quò ungula bifida belluarum contulerit gradum, & anser quoque procul hominum præsentit odorem, ut pulchrè Lucret.*lib.4.de Natur.Rerum.*

> *. . . . . tum fixa ferarum*
> *Ungula quò tulerit gressum, promissa canum vis*
> *Ducit: & humanum longè præsentit odorem*
> *Romulidarum arcis servator candidus anser.*

Cujus historiæ meminit Cicero pro 6
Roscio Amærino. Et Plinius *lib.10.* his verbis: *Est in Anseri vigil cura capitolio testata defenso per id temporis canum silentio proditis rebus. Quamobrem cibaria Anserum Censores in primis locant.* Et Titus Livius *lib.5.ab Urb.condit.cap.47.* ibi: *Galli nocte sublustri tanto silentio in summum evasere, ut non custodes solùm fallerent; sed nec canes quidèm sollicitum animal ad nocturnos strepitus excitarent: anseres non fefellere, &c.* Quò canendo allusit Propert.*lib.3.Eleg.2.*

> *Anseris, & tutum voce fuisse Jovem.*

Jovem hoc in loco intelligendum esse fatetur Sylvius in notis ad Propert.*lib.3 d eleg.2.* Pro Capitolio, cui Jupiter præerat. Cum olim à Gallis Capitolium oppugnaretur, Româque captâ, nocturno silētio ad summā jam arcē pervenissēt, minimè prorsùs id Manlio sentiente cum etiam canes fefellissent, Anseres fallere non potuerunt; quorum clangore, ac strepitu Manlius excitatus Gallos explosit, & ita Anserum ope capitolium servatum est, ut alludit Virgil. *lib.8.Æneid.*

> *Atque hic auratis volitans argenteus anser*
> *Porticibus, Gallos in limine adesse canebat.*

Et quoque dixit Martial. *lib.13. Epigramm.74.* de Ansere.

14 Reges autem antiquitùs jus dicere, ac intereſſe judiciis ſolitos eſſe ex lectione hiſtoriarum ſatis abũdè clareſcit. Nam Iudicum authoritas abſque dubio eſt magna, cum juſtitiæ Antiſtites appellẽtur Aull. Gell. *lib.* 4. *Noct. act. cap.* 4. Et jus ab ejus fonte profluit Divus Auguſt. *lib.* 19 *de Civit. Dei. cap.* 27. Gothofred. in *l.* 1. *ff. de Juſtit. & jur. lit.* C. Madera *Animadverſ. cap.* 1 *num.* 8. Oſſuald. ad Donell. *Comm jur. lib.* 1. *cap.* 4. *lit. H.* Cicer. *lib.* 3 *de Repub.*

15 De Judæorum Principibus jus dicentibus teſtatur Joſephus *lib* 18. *Antiquit. Judaic. cap.* 6. De Indiis Quintus Curt. Ruf. *lib.* 8. De Priamo Trojanorum Rege Virgil. *lib.* 7. *Æneid.*

Jura dabat, legeſque viris.

Et de Cæſare idem Virgil. *lib.* 4. *Georgic.*

. . . . Cæſar dum magnus ad altum

Fulminat Euphratem bello, victorque volentes

Per populos dat jura.

16 De aliis Regibus patet ex Demſter. ad Roſin. *lib.* 9. *Antiq. Roman.* Tit. Liv. 1. *dec. lib.* 1. Cicer. *epiſt.* 30. *lib.* 10. *Familiar.* Sueton. in *Julian. cap.* 43. Senec. *lib.* 5. *de Beneſ. cap.* 24. Valer. Maxim. *lib.* 6. *cap.* 2. *tit.* 11. Plutarch. in *Romul.* Virgil. *lib.* 1. *Æneid.*

Remo cum fratre Quirinus

Jura dabant.

Ovidius *lib.* 14. *Metamorph. fabul.* 19. *in princip.*

Occiderat fatuis, populiſque æquata duobus.

Romule jura dabas.

17 Judices enim juſtè cauſas, & negotia agere, ac determinare debẽt, ut in ſacris literis præcipitur Deuteronom. *cap.* 1. *verſ.* 16. ibi: *Præcipit eis dicẽs, audite, illos, & quod juſtũ, eſt Judicate.* Levitic. *cap.* 19. *verſ.* 15. ibi: *Non facies quod iniquũ eſt, nec injuſtè judicabis,* Pſalm. 81. ibi: *Judicare populũ tuum in juſtitia.* 2. Paralipomenon *cap.* 19. *verſ.* 6. ibi: *Et præcipiens Judicibus videte, ait, quid faciatis: non enim hominis exercetis judiciũ, ſed Domini & quodcumque judicaveritis, in vos redundabit. Sit timor Domini vobiſcum.* Iſaia *cap.* 1. *Verſ.* 6. ibi: *Et exaltabitur dominus exercituum in judicio, & Deus ſanctificabitur in Juſtitia.* Joannes. *cap.* 7. ibi: *Nolite judicare ſecundùm faciẽ, ſed juſtum judicium judicate.* Nam juſtitia cum fortitudine 18 integritateque conjuncta eſſe debet, quod comprobatur ac adjuvatur ex illo Ovid. *lib.* 6. *Metamorph.*

Sceptra loci, rerumque capit moderantem Erectheus.

Juſtitia dubium validiſne potentior armis.

Claudian 1. *Stilich.*

Narret juſtitiam? reſpondet gloria Martis.

Sueton. in *Aug. cap.* 3. inquit: *Provinciæ præfuit, non minore juſtitia, quàm fortitudine.* Et Darius licèt hoſtis, virtutem, juſtitiamque Magni Alexandri laudat apud Quintum Curt. *lib.* 3.

Judices enim rectè, ac inviolabiliter 19 leges ſervare debent. Nam de Seleuco Locrenſi referunt Cicer. *lib.* 2. *de Legib. & epiſtol.* 1. *lib.* 6. *ad Attic.* Strab. *lib.* 3. Laert. *lib.* 3. *in Pyttae.* Stobæus *ſerm.* 42. Valer. Maxim. *lib.* 6. *cap.* 5. *tit.* 3. Urbe Locrenſiũ à Seleuco Saluberrimis legibus munitâ, cùm filius ejus adulterii crimine damnatus; ſecundùm jus ab ipſo conſtitutum, utroque oculo privandum foret, ac tota Civitas in honorem patris pœnæ neceſſitatem adoleſcẽtulo remitteret, aliquantulum repugnavit. Denique precibus populi victus, ſuo prius, deinde filii, oculo eruto, uſum videndi utrique reliquit. Ita debitum ſuplicii modum legi reddidit, æquitatis admirabili temperamento; ſe inter miſericordem patrem, & juſtum legislatorem partius.

A Judice optimo abeſſe debent, hæc 20 quatuor. Timor, cupiditas, odium, & amor. Nam principaliter his quatuor modis pervertitur humanum judicium. Timore dum metu poteſtatis alicujus, veritatem loqui petimeſcimus: Cupiditate, dum præmio animum alicujus corrumpimus: Odio dum contra quemlibet adverſarium molimur: Amore, dum amico, vel propinquo complacere contendimus *cap. Quatuor modis* 78. 11. *quæſt.* 3. Iſidor. *lib.* 3. *de Summo bono cap.* 58. Burc. *lib.* 16. *cap.* 28. Ità, ut nihil vindicet

resc non poss. Roland. à Valle consil. 28. num. 4. lib. 1. Ursill. ad Afflict. decis. 121. num. 4. Grass. consil. 13. Medices exam. 60 num. 2. Paris. consil. 121 num. 18. lib. 1. Berlich. Concl. legal. 74. num. 49. Ludovis. decis. 342. num. 2. Laderch. consil. 109. num. 3. Osasch. decis. 92. num. 1. Reusner. consil. 4 num. 13. lib. 2. Felin. in cap. Suborta. num. 2. de Re judicat. Scacc. gloss. 1. quæst. 4 spect. 3. num. 137. Gratian. Disceptat. forens. cap. 660. num. 29. Medic. de Compensat. quæst. 25. num. 5. part. 2. Sichard. Rub. num. 16. C. de Compensat. Capuc. Prax. judiciar. tom. 1. part. 3. cap. 7. art. 4. num. 69. Ripa in l. Qui pro Tribunali. num. 9. ff. de Re judic. Blanc. de Compromiss. quæst. 4. verbo. Compensationis. num. 8. Parlador. Rerum quotidian. lib. 2. cap. final. part. 5. §. 11. num. 30. Tyndar. de Compensat. art. 8. num 35. Abb. in cap. Suborta de Re judic. Afflict. decis. 121. Niger. de Except. cap. 13. num. 1. Magon. decis. Florent. quæst. 42. num. 8. Cyriac. controv. 224. num. 6. Leocill. decis. 37. num. 4. Seraphin. de Jurament. privileg privileg. 101. Posth. Resolut 102. num. 3. et 4. Carroc. de Exceptionib. except. 27. num. 1. Zacch. de Obligat. Cameral quæst. 18. num. 19. Donad. de Renunciat. cap. 32. num. 148. Bersan. de Compensat. cap 4. quæst. 1. num. 4. Platea in §. In bonæ fidei. num. 20. Institut. de Act. Leon. de Præparat. judic. part. 3. præparat. 16. num. 29. Bonden. de Jur. controvers. collectat. 43. num. 32. Gloss. in l. Si ex causa. C. de Compensat. Gorhofred. in l. 2. lit. S C. de Compensat. Bersan. de Compensat. cap. 1. quæst. 13. num. 19.

26 Hujus conclusionis ratio est, quia cum exequutio ad id tendat, ut reo condemnato solutio fiat; sequitur, quod compensatione opposità solvatur, cum compensatio nil aliud sit, quàm solutio text. in l. Debitor. ff. Qui potior. in pignor. hab. text. in l. Vel Permutavit. ff. de Liberal. caus. text. in l. Solutionis. ff. de Solut. text. in l. Si peculium. §. De illo. ff. de Stat. liber. text. in l. Amplius non peti. ff. Rem ratam hab. text. in l. Julianus ait. ff. de
27 Condit. & demonstrat. Alia quoque ratio est, quia compensatio haud sententiam impugnat, sed tantùm illius moderatur exequutionem Afflict. decis. 121. num. 3. Barbosa. in l Divortio 8. §. final. part. 2. num. 22. ff. Solut matrim Jaso in l. 1. num. 1. C. de Jur. et fact. ignor. Ripa in l. 2. num. 9. ff. de Re judicat.

Hæc namque conclusio non solùm 28 allaris fulcitur rationibus; sed etiam jure ferè expresso nixatur, cum ei nimiopere opituletur quædam Antonini Imperatoris sanctio, seu rescriptum, quo jubet exequutioni sententiæ compensationem objectadam esse, ut apertè enitet ex Imperatoris verbis, quæ porrò contuemur in l. Ex causa quidem judicati 2. C. de Compensat. ibi: Cum verò, qui judicati convenitur compensationem pecuniæ sibi debitæ implorare posse, nemini dubium est. Ex quibus facilè sententiæ nostræ fulcimen, ac veritas exhauritur. Quamvis enim supra adducta l. Ex causa quidem. Nimis firmatam opinionem foveat: attamen magis ei suffragari conjicio quoddam excelsi ingenii Papiniani responsum, quod legitur lib. 3. Quæstion. Et registratum aspicimus in l. Si cum militi 16. § Cum intra. ff. de Compensat. Quò secundùm Accursii expositionem tu petebas decem à me; ob quæ à Judice condemnatus sum Tu postea alia decem mihi debere cœpisti; & cum prælabatur semestre tempus petivi illa decem, in quibus mihi condemnatus fuisti. Nunc sciscitabatur, si ut exequatur sententia postules: an possim compensationem objectare? & affirmativè per hæc verba Papinianus respondit ibi: Eum intra diem ad judicati exequutionem datum, judicatus Titio agit cum eodem Titio, qui & ipse pridem illi judicatus est, compensatio admittetur. Ex quo abundè effluit asserere post sententiæ exequutionem, compensationem locum habere posse.

Istæc autem cõclusio procedit, dum- 29 modò debitum sit liquidum, vel de proximò liquidandum; & quantùm tempus ad liquidandum concedatur, hoc enim relinquitur arbitrio Judicis Jaso in §. In bonæ fidei. num. 74. Institut. de Act. Cyn. in l. Final. C. de Compensat. Felin. in cap. Suborta. col. 2. in fine. de Re judicat. Menoch. de Arbitr. casu 14. num. 5. Bersan. de Compensat. cap. 1. quæst. 1. num. 7. Carroc. de Exceptionib. except. 27. num 8. Bellon. de Iis, quæ incontin fiunt. lib. 1. cap. 17.

ff. de Compensat. Parlador. *Rer. quotid. lib. 2. cap. final. 5. part. §. 11. num.* 30. Capucin. *prax. Judic. tom. 1. part. 3. cap. 4 n. 7. art.* 71. Pacific. *de Salvian. inspect. 2. cap. 2 n.* 354. Medic. *exam.* 60 Bersan. *de Compensation. cap. 4. quæst. 2. num. 2.* Sabelli. *Summa divers. tract. §. Compensatio num. 7.* Gail. *practic. observ. lib. 2. observat. 17. num.* 10. Afflict. *decis.* 121. Cappell. Tholosan. *decis.* 92. Gratian. *Discept. forens. cap.* 660. *num.* 30. Faber. *in suo C. lib. 4. tit. 23. definit.* 14. *Gloss num.* 9. Coppelius *de Compens. cap. 8. num. 6.* Sabelli *Variar. Resol. cap. 56. num.* 4. Bonden. *de Jure controv. collectat.* 43. *num.* 32. Scacc. *de Sentent. & re jud. Gloss. 7. quæst. 4. spect. 3. num.* 137. Medic. *de Compensat.* 25. *part.* 2. Donad. *de Renunciat. cap.* 31. *num.* 148. Zacch. *de Obligat. cameral. quæst. 18. n.* 19. Bimius. *consil.* 50. *num* 108. *vol.* 1. Valenzuel. *consil.* 183. *num.* 38. Rota *part. 3. divers. lib. 2. dec.* 253.
34 *decis.* 257. *& lib. 3. decis.* 324. Quod non procederet, quoties agitur de exequutione sententiæ latæ, in spolio, seu causâ æquè ptivilegiata Coccin. *decis.* 118. *lib.* 1. Nigor. *de Except. cap.* 13. *num.* 7. Non obstat quod contrarium teneat Marta. *tom. 3 dig. novissim. sit. de Compensat. cap* 4. Nempè post rem judicatam compensationem admitti non posse.

35 Ampliatur 3. Sive reus damnatus sit motâ in illum actione in personam, vel in rem, & sive actio mota fuerit bonæ fidei, sive stricti juris Tiraquell. *de Retract. lignag. §. 3. Gloss. 3. num. 5. in fine.* Niger. *de Except. cap. 13. n. 12. & 59.* Duaren. *tit. de Compensat. in princip.* Cujac. *lib. 8. observ. cap. 16. & lib. 15. cap.* 1. Hothoman. *epitom. de Compensat.* Donell. *Comm. jur. civil. lib. 16. cap.* 15. Jul. Pac. *Isagic. lib.* 16. *tit. 2. n.* 18. Cujac. *lib. 18. quæst. Papin. in l.* 95. *§. Si creditor ff. de Solut. sol mihi* 758. Borcholten. *Opusc. de Compensat. cap. 3. num.* 8. Faber. *Ration.* in *l. In rebus* 18. *§. final. ff. de Commodat.* Gregor. *Syntagmat. jur. univers. part. 3. lib. 21. cap.* 22. Balduin. in *§. In bonæ fidei Instit. de Act.*

Ampliatur 4. Etiam si sententia
36 esset primo loco absolutoria, quæ profectò infringi nequit; Si lata est super meritis causæ; Secus si ex defectu probationum Glossa in *l. Quicumque ff. de Compensat.* Cyn. in *l. 2. C. de Compensation.* Aretin. in *§. In bonæ fidei num. 16. instit. de Act.* Carroc. *de Exceptionib. except. 27. n.* 3 Castrens. in dict. *l. 2. in fine C. de Compens.* Bersan. *de Compensat. cap. 4. quæst. 2. n.* 8.

Ampliatur 5. Quamvis exequutio 37 esset facienda contra obligatum in formâ obligationis cameralis Niger *de Except. cap. 13. num. 14. & 5.* 3 Sed vide quæ dixi in quæstione 13. *lib. 2. tom.* 1.

Ampliatur 6. In quâcumque instan- 38 tiâ de compensatione excipiatur in qua ipsa compensatio recipitur ut tradunt Osasc. *decis.* 92. Aretin. in *§. In bonæ fidei n. 16. Institut. de Act.* Niger *de Except. cap. 13. num.* 15. Magon. *decis. florent.* 42. *num.* 8. Pacific. *de Salvian. inspect. 5. cap.* 1. Sabelli. *Summa divers. tractat. §. Compensatio num.* 7. Medic. *de Compensat. part. 2. quæst. 7. & quæst.* 50. Bonden. *de Jur. controv. collutat. 43. num.* 31. Posth. *Resolut.* 102. *num.* 2. Cappell Tholosan. *decis.* 263. Sabell. *Variar. Resolut. cap. 56. num.* 6. Otthobon. *dec. 2. num.* 20.

Ampliatur 7. Quamvis ageretur de 39 exequutione sententiæ in vim rescripti principis, cum clausulâ *parito judicato*, Niger *de Except. cap. 13 num.* 18. Ludovis. *dec. 342. num.* 5. Sed Niger distinguit, ut si simus in casu, quo æquitas exuberat, vel per compensationem evitetur pœna, tunc admittatur; Si verò simus in casu, in quo solutioni data est aliqua forma solvendi, videlicet, in pecunia aurea, vel argentea, vel per realem solutionem jus aliquod acquiratur solventi; tunc verò compensatio rejicitur Bart. in *l. Solutionis num. 1. ff. de Solution.* Giurb. *ad consuetud. Messanens. cap. 9. Gloss. 9. n.* 2. Gratian. *Discept. forens. cap.* 742 *n.* 47. Graffis *de Except. except. 16. num.* 59.

Ampliatur 8. Ut quoque compensatio impediat sententiam, sive causa sit 40 ordinaria, sive summaria, & exequutiva Aretin. in *§. In bonæ fidei num. 6. Institut. de Act.* Bersan. *de Compensat. cap. 4. quæst. 2. num.* 5. Carroc. *de Except. except. 27. num.* 14. Quia etiam in causis summariis locum sibi vindicat compensatio Tort. *ad statut. Papiæ de Ordin. caus. civil. In qua proceditur per viam. Libelli. rub. 3. num.* 7.

41 Am-

41 Ampliatur 9. Ut compensatio etiam possit opponi; quantumvis fuerit conclusum in causâ absque prævià compensationis oppositione. Marescà *de Recövẽt.enarrat.* 1. *n* 63. Trẽtacinq. *Variar. Resol.tit.de Compẽsat. Resolut. Unic.n.* 25. *lib.* 3. *vol.* 1. Ursill ad Afflict. *decis.* 121. *in fine.* Castill. *controv. lib.* 4. *cap.* 40. *n.* 103. Ricc. *collectan.part.* 4. *collectan.* 1357. *versicul. Quinto*, Gregor. Lopez. in *l.* 20. *tit.* 15 *part.* 5. Faber *ad Tit. C. de Compensat. definit.* 14 Donell. *Comm.jur. civil.lib.* 16. *cap.* 15. *col.* 10. *in princip.* Bersan. *de Compensat.cap.* 4 *quæst.* 2. *num.* 6. Carroc. *de Except.excep.* 2. *num.* 12. Paul. de Castro, in *l.final.num.* 3. *C. de Compensat.*

42 Ampliatur 10. Nam compensatio rectè locum habet in secundâ instantiâ Greg Lopez. in *l.* 20. *num.* 6. *in fine. tit.* 14. *part.* 15. Tepat. *Variar. Sentent. tit.* 160. *col* 2. *in princip.* Bald. *consil.* 264. *n.* 2. *vol.* 2. Ofasc. *dec. Pedem.* 9 2. *in fin.* Marta *dec* 12. *num.* 21. Castill. *lib.* 4. *contr. jur. cap.* 40. *n.* 103. Po sth. *Resol.* 102. *num.* 2. Cappell. Tholos. *de.* 19 2. *num.* 2. Montan. *pract. lib.* 5. *cap.* 5. Farinac. *Repertor.judic. quæst.* 36. *in fine.*

43 Ampliatur 11. Ut publicato processu, seu publicatis attestationibus rectè compensatio admittatur Paul. de Castro in *l final.num.* 3. *C. de Compensat* Marescà *de Recövent.enarrat.* 1. *num.* 63. Medic. *de Compensat.quæst.* 25. *num.* 4. *part.* 2. Carroc. *de Exceptionib. except.* 27. *num.* 11. Bersan. *de Compensat. cap.* 4. *quæst.* 2. *num.* 7.

44 Ampliatur 12. Etiam si sententia lata fuerit occasione solutionis pretii rei venditæ. Nam etiam tunc benè compensatio venit admittenda Tiraqueil *de Retract.lignag.* §. 3. *gloss.* 3. *num.* 5. *in fine.* Niger. *de Except.cap.* 13. *num.* 56.

45 Ampliatur 13. In exequutione laudi; Nam tunc locum habet compensatio, quia laudi sententia per compensationem impeditur Felic. *alleg.* 26. *num.* 4. *part.* 3. Bersan. *de Compensat.cap.* 4. *quæst.* 2. *num.* 9.

46 Ampliatur 14. Ut non solum locum habeat compensatio adversùs sententiam, in quâ agitur de iis rebus, quæ numero, pondere, vel mensurâ consistunt; seu de iis, quæ in genere suo functionem accipiunt juxta text. in *l.* 2. §. *Mutui datio.ff.Si cert.pet.at.* Sed etiam si lata fuerit occasione cautionis, seu stipulationis Azo. *Summ. Codic. de Compensat. num.* 17. Niger *de Except.cap.* 13. *num.* 49.

Ampliatur 15. Quamquam super compensatione oppositâ, rescriptum fuerit, quod procedatur, pro ut juris, Carpan. *ad Statut. Midiolan.cap.* 42. *num.* 174. *vol.* 1. 47

Ampliatur 16. Ut etiam compensatio admittatur adversùs sententiam latam, super solutione residui pretii rei venditæ, licèt contra fiscum excipiatur *l. Sicut venditione.C.de Compensat.* Tiraquell. *de Retract. lignag. Gloss.* 3. §. 3. *num.* 5. *in fine.* Niger. *de Except. cap.* 13. *num.* 58. 48

Ampliatur 17. Ut rectè quoque compensatio opponatur post rem evictam. Nam res evicta compensari potest Bart. in *l. Elegantem num.* 2. *ff. de Pignor.act.* Medices *de Compensat.quæst.* 25. *num.* 5 *part.* 2. Carroc. *de Exceptionib. except* 27. *num.* 13. Nam quod contrario judicio peti potest rectè compensatur Bart. in *l. Commodato.* §. *quod autem num.* 2. *ff. de Pign.act.* Bald. in *l. Tutores.C.de Compensat.* 49 50

Ampliatur 18. Ut etiam compensatio admitti possit coram mixto exequutore sententiæ Gaill. *observat.* 113. *lib.* 1. *num.* 8. Niger *de Except.cap.* 13. *num.* 34. Et quæ exceptio coram exequutore opponi possit Morla *Empor.Jur.lib.* 1. *de Jurisd.omn judic.quæst.* 19. *num* 9. *in princip.* Fulgos. *consil.* 140. 51

Ampliatur 19. Nam debitor, qui solvit injustè, iterum condemnatus, cum minimè constaret de factâ ab eo debiti sui solutione, reperto post sententiam solutionis instrumento, & nondum sequutâ, denuò solutione compensatione uti potest Bald. in *l. Sub specie num.* 3. *C. de Re judic.* Bersan. *de Compensationib. cap.* 4. *quæst.* 1. *num* 18. Odd. *de Restitut. in integ part.* 2. *quæst.* 73. *art.* 2. *num.* 38. Felin. in *cap. Suborta num.* 10. *post.med.de Re judic.* 52

Ampliatur 20: Ut quoque compensatio admittatur, etiam stante statuto, quod exceptio solutionis post sententi- 53

am

am, non poſſit objici Treutler. *Select. diſputat. vol. 1. diſputat. 25. theſ. 11. litera D.* Surd. *deciſ.* 191. Debet tamen hocin caſu compenſatio eſſe liquidiſſima, aliàs ſententia exequutioni mandabitur Capyc. *deciſ.* 167. *num.* 1. Medic. *de Compenſat. quæſt.* 25. & 31. *num.* 4. *part.* 1. Treutler. *loc. cit.*

54 Limitatur 1. Noſtra principalis concluſio, ſi ante ſententiam exceptum fuit de compẽſatione, & ex aliquâ juſtâ causâ rejecta fuit, & ſic reus condẽnatus. Nam tunc poſt ſententiam nequiret rursùs opponi text. in *l. Sin autem* 8. *§. final. ff. de Negot. geſt.* text. in *l. Quod in diem* 10. *§. final. ff. de Compenſat.* Gloſſ. in *l. Neſſennius ff. de Re judicata.* Jaſo. in *l.* 1. *num.* 19. *C. de Jur. & fact. ignorant.* Pigand. *ad Statut. Ferrar. lib.* 2. *Rub.* 72. *num.* 18. *tom.* 2. Urſill. ad Afflict. *deciſ.* 121. *num.* 4. Gratian. *Diſcept. Forenſ. cap.* 660. *num.* 30. Niger *de Except. cap.* 13. *num.* 17. Sabelli *Variar. Reſolut. cap.* 56. *num.* 5. Bonden. *de Jure controverſ. collect.* 43. *n.* 33. Magon. *dec. Florent.* 42. *n.* 8. Sed Berſanus *de Compenſat. cap.* 4. *quæſt.*

55 1. *num.* 12. Diſtinguit an Judex compenſationem reprobaverit, tamquam non competentem, utpotè erroneam, vel alio quovis in modo inſubſiſtentem, dixerit; vel eam rejicit tamquam non liquidam. Nam in primo caſu locum habent textus in dicta *l. Sin autem. §. final. ſi quoque. ff. de Negot. geſt.* text. in *l. Quod in diem. ff. de Compenſat. §. Si rationem.* Coppel. *de Compenſat. cap.* 9. *num.* 9. Medices *de Compenſat. quæſt.* 19. *num.* 6. *part.* 2. Donell. *Comm. jur. civil. lib.* 16. *cap.*

56 15. *col. final. num.* 50. Et procedit ſupra poſita limitatio. In ſecundo verò caſu; ſi iterum compenſatio eadem objiciatur; locum habebit, dummodò ad liquidationem ſit deventum Alex. *conſil.* 66. *num.* 4. *lib.* 5. Boër. *quæſt.* 43. *num.* 2. Brunneman. in *l. Quod in diem. §. Rationem num.* 10. *ff. de Compenſat.* Valenzuel. *conſil.* 183. *num.* 42. Quod etiam procedit in compenſatione à judice in dubio exclusâ, ſeu reprobatâ Gregor. *Syntagmat. jur. univerſ. part.* 3. *cap.* 22. *lib.* 21. *num.* 10. Berſan. *de Compenſat. cap.* 4. *quæſt.* 1. *num.* 15. Nam tunc in exequutionis tempore videtur reſervata. Oliban. *ad §. In bonæ fidei num.* 3. *Inſtitution. de Act.*

Limitatur 2. Ut compenſatio illiquida dolosè oppoſita ad dilatandum non debeat impedire exequutionem ſententiæ; quamvis infra breve tempus poſſit liquidari Federic. de Scot. *lib.* 4. *Reſponſ.* 32. *num.* 15. *tom.* 2. Berſan. *de Compenſat. cap.* 4. *quæſt.* 1. *num.* 17. 57

Limitatur 3. Quando crediti de quo excipitur cõſtat ex ſcripturâ privatâ, & ſentẽtia fuit lata ex publico inſtrumento. Nam tunc reſellitur compenſatio Cephal. in *conſil.* 47. *num.* 46. *in fine.* & 47. Ludovil. *deciſ. Peruſ.* 15. *num.* 6. & ibi Niger *de Except. cap.* 13. *num.* 91. Pedrocha *conſil.* 28. *num.* 12. 58

Limitatur 4. In ſententiâ latâ ſuper interdicto recuperandæ, ubi rejicitur compenſatio: niſi deſcendat ex causâ pariter privilegiatâ Felin. in *cap Suborta col.* 3. *in princip. extra de Re judic.* Carroc. *de Except. except.* 27. *n.* 9. *verſic. Declaratur.* Berſan. *de Compenſat. q.* 2. *cap.* 4. *n.* 11. 59

Limitatur 5. Ut non recipiatur compenſatio adversùs ſententiam Supremæ Curiæ, quamvis teſtibus, & ſcripturis in promptu offeratur probatio Niger *de Except. part.* 13. *num.* 80. *in fine.* Capyc. *deciſ.* 167. Urſill. ad Afflict. *dec.* 231. *num.* 5. Caldas in *l. Si curatorem habens verbo. Per quod. num.* 21. Carroc. *de Exceptionib. except.* 27. *num.* 16. *in fine.* 60

Limitatur 6. Ut minimè compenſatio illiquida contra ſententiam admittatur. text. in *l. final. C. de Compenſat.* Berſan. *de Compenſat. cap.* 4. *quæſt.* 2. *num.* 12. Surd. *deciſ.* 181. *num.* 8. Medices *de Compenſat. quæſt.* 25. *num.* 2. *part.* 2. 61

Limitatur 7. Ubi quis excipit de compẽſatione adversùs ſententiam latam, contra excipientem cum clauſula. *Soluto prius pretio.* Vel aliâ quâvis clauſulâ conditionem deſignante Niger *de Except. cap.* 13. *num.* 90. Franch. *deciſ.* 527. *n.* 6. Quippe tunc reſpuitur cõpenſatio. 62

Limitatur 8. In condemnato in unâ ſpecie, & excipiẽte de aliâ, quia tunc reſellitur compenſatio Sichard. in *Rubric. C. de Compenſat. num.* 6 Niger *de Except. cap.* 13. *num.* 89. 63

Limitatur 9. In ſententiâ latâ in ſpolio, vel causâ æquè privilegiata, quia tunc quidem excluditur compenſatio. 64

text. in *l.final.§.ult.C. de Compensat.* text. in *§. In bonæ fidei. Institut. de Act.* Put. *decis.* 118.*lib.*1. Niger *de Except. cap.* 13. *num.* 99.

65 Limitatur 10. Si creditum de quo excipitur altiorem expoſcat indaginem text. in *l.final.C. de Compensat.* Berſan. *de Compensat. cap.*4.*quæst.*2. *num.* 12: Niger *de Except. cap.*13. *num.*69. Tunc dicitur altiorem requirere indâginem, quando infra duos menſes à die oppoſitionis liquidari nequit; ſecus ſi in continenti poteſt probari Azo. *Summ.C. de Compensat. num.*12. Jaſo. in *§. In bonæ fidei. num.* 72. *Institut. de Act.*

66 Duplex autem eſt praxis in compenſationem excipiendo. Prima eſt, quod non debet fieri exequutio cōtra me, pro viginti à Titio petitis, quia ipſe in alia manu eſt mihi debitor in tot, quæ offero excomputari; & probare infra breve tempus, Judicis arbitrio Aretin. in *§. In bonæ fidei. num.*7. *Institut. de Act.* Carroc. *de Exceptionib. except.*17. *num.* 15. Secunda praxis eſt in matèria fructuum extenuandi ſortem, allegando eos eſſe conſumptos, vel lapſum eſſe triennium quo conſumpti præſumuntur Aretin. in *§. Appellantur n.*45. *Institut. de Except.* Paril. *consil.*25. *num.*75. *lib.*2. Lup. *de usur. ad cap. Naviganti n.*144. Gallus. *de Fru-*

67 *ctib. disputat.*2. *artic.*5. *num.*5. Quia juris præſumptio, non credit, quod fructus ultra triennium durare valeant Barboſa in *l. Divortio* 8. *§. Interdum num.* 43. *ff. Solut. matr.* Ruin. *consil.*56. *num.* 3. Rota apud Cenc. *de Censib. decis.*79. *num.* 9. Niſi probetur in illa Regione minus dura-

68 re Borg. *de Tutor.* & *curat. num.*229. Fructus verò, ſeu res quælibet conſumpta dicitur, quoties de ea nihil ſupereſt; vel quoties in malos uſus eſt deperdita. Aliquando etiam aliquid conſumi dicitur, quamvis in utilitatem alicujus verſetur, ut exhauritur ex illo Virgilii *lib.*7. *Æneid.*

Heus etiam menſas consumimus inquit Julus.

SUMMARIUM

1 *Status quæstionis pangitur, ac proponitur.*

2 *Personæ tres sunt, quæ in aliena re, & non sua expendunt.*

3 *Expendens in aliena re non potest expensas recuperare, quia donare videtur.*

4 *Licèt contrariam opinionem insequantur plures Doctores.*

5 *Expendens in aliena re non censetur donare, quando talis est persona, quæ donare non potest.*

6 *Nemo dat, quod non habet.*

7 *Expendens in aliena re, quando habuit animum aliquem obligandi, expensas repetere potest.*

8 *Mandatarius, Procurator, & negotiorum gestor expensas repetere possunt.*

9 *Expendens quamvis erraverit in personam credens aliquem esse dominum, qui in rei veritate non erat, expensas recuperare potest.*

10 *Expendens bona fide expensas recuperare potest.*

11 *Distinctio recuperandi expensas in utilibus, & voluptariis expensis.*

12 *Abrasio substantiam rei deteriorare non debet.*

13 *Dominus, quando evitare possit abrasionem.*

14 *Melioramenta qui teneatur præstare.*

15 *Voluptariæ expensæ abradi possunt, quādo dominus solvere detrectat.*

16 *Maritus expendens licèt habeat dominium resolubile, si expendat circa res dotales non compensat fructus cum expensis, sed ipse, vel ejus hæredes deducunt melioramenta.*

17 *Fructus intelliguntur, qui remanent deductis impensis.*

18 *Maritus, si percipit fructus per illos, ei satisfactum de impensis videtur.*

19 *Expensæ funeris, vel infirmitatis uxoris cum dote compensari possunt.*

20 *Maritus expensas modicas repetere non potest.*

21 *Vassallus, seu emphiteuta, vel quisquis alius indirectus Dominus deducunt melioramenta quando dominium utile cum directo consolidatur.*

22 *Culpam committentes amittunt melioramenta.*

23 *Vas-*

23 *Vassallus, vel emphyteuta, quando expensæ sunt magnæ, non videtur eas facere animo donandi.*
24 *Domino permittitur vel melioramenta solvere, vel quod tollantur.*
25 *Abrasio permittitur quando Dominus est pauper, & nequit solvere melioramenta.*
26 *Census, vel pensio imponi potest, quando in Civitate adest locus melioratus, ubi operis destructio non permittitur.*
27 *Expensæ factæ ab emphyteuta pro intratura rei compensantur cum fructibus, quando contractus est nullus ob non servatam debitam solemnitatem, quod etiam procedit in rebus Ecclesiæ, in quibus non est præsumenda juris ignorantia, nec etiam admittenda ad effectum, quod conductor fructus lucretur.*
28 *Nullum esse aliquid, vel esse minus solemne idem est.*
29 *Actus redditur nullus, quando non servatur forma debita.*
30 *Expensæ factæ in melioramentis compensantur cum fructibus, quando de iis opponitur, quamquam possessor esset in bona fide.*
31 *Utile dominium habentes tenentur expensas cum fructibus compensare.*
32 *Expensæ factæ in litigando pro fideicommisso cum fructibus non compensantur, sed deducuntur.*
33 *Emptor, si rem integram venditori, vel consanguineo restituat, non solutis, vel non deductis expensis factis in ea, potest eas condicere, & non opponitur ei compensatio, nisi fuerit constitutus in mora.*
34 *Expensæ, quæ extrinsecus fiunt cum fructibus compensantur.*
35 *Expendentes, qui tempore quo expenderunt erant Domini, non tenentur expensas cum fructibus compensare.*
36 *Expensæ, quæ fiunt gratia fructuum colligendorum cum fructibus compensantur.*
37 *Compensatio ipso jure quando fiat?*
38 *Expensæ alimentorum cum operibus præstitis compensantur.*
39 *Expensæ factæ in dotem cum ea compensantur, quia dotem minuunt ipso jure.*
40 *Expensæ factæ in dote putativa compensantur cum fructibus per virum perceptis.*
41 *Expensæ factæ judicis authoritate in re alterius bona fide possessa compensantur cum fructibus.*
42 *Expensæ cum expensis compensantur, quando quis obtinuit in prima instantia, & succubuit in secunda.*
43 *Quo in casu compensatio fit pro rata utriusque victoriæ.*
44 *Et hoc quando procedat.*
45 *Expensæ litis compensantur, quando actor obtinuit in prima sententia diffinitiva, & reus in interloquutoria.*
46 *Expensæ cum expensis compensantur, quando utraque pars habuit justam causam litigandi.*
47 *Expensæ factæ pro filio extra patrimonium patris non compensantur ei in legitimam, & hoc quando procedere non possit?*
48 *Dos patris contemplatione facta dicitur, quando datur à patruo, & potest in legitimam filiæ compensari.*
49 *Pater si pro filio expendat ad beneficium consequendum, hujusmodi expensæ non compensantur ei in legitimam, quia filius beneficium possidet ad instar peculii castrensis.*
50 *Expensæ factæ pro Doctoratu non compensantur filio in legitimam.*
51 *Expensæ factæ pro militia Hyerosolymitana non compensantur in legitimam filii.*
52 *Expensæ factæ à patre in consequendum unum ex tribus ordinibus militaribus nostræ Hispaniæ non compensantur filio in legitimam.*
53 *Expensæ factæ à patre in libris scholaris non compensantur ei in legitimam.*
54 *Expensæ factæ à patre in libris quando compensentur filio in legitimam.*
55 *Donatio facta à patre filio in potestate existenti non valet.*
56 *Expensæ factæ à patre in libris, si filius sit scholaris, compensantur filio in legitimam.*
57 *Expensæ factæ à patre in libris non compensantur in legitimam filii, quando est emancipatus, vel Clericus.*
58 *Expensæ factæ in exigenda dote à debitoribus non compensantur in dotem.*
59 *Expensæ factæ in exigenda dote compensantur cum fructibus nominis, qui si nulli sunt per actionem negotiorum gestorum ab uxore repetuntur.*

ARGUMENTUM

Utrùm omnes, qui possunt Melioramenta deducere, teneantur cum Fructibus compensare. Et an Expensæ cum Fructibus compensari debeant.

QUÆSTIO VII.

1 NEutiquam pigeat, adhuc themate nusquam adorto, quædam quæ nimis ad rem conferunt substernere, ac pangere, ut circumscriptè, aptiùsque difficultate potiamur. Nec tædeat aliqua, quæ tractationis salebrosum iter mulcescant cursim evomere, ut asperitate lenitâ, obicibusque sublatis ad effecti dubii tutum partum navis defessi calami sospes quidèm appellet. Quod spero fore ut sit eventurum, si nonnulla quæstionis nostræ præliminaria præmittantur, quod ut exequar, scitu dignum existimo pro dilucidatione, & in-
2 telligẽtia rei tria esse genera personarũ, quæ in aliena re, & non sua expendũt; meritò tres recensendæ sunt inspectiones. Prima est de illo, qui scienter, & sicuti in aliena re expendit. Secunda de illo, qui domini cogitatione expendit. Tertia de eo, qui habet dum expendit dominium rei; sed est resolubile.

3 Quoad primum, scilicet in expendẽte in aliena re; iste minimè expensas recuperare quit, quia videtur donare text. in *l. Adeo 7. §. Ex diverso. ff. de Acquir. rer. domin. §. Ex diverso. Institut: de Rer. divis.* text. in *l. Si is contra. ff de Ædific. privat.* Menoch. *de Præsumptionibus. præsumpt. 32. num. 1. lib. 3.* Glos. in *l. In fundo. ff. de Rei vind.* Corn. *consil. 222. num. 2. lib. 2: & consil. 86. num. 2. lib. 4.* Jo. Andrea addit. ad Speculat. *tit. de Præs. §. Species. num. 5. verbo. In prædictis.* Bald. Paul. de Castro. Jaso. Ang. in *l. Si emptor. C. Commun. de Legat.* Peregrin. *de Fideicommiss. artic. 50. num. 29.* Molina *de Justit. & jur. tractat. 2. disputat. 723. num. 1.* Luca ad Franch. *decis. 110. num. 5.* Faria ad Covarruv. *lib. 1. Variar. cap. 8. num. 22. & 23.* Valasc. *de Jur. emphyt. quæst. 25. n. 26.* Sanchez. *Oper. moral tom. 1. lib. 2. cap. 23. n. 105.* Barbos. in *l. Divortio. 8. §. Final. n. 52. ff. Solut. matrim.* Marescot. *Variar. Resolut. lib. 2. cap. 112. n. 10.*
Et hæc est verissima opinio, quamquam 4
contrarium teneant Gamma *decis. 364. num. 2.* Boër. *Famil. quæst. 19. num. 3.* Loriot. in *l. Fructus. in fine. ff. de Regul jur.* Gutierrez. *Practic. quæst: lib. 3. quæst. 68. n. 17.* Garcia. *de Expens. cap. 23. num. 50.* Ludovic. *decis. Lucens. 17. num. 12, part. 1.* Mieres. *de Majorat. part. 4. quæst. 32. num. 5.* Coppus. *de Fruct. lib. 2. tit. 4. num. 4.* Tiraquell. *de Retract. consanguin. §. 1. glos. 15. num. 29.* Escobar. *de Ratiocin. computat. 13.* Gomez. *decis. 93.* Franch. *decis. 191. num. 11.* Afflict. *decis. 86. num. 6.* Cavalc. *decis. 28. num. 8.*

Idipsum haudquaquam potest ha 5
bere locum, quoties expendens talis est persona, quæ donare nequit text. in *l. Cum vis 10. ff. de Dol. except.* text. in *l Si uxor filio 20 ff. de Donat. inter vir. & uxor.* Bart. in *l. In fundo num. 11. ff. de Rei vindic.* Aretin. in *§. Certè illud Institut. de. Rer. divis.* Peregrin. *de Fideicommiss. artic. 50. num. 29. & consil. 42.*
num. 20. lib. 1. Quia nemo potest dare, 6
quod ipse nõ habet juxta illud Ovidii *lib. 5. de Tristib. eleg. 13.*

Hanc tuus è Getico mittit tibi Naso salutem.
Mittere rem si quis, qua caret ipse potest.

Nec etiam habet locum, quoties ex- 7
pendens habuit animum aliquem obligandi, quia tunc repetere potest, cum nemo prodigus esse præsumatur, ut in colono expendente est text. in *l. Dominus horreorum. 57. §. In conducto. ff. de Locat. & cõduct.* Quod ejus hæredi quoque competit Garcia *de Expens. cap. 14.* Etiam si locatoris causâ locatio finiatur idem Garcia. dicto *cap. 14. num. 16.*

De

8 De Mandatario, & Procuratore eſt
text. in *l. Idemque.§. Idem Labeo.ff. de*
Mandat. Et de negotiorum geſtore,eti-
am eſt,text.in *l.Sed an ultro* 11.*§.Is au-*
9 *tem.ff.de Negot.geſt.*Hocetiam extendi-
tur,etiam ſi expendens erravetit in per-
ſonam credens aliquem eſſe dominum
cum non ſit; Nam à vero domino ne-
gotia cujusquis expendendo geſſit, re-
cuperare poteſt text.in *l.In hoc judicium*
14.*ff.Commun.divid.*text.in *l. Item ſi cum*
putavit 5.*verſ.ſi cum putavi.ff. de Negot.*
*geſt.*Garcia *de Expenſ.cap.*7.*num.*21.Ga-
briel. *tit. de Acquirend.rer.domin.concl.*1.
*num.*8.

10 An verò ille,qui poſſidet rem cogita-
tione domini, poſſit deducere meliora-
mẽta; & iſte eſt poſſeſſor bonæ fidei,de
quo dicendum eſt,quod poſſit deducere;
cum de neceſsariæ expenſæ recupera-
tione nulla ſit probabilis dubitatio.
text.in *l.Adeò* 7.*§.Certè.ff.de Acq.rer.do-*
min. text. in *l.Si in area* 33.*ff.de Reb.dub.*
text. in *l.Paulus in fin.*14.*ff.de Dol.excep.*
11 De utilibus, & voluptariis diſtinguen-
dum eſt juxta Juriſconſultum Celſum
in *l.In fundo* 39 *ff.de Rei vindic.* Aut fa-
cturus erat dominus eaſdem expenſas;
aut erat rem venditurus, & detrahi
poſsunt. Aut dominus pauper erat, ut
ei propriis Laribus,& Sepulchris avitis
carendum ſit, & reddere minimè cogi-
tur. In hoc verò caſu dumtaxat ex-
pendenti permittitur abraſio, hoc eſt
abradere, ſeu delere id,quod appoſuit.
12 Quippe abraſio ſubſtantiam rei pejo-
rare non debet, ut colligitur ex Plin.
Natural.Hiſtor.lib. 6. *cap.* 20. Cicer. *Pro*
*Roſc.*Licèt abraſio aliquãdo pro extor-
quere ſumatur Cicer.in *Orat.pro Cecin.*
Poſteaquam videt nihil ſe ab A.Cinna poſſe
*littium terrore abradere.*Terent in *Phor-*
*mion. act.*2.*ſcen.*1.

Aliis aliunde eſt periculum,unde aliquid
abradi poteſt.

Sed hoc debet fieri abſque prioris rei
ſtatus læſione Redoan. *de Reb. Eccleſ.*
*non alien.quæſt.*72.*num.*24.*verſ.Sin autem*
Farinac.*Repertor.judicial.quæſt.*38.*num.*
19.Berſan.*de Compenſat.cap.*2. *quæſt.* 19.
13 *num.*45.Hanc verò abraſionem evitat
dominus, ſi refundere id,quod ex abra-
ſa re percipi poſset paratus ſit; taliter
ut ſi nihil abradere valeret; neque abra-
ſio concederetur text. in *l. Si autem. §.*
Sed ſi ſervus. ff. de Rei vindic. Garcia *de*
*Expenſ.cap.*1.*num.*23. & 33.Gallus *de*
*Fruct. diſputat.*13.*art.*1.*quæſt.* 2. *num.* 8.
Sed aliquando fuit attentatum, quod 14
ille qui ob paupertatem illico ſolvere
nequit melioramenta, teneatur annua-
tim ex rei redditibus præſtare; quod
æquitatem continet; nè quis cum alte-
rius locupletetur jactura text. in *l.Nam*
hoc natura 14.*ff. de Condict.indeb.* Hoc
enim minimè placet Garciæ *cap.*6.*num.*
11.Quia illi durum videtur;ſed æquùm
equidèm eſt, ut inferius videbimus.

Quoad voluptarias attinet expenſas, 15
hæ ſanè abradi poſsunt,quoties ſolvere
dominus detractat Gloſs *fin. in l.Infundo*
39.*ff.de Rei vindic.*Garc. *de Expenſ. cap.*
1.*num* 32. & *cap.* 5. *num.* 9. Berſan. *de*
*Compenſat.cap.*2.*quæſt.*19.*num.* 45. Fari-
nac.*Repert.judicial.quæſt.*38.*num.*19.Re-
doan. *de Reb. Eccleſ. non alienand.quæſt.*
72.*num.*24.*verſ.ſin autem.* Sed hoc limi-
tandum eſt, ut ſuperius dixi, quoties
ſit utilis abraſio.text.in *l. Infundo* 39 *ff.*
de Rei vindic.

De tertia inſpectione, jam alibi dixi 16
*q.*7.*lib.*2.*to.*1.Sed nũc dicẽdũ eſt,quod
maritus,qui habet rei dominium; dum
expendit,quamquam reſolubile expẽ-
dendo circa res dotales nõ compenſat
fructus cum expenſis; ſed ipſe, vel ejus
hæredes deducunt melioramenta Gar-
cia *de Expenſ.cap.*13.*num.*58.Boër.*deciſ.*
44.*num.*25.Berſan.*de Compenſat. cap.* 2.
*quæſt.*19.*num.*25.Barboſ.in *l.Divortio.*8.
§.final.part. 1. *num.* 21.*ff. Solut. matrim.*
Peregrin.*de Fideicommiſſ. artic.*50. *num.*
64.Gloſs.in *l. Emptor verbo Superfluum.*
*ff.de Rei vindic.*Sabelli *Summ.diverſ.tra-*
ctat.§.Expenſæ.num. 11. Attamen ex- 17
penſas gratiâ fructuum factas tenetur
cum fructibus compenſare; quia fru-
ctus intelliguntur deductis impenſis.
text. in *l.Fructus.ff.Solut.matrim.*Covar-
ruv.*Variar.lib.*1.*cap.* 3. *num.* 2.Menoch.
de Arbitr.caſu 158.*n.*38. Chriſtinæus *ad*
*Conſuetud.Mechlinienſ. tit.*13. *artic.* 26.
*num.*2.Ricc. *Collect.* 1331. Tuſch. *concl.*
501. *litera F.* Scapuccin. *de Salvian. in-*
*terd.lib.*3.*quæſt.*9.*num.* 4. Rota. *part.* 18.
*deciſ.*419.Si enim maritus percipit fru- 18

ctus, per illos ei videtur satisfactum de impensis: si tamen illæ plus duraverint ultra jus mariti, tunc deducendæ sunt Gloss. in *l. 2. & 3. ff. de Impens. in reb. dotal.* Ruin. *consil. 135. num. 14. lib. 3.* Garcia *de Expens. cap. 13. num. 58.* Bart. in *l. 2. ff. de Impens. in reb. dotal.* Barbos. in *l. Divortio 8. §. final. num. 21. ff. Solut. matrim.*

19 Expensæ funeris, infirmitatisque uxoris compensari possunt cum dote, quia eas inter necessarias impensas reposuit Rota apud Merlin. *de Pign. decis. 137. num. 38.* Sed nonnulli volunt, venire nomine alimentorum, quod si verum est, ut voluit Boss. *de Aliment. cap. 2. num. 68.* Cum dote compensari nequirêt, quia in alimentis non datur compensatio *l. 3. C. de Compensat.* Si verò non veniunt in alimentis, ut placuit Alderisio *de Hæred. act. cap. 7. num. 62. p. 1.* & Vivio *decis. 197. num. 17. lib. 1.* Locum habebit compensatio, quando maritus non lucratur dotem, quod æquiùs esse fatetur Bersan. *de Compensat. cap. 2. quæst. 19. num. 31.* Hoc procedit, quando dos est æstimata, quia tunc redigitur ad quantitatem, secus si esset æstimata, quia tunc fieret compensatio de specie ad quantitatem, quia de minimis non curat prætor text. in *l. Scio. ff. de Restitut. in integ.* Contra juris dispositionem *l. Quod dicitur. ff. de Impens. in reb.* Bersan. *cap. 2. quæst. 19. num. 32.* Mynsing. *§. Item si de Dote. num. 16. de Act.*

20 Limitatur, nisi expensæ modicæ fuerint. Nam tunc cùm maritus teneatur illas facere, minimè eas repetit text. in *l. Domos 16.* & *l. Si modò 62. ff. de Legat. 1.* text. in *l. Final. ff. de Impens.* Caldas. *de Jur. emphyt. lib. 18. num. 40. & de Empt. & vendit. cap. 27. num. 3. in reb. dot.* Boër. *dec. 44. num. 25.* Barbos. in *l. Divortio 8. §. Final. part. 1. num. 20. ff. Solut. matrim* Deducuntur quoque melioramenta à Vassal-
21 lis, emphyteutisque, quoties dominium utile cum directo consolidatur Franch. *decis. 191. num. 9.* Boër. *decis. 44. num. 19.* Surd. *decis. 78. num. 2. & decis. 300. num. 20.* Quia isti minimè cum fructibus compensant Boër. dicta *decis. 44. num. 19.* Valasc. *de Jure emphyt. quæst. 25. num. 19.* Paul. de Castro. *cōsil. 370. col. 2. in princip.* Jaso. in *l. 2. num. 32. C. de Jur. emphit.* Brun. *consil. 105.* Ruin. *consil. 14 col. 4. & consil. 132. col. 2.* Peregrin. *de Fideicommiss. artic. 50. num. 64.* Gallus. *de Fructib. disputat. 13. artic. 1. quæst. 2. num. 22.*

Hoc verùm procedit, quando emphyteusis, vel feudum citra culpam finitur. Nam committentes culpam amittunt melioramenta text. in *l. 2. C. de Jur. emphyt.* Bald. in *cap. 1. §. Si vassallus. Hic finitur lex.* Alex. in *l. Senatus. §. Marcellus. ff. de Legat. 1.* Guid. Papa. *decis. 169. & 438.* Clar. in *§. Emphyteusis quæst. 45.* Valasc. *de Jur. emphyt. quæst. 25. n. 2.* Menoch. *de Recup. possess. Remed. 15. num. 503.* Cæpol. *Consil. civ. 25. num. 19.* Barbat. *consil. 63. columnn. penult. lib. 1.* Paul. de Castro. *consil. 237. num. 4. vol. 1.* Caldas *de Empt. & vendit. cap. 27. num. 19.* Cum ibi congestis Franch. *decis. 191.* & ibi Luca *num. 1.* Ricc. & Amendol. Tusch. *consil. 192. num. 54. litera E.* Setaphin. *decis. 1496.* Capyciuslatro *decis. 120.* Valasc. *de Jur. emphyt. quæst. 32.* Gizzius ad Capyc. latr. *observat. 120.* Quia pœna plectit, ac sequitur scelus, ut dixit Horat. *lib. 4. Carmin. ode. 4.*

Culpam pœna premit, comes.

Si verò expensæ factæ nō sint modicæ, 23
vel tales, quales emphyteuta, vel vassallus facere teneatur; Nam si magnæ sint expensæ non videntur facere animo donandi Franch. *decis. 191. num. 13.* Surd. *decis. 300. & 198. num. 21.*

Intellige quod sit in arbitrio domini, 24
vel melioramentā solvere, vel permittere, quod tollantur text. in *cap. 1. §. Si vassallus. Hic finit lex.* Clar. in *§. Feudum quæst. 88. num. 1.* Sed vassallus invitò domino; illa tollere nequit Surd. *decis. 18. num. 18. & 300.* Si feudatarii dominium sit injustum dominus non tenetur solvere melioramenta. Alex. Raud. Ris. *decis. 42. num. 38.*

Si dominus esset pauper, & non pos- 25
set solvere melioramēta, ei permittitur abrasio text. in *cap. 1. §. Si vassallus Hic fin. lex.* Franch. *decis. 10.* Vel sufficeret ruderum pretium; hoc est id, quod valerent res detractæ. Bald. in *Authentic. excipitur col. 4. C. de Bonis quæ lib.* Si autem 26
in Civitate esset locus melioratus, ubi operis destructio non permittitur; pensio,

sio, vel census imponi potest text. in *l.1. §. Si quis à nomine ff. Nequid in loc. public.* text. in *l. Si legatum. 5. in fin. ff. de Oper. public.* text. in *l.1. C. de Divers. præd. lib. 11* Franch. *decis 110. num. 6.* & ibi addentes Garcia. *de Expens. cap. 6. num. 11.*

27 Compensantur quoque cum fructibus expensæ factæ ab emphyteuta pro intratura rei; quoties contractus est nullus ob non servatam solemnitatem debitam; & id procedit in rebus Ecclesiæ, in quibus non est præsumenda juris ignorantia; nec etiam admittenda ad effectum, quod conductor fructus lucretur Abb. in *cap. Dilecto de Præbend. cap. Ad nostram de Reb. Eccles. non alien. cap. Gravis de Restit. spoliat.* Bart. in *l. Sc. det si §. scire ff. de Petit. hæred.* Felin. in *cap. De quarta vers Tertia restit. de Præscript.* Aretin. in *l. Quod uxor. ff. de Acq. possess.* Curt. in *l. Jubemus. §. Prædia. C. de*
28 *Sacros. Eccles. & consil. 70.* Hoc enim procedit, quamquam solemnitates intervenerint; sed non debitâ formâ, & juris ordine non servato; quia idem est nullum esse, vel esse minùs solemne text. in *cap. Dilecta de Rescript.* text. in *cap. Exa-*
29 *minata de Confess. uti vel. invit.* Quia actus redditur nullus, quoties forma haud servatur Bald. in *l. final. C. de Edict. div. Adrian. Toll.* Afflict. *dec. 118.* Grammatic. *decis. 79. n. 9.* Medices *de Reg. jur.*
30 *Reg. 7. n. 2.* Extenditur ut expēsæ factæ in melioramentis compensentur cum fructibus, quando de his opponitur, licèt possessor esset in bona fide Tiraquell. in *l. Si unquam. C. de Revoc. donat. num. 288.* Negusant. *de Pign. part. 5. memb. 4. num. 12.* Capyc. *decis. 9.*

31 Habentes dominium utile, ut sunt emphyteuta, vel vassallus non tenentur expensas cum fructibus compensare Bald. in *l. Emptor.* Jaso in *l. 2. C. de Jur. emphyt. num. 32.* Boër. *decis. 44. num. 19.* Pinellus in *l. 2. part. 2. n. 62. C. de Rescind. vendit.* Brunneman. in *l. Sumptus 48. num. 5. ff. de Rei vindicat.* Covarruv. *lib. 1. Variar. cap. 8. num 4. in fine.* Crem. *singul. 106.* Roland. à Valle. *consil. 30. num 4. lib. 1.* Bersan. *de Compensat. cap. 2. quæst. 19. num. 34.* Ruin. *consil. 135. n. 11. vol 3.*

32 Expensæ factæ in litigando pro fideicommisso deducuntur, & minimè cum fructibus compensantur Bald. *consil: 271. vol. 1.* Ang. *consil. 245. col. 3.* Grat. *consil. 9. num. 17.* Barbat. *consil. 46. vol 4.* Oldrad. *consil. 27.* Soccin. *consil. 13. & consil. 15. num. 28.*

Si verò rem integram venditori em- 33
ptor restituat, aut consanguineo non solutis, vel non deductis expensis factis in eâ, potest eas condicere, & minimè ei opponitur compensatio: nisi fuerit in morâ constitutus text. in *l. Qui exceptionem. §. Si pars. ff. de Condict. indebit.* text. in *l. Quod dicitur. ff. de Impens. in reb. dotal. §. Si dos.* text. in *l. Si quis rem. ff. de Aquirend. possess.* text. in *l. Colonus. ff. de Rei vindicat.* text. in *l. Rebus. §. Possunt. ff. de Commod.* Compellitur enim restituens rem ad refectionem expensarum, in eo dumtaxat, quo res est meliorata Glos. in *l. In fundo. verbo. Plus. ff. de Rei vindicat.* Paul. de Castro. *consil. 270.*
vol. 1. Expensæ, quæ extrinsecùs fiunt 34
cū fructibus compensantur Bald. in *l. 1. C. de Fruct. & lit. expens.* Crem. *not. 133.*
Qui dum expenderunt erant domini, 35
non tenentur expensas cum fructibus compensare Glos. in *l. Emptor. ff. de Rei vindicat.* Afflict. *decis. 87.* Salycet. in *l. Dote. C. de Rei vindicat.* Alexand. *consil. 123. vol. 1. & consil. 153. vol. 2.* Id habet solùm locum in expensis ad perpetuam utilitatem factis: secus verò in expen-
sis, quæ gratiâ colligēdorum fructuum 36
fiunt: Nam istæ semper cum fructibus compensantur Bald. in *l. Fructus.* & in *l. Divortio. §. Impensa. ff. Solut. matrimon:* Idem *consil. 167. lib. 1.* Tiraquell. in *l. Si unquam. num. 290. C. de Revoc. dona-*
tionib. In pluribus casibus fit ipso jure 37
compensatio expensarum; videlicet quando Judex in judicio ambas partes absolvit, vel in expensis damnavit. Bald. in *Authentic. Generaliter. C. de Episcop. & Cleric.* Compensantur quoque 38
expensæ alimentorum cum operibus text. in *l. In rebus. §. Possunt. ff. Commod.* Et expensæ factæ fructuum gratiâ text. in *l. Fundus. §. 1. ff. Famil. erciscund.* Etiam expensæ factæ gratiâ eruditionis pueri text. in *l. Quod si. ff. de Rei vin-*
dicat. Et factæ in dote ipsam minuūt 39
ipso jure Aretin. in *§. In bonæ fidei. num. 9 Institut. de Act.* text. in *l. Quod dicitur. ff.*

de

de Impens.in reb.dotal.fact. text. in l.Unic. §.Taceat. C.de Rei uxor.act.Salyc.in l.Si constat 4. num.2.C.de Compensat. Niger.de Except.cap.13.§.50 num.53.Trentacinq. Variar.Resolut. lib.3. tit.de Compensat. Resolut.unic. num.24. versic.Octavo. vol.1. Bersan. de Compensat. cap.2: quæst.19.num.27. Quod etiam procedit
40 in expensis factis in putativam dotem. Nam istæ compensantur cum fructibus per virum perceptis Bart. in l.In insulam. §.Fructus.num.7.ff.Solut. matrim.
41 Compensantur quoque cum fructibus, quando sunt factæ Judicis authoritate in re alterius bonâ fide possessâ text.in l.Emptor, & l.Fructus.ff.de Rei vindicat.
42 Expensæ cum expensis compẽsantur, quoties quis obtinuit in prima, & succubuit in secunda instantia Asin.Prax. §.22.cap.5. num.1.Bersan. de Compensat. cap.2.quæst.19.n.55.Alex.consil.54.vol.5. Ratio verò est, quia victor, victusque uterque est Bart. Authent.Sed novo. C.de Judiciis. Bald.in l.Eos. §.Cautione. num. 5.C. de Episcop. & Cleric. Alex. consil.
43 212. num.5. vol.7. Et compensatio fit pro rata utriusque victoriæ Mynsinger. in §.In bonæ fidei. num.35. Instit.de Act. Imol.in l.Qui solidum. ff.de Legat.2.Lanfranc.tit.de Expens.num.12. Jaso in §.In §.In bonæ fidei.memb.5.Institut:de Action. Alex.in l.Qui Romæ§.Duos fratres. num. 25.ff.de Verbor.obligat. Bersan: de Compensat. cap.2.quæst.19.num.54. Hoc ve-
44 rò est intelligendum,quoties sententia revocatur ex novis deductis; secus si ex veteribus iisdem actis. Nam tunc tam ex prima, quàm ex secunda sententia victus vitori inexpensis est condemnãdus Bersan.de Compensat.cap.2 quæst.19. num.57. Barzia decis.118. in fine. decis. Cappell. Tholosan.223. Angel.in l.Generaliter. num. 7. C. de Rebus creditis.
45 Nec etiam compẽsantur expensæ litis, quando actor obtinuit in prima sententia diffinitiva; reus vero in interlocutoria sententia Angel.in l.Damni la segũda
46 n.2.ff.de Damn.inf.ct.Expensæ cum expẽsis compẽsãtur,quando utraque pars habuit justam causam litigandi,quia utrinque est par ratio compensationis Gaill. Observat.23.num.3.tit. de Pignor. Tapia. sing:399 n.1.Bersan.cap.2.quæst.19.n. 58. 47
Expensæ,quæ sunt factæ pro filio extra patrimonium patris, minimè ei in legitimam compẽsantur. Ripa.in l.In quartam n.134.ff.adLeg.falcid.Sed non habet locum,quando patris contemplatione aliquid acciperet Medic. de Compensat. quæst.10. num. 12. Quia dos patris con- 48
templatione data dicitur,quando datur à patruo, & potest in legitimam filiæ compensari.Alex.consil.179.vol.5.Si pa- 49
ter pro filio expendat ad beneficium prosequendum; hæ expensæ minimè ei compensandæ sunt in legitimam; quia filius beneficium possidet ad instar peculii Castrensis Mangil. de Imputat. quæst.28.num.15 Cum ibi citatis Ripa. in dicta l.In quartã n.166.ff.ad Leg.Falc. Nec etiam compensãtur filio in legiti- 50
mam expensæ factæ pro Doctoratus. Bald.in Auth.Ex testamento num.35.vers. Tertio de Expensis doctoratus quas filius habet præcipuas.l. Si filius §. Neratius ff. Famil.ercisc.Roland.consil. 21.num.6.vol. 2.Corras.in l:Filium quem habentem.num. 110.C.Famil ercisc. Specul.in §. Sequitur videre vers.Quid si unus.Mangil.de Imput. quæst.33.num.6.Rebuff.de Privileg.Scholar. Privileg. 55.num. 3. Valasc.de Partit. cap. 13. num 17. Perez.l.8 tit.2.lib.1. ordin.Diana.tractat:7. Resol.43.§.2. Flores de Mena ad Gamm.decis.140.Tusch. concl.639.litera E. Merlin:de Legitima lib.2.tit.2.quæst.22.num.1. Michalor. de Fratrib. cap. 31. num.5. part. 1. Pro 51
militia Hyerosolimitana, quod etiam procedit in nostra Militia Hispani- 52
ca Divi Jacobi, Calatravensi, Alcantarensi; & pro equo, & armis Merlin. de Legitima dicta quæst. 22. lib. 2. tit: 2. n.1.Micholar.dicto cap.31. n.8. Etfusius in cap. 27. Quæ arma filio tradidit pater text.in l.1 C.de Castrẽs pec. Vindicat 53
sibi locum in libris, cum hi Scholarium arma meritò vocentur text. in l. Advocati C.de Advoc.divers. judic. Glossa in l.Nepos ff.de Verb.sign.Michalor. de Fratrib.cap.31. num.6.part.1.Quia pater eos donasse censetur Glossa in l.Filiæ C. Famil.ercisc. Paterque studenti filio necessaria ministrare tenetur text.in l.Macedoniani C. ad Maced. Hic distinguen- 54
dum

dum est; aut libri empti à patre per filium traditi fuerunt; aut non donati, aut donati simpliciter, primo casu computantur in legitimam, præsertim si apparet, patrem noluisse donare, ut si in libro suarum rationū scripserit illos filio accomodasse. Paul. de Castro *consil.* 184. Hoc non procedit in libris modici valo-
55 ris Angel. in *l. Filiæ C. de Collat.* Si verò donavit subdistinguendum est; aut filius erat suus, vel emācipatus. Si suus, non valet donatio text. in *l.* 1. §. *Si pater filio ff. Pro donat.* text. in *l. Donationes, quas parentes C. de Don. int. vir, & uxor.* text. in *l. Donationes §. Si pater ff. de Donat.* text. in *l.* 2. *C. de Inofic. donationibus*. Bart. in *l. Fratres à fratre num.* 57. *& in eadem lege* Jaso. *num.* 44. Crot. *num.* 66. Cagnol. *n.* 308. Coras *n.* 43. Parif. *consil.* 16. *num.* 19. *lib.* 22. Clar. §. *Donatio quæst.* 8. Michalor. *de Fratrib. part.* 1. *cap.* 11. *num.* 1. Vivius *Comm. opin. verbo Donatio facta à patre.* Menoch. *de Præsumpt. lib.* 3. *præsumpt.* 29. *n.* 1. Gutierrez *de Juram. confirm. cap.* 4. Si emancipatus valet text.
56 in *l. Ut liberis C. de Collat.* Si filius erat in potestate, iterum subdistinguendum est: Aut filius erat Scholaris, aut Doctor, si Scholaris compensantur in legtimam, quia ut dixi, donatio inter patrem, & filium in sacris constitutum tenet text.
57 in *l. Si pater filio ff. Pro donat.* Si emancipatus eos habet præcipuos, quod locum habet in Clerico, Medic. *de Compensat. quæst.* 10. *num.* 16. *part.* 1. Ripa. in *l. In*
58 *quartam num.* 170. *ff. ad Leg. falc.* Expensæ factæ in exigenda dote à debitoribus non compensantur in dotem, quia ad eam pertinent Glos. in *l.* 1 *ff. de Impens. in Reb. dot.* Bald. in *l.* 3. *C. de Fals. caus. adject.* Doctores in *l.* 2. *C. de Action. & obligat.*
59 Bart. in *l.* 1. §. 1. *ff. de Impens. in Reb. dot.* At compensantur cum fructibus nominis qui si nulli sunt, per actionem negotiorum gestorum ab uxore repetuntur. Medic. *opuscul. de Compensat. quæst.* 10. *num.* 18. *part.* 1.

SUMMARIUM

1 *Status quæstionis exponitur.*
2 *Horreum dicitur ab borrendo.*
3 *Horreum, juxta aliquos, dicitur ab bordio.*
4 *Horrea frumentaria quare olim nuncupabantur.*
5 *Horreis quondàm veteres utebantur in domus cacuminibus collocatis.*
6 *Horrea constituebantur in fortioribus, ac principalioribus Provinciarum Civitatibus.*
7 *Annonariæ species in horreis servabantur.*
8 *Annona ex publicis horreis militibus erogabatur.*
9 *Annona ex publicis horreis ad Castra deferebatur.*
10 *Frumentum, quod in horreis servabatur, non solùm militibus, sed Populo tradebatur.*
11 *Horrea quare publica nuncupentur.*
12 *Horrea publica compensationem non admittunt,* & referuntur Doctores hanc opinionem consectantes.
13 Expenditur text. in l. In ea 3. C. de Compensat. & traditur intellectus ad illa verba *neque ex frumenti, vel olei publici pecunia.*
14 Perpenditur text. in l. Aufertur. §. Ut debitoribus. ff. de Jur. fisc.
15 *Tributum, juxta* Varronem, *dicitur à Tribubus.*
16 *Tributum, secundùm* Fæstum, *dicitur à tribuendo.*
17 *Tributum dicitur à contributione.*
18 *Tributum, juxta aliquos, appellatur à tribus gentibus, ex quibus Populus Romanus componebatur.*
19 *Tributum, juxta* Lucam de Penna, *unde dicatur.*
20 *Tributum quid sit.*
21 *Tributum quotuplex sit.*
22 *Salus Reipublicæ tributis nititur, & absque diminutione solvi debent, cujus contrarium æquius videtur.*
23 *Tributa jure divino solvebantur.*
24 *Tributum imponere possunt Principes superiorem non recognoscentes.*
25 *Tributa maxima lenitate, ac suavitate exigi debent.*

26 *Tributum ad hoc, ut justum dicatur, quinque conditiones requiruntur, quæ omnes referuntur.*
27 *Tributum quinque modis iniquum fieri potest.*
28 Doctores, qui tractant de tributis.
29 *Tributum compensari non potest.*
30 *Tributum tam reale, quàm personale compensationem excludit.*
31 *Fisco opponi potest compensatio in omnibus casibus, dummodò tributum non exigat: nam tūc compensatio refellitur.*
32 *Reipublicæ compensatio optimè opponi potest, dummodò tributa non petat, quia tunc adversùs eam compensatio locum non habet.*
33 *Tributum compensationem admittit, quando debitor est pauper, & onere filiorum gravatus.*
34 *Pauper, si juraverit solvere, non obstante juramento, compensare poterit.*
35 *Vectigalis nomine quid contineatur?*
36 *Vectigal dicitur quædam præstatio, quæ fit à transeuntibus pro rebus, quæ vebuntur, vel portantur in Civitatem.*
37 *Vectigal dicitur nomen generale, & complectitur id, quod fisco pro aliqua re præstatur.*
38 *Vectigalia publica quæ dicantur.*
39 *Vectigalium genera quot sint.*
40 *Vectigalium origo unde proficiscatur.*
41 Doctores tractantes de vectigalibus referuntur.
42 *Vectigal compensationem non admittit.*
43 *Alexander Imperator compensationem denegavit, quoties ex causa vectigalium opponebatur.*
44 Perpenditur textus in l. In ea 3. C. de Compensat.
45 *Vectigal non solùm de jure communi compensari non potest; sed quoque in eis denegatur compensatio de jure nostro Hispano per dispositionem* l. 26. tit. 14. partid. 5.
46 *Collecta quid sit.*
47 *Collecta dicitur à colligendo.*
48 *Collecta quare sic nuncupetur.*
49 *Collecta nonnunquam appellatur onus ordinarium, & quandoquidem extraordinarium.*
50 *Collecta in Regno Siciliæ originem habuit tempore Friderici Imperatoris.*
51 *Collecta compensationem refellit.*
52 *Collecta quamvis expressè cautum non sit, ut compensari non possit de jure communi: attamen de jure nostro Hispano minimè compensatio adversùs eam potest admitti.*
53 Refertur, ac exponitur l. 26. tit. 14. partid. 5.
54 Pecho *verbum Hispanum continet collectas, ac omnes alias exactiones, quæ Regia Subditis solvuntur.*
55 Refertur text. in §. Si verò. Novella de collatoribus.
56 Intellectus ad text. in dicto §. Si verò.
57 *Collectæ compensari non possunt, etiam si non Principi, sed Universitati debeantur.*
58 *Collectæ quando debentur Baronibus compensari possunt.*

ARGUMENTUM

Utrùm in Horreis publicis, Tributis, Vectigalibus, & Collectis recipiatur compensatio.

QUÆSTIO VIII.

SI horreorum nominis proprietatem obtueamur, subobscura forsan intuenti quæstio apparebit; At quia non nominis, sed rei significatui opus est adhærere: idcirco dubietas posita neutiquam demiranda; cum quærere an in publicis horreis locum sibi arroget compensatio? idem sit ac petere, utrùm adversùs res, quæ ad alimoniam nostram spectant, compensatio admittatur? Sciscitatur speciatim de publicis horreis; quoniam rerum edulium species horreis quidèm servantur. Sed ut quæstionis ausam alliciam, salebrosæque juris dimicationi blandiar, & à Jurisconsultorum rixis paulisper vacem, flosculis eruditionis juris asperitas 1

tas permulceda est, quod namque fieri facilè potest, si ad memoriam revoce-
2 mus, horreum, juxta etymologiam Varronis *lib.4. de Ling.latin.* Dictum esse ab horrendo Sabin. *lib.1. Georgicon.* Calepin. *verbo. Horreum*. Et Pancirol. *Thesaur.variar.lect.lib.1.cap.51.in fine*, ait Horrea dicta esse, eò quia in illis fructus côderētur. Et fortassis, quia horrea erant subterranea, horrorisque plena Jul.Paul. in *l.Dolia 76.ff.de Contrab. emption.* Plin. *lib.18.cap.38.* Cassiodor. *lib. 12 Variar epistol.12.* Columell.*lib.1.cap. 6.* Varro. *lib.1.de Re rustic.* Nam Afri ob hostium timorem, frumentum in subterraneis locis reponebant, ut refert Aull.Hirtius.*de Bell.African.*
3 Ab hordeo horreū dictum putat ipse Varro *lib.3.de Lingu. latin.* Eò quia hordeum, & frumenta in eo servari solent, quam etymologiā amplectūtur Schrader.*Lexic.jur verbo.Horreum.*&Calepin. ibi. Sicut Festus farreum affarre denominat; sed prima etymologia nominis horrei mihi convenientior videtur.
4 Olim enim non solùm deponebatur in horreis, hordeum, frumentum, vinum, & oleum, sed etiam aliæ res, quantumvis pretiosæ; quapropter vinaria, olearia, frumentariaque horrea appellabantur text.in *l.Si verò 5.§.Horrearius.ff.de His, qui dejecer.* text.in *l.1. ff.de Locat.* text. in *l.Si pignus. 9. C.de Pignor.act.* text.in *l.Dominus 55.& l.56. & 60.§.Locator. ff.de Locat.* text. in *l.2. C.de Pericul. & commod.* text. in *l.Celsus. ff.ad Exhib.* text.in *l.Vulgatis 21.§.Certè 6.ff.de Furt.* text.in *l.3. §.Fracturæ. ff.de Offic.Præfect.Vigil.* text.in *l.Titius 60.ff. de Aquir.rer.domin.* text. in *l. Clavibus 74.ff.de Contrab.empt.* text.in *l.3.§.Final. ff.de Pæn.legat.* text.in *l.Tabernam 7. ff. de Fund.instruct.* text.in *l.Periculis 32.§. Idem 4.ff.de Aur.& argent. legat.* Et testantur Brisson.*lib.4. Antiquitat.cap.18.* Osuald.ad Donell.*Comm.jur.civi l.lib.8. cap.19.lit.C.* Savar.ad Sidonium *lib.1. epistol.6.* Demster.ad Rosin. *lib.7. Antiquit.cap.38.* Lamprid.in *Alexandro.* Salmas. ad Lamprid. *num.22.* Turet. ad Simmach. *lib.3. epistol.5.* Amaya. *lib.1. Observat.cap.16.num.26.* Pichard. *de Acquir. hæredit. cap.18.num.47.* Pancirol. *lib.1.Variar. cap.51.* Gothofred. in dicta *l.Tabernam. ff. de Fund. instruct.* SteweK. ad Veget.*lib.3.de Re milit.cap. 3. versic. Sed fidelis horreorum custodia.* Bulanger. *de Imper. Roman. lib.6. cap.5.* Gothofred. in *l Quæsitum 12. §.Item respondit 40.ff.de Fund.instruct.* Quò respexit Virgil.in *Georg.lib.1.*

Illius immensæ ruperunt horrea messes.

Et Cicero. contra Rullum Capuam Cellam, atque horreum agri Campani esse voluit. Suetonius in *Caligula cap. 26.* Horreis præclusis famem populo inducere ait, & Tibull. *lib.4.Eleg 1.*

Horrea fœcundis in deficientia mensis.

Et *lib.2.Eleg.5.*

At laurus bona signa dedit: gaudere Coloni,
Distendent spicis horrea plena Ceres.

5 Utebantur etiam antiquitùs horreis pēsiliis, in domus cacuminibus collocatis Varro *lib.6.cap 9.* Et ex tabulis conficiebantur, quorum stipites defodiebantur in terram. text. in *l. Granaria 18. ff. de Act. empt.* text. in *l.Titius. ff. de Acquir. rer. dom.* Et ab Ulpiano ædes ligneæ vocantur in *l.1.§.Planè 8.ff. de Vi, & vi armat.*

6 Constituebantur horrea in fortioribus, ac principalioribus Provinciarum Civitatibus Marcell. *de Paleis Isauriæ* Demster. ad Rosin.*lib.7.cap.38.* Procop. *lib.2.de Bell.Persic.* Salmas. ad Spartian. & Bulanger.*de Imper.Roman.lib.6.cap.5.*
7 In hujusmodi horreis annonariæ servabantur species, videlicet frumentum, oleum, vinum; acetum, lardum, fænum, palea, & similes, quæ militibus erogabantur *l.1.& Tot.tit.de Erogat.milit.ann.C. Theodos.* Qua de causa horrea in limitaneis Civitatibus constituta reperiebantur, ut advertit Cujac.in *l.4.C. de Erog.milit.ann.*
8 Militibus enim depromebatur annona ex publicis horreis, &
9 ex illis species deferebantur ad Castra *l.4.C.de Erogat.milit.ann.* & allusit Claudian.*de Laudib.Serenæ.*

Phariæ segetes, & Punica messis
Castrorum devota cibo.

Cassiod.*lib.3.epist.41.* ibi: *Tritici etiam speciem, quam ad exercituales expensas nostra providentia de Italia destinavit* ad

ad Castella supra Druentiam constituta de Massiliensibus horreis. Ex publicis enim horreis limitaneis militibus depromebatur alimonia Capitolin. in *Gordian. cap.*3.Cujus viri tanta in Republica dispositio fuit,ut nulla esset unquam Civitas limitanca potior, quæ non posset exercitum Populi Romani, ac principem ferre, quæ totius anni in aceto,frumẽto, & lardo, atque hordeo, & paleis condita non haberet Auson.in *Edil.*10.*verf.*455.

Mœniaque antiquis te prospectantia muris
Addam, præsidiis dubiarum condita rerum
Sedmodo securis, non castra, sed horrea Belgis.

10 Frumentum, quod servabatur in horreis, non solùm militibus tribuebatur, sed etiam ad Populum extendebatur Sueton.in*Cæsar.cap.*41.Recensum Populi, nec more, nec loco solito; sed vicatim per dominos insularum egit, atque ex viginti,trecentisque millibus accipientium frumentum è publico, ad centum quinquaginta retraxit.Symmach.*lib.*3.*epistol.*55.Hinc libens video, quid frugis æternæ urbi in dies accedat, quid Romanis horreis Macedonicus adjiciat commeatus Sueton. in *Aug. cap.*40. Populi recensum vicatim egit, ac nè plebs frumentationum causa frequentiùs à negotiis avocaretur,in annum quaternum mẽsiũ tesseras dare destinavit, sed desideranti consuetudinem veterem congessit rursus, ut sui cujusque mensis acciperet,Claudian.de *Bell.Gildonic.verf.*52.

Tot mihi pro meritis Lybiam, Nilumque dedere
Ut dominum plebem, bellatoremque Senatum
Classibus æstivis alerent, geminoque vicissim
Littore diversi complerent horrea vẽti.

Hujusmodi horreis præficiebatur comes horreorum dictus, qui curabat panem militibus dandum confici, & nè frumenta corrumperentur. text. in *l.*1.*C.de Pistorib.lib.* 11. & tradit Panciról. in *Thesaur.Variar.lect.lib.*1.*cap.* 51.

11 Quamobrem rectè horrea publica sunt appellata, ut dignoscitur ex Rubric.*C.de Condit.in horreis public. lib.* 10. text.in *l. Navarchorum* 6.*C. de Navicular.*text.in *l.Fortissimi* 6.*C.de Erogat.militar.anno.*text. in *l.* 1.*C.de Frument. Urbis constantin.*text.in *l.*2.*C.de Annon.civil.* text. in *l.Pignus* 9. *C.de Pignorat. Act.* text.in *l.Final. C.de Offic.Rect.provinc.*

His namque præiactis assero breviter 12
adversùs horrea publica haudquaquam compensationem recipi posse, idest contra res,quæ in publicis horreis ad civium alimentum servantur. Nam cum horrea publica sint alimentum civium, nequit locum adipisci compensatio; sicut non assequitur in alimentis, ut consectantur, ac amplectuntur Cujac. *Novell.*88.*de Deposit.& denunc. fol. mihi.* 535.Gregor. *Syntagmat.jur. part.* 3. *lib.* 21. *cap.* 22. *n.* 6.Donell. *Comm.jur. civil. lib.*16.*cap.*15.*col.*4 & in *l.In ea num.* 9.*C. deCompensat.*Bald.in §.*In bonæ fidei.verf. Sola depositi actione .de Act.* Baduar. in *Templ.moral.confessor. verbo compensatio quæst.*2. Pontan. *de Aliment. quæst.* 19. *num.*2.Castropal.*Oper.moràl.tractat.*32. *disputat.*1.*punct.*16. §. 2. *num.* 12. *in fine* Colerius *tractat.de Aliment.lib.*2. *cap.* 7. *num.*38. Faber. *Codic.lib.*4. *tit.* 3. *definit.* 7.Lanfranc.Zacch. *de Salar. q.* 104 *n.*1. Hothoman.*Epitom.lib.*16.*tit.*2.*n.*6.Hahus.ad Wessembec.*lib.*16.*Digest.tit.*2.*num.* 10.Guzman. *Verit. jur. verit.* 6. *num.* 5. Cujac.*ad tit.C.de Compensat.litera A.B.* Bersan.*de Compensat.cap.*2.*quæst.*2.*num.* 13. Cujac. in *Append.Recitat.solemn.ad lib.*4.*C.tit.*31.*in fin.*Hothoman.in *l.*3. *C. de Compensat.*Hujusmodi namque sen- 13
tentiæ summoperè adfavet Alexander Severus præstituens in *l.*3.*C. de Compensat.*Quemlibet Reipublicæ compensationem posse objectare ex quacumque causa;& paulò inferius subdit dummodò non sit debitor. *Neque ex frumenti, vel olei publici pecunia.* Nec refert si specialiter neutiquam horrea memorenter. Quippe cum ibi compensatio respuatur in frumento, ac oleo publico, idem est, ac si adversùs horrea quidèm pellatur, cum horreis tantùm servetur, frumentum, oleum, & cætera, quæ ad alimoniam nostram spectant. Quo

in

in sensu Alexander in eadem lege conclusioni porrò aspirat; dū diffitetur compensationem in causis alimentorum. ibi: *Ne vel alimentorum.* Quod nil aliud est, quàm in iis rebus, quæ in horreis servari adsolent, compensationem abnegare.

14 Gliscit quoque, ac turgescit ratio sententiæ ex quadam Doctrina Jurisconsulti Hermoginiani in *l. Aufertur. §. Ut debitoribus. ff. de Jur. fisc.* Ubi postquam in tributis, ac stipendiis compēsationem vetuit connecti, nec compensari posse, quod ex causa annonaria debetur ibi: *Et quod ex causa annonaria debetur.* Ex quibus locis palam extruditur, compensationē adversùs species annonarias, quæ in horreis publicis servantur ad alimentum nostrum, admitti
15 non posse. Tributum enim Varro *lib.* 4. *de Ling. latin.* à Tribubus dictum ostendit, eò quia ea pecunia, quæ Populo imperata erat tributim à singulis pro
16 census portione solvebatur. Festus autem *lib.* 17. à tribuēdo derivare videtur, Tributum inquit dictum est, quia ex privato in publicum tribuitur. Et patet ex Cicer. *lib.* 2. *Offic. Dauda etiam sit opera, ne quod apud majores nostros sæpè fiebeat; propter ærarii tenuitatem, assiduitatemque bellorum tributum sit conferendum.* Et enitet ex Ovid *de Nuce.*

Felix secreto, quæ nata est arbor in agro
Et soli domino ferre tributa potest.

Stat. *lib.* 4. *Sylv.* r.

Restat Bactra novis, restat Babylona tributis frænari.

17 Sed veriùs est, quod tributum à contributione dicatur text. in *l. Ager est. locus* 27. *ff. de Verb. sign.* Varr. *lib.* 4. *de Ling. latin.* Festus. *lib.* 17. Lucas de Penna. in *Rub. C. de Annon. & tribut. lib.* 10. Gutierrez. *de Gabell. quæst.* 1. *num.* 4.

18 Nonnulli volunt, quod dicatur à Tribus gentibus, ex quibus Populus Romanus componebatur, ut ex Tito Livio Langius *Polyanth. Verbo Tributum.* Videlicet ex Romulo, & sequacibus ejus ex Thuscis, & ex Sabinis, quando post raptum Sabinarum, & bella ob id per Tatium Sabinorum Regem Romulo mota, eidemque Romulo per Lucomonem principem Tuschiæ, quæ sub duodecim regebatur Luthonibus, quorum unus cæteris præeminebat, auxilium præstitum, pace & compositione inter Romulum, & Tatium raptarum adinventione Romæ sequutâ, dicti habitarunt, deinceps Populi, & quia singuli, singulis ipsarum trium gentium jura reddebant, & ii Tribuni appellabantur.

Lucas de Penna in *Rub. C. de Annon. & tribut. lib.* 10. Tenet, quod dicatur eò 19
quia antea per singulas tribus exigebatur, sicut nunc per singula territoria. Est enim Tributum, quod Principi tribuitur pro generali regimine Langius *Polyanth: Verbo. Tributum.* Sed tributum strictè sumptum est, quod 20
in re propter rem præstatur Bald. in *l. Final. num.* 4. *C. Sin. cens. vel reliqui fund. compar. non poss.* Felin in *cap. Audientiam. de Præscript. num.* 28. Glossa in *Rub. C. de Annon. & tribut. lib.* 10. tenet, quod Tributum est, quod in auro, & argento solvitur, vel est onus certum annuum, & ordinarium concernens, & efficiens rem ipsam. text. in *l. Forma censuali* 4 *vers. Agri enim tributum. ff. de Censib.*

Tributum duplex est, aliud est ca- 21
pitis, seu personale text. in *l. Ætatem in censendo* 3. text. in *l. Final. ff. de Censib.* Aliud est reale, seu agrorum. text. in *l.* 1 *C. de Annon. & tribut. lib.* 10. Tributum capitis pro mare fuit integer aureus, pro fœmina verò medius. text. in *l. Final. ff. de Censib.* text. in *l. Ultim. C. de Annon. & tribut. lib.* 10. Quod modificavêre Imperatores Valens, & Valentinus in *l. Cum antea. C. de Agricol. & constit. lib.* 11. Sancientes tres viros præstaturos esse, quod olim unus præstabat; quatuor mulieres, quod olim duæ. Pro Tributo reali præstant quantitatem frumenti, quæ dicitur, quinquagessima hordei, quadragessima vini, & lardi. Vigessima in partibus non remotis. text. in *l. Modios æneos* 9. *C. de Suscept. præpos. & Arcar lib.* 10. Pro singulis libris argentei, quinque præstātur solidi. text. in *l. Unic. C. de Argent.* Quod ad thesaurū deferebatur dicebatur Tributum capitis juxta Dionys. Halycarn. in *Vita Reg. Servii Tullii.* Eò quia in capita conferri solitum fuit,

Ideo-

Ideoque quando Rex pecuniâ indigebat æquo onere pauperes,& divites præmebeantur.

22 Debent autem ſolvi tributa abſque diminutione, cum eis profectò Reipublicæ ſalus nitatur,prout dixit Cornel. Tacit. *lib.*13. *Annal.* ibi: *Diſſolutionem Imperii doce , ſi fructus , quibus Reſpublica ſuſtinetur , diminuantur* . Caſſiod. *lib.*9.*epiſtol.* 9. Dixit , quod diſciplina imperandi eſt amare, quoniam Reipublica nimium ſoliditatis accipit ſi tributariorum facultas illæſa conſtiterit. Idcirco Tributa ſine aliqua diminutione profectò ſolvẽda sũt. text. in *l.Nemo carcerẽ* 2.*C:de Exactor.tribut.lib.*10. *& l. Præcepit noſtra ſerenitas* 3.*C.de Canon.largitional.lib.*10.Sed mihi cõtrariũ verius videtur . Nam Regni formandi optimum eſt auſpicium Tributorum laxamentum.Unde poſt Pauli Æmilii triũphum, quem de tota Macedonia , & Perſia egit, illuſtriorem reddidit Populum Romanum,Tributorum immunitas, uſque ad Hirtii , & Panſæ Conſulatum centum, & viginti , & quinque annorum intervallo , cujus rei meminerunt Cicer.*lib.*12.*Offic.* Plutarch. in *Paul.Æmil.* Plin.*lib.* 33.*cap.* 3. Valer. Maxim.*lib.*4.*cap.*2.

23 Lege quoque Divinâ Tributa vigebant Deuteron.*cap.*26.ibi:*Si quando acceſſeris ad expugnandam Civitatem offers ei primùm pacem , ſi receperit , aperuerit tibi portas cunctus Populus , qui in ea eſt ſalvabitur , & ſerviet tibi ſub tributo* . Hinc eſt quod ut habetur *lib.*2.*Reg.cap.*8. David ſervans præceptum domini poſtquam Mohabitas devicit, illos ſub Tributo ſervavit, & ut dicit David de Syria viginti milia virorum poſuit præſidia Damaſci , & facta eſt Syria Davidi ſerviens ſub Tributo Et *lib.*2.*Reg.cap.*20.*& lib.*3.*Reg.cap.*4. David poſuit ſub Tributo Adomiram. Et *lib.*3.*cap.*11.Salomon , Jeroboam fecit Tributarium ſuum.Et *lib.*3.*Reg.cap.*18: Salmanaſan Aſyriorum Rex, Oſeam Regem Iſraël tributum ſibi ſolvere recuſantem,magno exercitu invaſit, captivumque cum ſuis aſportavit . Et non aliter Romani obſervavêre teſte Paulo Oroſ.*lib.*5.*in princip.*ibi: *Bella majores noſtri geſſerunt: bello fatigati pacem petentes Tributum obtulerunt . Tributum pacis eſt , nos Tributum pendimus ne bella patiamur , ac per hæc in portum , ad quem illi tandem pro evadendis malorum tempeſtatibus confugerunt, nos conſiſtimus.*

Tributorum impoſitio dumtaxat 24
competit principi ſuperiorem non recognoſcentem Bald.in *l.Placet num.*10. *verſ.tu dic, quod ſi tributum.C. de Sacroſant.Eccleſ.*Graſſ.*de Effectib.clericat.effect.*3.*num* 170.Anſald.*de Juriſdict.part.* 5.*tit.*2.*cap.unic.num.*27. Et etiam ex jure Divino principibus competit poteſtas imponendi tributa *lib.*1.*Reg. cap.* 8. Div.Matthæus *cap.*22.Div.Luc.*cap.* 12. Div.Marc.*cap.*11.Div.Paul. ad Romanos *cap.*13.ibi:*Reddite omnibus debita cui Tributum, tributum , cui vectigal , vectigal.*Sotus.*de Juſtit.& jur.lib.*3.*quæſt.*6.*art.* 7.Divius Antonin.in *Summ.part.*2.*tit.* 1. *cap.*13.*§.*9.Otalora *de Nobilitat. part.* 1. *cap.*3.*num.*1.Navarr.in *Manual. cap.* 17. *num.*202.Lyra *Super lib.* 3.*Reg.cap.*8.Larrea *allegat.*59.*num.*4. Leſſius *de Juſtit. & jur.lib.*2.*cap.*33.*dub.*2.*num.*13. Caſtrus *de Lege penal.cap.*10. Laſarte. *de Gabell. in præf.num.*2.*&* 30.Menchach. *lib.* 1. *Controv.illuſtr.cap.*41.*n.*29.Sylveſter. *Summ. verbo Gabbella.*3.*quæſt.*5.Bobadill. *lib.*5. *Politic.cap.*1.*num.* 5.Avendañus.*de Exeq. cap.*14.Ricc.*part.*4.*collect.*900.*& part.*5. 1878.Farinac.*de Furt:quæſt.*173.*num.*66. Marquez.*lib.* 1. *de. Gubern. cap.* 16. Sanchez.*Conſil.moral.lib.*2.*cap.*4.*dub.* 1. Molina *de Juſtit. & jur. tractat.* 2. *diſputat.* 666. Parlador. *lib.* 1. *Rer. quotid. cap.* 3. *num.* 2. Flores de Mena *lib.* 2. *Variar. quæſt.*21.*§.*1.Eſcalon.*lib.*1.*Gazoph. cap.* 40.Cyriac.*contr.*154.Solorzan.*lib*: 6.*Polit.cap.*8.*& lib.*2.*cap.*15.Balmaſed.*de Collect.q.* 2. Antunez. *de Donat.lib.*1.*part.* 3.*cap.*1.Et an noſtri Reges Hiſpaniæ Tributum imponere poſſint abſque Regni cõſenſu? vide Amayam in *l.*3.*num.* 38.*C.de Annon. & trib. lib.* 10. Bobadill. *lib.*5.*politic.cap.*5.*num.*3.Antunez.*de Donat.lib.*1.*part.*2.*cap.*24.Marquez.*lib.*1. *de Gubern.cap.*15.*&* 29. Balmaſed. *de Collect quæſt.*3.Valenzuel.*conſil.*99.Arauxũ *de Statut.civil.diſputat.*12.*difficult.*2. Caſtill.

still. *de Tertiis cap.* 9. & 41. *n.* 78. Escalon. *lib.* 1. *Gazoph. cap.* 40.

25 Omittendum non est hoc, quod cum tributa, persæpè sint odiosa, ut patet ex Pausan. in Bætic. Tucidid. *lib.* 1. Nicephor. *lib.* 12. *cap.* 43. Jovio. in *Adrian.* 6. Demosthen. in *Orat.* contra Timocrat. Volaterran. *lib.* 3. *Geograph.* Greg. Turon *de Gest. Franc. lib.* 4. *cap.* 2. Baron. *lib.* 7. Unde maximâ suavitate, ac amore exigenda tributa, ut qui solvendo non essent, ad solutionem tributariæ functionis suspendiis adigerentur Sidon. *carm.* 13

Nam nunc mensa loquax tacet tributo,
Quæ pro Virgilio Terentioque
Sextantes edis unciasque fisci,
Marsicæque timet manum, ac rudentem.
Qui Phæbi ex odio vetustiore,
Nunc suspedia vatibus minatur.

Si verò urgentibus necessitatibus tributa imponantur, expedit, ut Populorū retineatur amor, & quod imponit belli calamitas, pacis lenitas mitiget text. in *l. Unic. C. de Caduc. tollend.* Nam cessante causa debent effectus cessare. text. in *l. Cum cessus. C. de Appellat.* Vide Populationes, cladesque illatas Sardiniis, quibus Tiberius miserationis causâ motus, quantum Ærario, & Fisco pendebant in quinquennium remissit. Cornel. Tac. *lib.* 2. *Annal.* Id ipsum ex eadē causa fecit Theodoricus Rex Gothorum cum apuliis. Cassiod. *lib.* 1. *Epist.* 16. & cum Galliis Arelatonensib. *lib.* 3. *Epist.* 32. Capitolin. in Marc. Anton. Philosoph. *cap.* 23. ibi: ***Oppidis labentibus auxilium fers, & Tributa, vel vectigalia, ubi necessitas cogebat remittis.*** Paul. Diacon. *lib.* 10. *Histor. miscell. cap.* 1. Quod concessum fuit non solum locis eversis, ac destructis, sed etiam obsessis, aut irruptis, cujus rei exemplum est apud Cicer. *pro leg. Man.* ibi: ***Cum hostium copiæ non longius absint, etiam si irruptio nulla facta sit, tamen pecora relinquuntur, agricultura deseruntur, mercatorum navigatio cōquiescit, ita neque ex Portu, neque ex Decumis, neque ex scriptura vectigal conservari potest.***

26 Ad hoc ut Tributum sit justum quinque conditiones requirit Cajetan. in *Summa Verbo Vectigalia iniqua.* Nempè ut sit justum ex agente, ex fine, ex forma, ex materia, & ex usu.

Ex agente dicitur justum, quoties imponitur ab eo, qui habet legitimam authoritatem, & consequenter imponitur illis, qui non sunt exempti. Ex fine quando adest justa causa imponendi: hæc duplex est. Prima, dignitatis Principis sustentatio; cum enim Princeps pro Republica laboret eam regendo, in pace conservando, & defendendo; justitia postulat, ut Respublica eum in dignitate sustentet: Nam altari qui servit, de altare vivere debet Paul. *ad Corinth.* 1. *cap.* 9. *cap. Cum secundum de Præbend. & dign. cap. Ex his* 12. *quæst.* 1. Secunda necessitas, vel boni publici maxima utilitas, cui alio modo subveniri nequit, ut pro defensione patriæ, pro securitate vitarum, &c. Ex forma, quando imponitur debitâ proportione, idest pro facultatum cujusque ratione, nè pauperes præ divitibus graventur; iniquum enim esset si pauperiores ampliùs ad Principis statum, vel communia impendia conferre cogantur, quàm ditiores. Ex materia quando imponitur illis rebus, quæ negotiationis causâ deferuntur, & non illis, quæ ad usus necessarios, & ad inopiæ solatium emuntur, & venduntur, ut sunt panes, potus, caro, & similia. Ex usu quādo cōsumuntur in publicam causam, ob quam sunt impositæ, & ultra necessitatem minimè prorogantur Salas *de Legib.* 14. *disp.* 15. *sect.* 10. Adam Contren. *lib.* 8. *Politic. cap.* 7. §. 18. Cabreros *de Metu lib.* 2. *cap.* 23. *num.* 42. Lessius *de Justit. & jur. lib.* 2. *cap.* 33. *dub.* 1. & 6. Torres. *de Justit. disputat.* 44. *dub.* 2.

Unde etiam iisdem quinque modis 27
fieri potest, ut tributum sit iniquum. Primò ex authore, ut si careat Principis authoritate, aut exemptis imponat. Secundò ex fine, ut si non imponatur ob publicam necessitatem, aut maximam necessitatem. Tertiò ex forma, ut si subditi onerentur absque proportione debita. Quartò ex materia, ut si imponatur rebus omninò ad vitam necessariis. Quintò ex usu, ut si non impen-

da-

datur ad publicam utilitatem.

28 Quoad reliquum verò de tributis, eorumque speciebus vide Cassiodor. *lib.* 1. *Variar. formul.* 14. Balmased. *de Collect. quæst.* 1. Pancirol. *lib.* 3. *Variar. cap.* 31. Capon. *disceptat.* 313. Franch. *decis.* 56. Antunez. *de Donat. lib.* 1. *part.* 3. *cap.* 1. Vigel. *lib.* 3. *jur. civil. cap.* 13. §. 1. Escalon, *lib.* 2. *Gazoph. part.* 2. *cap.* 38. Molinam. *de Justit. & jur. tractat.* 2. *disput.* 661. Ricc. *part.* 5. *collect.* 1950. Flores de Mena *lib.* 2. *Variar. cap.* 21. Salgad. *de Regia protect. part.* 2. *cap.* 2. *num.* 65. Solorzan: *de Jur. Indiar. tom.* 2. *lib.* 1. *cap.* 28. *lib.* 5. *cap. unico. & lib.* 2. *polit. cap.* 19. *lib.* 6. *per tot.* Et fusiùs agit eruditus Ageta in *Annotat. ad* Moles *de Reg. fisc.*

29 Tributorum tractatione hujusmodi factâ, ad disputationis scopum, calamū flectere legētē equidèm præstolari non ambigo, voto cujus, ut parcam, firmiter obfirmandū existimo, nequaquam adversùs petentes tributa compēsationē objici posse, & hujuscemodi porrò opinionem consectantur, ac insequuntur Balduin. in *§. In bonæ fidei. versic. Sola depositi actione de Act.* Paris. de Puteo *de Reintegrat. feudor. fol.* 51. *num.* 3. Baduar. *Templ. moral. cōfessor. verbo Compensatio quæst.* 2. Lucas de Penna in *Rub. num.* 3. *C. de Annon. & trib. lib.* 10. Niger. *de Except. cap.* 13. §. 1. *num.* 22. Robert. *lib.* 3. *Sentent. cap.* 26. Arnold. Vinn. in *§. Compensationes. Institut. de Act.* Peregrin. *de Jur. fisc. lib.* 6. *tit.* 7. *num.* 15. *vers. cessat.* Mēdez. de Castro. *de Annon. civil. in princip. num.* 17. Fontanell. *decis.* 466. *num.* 16. Solorzan. *de Jur. indiar. tom.* 2. *lib.* 1. *cap.* 20. *num.* 70. Donell. in dicta *l.* 3. *num.* 10. *C. de Compensat.* Bart. in dicta *l. Aufertur. §. Qui compensationem. ff. de Jur. fisc.* Afflict. *decis.* 192. Hahnius ad Wessembec. *lib.* 16. *Digest. tit.* 2. *num.* 10. Guzman. *Verit. jur.* 16. *num.* 11. Castropal. *Oper. moral. tractat.* 14. *disputat.* 2. *punct.* 11. *num.* 6. *in fine.* Molina *de Justit. & jur. tractat.* 2. *disputat.* 560. *num.* 21. Cujac. *lib.* 2. *Observ. cap.* 13. Manfrell. ad Capyc. Latr. *observat.* 124. *num.* 22. Cujac. in *Rub. C. de Compensat. litera A.* Brunneman. in *l. Final. C. de Compensat.* Bersan. *de Compensat. cap.* 2. *quæst.* 2. *num.* 13. Gregor. *Syntagmat. jur. lib.* 2. *cap.* 24. *num.* 5. Cujac. in *Appendic. Recitat. solemn. ad lib.* 4. *C. tit.* 31. *in fine.* Hothoman. in *l.* 3. *C. de Compensat.* Zas. in *§. In bonæ fidei: num.* 28. *de Act.* Medic. *de Compensat. quæst.* 38. *num.* 3. *part.* 1. Alciat. *consil.* 10. & 57. *lib.* 6. Barbosa. in *l.* 3. *num.* 1. *C. de Compensat.* Alfarus *de Offic. fiscal. gloss.* 16. *privileg.* 34. & *glossa.* 18. *privileg.* 6. Tynd. *de Compensat. artic.* 5. *num.* 33. Alex. *consil.* 61. *lib.* 3. Abb. in *cap. Tua num.* 10. *de Decim.* Tiraquell. *de Retract. lignag.* §. 3. *gloss.* 3. *num.* 11. Borcholt. *de Compensat. cap.* 5. Zanger. *de Except. part.* 3. *cap.* 8. *num.* 27. Marinis *Observat. ad* Reverter. 443. *num.* 2. Gregor. *Syntagmat. jur. univers. part.* 3. *lib.* 21. *cap.* 22. *num.* 6. Donell. *Comm. Jur. civil. lib.* 16. *cap.* 15. *fol. mihi* 694. *num.* 40. Vivius. *Comm. opin. lib.* 4. *opin.* 21. *in fine.* Moneta *de Decim. cap.* 9. *num.* 137. Bersan *de Compensat. cap.* 2. *quæst.* 10. *num.* 16. Trentacinque *Variar. Resolut. tit. de Compensat. n.* 11. *lib.* 3. *vol.* 1. Hothoman. *Epitom. lib.* 16. *tit.* 2. *n.*
6. Hæc autem conclusio quoque proce- 30
dit tam in tributis realibus, quàm in personalibus, in quibus omnibus excluditur cōpēsatio text. in *l. Ætatem.* 3. *ff. de Censib.* text. in *l. Julianus* 3. *§. Julianus.* 6. *ff. de Act. empt.* text. in *l. Inter debitorem.* 42. *ff. de Pact.* text. in *l. Generali* 32. *in fin. ff. de Usufruct. legat.* Azo *Sūma C. de compensat. n.* 10. Zangerius *de Except. part.* 3. *cap.* 8. *num.* 27. Bersan. *de Compensat. cap.* 2. *quæst.* 10. *num.* 17. Niger *de Except. cap.* 13. *§.* 1. *num.* 22. Hahnius ad Wessembec. *lib.* 16. *Digest. tit.* 2. *num.* 10.

Hujus veræ sententiæ fulcimina ni- 31
tuntur Juris expressâ dispositione, ut habemus in *l. Aufertur. §. Ut debitoribus. ff. de Jur. fisc.* Quò quamvis Hermogenianus parum initio sententiam hanc foveat, dum docet sæpè constitutum esse, quod debitoribus fisci; quod fiscus debet compensetur: attamen ab hac posteâ regulâ arcet casum, quo debitores ex causa tributi fisco compensationem objectant, quod fieri posse palam Jurisconsultus diffitetur ibi: *Excepta causa tributaria.*

Eidem dispositioni opitulatur Im- 32
perator Alexander in *l. In ea* 3. *C. de Compensat.* Ubi jussit adversùs petentes tributa minimè recipi compensationē; sive tributa pro prædiis, sive pro capitibus debeāt præstari. Nam & in utrisque di-

dispellitur compensatio secundùm interpretationem Glossæ, & quidèm clarè enitescit ex Imperatoris verbis ibi: *Neque tributorum.*

33 Limita hanc conclusionem, quando debitor tributi est pauper, ac onere filiorum gravatus: Nam tunc rectè compensationem objiciet, cum iniquum esset, ut ego astringar ad solvendum ei, si tantumdem mihi debeat, & hoc sanè æquitati adversaretur, qua nititur compensatio text. in *l. Inter tutores. ff. de Administ. & pericul. tutor.* Magis enim ligat juramentum eum, qui juravit se compensatione non usurum, quàm ligatur is, qui ad solutionem tributi tenetur, &

34 tamen, quando jurans est pauper, juramento non obstante, rectè compensationem opponit Rodriguez. *de Execut. cap. 6. num. 9.* Fulgin. *de Jur. emphyt. tit. de Solut. canon. quæst. 1. num. 305.* Calvin. *de Æquitat. lib. 1. cap. 7. num. 10.* Bersan. *de Compensat. cap. 2 quæst. 11. num. 20.* Hondend. *consil. 18 num. 41.* Jordan. *Lucubrat. lib. 14. tit. 20. num. 443. vol. 3.* Ansald. *de Jurisdict. part. 2. tit. 10. cap. 14. num. 58.* Alderis. *de Symbolic. contractib. tit. 2. cap. 10. num. 26.* & dixi *quæst. 10. tom. 3.* Ergo si ibi utitur compensatione à fortiori in casu nostro.

35 Vectigal nonnumquam generatim accipitur, & complectitur quidquid emolumenti, ac compendii, ex quacumque re ad publicum usum capitur, & exigitur vectigal, ex quibus tributum penditur Covarruv. in *cap. Peccati part. 2. §. 5. num. 1. de Reg. jur. in 6.* Strictius enim, & propriè sumitur pro pensione, quæ solvitur pro rebus, quæ importantur, vel exportantur in Civitatē, vel provinciā. Unde nomen accepit à vehendo, vel invehendo, ut notat Isydorus. Gloss. in *l. 1. §. Hic titulus. in verbo pendeat. ff. de Publican. & vectigal.* Beyerlinck. *Theatr. vitæ humanæ verbo vectigal. in princip.* Ansald. *de Jurisdict. part. 5. tit. 4. cap. 1. num. 1.* Gloss. *unic. in Rub. C. de Vectigal. & commiss. ad finem* Alberic. *Dictionar. verbo vectigal.* & Sichard. Lexic. *eodem verb.* Sicuti portorium dicitur à portando Alciat. in *l. Inter publica 17. ff. de Verb. signif.* Balzaran. *ad lib. 2. de Feud. quæ sint regaliæ tit. 56. ad verbum vectigalia num. 2.*

Est enim vectigal id, quod datur, seu 36
quædam præstatio, quæ fit à transeuntibus pro rebus, quæ vehuntur, vel deferuntur in Civitatem Otalora *de Nobilitat. part. 1. cap. 2. num. 18.* Gloss. in dicta *l. 1. §. Hic titulus verbo. Pendeat. vers. Et nota differentiam. ff. de Publican. & vectigal.* Ansald. *de Jurisdict. part. 5. tit. 4. cap. 1. num. 4.* Beyerlinck. *Theatr. vitæ humanæ verbo Vectigal.* Et in eodem verbo 37
Spieg. *in lexic.* Et cum hoc nomen vectigal sit generale omne id, quod fisco pro aliqua re præstatur complectitur text. in *l. Prætor ait 2 §. Si quis nomine. ff. Ne quid in loc. public. vel iter. fiat.* Bart. in *l. Imperatores 7. num. 27. ff. de Publican. & vectigal.* Balzaran. *ad lib. 2. de Feud. quæ sint regaliæ. tit. 56. num 1. in princip.* Ansald. *de Jurisdict. part. 5. tit. 4 cap. 1. num. 13.* Paul de Castro. in *l. 1. §. Hic titulus num. 2. ff. de Publican. & vectigalib.*

Vectigalia publica intelligūtur illa, 38
ex quibus vectigal fiscus capit; ut est, vectigal portus, vel vænalium rerum, item salinarum, metallorum, & picariarum. text. in *l. Sed & hi 13. ff. de Publican.* text. in *l. 203. ff. de Verb. sign.* Cujac. in *l. Huic. C. de Alex. primatib. lib. 11.* Sunt & etiam vectigalia, juxta Vallam *lib. 4. elegant. cap. 59.* Non solùm ex publico, verùm etiam ex privato; quod clarescit ex Cicer. in *Paradox. Et meo tenui vectigali capio ego duccuta*; & iterum; *non intelligunt homines, quantum vectigal parsimonia est.*

Olim vectigalium tria erant genera: 39
decumarum, quæ ex frumento, vino, & oleo, & ex frugibus minutis exigebatur: scripturæ, quæ ex pascuis Portorii, quod ex mercibus importandis, vel exportandis recipiebatur, text. in *l. 17. ff. de Verb. sign.*

Vectigalium origo ab ipsa Regum, 40
& Rerumpublicarum petenda est, ut quæ cum illis nata, & observata constat. Nam, & in Judæis, ut tradit Bulanger. *lib. 19. de Trib. ac vectig. pop. Rom. cap. 1.* Asyriis, Mædiis, Ægiptiis, ubi primùm Reges exorti protinus, & vectigalia exorta; ut in sacris litteris videre est Genes. *cap. 47.* Ubi Ægiptii Regibus

pars quinta fructuum, tributi nomine, præstita paratur, quorum neque quis sinè armis, neque utrumque sine tributis haberi possunt, ut Livius *lib.*1. Decimarũ jus fuit Regibus. *lib.*3. *Reg. cap.* 5. *in Judæa, Babylone, & Sicilia*, Ut Cicer. in *Verr.* & Aristotel. in *Oeconom.*

41 De Vectigalibus verò vide Pancirol. *lib.*3. *Variar. cap.*31. Senec: *Epistol.*123. Sueton. *in Jul. Cæs. cap.*43. Capon. *discept.* 313. Molina *de Justit. et jur. tractat.*2. *disputat.*662. Ansald. *de Jurisdict. part.* 5. *tit.*4. *cap.*1. Vigel. *lib.*3. *Jur. civil. cap.* 15. Solorzan. *de Jur. Indiar. tom.*2. *lib.* 5. *cap. unic. num.*89.

42 Compensatio autem agentibus ex vectigalibus minimè objici potest, quam sententiã tuentur, ac docent Hothoman. *Epitom. lib.*16. *tit.*2. *n.*6. Hahnius ad Wesembec. *lib.*16. *Digest. tit.*2. *n.*10. Guzman. *Veritat. jur.* 16. *num.* 11. Borcholt. *de Compensat. cap.*5. Moneta *de Decim. cap.* 5 *num.*137. Mantrell. ad Capycelatr. *observat.*124 *num.*22. Cujac. *lib.*2. *Observ. cap.* 13. Trentacinq. *Variar. Resolut. tit. de Compensat. Resolut. unic. num.*11 *lib.*3. *vol.* 1. Cujac. in *Rub. C. de Compensat. litera. A.* Brunneman. in *l. Final. C. de Compensat.* Bersan. *de Compensat. cap.*2 *quæst.*2 *num.* 13. Cujac. in *Appendic. Recitat. solemn. ad lib.*4. *C. tit.*31. *in fine.* Hothoman. in *l.* 3. *C. de Compensat.* Balduin. in *§. In bonæ fidei. vers. Sola depositi actione de Act.* Baduar. *Templ. moral. consess. verbo compensatio. quæst* 1. Gregor. *Syntagmat jur. univers. part.* 3. *lib.*21. *cap.*22. *num.*6. Donell. *Comm. jur. civil. lib.*16. *cap.*15. *fol. mihi* 694. & in *l.*3 *num.*7. *C. de Compensat. num.* 40. Andreol. *controvers.*215. *num.*18. Sabell. *Summ. divers. tractat. in addit. ad §. Compensatio. num.*22. Arnold. Vinn. in *§ Compensationes* 39. *Institut. de Act.* Dondeus *consultat* 43 Niger. *de Except. cap.* 13. *§.* 1 *num.*17. Roman. *singul.*551. Moron. *Respons.*53 *num.*64. Lasiarte *de Gabell. cap.* 18. *num.*86. Cardos. *Prax judic verbo compensatio.* Fontanell. *decis.* 465. *num.* 21. Marinis in *Observat. ad decis.* 443. Revert. Bersan. *de Compensat. cap.* 2. *quæst.* 10 *num.*16. Barbosa. in *l.* 3. *num.* 1. *C. de Compensat.* Zanger. *de Except. part.*3. *cap.* 8. *num.*22. Peregrin. *de Jur. fisci lib.*6. *tit:* 7. *num.*15. *vers. cessat.* Bart. in *§.* 1. *num* 3. *authentic. de Collator.* Glossa in dicta *l.* 3. *C. de Compensat.* Fontanell. *decis.* 466. *num.*4.

Hujusmodi quidèm conclusio, non 43 solùm Doctorum authoritate nixatur; sed quoque rescripto expresso Imperatoris Alexandri fulcitur, per quod compensationem porrò in vectigalibus interdicit. Quippe postquàm adversùs Rempublicam compensationem admittendam testatur, memorat quosdam casus in quibus Reipublicæ creditor compensationis beneficio perfrui 44 nõ potest text. in *l. In ea* 3. *C. de Compẽsat.* Inter quos vectigalium causam vetitã prospicimus, & à compensatione immunem ibi: *Si neque ex Kalendario, neque ex vectigalibus &c.* Huic quoque suf- 45 fragatur dispositio text. in *l. Aufertur. §. Debitoribus. ff. de Jur. fisc.* Ubi ex causa annonaria fisco compensatio objectari non debet. Hanc eãdem conclusionẽ de jure nostro Hispano extrudere possumus ex *l.*26. *tit.*14. *partid.* 5. Quò postquam Alfonsus sapiens meminit rerum, causarumque, ex quibus Regi compẽsatio opponi potest, jungit causam vectigalium ibi: *Eso mismo decimos, que seria en los portadios, que los omes an a dar por las cosas, que lleban de unos lugares a otros* & ibi Gregor. Lopez. *Verb. Debitum. num.*20.

Col lecta dicitur cæna, quæ ut soda- 46 litium epulæ, & accubatio epularis juvenum, ut terradistarum Symbolum conferentium sic Auson. in *Epistol. ad Paulin.*

Aut parasitorum collectas plautiniorum.

Et etiam sumitur pro collatione, quæ à conviviis in cænam, aut prandium confertur, sive pecuniaria, sive penuaria Cicer. *lib.* 2. *de Orator. Quoniam collectam à Conviva Crasse exigis.*

Sed in nostro sẽsu collecta est, onus illud, quod imponitur personis super æstimatione omnium bonorum simul; non tantùm prædia æstimando, sed omnia bona, quæ quis habet Paul. de Castro in *l. Imperatores. ff. de Publican.* Petra *de Potestat. princip. cap.*4. *num.*80. Balmased. *de Collect. quæst.*1. *num.*3. Otalora *de Nobilitat. part.*1. *cap.*2. *num.*14.

Col-

47 Collecta dicitur à colligendo, ut appa-
ret ex *l. Hac lege. C de Aquæduct. lib.*
11.ibi: *Separatus verò arcarius, aurum*
aquæductus suscipiat gloriosissimorum
Consulum liberalitate, vel ex aliis titu-
lis ad aquas publicas pertinentibus col-
lectum, vel postea colligendum. Et
hanc etymologiam amplectuntur An-
sald.*de Jurisdict.part.5.tit.3.cap. 1. num.*
1.Isern.*tit.Quæ sint regal. §.Et extraor-*
*dinaria num.*61.*vers.de Collecta.*Gloss. in
l.Rescripto.§.Final.ff. de Munerib. & bo-
*norib.*Lucas de Penna.in dicta *l. Hac le-*
*ge.num.*1.*C.de Acq.*Balmased. *de Collect.*
quæst. 1. *num.*4. Maximilian. Faustus *in*
consil.pro Ærario classe 18.*consil.*5.Otalor.
*de Nobilitat.part.*1.*cap.*2 *num.*14.

48 Dicitur collecta, quia colligitur à pos-
sessoribus pro modo facultatum Isern.
in *Usus feud.tit.Quæ sint regal. §.Extra-*
ordinaria.num. 61. *vers. de Collecta.* Af-
flict. in *Eod. §. Extraordinaria.num.* 13.
Ansald. *de Jurisdict. part. 5.tit. 3.cap.* 1.
*num.*2.Balzaran.*de Feud.tit. Quæ sint re-*
*gal.dicto.§.Extraordinaria.num.*5.

49 Nonnunquam collecta munus ap-
pellatur, seu onus ordinarium, & quan-
doquidèm extraordinarium Bart. in *l.*
*Unic.num.*37.*C. de Mulierib.& in quo hoc*
munus servi congruent, vel honores agnosc.
*lib.*10.Gaill.*Pract.lib.2.observ.*53. Platin.
in *Rubric.de Annon.& tribut.*Glos.in *l.*1.
§.Quod si nemo.ff. Quo cujusque. Otalora
*de Nobilitat.part.*1.*cap.*2. *num.* 14. *lib.* 2.
*observ.*53.*num.*2.Bart.in *l.Hi, qui* 2.*num.*
5.*ff.de Jur.immun.*Balzaran.*ad lib.2.feud.*
*tit.*56.*Rub.Quæ sint regal. §. Extraordi-*
*naria collationum.*5. Bald. in *l. Omnes* 3.
*num.*9.*C.sin.caus. vel reliq. fund. compar.*
*non poss.*Paul.de Castro.*consil.*89.*num.* 2.
Paris.*consil.*25.*num.*90.*&* 91.*part.*1.

50 Hæc onera, quæ nunc collecta ap-
pellantur in Regno Siciliæ cæperunt,
tempore Friderici Imperatoris, qui ad
nutum eas imponebat, ut refert Luc.
de Penna.in *l.Ab unaqueque.n.*1.*C.de An-*
*non.&trib.lib.*10.Balzaran.*ad lib.2.de feu-*
*dis.tit.*56.*Rub.quæ sint.regal.§. Extraor-*
dinaria collatio.num. 5. *vers.Sed cæperunt*
tempore Federici Ansald. *de Jurisdict.*
*part.*5.*tit.*3.*cap.* 1. *num.* 3. Isern. *de Feud.*
tit.quæ sint.regal.num. 62. *vers.sicut dici-*
*tur.*Afflict.ibi:*num.*14.*ad finem.*

His de collectis animadversis, scien- 51
dum est, quod in collectis minimè lo-
cum habet compensatio; sed venit de-
pellenda *l.*26.*tit.* 14. *partid.* 5. Flores de
Mena *Variar. Resolut. lib.* 2. *quæst.* 21.
*num.*164 Barbosa.in *l.* 3. *num.* 10. *C. de*
*Compensat.*Solorzan.*de Jur. Indiar. tom.*
2.*lib.*1.*cap.*20.*num.*70.Tepat.*Variar. sen-*
*tent.tit.*160.*cap.*3.*in fine.*Bart.in §.1.*Au-*
thentic. de Collect. Bart. in *Novell. de*
*Collat.num.*3.Solorzan.*de Gubern. Indi-*
*ar.tom.*2. *lib.*1. *cap.*10.*num.*70. Guzman.
*Verit.jur.veritat.*16.*num.*14. Balmased.
*de Collect.quæst.*110.*num.*14. Fontanell.
*decis.*455.*num.* 15. Synopus *tractat. de*
*Collect.cap.final.in princip.*Loscus *de Jur.*
universitat. part. 3.*cap.* 6. *num.* 24. Tho-
mat. *de Collect.§. Exposuimus num.* 9.

Unde firmiter conclusio nostra am- 52
plectenda est, & licèt præter Docto-
res jure expresso communi haudqua-
quam consideat: attamen de jure no-
stro Hispano expressè ferè cavetur, ut
collectarum debitores Regi, vel Reipu-
blicæ, vel cuilibet aliæ Universitati com-
pensationem opponere nequeat, quam-
vis ex alia causa reperiantur credito-
res. Id namque depromitur ex verbis 53
Regis Alfonsi cognomento Sapientis in
l.Diximos 26.*tit.*14.*partid.* 5 ibi: *Otro si*
dezimos, que aviendo algun ome à dar
pecho, ò censo à la Camara del Rey, ò el
comun de aquel lugar deban à el otro
deudo, no puede ser fecho desquitamiento.
del un deudo por el otro. Quippè licèt 54
verbum collecta desiit, tamen etiam
de collectis loquutum fuisse fluxè po-
test evinci ex illo verbo, *Pecho*. Quod
tam collectas, quàm Gabellas, cæteras-
que fisci publicas exactiones occludit,
ac continet, quorum debitores; quam-
vis ex alia causa fisci, vel communita-
tis agentis creditoris sint, si à fisco, vel
Republicâ urgeâtur; exactionis asperi-
tem, compensationis objectione lenire
non possunt, ut est intellectus prædi-
ctæ *l.* 26.& tradidit Gregor.Lopez ibi-
dem.

Hanc enim conclusionem oppugnat 55
text.in *Novell.de Collatorib.§.*1. Ubi ad-
mittitur compensatio crediti obligati
ad collectas, cum debito collectarum
ipsius verba textus hæc sunt. *Si verò an-*

te insinuationem in alios titulos, præter eos, qui continentur particulari dispositione anni collectores fiscalia absolvant, aut in Provincia expendant, jubemus eis in ejusdem indictionis collationes hac reputari, ut nullum illi patiantur damnum.

56 Sed respondetur, quod hic textus nil facit. Nam ibi collectores solverunt tributa fiscalia; sed in alio titulo, quàm fuerat statutum per dispositionem illius anni, vel expenderunt tributa fiscalia in Provincia; & hoc fecerunt antequam scirent, illam dispositionem esse factam, & ideò illud reputatur secundùm dispositionem factam illo anno, nè illi collectores patiantur damnum, ut dicitur in textu; secus est in casu nostro. Nam ille, qui vult computare communi, nihil solvit occasione collectarum, sed vult debitum sibi à communi compensare cum collectis, quas debet communi solvere, quo casu non videtur, quod debitor fisci, vel Reipublicæ, vel alterius Civitatis ex causa collectarum, possit compensare id, quod debet ex alia causa cum collectis: sic Bart. in dicta *Novell. de Collationib. num.* 3. per text. in *l. Aufertur* 46. *§. Ut debitoribus ff. de Jur. fisc.* & per text. in *l. In ea* 3 *C. de Compensat.*

57 Amplia hanc conclusionem, ut locum habeat, quando collectæ non Regi, sed Universitati debentur: nam tunc quoque excluditur compensatio *l.* 26. *tit.* 14 *part.* 5. Fontanell. *decis.* 466. *num.* 14. Barbos. in *l.* 3. *C. de Compensat.* Balmaseda *de Collect. quæst.* 110. *num.* 15. Bersan. *de Compensat. cap.* 2. *quæst.* 10. *num.* 19.

58 Limita conclusionem, quando collectæ debentur Baronibus. Nam tunc admittitur compensatio Balmased. *de Collect. quæst.* 110 *num.* 16. Solorzan. *de Gubern Indiar. cap.* 27. *num.* 71. Nam certum est, quod ratione privilegii cessante, privilegium quoque cessare debet, & res ad terminos juris communis reddetur text. in *l. Latæ. §.* 1. text. in *l. Geometræ ff. de Excusat. tutor.* text. in *l. Per procuratorem. ff. de Acquir. hæredit.* text. in *l. Licitatio. §. Final. ff. de Publican.*

SUMMARIUM

1 *Compensatio, si opponatur in aliquibus actionibus, refellitur, atque aspernatur.*

2 *Contractus depositi cum ex bona fide descendat, non debet ad perfidiam trahi.*

3 *Causa alimentorum compensationem excludit.*

4 *Spolium, seu causa perperam alienam possessionem occupantis, compensationem rejicit.*

5 *Tributa compensationem pati non debent.*

6 *Exigentibus vectigalia compensatio opponi non potest.*

7 *Condictio indebiti an competat, quando quis solvit in casibus, in quibus compensatio admitti non poterat.*

8 *Debitum ex causa diversa proficiscens an compensari possit?*

9 *Condictio indebiti ad repetendum solutum habet is, qui solvit, cum esset exceptione tutus.*

10 *Exceptio compensationis nimis favorabilis debitoribus dicitur.*

11 *Condictio indebiti locum habet, quando debitum manere non potest, quod solutum, vel pro soluto habendum est.*

12 *Reconventionis privilegium illud est, ut ab eodem Judice, unaque sententia terminari debeat.*

13 *Condictio indebiti ad repetendum non competit, quando solvitur in casibus, in quibus locum habere non potest compensatio.*

14 Expenditur text. in l. Qui invicem 30. ff. de Condict. indeb.

15 *Condictio indebiti competit, quando id, quod eo tempore, quo fuit facta solutio verum est debitum fuisse.*

16 *Obligatio semel extincta amplius reviviscere nequit.*

17 *Contributio debiti, & crediti ad invicem dicitur compensationis definitio.*

18 *Differentia, quæ olim versabatur in judiciis stricti juris, & bonæ fidei; hodie sublata est; itaut compensatio æque in omnibus contractibus admittatur, dummodò res, quæ in compensationem deducuntur, compensationis naturæ non opponantur.*

19 Bartolus refellitur, ac reprobatur à Fabro.

Com-

20 *Compensatio quodammodò actio dici potest.*
21 *Retentio facilius conceditur, quàm actio.*
22 *Condictionem indebiti dicitur habere is, qui solvit tutus exceptione.*
23 Perpenditur text. in l. Quod dicitur 5. §. Si dos tota. ff. de Impens. in reb. dotalib. fact.
24 *Condictio indebiti competit, quando quis errore indebitum solvit.*
25 *Discrimen Jurisconsultorum in dicto* §. Si dos tota. *notatur.*
26 *Corripitur, ac reprobatur* Barbosa.
27 *Compensatio, de qua in* §. Si dos tota *fit ipso jure propter impensas necessarias.*
28 *Ipso jure compensatio regulariter non fit, nisi opponatur à parte.*
29 *Condictio indebiti non competit, nisi postquam compensatio fuerit opposita.*
30 *Compensatio quando fit ministerio legis, ipso jure id, quod solvitur, condici potest.*
31 *Condictio indebiti in omnibus casibus, in quibus fit ipso jure compensatio, si per errorem solvatur competere potest.*
32 *Condictio indebiti competit, etiam si quis compensationem extra judicium opposuerit.*

ARGUMENTUM

Utrùm si quis solvit in illis casibus, in quibus compensatio locum non habet, illi competat condictio indebiti ad solutum repetendum.

QUÆSTIO IX.

1 Reminiscor alibi investigatũ fuisse quum compensatio locum assequi potest, si eâ aspernatâ, vel omissâ solvatur: an tunc condictione indebiti ad solutum repetendum, solvens ipse potiatur? Hîc quidèm perquirendum est: utrùm si quis in illis casibus, in quibus compensatio à jure propellitur id, quod debet, creditori persolvat, condictionem indebiti ad repetẽdum queat implorare? Quod ut assuetâ solertiâ perfungar, priùs quemvis monitum aveo, compensationem de stricto juris rigore à naturali æquitate percelli, ac explodi pluribus in casibus; licèt sæpiùs pandisse commemoro ab ipsâ æquitate compensationem exordium capessere, ut elicitur ex verbis Jurisconsultorum in *l. Ideo 3. ff. de Compensat.* text. in *l. Etiam 6. C. Eodem.* text. in *l. Inter tutores 37. ff. de Administr. & pericul. tutor.* Sæpè opposita in pluribus actionibus nõ solùm nõ observatur; sed spernitur, ac rejicitur, ut depromitur ex sanctione Justiniani in *l. Final. C. de Compensat.* Quod ut evidẽtius eniteat haud pertæsum est, plures casus ostendere, in quibus compensatio objecta, non solùm non militat; sed dejicitur, ac dimovetur. Quorum primus casus, in quo dispellitur compensatio est in actione depositi, & hoc ob 2
maximam fidem, quam ipsum depositum poscit. Quippe cum hic contractus ex bona fide profluat, non est cur ad perfidiam trahatur text. in *cap. Bona fides 2. de Deposit.* text. in *l. Final. C. de Compensat.* text. in §. *In bonæ fidei. de Act.* & tradunt Gutierrez *de Juram. confirm. part. 3. cap. 6. num. 4.* Gregor. *Syntagmat. jur. part. 3. lib. 21. cap. 22. num. 3.* Cujac. in *Rub. C. de Compensat. lit. E. in fine.* Hothoman *Epitom. lib. 16. tit. 2. num. 6.* Bachov. ad Treutler. *disp. 25. thes. 7. lit. D.* Harpprecht. in §. *In bonæ fidei. num. 26.* Vultej. *num. 7.* Budæus *ad finem. de Act.* Wissembach. in *l. Final. C. de Compensat.* Osuald. ad Donell. *Comment. jur. civil. lib. 16. cap. 15. lit. EE.* Cujac. *lib. 9. Observat. cap. 37. & ad Paul. lib. 2. Sentent. tit. 12.* §. *ultim.* Faber. *lib. 12. Conjectur. cap. 9.* Hunnius ad Treutl: *vol. 1. disputat. 25. thes. 2.* Forner *lib. 2. Select. cap. 14.* Ræward. *lib. 1. Variar. cap. 12.*

Secundus in alimentis, in quibus minimè locum nanciscitur compensatio, ut 3

ut attestantur Hothoman. *Epitom. lib. 16 tit. 2. num. 6.* Diego. *opuscul. de Compensat. fol. mihi* 13. Donell. *Comm. jur. civil. lib. 16. cap. 15. col. 4. versic. Quarta causa.* & in *l. In ea 3. num. 9. C. de Compensat.* Gregor. *Syntagmat. jur. univers. part. 3. lib. 21. cap. 22. num. 6.* Cujac. in *novell. 88. de Deposit. & denunciat. fol. mihi* 535. & *in tit. Codic. de Compensat. lit. C. in fine.* Faber *lib. 4. Cod. tit. 23. definit. 7.*

4 Tertius in spoliis, in quibus omninò compensatio depellitur text. in *l. Final. §. ultim. C. de Compensat.* Ut referunt, ac insequuntur Bachovius ad Treutler. *vol. 2. disput. 26. thes. 4. lit. G.* Hahnius ad Wessembec. *lib. 16. Digestor. tit. 2. num. 10.* Cujac. in *Rubric. C. de Compensat. lit. E. & lib. 28. Quæst. Papin. in l. 95. §. Si creditor. ff. de Solut.* Duaren. *tit. ff. de Compensat. cap. 2. in fine.* Krembergk. in *§. In bonæ fidei. num. 39. Institut. de Act.* Boreholten. *de Compensat. cap. 4. num. 30.* & in dicto *§. In bonæ fidei. num. 20.*

5 Quartus in tributis. Nam si adversùs petentes tributa compensatio objiciatur, omninò rejicitur text. in *l. In ea 3. C. de Compensat.* Ut asserunt, ac assectantur Donell. in dictâ *l. 3. num. 10. C. de Compensat.* Annæus Robert. *lib. 3. Sentent. cap. 26.* Arnold. Vinn. *in §. Compensationes. Institut. de Act.* Hothoman. *Epitom. lib. 16. Digestor. tit. 2. num. 6.* Borcholten. *de Compensat. cap. 5.* Cujac. *lib. 2. Observat. cap. 13. & in Rub. C. de Compensat. lit. A.* Hahnius ad Wessembec. *lib. 16. Digestor. tit. 2. num. 10.* Brunneman. in *l. Final. C. de Compensat.*

6 Quintus in vectigalibus, in quibus etiam compensatio excluditur, ut tradunt, ac confitentur Donell. *Comm. jur. civil. lib. 16. cap. 15. fol. mihi* 694. *& in l. In ea 3. num. 7. C. de Compensat.* Gloss. in *l. 3. C. de Compensat.* Peregrin. *de Jur. fisc. lib. 6. tit. 7. num. 15. versic. Cessat.* Cujac. *lib. 2. Observat. cap. 23. & in Rub. C. de Compensat. lit. A.* Hothoman. *Epitom. lib. 16. tit. 2. num. 2.* Brunneman. in *l. Final. C. de Compensat.* Gregor. *Syntagmat. jur. part. 3. lib. 21. cap. 22. num. 6.* Borcholten. *de Compensat. cap. 5.* Hahnius ad Wessembec. *lib. 16. tit. 2. num. 10.* Zanger. *de Except. part. 3. cap. 8 num. 22.* Dondeus *consultat.* 43. Et in omnibus aliis casibus, in quibus compensatio locum non habet.

Nunc examinãda est proposita quæstio: an in casibus, ubi quis solvit, & tamen compensatio locum non habet, detur condictio indebiti ad repetendum? 7

Et affirmativè responsum iri videtur. 8 Quippe aut invicem debitor, & creditor est ex unâ & eâdem causâ, videlicet ex contractu emptionis ultrò citròque obligatorio; vel ex variis, ac separatis causis; scilicet si debeam tibi decem ex causâ mutui, tu verò mihi alia decem debeas ex causâ depositi. In primo casu sive rem venditor tradat antequam pretium solvatur; sive emptor antequam res sibi tradatur pretiũ venditori præbeat; non ambigitur tutum illum fuisse perpetuâ exceptione, puta nè aut rem tradere, aut pretium solvere prior compelleretur text. in *l. Julianus 13. §. Offerri. ff. de Action. empt.* Hæc enim exceptio nequit favorabilis 9 non esse, cum ex ipsomet contractu descendat: Sed ille, qui est perpetuâ exceptione favorabili tutus, si solvat, habet repetitionem, ut docuit Jurisconsultus Marcianus *lib. 3. Regularium.* registratus in *l. Qui exceptionem 40. ff. de Condict. indebit.* dum ait: *Qui exceptionem perpetuam habet; solutum per errorem repetere potest*: Ergo in hoc casu datur locus condictioni.

In ultimo verò casu, quando ex di- 10 versis, ac separatis causis debitor est, & creditor, si compensationi sit locus, quoque verum est, illum fuisse tutum exceptione perpetuâ, cum nullâ sit compensationis exceptione favorabilior, quia nostra potius interest non solvere, quàm solutum repetere text. in *l. Ideo 3. ff. de Compensat.* Quæ solutionis vicem assequitur text. in *l. Debitor 4. ff. Qui potior. in pignor. hab.* Ideoque condictio indebi- 11 ti locum adipiscitur, quandocumque debitum manere non potest, quod vel solutum, vel pro soluto habendum est text. in *l. Si ambo 10. §. 1. ff. de Compensat.* text. in *l. Si constat 4. C. de Compensat.* Et ita existimat Bartolus in *l. Quod dicitur. §. penult. ff. de Impens. in reb. dotal. fact.* Sin autem compensationi locus esse nequeat, fortassis debitæ speciei ad quantitatem, aut ex causa depositi, vel

in

in aliis casibus, in quibus minimè compensatio locum habet, condictionem locum consequi existimatur.

12 Verum tamen est reconveniri potuisse eum, qui solutionem recepit, mutuâque petitione infestari, dum nè post litem contestatam text. in *l. Cum. Papinianus* 14. junctâ *authentic. Et consequenter C. de Sentent. & interlocutor. omn. Judic.* Privilegium reconventionis, mutuæque petitionis illud est, ut ab eodem Judice, unâque sententiâ terminari debeat text. in *l. 1. & 2. ff. de Quib. reb. ad eund judic. eat.* text. in *l. 1. §. final. ff. Quæ, sentent. sine appellat. rescind. poss.* Igitur asserendum est, omni casu posse, qui solvit condicere, nè vel compensationis, vel mutuæ petitionis opponendæ facultatem, privilegiumque amittat, præcipuè quando nulla ex eo fit injuria ei, qui solutionem recepit, siquidem in eam reponatur causam, in qua erat ante, quam solutio fieret, & in qua esset hodie, si haudquaquam solutio facta dicatur argument. text. in *l. Si Judex circumvento 42. ff. de Minoribus.* text. in *l. Cum te 6. C. de Pact. inter emptorem, & venditor.*

13 Sed his omnibus haud adversantibus contraria opinio est verissima, ac tenenda, eamque amplectuntur Faber in *l. Si ambo 10. §. Si quis igitur ff. de Compensat. in fine.* Gloss. in *l. Qui invicem 30. ff. de Condict. indeb.*

14 Hujus conclusionis fundamentum est textus expressus in *l Qui invicem 30. ff. de Condict. indeb.* Ubi Ulpianus *lib. 10. Disputat.* sic ait: *Qui invicem creditor, idemque debitor est, in iis casibus, in quibus compensatio locum non habet, si solvit non habet condictionem, veluti indebiti soluti, sed sui crediti repetitionem.*

15 Unde non refragantur pro contrariâ opinione allata. Quippe compertum est, non posse repeti condictione indebiti id, quod eo tempore, quo fuit solutum verum est debitũ fuisse; sed non eo minus verum est, me tibi centum debuisse, cùm ea solverem, quod tu vicissim totidem mihi deberes, eum igitur debitum acceperis, & hoc ipso debitorem amiseris, nulla mihi cõdictionis ratio superest, præsertim cùm extemplò sim locupletior factus per solutionem, quòd à te sum liberatus text. in *l. Si pupilli 66. ff. de Solut.* Nec obligatio semel 16
extincta amplius reviviscere quit text. in *l. Qui res. §. Aream. ff. de Solut.* text. in *l. Ejus, qui. §. Final. ff. de Jur. fisc.* Equidèm satis superque mihi esse debet, quod cũ mutuus, sim creditor, eam pecuniam à te petere possim, quam tu mihi profectò debes. Contributio debiti, & cre 17
diti ad invicem, ut est compensationis definitio in *l. 1. ff. de Compensat.* Explicuitque Donell. in *Rubric. C. de Compensat.* Fieri non potest, ut locum sibi vindicet compensatio, quod quoties contingit, tum verò quod ante fuit debitum illico efficitur indebitum, quod compensationis jure pro soluto censetur, cum hæc veram solutionis vicem nanciscatur text. in *l. Si constat 4. C. de Compensat.* text. in *l. Debitor 4. ff. Qui potior. in pign hab.* text. in *l. Si peculium. §. De illo. ff. de Statu liber.* text. in *§. In bonæ fidei. de Act.*

In hac nostra specie non est cur di- 18
stinguatur cũ Bartolo in dicta *l Qui invicem 30. ff de Condict. indebit.* An compẽsatio fiat ipso jure, vel hominis oppositionem exposcat. Nam quamvis quondàm aliqua versaretur differentia, quo ad cõpensationem admittẽdam in judiciis stricti juris, ac bonæ fidei: tamen discrimen hujusmodi delevit, ac sustulit Justinianus in *l. Final. C. de Compens.* & in *§. In bonæ fidei & §. Compensationes Institut. de Act.* Præcipiens compensationem, omni differentiâ sublatâ, in omnibus actionibus quoque ipso jure admitti, hoc est post oppositionem, ut testantur Duaren. *ad tit. ff. de Compensat. in princip.* Cujac. *ad Rub. C. de Compensat.* Donell. *Comm. jur. civil. lib. 16. cap. 15.* Bachov. ad Treutler. *vol. 1. disputat. 25. thes. 10. litera E.* Borcholt. *de Compensat. cap. 3. num. 8.* Cujacius *lib. 8. Observat. cap. 16.* Hunnius *lib. 4. Variar. Resolut. jur. civil. part. 9. tractat. quæst. 2.* Besold. *part. 2. Delibat. jur. ex lib. 16. Pandect. quæst. 2.* Jul. Pac. *lib. 16. Isagoc. tit. 2. num. 11.* Gregor. *Syntagmat. jur. univers. part. 3. lib. 21. cap. 22. num. 2.* Harpprecht. in *§. In bonæ fidei num. 2.* Theophil. Donell. *num. 2.* Krembegk. *num. 4.* Oynotem. *num.*

*num.*6 Pichard.*num.*4.Borcholten *num.* 16.Mynsinger.*num.*2 *Institut.de Act.*Ipsojure compensationem admitti intelligi debet, postquam partis oppositio allegetur,ac objiciatur, ut tradit Faber *lib.*8.*Conject.cap.*2.Jul.Pac.*cent.* 4. *tit. de Compensat.* Cujac. in *l. Unum ex familia* 67.§. *Sed si uno. litera B.ff. de Legat.* 2. Bachov.ad Treutler.*vol.*1. *disputat.* 25. *thes.*7.*litera C* Osuald.ad Donell.*lib.*16. *Comm.jur.civil.cap.*15.*litera F F.*wissembach. in *l. Si constat.* 4.*C. de Compensat.* Hothoman.*Epitom.lib.*16. *tit.* 2. *num.* 8. Bronchorst.*Conciliat.cent.*1.*dissertat.*81. Corm *lib.*19.*Jur.civil. tit.*6.*cap.*3. *in fine.* & *cap.* 4. Cum cæteris à me congestis in *q.*6.*lib.*1.*tom.*1.Quippe compensatio petitionē cōtinere videtur, ut clarè patet ex *l.Amplius non peti* 15. *ff. Rem ratam haber.* Et Judex vaticinari nequit.

19 Prædictam Bartoli distinctionem haud verbis *l. Qui invicem*, conveniri fatetur Faber ibi. Nam Ulpianus in dicta *l.Qui invicem*, solummodò quærit an compensatio locum habeat, nec nè? non verò an ipso jure fiat, vel ministerium hominis expetat. Textus in dicta *l.Qui invicem* 30.*ff.de Condict. indeb.* Loquitur in illis dumtaxat casibus, in quibus compensatio locum non habet, nec de jure,nec de facto. Quocirca Faber in dicta *l.Qui invicem.*Stultam nuncupat quæstionem Bartoli ,quare indebiti condictio denegatur illi, qui tutus est compensationis exceptione,cum sit exceptio perpetua, ut colligi potest ex text.in *l.Unusquisque* 2. *ff. de Compensat.* Ubi unusquisque creditorem suum petentem summovet, si paratus est compensare, nullam adjiciendo temporis terminationem.

20 Annectit Bartolus in sæpè citata *l.Qui invicem.ff.de Condict.indeb.*Compēsatiōnis exceptionē sic esse exceptionem, ut quoque sit actio,quod probari potest ex text.in *l.Amplius nō peti.ff.Rē ratā haber.* Quasi propter hoc minus favorabilem esse debeat; at potius favorabilem ob hanc causam esse autumat Faber in dicta *l.Qui invicem.* quia illius, qui compensandi habet potestatem interest, ut retentione non careat,vel habeat liberationem, potiusquàm petitionem; dummodò ei solutum sit habet retentionem; liberationem verò si solverit; quoniam faciliùs conceditur retentio,
quàm petitio,vel actio text.in *l.Per re-* 21
tentionem. C.de Usur. text.in *l.*2.*C.de Fideicommiss.* text.in *l.Patre furioso .ff.de His, qui sunt sui, vel alien.jur.*text.in *l.*1. *ff.de Pignorib.* text.in *l.*1.*§.Is autem.ff.de Superficieb.*text.in *l.Invitus* 156.*§.*1.*ff.de Reg.jur.*text.in *l.Pluribus . ff.de Verbor. obligat.*Igitur compensationis exceptio, quæ omnium est favorabilissima propter id minus valebit ad indebiti cōdictionem inducendam quàm reliquæ exceptiones, quas proprias Bartolus vocat, quod etiam actionis vim assequatur.

Nulla autem lex est quærenda, ut 22
ait Faber, quàm dicta *l.Qui invicem*, ex qua clarè apparet eum,qui exceptione compensationis tutus solvit,posse indebitum condicere, licèt idem clarescat ex text.in *l.Si ambo.*10. *versic.Similimodo.ff.de Compensat.* Unde ex dictis concluditur, qui invicem creditor, & debitor est in iis casibus, in quibus locum compensatio non vindicat, si solvit, non habet condictionem, veluti indebiti soluti; sed sui crediti repetitionem textus expressus in sæpè citata *l.Qui invicem* 30.*ff.de Condict.indeb.*

Sed conclusioni nostræ obnititur, ac 23
adversatur text.in *l.Quod dicitur* 5.*§.Si Dos tota . ff.de Impens. in reb dotal fact.* Ubi Ulpianus ait, quod tota dos soluta, sine deductione impensarum necessariarum indebiti condictione condicitur. Ulpiani verba sunt hæc: *Si de tota soluta sit,non habita ratione impensarum, videndum est, an condici possit id, quod pro impensis necessariis compensari solet. Et Marcellus admittit condictioni esse locum, sed etsi plerique negent: tamen propter æquitatem Marcelli sententia admittenda est.* Ex quibus verbis dilucidè apparet, ac concludit Glossa ibi, maritum dotem restituentem, haud deductis necessariis impensis, posse dotem tamquam indebitè solutam condicere.

At hoc Ulpiani responsum magis 24
difficilè redditur ex text.in *l.*1.*ff.de Condict.indeb.*Ubi ipsemet Ulpianus docuit; tunc indebiti condictionem admittendam

dam esse, quotiescumque quis errore ductus indebitum solvisset; sed in specie text. in dicto §. *Si dos tota*. Id, quod solvitur non potest in debitum restitui, cum certum sit dotem deberi matrimonio soluto. text. in *l. Soluto 2. ff. Solut. matrim.* Ergo indebiti condictio debet refelli.

25 Unde non absque ratione Jurisconsulti dissentiunt in dicto §. *Si dos tota*. Quippe Ulpianus Marcelli adducit sententiam suspicantis in debiti condictionem marito esse tribuendam. Plerosque idem Ulpianus Jurisconsultos aliter sentientes commemorat. At ipse Marcelli sententiæ, propter æquitatem inhæresciit, eamque admittendam esse docet. Sed ad clariorem rei intellectum dici equidem hic mihi se se offert. Primum quibus suffulti rationibus Jurisconsulti adversus Marcelli sententiam mearent? secundum qualem esse æquitatem ob quam Ulpianus Marcelli sententiam fovet, ac amplectitur? Uno verò modo explicat Bart. in dicta *l. Quod dicitur. §. Si dos tota num. 2.* & Campeg. *de Dote part. 2. quæst. 43.* Alio verò declarat Angel. dicto §. *Si dos tota*. Aliter etiam Ruin. in eodem *§. num.* 80. Parisiens. *num.* 207.

26 Sed verum est Jurisconsultos innixos fuisse ea potissimum ratione, quoniam hoc in casu agitur de compensatione tuenda, ut ex dicto §. elucescit, & dixit Barbosa. *ff. Solut. matrim. 3. part. rubr. num.* 40. Ibique eum lapsum infauste contuemur; dum perperam, ac inadvertenter asseruit illum, qui poterat compensare, si solverit, compensatione prætermissa, condicere non posse tamquam indebitè solutum; movetur ex text. in *l. Si cum dos. ff. Rer. amotar.* text. in *l. Qui invicem. 30. ff. de Condict. indeb.* Cum contrarium absque controversia apud Doctores omnes inveniatur, & patet ex expressis Ulpiani verbis in *l. Si ambo 10. §. 1.* ibi: *Si quis igitur compensare potens solverit, condicere poterit, quasi indebito soluto: ff. de Compensat.*

27 Marcelli sententiæ æquitas fulcitur eo, quod compensatio, de qua in §. *Si dos tota* Ob vitandum damnum fit ex legis ministerio ipso jure, propter necessarias expensas. Unde cum jam potestate, authoritateque legis facta compensatio censeatur ipso jure, dos diminuta dicitur juxta text. in *l. Si constat 4. C. de Compensat.* text. in *§. In bonæ fidei §. Compensationes de Act.* Ergo si solvatur in solidum, indebitè solutum videtur; quapropter competit condictio indebiti juxta text. in *l. 1. ff. de Condict. indeb.* Bart. in *l. Si cum dos num. 1. ff. de Act. rerum amot.* Ideoque textus in dicta *l. Quod dicitur. §. Si dos tota. ff. de Impens. in reb. dotal. fact.* Minimè conclusionem nostram oppugnat. Compẽsatio regulariter non fit ipso jure. nisi objiciatur ab homine, ut confitentur Osuald ad Donell. *lib. 16. Comm. jur. civil. cap. 15. litera. FF.* Hothoman. in *Epitom lib. 16. tit. 2. num.* 8. Treutler. *vol. 1. Select. disputat. 25. thes. 13. litera F.* Gregor. *Syntagmat. jur. part. 3. lib. 21. cap. 22. num. 2.* Cujac. in *l. Unum ex familia § Sed si uno. ff. de Legat.* 2. Faber. *lib. 8. Conject. cap. 2. num. 6.* Wissembach. in *l. Si constat. 4. C. de Compensat.* Bachov. ad Treutler. *vol. 1. disputat. 25. thes. 7. litera. C.* Cum ergo actionem non perimat; nisi ex post facto, videlicet, postquam per hominem fuerit objecta, ea verò nondum opposita, si solvatur indebiti condictio non competit Socin. in *l. 1. num. 10. ff. de Condict. indeb.* Bellon. in *§. Plures num. 16. Institut. de Fidejuss.* Jaso. in *§. In bonæ fidei. n. 60. Instit. de Act.* 28 29

Si verò ipso jure legis solummodò ministerio compensatio facta fuit, cum facta hujusmodi compensatione id, quod solvitur indebitum esse censeatur, equidèm condici poterit. Et quoque in omnibus casibus, in quibus fit ipso jure compensatio; si per errorem solvatur condictio indebiti locum nãciscitur juxta text. in dicta *l. Quod dicitur. §. Si dos tota: ff. de Impens. in Reb. dotal. fact.* Ut quoque fatetur Bart. in *l. Qui invicem 30. ff. de Condict. indeb.* 30 31

Hoc ipsum asseverandum autumo, quotiescumque quis objicit compensationem etiam extra judicium, quoniam tunc speciale est, ut post objectã ipso jure, jus creditoris perimat. argum. text. in *l. final. C. de Cõpensat.* Tiraquell. *lib. 1. Retract. §. 3. gloss. 3. n. 10.* Bart. in *l. Verũ est. ff. de Compensat.* Si solvat repetere 32

tere quit, quia militare incipit ratio text. in dicta *l. Quod dicitur. §. Si dos tota. ff. de Impens. in rebus. dotal. fact.*

SUMMARIUM

1 *Spoliare quoties sumitur pro exuere bonis, ad omnia alia transfertur.*
2 *Spolia pannicularia dicebantur ea, quibus indutus erat is, qui ad supplicium ducebatur.*
3 *Spoliarium dicitur locus ille, ubi reservātur spolia; & quandoquidem usurpatur pro loco, ubi noxii necarentur.*
4 *Spolium dicitur illa res, qua spoliatur possessor, seu actus ille spoliandi.*
5 *Spolium aliquando significat bona, quæ à Clerico, vel Prælato defuncto relinquuntur ex bonis Ecclesiæ.*
6 *Spolium opimum quod dicebatur.*
7 *Romulus Jovi Feretrio spolia opima dicavit.*
8 *Cornelius Cossus eximiæ pulchritudinis corporis Jovi Feretrio spolia devicti Regis sacravit.*
9 Expenditur text. in cap. final. de Ordin. cognit.
10 Perlustratur text. in l. final. C. de Act. empt. & vendit.
11 Referuntur verba text. in l. Si alius fecerit 7. §. Bellissimè. ff. Quod vi, aut clam.
12 *Spolium cum spolio videtur compensari.*
13 Referuntur verba text. in l. final. §. Si ad Januam. ff. Quod vi, aut clam.
14 *Exceptio qualibet in judicio possessorio, sicut & in petitorio opponi potest.*
15 *Spolium cum spolio compensari non potest,* & referuntur Doctores hujusmodi conclusionem insequentes.
16 *Possessionem alienam perperam occupanti non datur compensatio.*
17 *Prædo id, quod sibi debetur, compensare non potest.*
18 *Spoliatus ante omnia est restituendus.*
19 *Dolus, ubi adest compensatio, admitti non debet.*
20 *Reipublicæ interest, ut possessio per vim alicui erepta, quamprimum restituatur.*
21 *Reconventio in causa spolii locum non habet.*
22 *Possessori violento nil iniquius, quàm compensationem tribuere.*
23 Explicatur textus in cap. final. de Ordin. cognit.
24 *Privilegiatus contra pariter privilegiatum non utitur privilegio.*
25 Exponitur text. in l. final. C. de Act. empt. & vendit.
26 Dilucidatur text. in l. Si alius fecerit. §. Bellissimè. ff. Quod vi, aut clam.
27 Interpretatur text. in l. Qui possessionem 17. ff. Quod vi, aut clam.
28 Declaratur text. in l. final. §. Qui ad januam. ff. Quod vi, aut clam.
29 *Compensatio in exequutione sententiæ latæ super interdicto recuperandæ opponi non potest.*
30 *Spoliatus sive justus, sive injustus possessor sit, ante omnia debet restitui, & reponi in pristinam possessionem.*
31 *Spolium cum spolio optimè compensari potest, dummodò secundum spolium statim fiat, secus verò si ex intervallo.*
32 *Spolium cum spolio cōpēsari non potest, quando agitur ad recuperandam rem, quæ compensationis naturæ refragatur, quia species cum specie compensari non potest.*
33 *Interdictum Salvianum minimè compensationem excludit.*
34 *Hypotheca per compensationem resolvitur, quoniam post compensationem factam debitor amplius dici non potest.*
35 *Compensatio vim solutionis habet.*
36 *Liberatio vera suboritur ex solutione, quæ fit per compensationem.*
37 *Pignoris obligatio per compensationem quidèm resolvitur.*
38 *Compensatio fit ipso jure ad evitandam pignoris distractionem, quæ per creditorem fieri potest.*
39 *Juramentum obligat jurantem, ut ipsum in forma specifica servet, ac adimpleat.*
40 *Compensatio non est modus realis, nec numeralis tollendæ obligationis; sed fictus, ac improprius.*
41 *Interdictum Salvianum, quando debitor juratus sub obligatione pignoris est sui creditoris creditor, postquam contraxerat debitum per compensationem impediri potest.*
42 *Debitum quod versatur in interdicto Salviano quando compensari non possit.*

AR-

ARGUMENTUM

Utrùm in Spoliis locum habeat compensatio.

QUÆSTIO X.

1 RAró quidèm aspicimus idem verbum pro unico significatu ab authoribus sumi, sed persæpè varios cōplectitur sensus. Idipsum obvenit circa verbum spolio, quod quum capessitur pro exuere bonis, ut ipsum cæpit Jurisconsultus in *l.1. ff.de Donat. inter vir.& uxor.* Ad omnia alia transfertur, ut spoliare auxiliis, provinciâ, famâ,& vitâ, &c. ut patet ex Tito Livio *lib. 1. ab Urb.condit.* ibi: *Exercitum fundit, fugatque, fusum persequitur, Regem in prælio obtruncat, & spoliat.* Cicer. *lib.6.in Verr.* ibi: *Apollonium omni argento spoliasti, & depeculatus es.* Et ex Terent. in *Hecyr.* ibi: *Quin spoliis, mutiles, laceres.* Et Virgil. *lib.5 Æneid.*

Pars spoliant aras.

Vell. Patercul. *lib.2. Histor. Roman. cap. 45.* ibi: *Quippe legem tulit, ut is quæstor cum jure prætorio, abjecto etiam quæstore mitteretur in insulam Cyprum ad spoliandum Regno Ptolomæum* Lucan. *lib.3.*

. . . . : *Tristi spoliantur templa rapina.*

Ovid. *lib.3. Metamorph.*

Cur spolieris erit, non cur metuaris ab hoste.

Præcipuè enitet ex Cicer. *lib.5. in Verr.* *Nesciebas ab eo Cn. Carbonem Consulem, cujus revera quæstor fuit, non modo relictum, sed etiam spoliatum, auxiliis, pecunia nefariè oppugnatum, & proditum?* Spoliare quoque pupillum dicitur tutor, qui malè administrat text. in *l. Qui fundum. §. Tutor. ff. Pro emptor.*

2 Dicebantur spolia pannicularia ea, quibus indutus erat is, qui ad supplicium ducebatur text. in *l. Penult. ff. de Bon. damnat.* Unde spoliarium dicitur

3 locus ille, ubi reservantur spolia eâdem formâ, qua dicimus armarium. Lampridius in *Commod.* pro loco ubi noxii necarentur usurpavit: *Gladiatoris*, ait, *cadaver trahatur, gladiatoris cadaver iu spoliario ponatur.* Senec. *Epistol. 94. in fine.* ibi: *Numquid aliquem esset tam cupidum vitæ putas, ut vigalari in spoliario, quem arena malit.* Plin. in *Panegyric.* ibi: *Quam juvat cernere ærarium silens, & quantum, & quale ante delatores erat: nunc templum illud, nunc verè Deus, non spoliarium Civium, cruentarumque prædarum sævum receptaculum.*

In nostro verò casu, ac sensu spolium dicitur illa res, qua spoliatus fuit possessor: aut melius ille actus spoliandi, ut suspicatur Sabelli *Summ. divers. tractat. §. Spolium. num. 1.* Quod plures habet significationes: Nam aliquando significat vestes, aliquando bona, quæ à Clerico, vel Prælato defuncto relinquuntur ex bonis Ecclesiæ, ut animadvertit Menoch. *de Recuper possess. in prælud. num. 3.* Interdum verò quod ab hostibus capitur. Quippe spolia opima dicebantur ea, quæ Dux Duci detrahit: qualiâ fuerunt ea, quæ primus omnium Jovi Feretrio obtulit Romulus, Rege Cecinensium manibus suis in acie occiso, ut est apud Liv. *lib.1. ab Urb. condit.* Et apud Virgilium *lib.8. Æneid.* 4 5 6 7

. . . . *Non maximus ultor*
Tergemini neu Geryonis, spoliisque superbis
Alcides aderat.

Ovid. *lib.1. Eleg.5 de Tristib.*

Tu facis, ut spolium, non sim, nec nuder ab illis.

Et *lib.13. Metamorphos.*

Sed virtutis bonor spoliis quæratur in istis.

8 A. Cornelius Cossus vir eximiæ pulchritudinis corporis, ut refert idē Titus Livius, Regis devicti spolia Jovi Feretro dicavit, quò propè Romuli spolia, quæ dumtaxat eâ tempestate opima appellabantur deposuit, ut tradit Titus Livius *lib.4. ab Urb. condit. cap.20.* ibi: *Longè maximum triumphi spectaculum fuit Cossus spolia opima Regis interfecti gerens. In eum milites carmina incondita, æquantes eum Romulo canere. Spolia in Æde Jovis Feretrii, propè Romuli spolia, quæ prima opima appellata sola ea tem-*

tempestate erant, cum solemni dedicatione dono fixit.

His hocce modo annotatis, affirmativè ad quæstionem videtur respondendum, scilicet quod in spoliis admitta-
9 tur compensatio. Primò per text. in *cap.final.de Ordine cognit.* Ubi in spoliis admittitur compensatio, ut in terminis testantur Barbosa in *l.Divortio.§.Ob donationes. num.13.ff.Solut.matrimon.* Gonzalez in *notis ad dict.cap.fin.* Cujus verba sunt hæc: *Super spoliatione conventus adversùs restitutionem petentem non est (nisi super quæstione spoliationis) si eum reconveniat audiendus &c.*

10 Secundò per text. in *l.Final. C. de act.empt.* Ubi qui à Nerone propriis rebus spoliati fuerunt, agentes contra venditorem ipsarum possessionum eò quod ab eis dejecti erant, exceptione opposità repelluntur, & solummodò illis permittitur agere interdicto, seu actione contra Neronem. Ergo spoliatus petēs restitutionem in judicio repelli potest, opposità exceptione, non solùm alterius spolii, sed etiam qualibet aliâ.

11 Tertiò per text.in *l.Si alius fecerit 7. §.Bellissimè.ff.Quod vi, aut clam.* Ubi in iis, quæ vi, aut clam fiunt, non habet locum interdictum, quod vi, aut clam, sed ad invicem compensantur. Ulpiani verba hæc sunt: *Bellissimè apud Julianum quæritur, an exceptio hæc noceat in hoc interdicto, quod tu non vi, aut clam feceris: ut puta utor adversùs te interdicto, quod vi, aut clam fecisti: an possis objicere mihi eandem exceptionem, quod non vi, aut clam fecisti; & ait Julianus æquissimum esse hanc exceptionem dari: Nam si tu, inquit, ædificaveris vi, aut clam; ego idem demolitus fuero vi, aut clam, & utaris adversùs me interdicto, hanc exceptionem mihi profuturam. Ergo, &c.*

12 Quartò per text. in *l. Qui possessionem 17.ff.de vi, & vi armat.* Ubi Julianus dicit spolium spolio compensari, dum Julianus dixit, qui possessionem sibi ereptam in ipso congressu recuperat, in pristinam causam reverti potiùs, quàm vi possidere intelligendus est. Cui suffragatur text.in *cap.2. extra. de Ordin. cognit.*

13 Quintò per text. in *l.Final.§.Si ad januam ff.Quod vi, aut clam.* Ubi Venulejus sic ait: *Si ad januam meam tabulas fixeris, & ego eas priusquam tibi denunciarem refixero, deinde, invicem interdicto, quod vi, aut clam egerimus: nisi remittas mihi, ut absolvar condemnandum te, quasi rem non restituas, quanti mea intersit: aut certè exceptionem mihi profuturam.*

Quibus omnibus pro hâc opinione 14 opitulatur id, quod in judicio possessorio quælibet exceptio, sicut in judicio petitorio objici potest text. in *l.Cum litem 3.§.Ibidem.ff.Ad exhib.* text.in *l.3.§.2.ff.Ut in possess.legator.* text.in *l.Bonafides.ff.Deposit.* text.in *l.Ille, à quo 13.§.1. ff.ad Trebell.* text. in *l.3. §.Causa .ff.de Carbon. edict.* text. in *cap.Accepta.3. de Restit.spoliator.* text.in *cap.Ad aures. de Is, quæ vi.* Ideoque idem dicendum in interdicto recuperandæ possessionis.

His minimè renuentibus in odium 15 iniquorum detentorum alienam possessionem, qui conveniuntur ad relaxādam alienam possessionem inductum est, ut quamvis sint creditores ejus, qui agit, nequeant tamen possessionem prætextu compensationis retinere, quia possessionem alienam perperam occupantibus, compensatio nō datur Gloss. in *cap.final.de Ordin. cognit.* Jaso in *§.In bonæ fidei. num.12.de Act.* Cujac. in *lib. 28. Quæstion. Papin.in l.Stichum, aut Pamphilum. §.Si creditor. ff.de Solut.fol. mihi 758.& lib.15.Observat.cap.12.* Duaren.*tit.de Compensat.cap.2.in fin.* Gregor. *Syntagmat. jur. univers. part. 3. lib.21. cap.22.num.7.* Gloss. in *§.In bonæ fidei. verbo. Depositi. de Act.* Gonzalez in *cap. final.num.6. de Ordin. cognit. & in notis lit.A.* Cardosus.*Prax.judic. verbo.Compēsatio. num.7.* Muta. *Super Capitul. Regn. Siciliæ. cap.478.num.61.* Sabelli. *Summa divers. tractat. §.Compensatio. num.34.* Bersan.*de Compensat.cap.2.quæst.2. num. 2.* Hodiern.ad Surd. *decis.117. num.14.* Marescot. *Variar. Resolut. lib.2. cap.6. num.11.* Bachovius ad Treutler. *vol.2. part.2.disputat.26.thes.4.lit.G.* Cujac.in *Rub.C.de Compensat.lit.E.in fine* Hahnius ad Wessembec.*lib.16.tit.2. num.10. post med.* Harpprecht.in *§.In bonæ fidei. n.30.in fin.* Krembergk. *num.39. de Act.* Donell. *Comm. jur. civil. lib. 16. cap. 15.*

Ho-

Hothoman. *Epitom.lib.*16.*tit.* 2. Diego. *Opuscul.deCompens.fol.mihi* 10.*aterg.*Oynot.in §.*In bonæ fidei.n.*51.*de Act.*Bald.in *l.final.C.de Compensat.* 4.*notabil.*Zanger. *de Except.part.*3. *cap.* 8. *num.* 40. *in fine.* Add. ad Bald. in *l.*2.*num.* 21.*C. de Compens.*Fermosin. *Tract.Variar.*ad text.in *cap.*2.*quest.*5.*n.*5.*de Ordin.cogn.*Medic.*de Cōpēs.part.*2.*quæst.*31.*n.*46.Balboa.in*cap. final.num.*21 .*de Ordin. cognit.* Carroc.*de Except.except.* 27. *n.*9. *vers. Declaratur.* Bald.in dicto *cap.ultim.num.*7. Panorm. *num.*10.*de Ordin. cognit.* Bersan. *de Compensat.cap.*2.*quæst.*32.*num.*1.Borcholten. in §. *In bonæ fidei.num.*20.*de Act.*Barbosa in *l final.num.*26.*C. de Compensat.* Ibique wissembach. Donell.in*l final. num.* 12 *C.de Compensat.* Borcholten. *de Compensat.cap.*4.*n.*30.Bruneman.in*l.Si ambo.* §.2.*ff.de Compensat.*Cujac. in *notis ad lib.* 4.*Institut.in* §.*In bonæ fidei. num.*88.Et in *Recitat.solēn.ad lib.*4.*C.tit.*31.Zas.in §.*In bonæ fidei.n.*27.*in fine.de Act.*Et ibi Balduin.*vers.Sola depositi actione.*

Hujus verissimæ equidèm conclu-
sionis fundamenta sunt hæc . Pri-
16 mum text.in *l.Ultima.*§.*final.C.de Com-*
*pensation.*Ubi Justinianus occupantibus
alienam possessionem,compensationem
diffitetur: verba Imperatoris hæc sunt:
Possessionem etiam alienam perperam oc-
cupantibus compensatio non datur . Licèt
hanc legem aliter explanet Hunnius.
*lib.*4.*Variar. Resolut. jur. civil.part.* 9.
*tract.quæst.*3.

17 Secundum text. in *l. Si quid possessor.* §.*Sed si ipsi.ff. de Petit. hæred.* Ubi prædo quod sibi debetur compensare nequit: verba textus hæc sunt: *Sed si ipsi prædoni aliquid debeatur hoc deducere non debebit.*

18 Tertium text.in*l.Amplius non peti* 15. *ff.Rem rat.haber.* Quo in loco, qui compensat agere videtur; Sed adversùs spoliatum agi non potest: nisi restituatur; cum spoliatus ante omnia sit restituendus text.in *cap.Ex litteris* 5 *cap. ex conquestione* 10.*de Restit.spoliat.*text. in *cap.* 2.*vers.Sed quoniam.de Ordin. cognit.* text. in *cap.*1.*de Restitut.spoliat. in* 6. text. in *l.*1.§.*Qui à me.l. Si colonus* 12.*ff. de Vi, & vi armat.*text.in *l.Si qui* 7.*C.ad leg.Jul.de Vi.*text.in *l.Non à Judice.*64.*ff. de Judic.* text.in *l.Si maritus C.de Donat.inter vir. & uxor.* text. in *l:*1.§.*Si prædo.ff.de Posit.* text.in *l.Unic.C.si pro suo , vel alio.* text. in *l.Si pignore.* §. *Si prædo.ff. de Pign. act.* text.in *l.Si meminerim* 6.*C.Unde vi.*text. in *l.*4.§.*Dominus.ff.de Usucap.*text.in *l.Si quis* 8.*l.Sed hæc.C.de Præscript.*30.*vel.* 40. *ann.*text.in *l. Si coloni* 14.*C.de Agricol.lib.* 11. Cujac. in *cap. Conquerente. de Restit. spoliat.*Fachin:*lib.*8.*controv.cap.* 10. Menoch:*de Recuper.Remed.*1.*num.*109 & *Remed.*15.Surd.*de Aliment.tit.*8.*privileg.*96. *num.*3.Graña, & Fermosin. in *cap. final. de Ordin.cognit.*Donell.*lib.*15. *comm. cap.* 31. Gutierrez *de Jurament. part.* 3. *cap.* 19.Sanchez. *de Matrim.lib.*10.*disput.* 12. *quæst.*2.Gomez.in *l.*45. *Tauri. num.* 180. Henell.*de Dotalit.cap.*12.§.10.Velasc.*de Privileg.pauper.part.* 1. *quæst.* 46. *num.*1. Gonzalez.in *cap.final.num.*4.*de Ordin cognit.*Vultejus *ad tit.C.Ubi de possessione.n.* 35.Garcia.*de Nobilit.gloss.*11.*num.*17.Solorzan.*lib.*3 *politic.cap.*30.Ant:Aug.*Epitom.jur.lib.*81.*tit.*2.Corvin. in *Aphorism. lib.*3.*tit.*20.Corras. *lib.* 2. *Miscell. cap.* 2. Ergo in spolio compensatio locum habere nequit.

Quartū quia spoliator dolosè peteret 19
id, quod statim restituturus est text. in
l.In condemnatione . §. *Dolo.ff. de Reg. jur.*
Sed ubi adest dolus compensatio cadere
nequit, quia ab æquitate naturali de-
scendit.text.in*l.Inter tutores.ff.de Admi-*
*nistrat.tutor.*text. in *l.* 3. *ff. de Compensat.*
Ergo compensatio in nostro casu admit-
ti non potest.

Quintum facit pro nostrâ conclusio- 20
ne ratio perpensa à Borcholten.in §. *In*
*bonæ fidei.num.*20.*de Act.* Videlicet,quod
interest Reipublicæ , ut possessio per
vim alicui erepta,quāprimum restitua-
tur, & mali exempli res esset , possessio-
nem alicui eripere , eamque repetenti
compensationem objectare , quam ra-
tionem quoque perfudit Zoësius. in §.
*In bonæ fidei.num.*71.*Institut.de Act.*

Sextum in causa spolii reconventio 21
locum non habet text.in *cap.Dilectus.* &
cap. fin. de Restit. spoliat. Speculat.*lib.* 2.
*part.*1.*tit. de Reconvent.* §. *Nunc videa-*
*mus.num:*3.& *tit.de Petitor. & possessor.*§.
1.*n.*23. Molignat. *de Reconvent.quæst.*66.
Bart.in *l.Naturaliter.*12.§. *Nihil commu-*
ne.

ne.1.ff.de Acquir: possess. num. 37. Berlich. *conclus.22.num.20.* Hostiens. *Summ. num. 2.de Restitut.spoliat.* Ergo nec etiam compensatio locum habere potest, quia compensatio quoque est actio text. in *l. Amplius non peti 15.ff.Rem ratam haber.*

22 Septimū, quia nihil cerneretur indignius, quàm violento occupatori, qui absque ullo domini consensu rem ejus invasit compensationis remedium elargiri Borcholten. *de Compensat. cap. 4. n. 30.* Krembergk.in *§.In bonæ fidei.n. 39.*Harpprecht.*num.30. in fine*. Donell. in *l.final.num.12.C.de Compensat.*Zoësius. in *§. In bonæ fidei. n. 71. de Act.* Dessel.ad Zoësium.in *§.In bonæ fidei.num. 71.Institut.de Act.*

23 Non obluctatur fundamina cōtrariæ sententiæ. Non primum ex text. in *cap. final. de Ordin. cognit.* Quia prædictus textus non loquitur de compensatione, sed de reconventione, prout asserunt, & ajunt Gonzalez.in *notis ad dict.cap final. littera A.*Barbosa.in *l. Divortio 8. §. Ob donationes. num. 13. ff. Solut.matrim.*Panormitan. in *cap.final. num. 2. de Ordin. cogn.*Et expressius Fermosin.in dicto *cap. final.quæst.1.num.1.*Et meliùs in *Rubric. de Mutuis petitionib.quæst.9.num.1.*Quod ex reconventionis natura descendit, quę dictat, ut conventus super spoliatione, in eodem judicio super spoliatione possit adversarium reconvenire ad hoc, ut simul utraque causa terminetur text.in

24 dicto *cap.final.* In admittenda in spoliis reconventio, nititur axiomate illo quod habet privilegiatum contra pariter privilegiatum non uti privilegio text. in *l Rerum.11.§.final.ff. de Minorib.*text. in *l. Sed admilites. 10.ff.de Excusat.tutor.* text.in *§.Sed hoc præsenti.authent.de Sanctissim.*text.in *l.Assiduis vers.In duabus.C: Qui potior.in pignor.hab.*text.in *l.Scire.C. de Privileg.dot.* Quod enim spoliationis causæ æquè privilegiatæ sint testatur Fermosin. in *Rubric. de Mutuis petit. quæst.9.num.1.& in cap.fin.quæst.1.num.1. de Ordin.cognit.&* Oynotom.in.*§.In bonę fidei.num.51.de Act.*

25 Non refragatur secundum ex text.in *l. final. C de Act. empt.* Quippe respondetur in prædicti textus specie, emptores fuisse dejectos non à venditore; sed à Nerone, unde adversùs ipsum dejicientem, & spoliantem debebant interdictum, vel actionem intentare, non verò contra venditorem, qui ex prædicta dejectione minimè tenebatur, non tamē ita facilè liquet, quænam sit actio illa, quæ dejecto tribuitur in dict. *l.Ultim.*In illis verbis: *Ad instar interdicti, seu actionis præmissæ.* Nonnulli intelligunt de actione in factum ex *l.4.§.2.de Damn.in fect.l.3.§.2.ff.ne vis fiat ei.*Sed malè; quoniam hæc actio conceditur, non ad recuperandam, sed ad nanciscendam possessionem. Cujacius *lib.5.observat.cap.* 17.Hujusmodi actionem incerti condictionē apppellat eò quia possessio ab eo, qui per vim dejecit condici potest.text. in *l.2.ff.de Condict. tritic.* Sed his sententiis omissis, & aliâ relatâ à Cujacio *lib.17. observat.cap.6.* Tenendum est cum Merillo *lib.2.observat.cap 22.*indict.*l.final.*& in *l.1. §. 4. ff. Uti. Possidetis* Actionem concedi ex lege Julia de vi privata, vel publica, qua sanè ad possessionem recuperandam permittitur experiri text.in *§.7.Instit.de Interdict.*

Non opponitur tertium ex *l.Si alius* 26
fecerit.§.Bellissimè.ff. Quod vi, aut clam. Quippe respondetur, quod ideo videtur ibi quodammodo compensationem admitti, & permittitur ædificatum destrui, quia, ut tenet Glossa in dict. *§. Bellissimè verbo.Ex magna.*& Bart.*num.* 1. Demolitor Judicis copiam non habuit, cujus authoritate destrueretur opus argum. text.in *l.Generali.C.de Decurionib.lib.10.* text.in *l.final.§.Si ad januam.ff.Quod vi, aut clam.* Et quoties copia Judicis haberi nequit, permittitur hoc suâ authoritate facere text.in *l. Nullus. C.de Judæis.* Unde Bart.in dicto *§.Bellissimè*. Infert quod si in Civitatibus, quæ superiorem minimè recognoscunt, una Civitas per vim bona alterius Civitatis occupet, Civitas spoliata, bona sua per vim ablata recuperare potest; quia Judicis non est copia text.in dicta *l.Nullus.C.de Judæis.* Nam quando copia Judicis deest possum mihi ipsi authoritate propriâ jusdicere text.in *l.Generali.C. de Decurionib. lib.10.*Innoc.in *cap.Cum olim. de Restitut. spoliat.*Paul.de Castro *consil.35.*Bald.in *l.Sed,& si prætorem.§.Acti.*Ibique Alex.

ff.Ex

ff. Ex quib. causf. major. Nec hic *§. Belliſſimè.* Noſtræ ſupra firmatę concluſioni adverſatur, quia ibi Juriſconſultus non loquitur de ſpoliis; Sed de delicto, ad quod delinquens tenetur ex interdicto, quod vi, aut clam text. in *l. 1. ff. Quod vi, aut clam.* Et quamvis in hoc *§. Belliſſimè,* abſque difficultate locum habeat compenſatio: tamen nihil ex hoc oritur adversùs noſtram concluſionem, cum certum ſit delictum cum delicto compenſari. text. in *l. Si ambo. ff. de Compenſ.* text. in *l. Viro, atque uxore; ff. Solut. matrim.* text. in *cap. Intelleximus. & in cap. final. de Adult.* Hothoman. *Epitom. lib. 16. tit. 2. num. 5.* Cujac. *lib. 11. quæſt. Papin.* in *l. 5. ff. Rer. amot.* Gregor. *Syntagmat. jur. univerſ. part. 3. lib. 21. cap. 22. num. 2.* Weſſembec. *paratitl. lib. 16. tit. 2. num. 5.* Treutler. *Select. diſpoſit. vol. 1. diſput. 25. theſ. 9. litera A.* Sanchez *de Matrim. lib. 10. diſput. 8. num. 29.* Dummodò delictum à compenſatione non excipiatur, ut in caſu noſtro excipit Juſtinianus in *l. Ultim. §. final. C. de Compenſat.*

27 Non obnititur quartum ex text. in *l. Qui poſſeſſionem 17. ff. de Vi, & vi armat.* Nam reſpondetur, quod ibi nihil adeſt contra concluſionem, quoniam ibi mutua ſpolia fuiſſe dici nequit, cum ſecundus ſpoliator, verè ſpoliator dici non poſſit; & ratio adducitur in eodem textu à J.C. Juliano dum dicit, quod qui poſſeſſionem ſibi ereptam in ipſo congreſſu recuperat in priſtinam cauſam reuerti potiusquàm vi poſſidere intelligendum eſt; ideoque compenſatio locum habere non poteſt. Nec etiam ad verſatur text. in *cap. 2. de Ordin. cognit.* Quia procedit ejus diſpoſitio, quando ſpolium contra aliud ſpolium proponitur per viam actionis; videlicet per reconventionem, ut dixi in ſolutione primi fundaminis contrariæ opinionis.

28 Non urget quintum ex *l. Final. §. ad Januam. ff. Quod vi, aut clam.* Nam reſpondetur, ut reſponſum fuit ad tertiũ fundamentum ex text. in *l. Si alius 7. §. Belliſſimè. ff. Eod. in §. Ad januam.* Ideò Dominus januæ tabulas afixas removit abſque denunciatione, quia hoc permittitur ex magna, & neceſſariâ cauſâ, ut fatetur Bart. in dicto *§. Ad januam.* Gloſs. in *l. Si alius. §. Belliſſimè verbo Ex magna. ff. Quod vi, aut clam.* Quod Gloſs. in *§. Ad Januam. verbo Aut certè.* Extendit, etiam ſi cauſa ſit neceſſaria, vel non. Aut juxta lectionem Bartoli dictus *§. Ad Januam* Procedit; quando ædificaſti in janua, vel in alia re aliena à me poſſeſſa; Nam tunc poſſum propriâ authoritate deſtruere ædificium. text. in *l. Quemmadmodum. §. Projectum. ff. ad Leg. Aquil.* Bart. in *l. de Pupillo. §. Meminiſſe. ff. de Nov. oper. nunciat.* Multò minus nocet ultimum fundamentum, quoniam differentia eſt conſtituenda inter judicium poſſeſſorium adipiſcendæ, & recuperandæ poſſeſſionis, ut videre eſt apud Gonzalez in *cap. Final. num. 7. de Ordin. cognit.*

Ampliatur 1. Noſtra concluſio, ut 29
neque objici poſſit compenſatio in executione ſententiæ latæ ſuper interdicto recuperandæ Felin. in *cap. Suborta col. 2. in fine de Sentent. & re judicat.* Berſan. *de Compenſat. cap. 2. quæſt. 32. num. 5.*

Ampliatur 2. Quocumque remedio 30
agatur ad recuperandam rei poſſeſſionem penès alterum injuſtè exiſtentem Oliban. in *§. In bonæ fidei. Inſtitut. de Act. num. 16.* Berſan. *de Compenſat. cap. 2. quæſt. 32. n. 6.* Eò quia ſive ſpoliatus juſtus, ſive injuſtus ſit poſſeſſor ante omnia eſt reſtituendus, & in poſſeſſionem priſtinam reponendus text. in *l. 1. §. Qui à me l. Colonus 12. l. Cum fundum. 17. §. Emptorem quoque ff. de Vi, & vi armata.* text. in *l. 1. §. Denique. ff. Quod vi, aut. clam.* text. in *l. Si quis ad ſe fundum. 7. C. ad Leg. Jul. de Vi public.* text: in *cap. Ex litteris 5. de Reſtit. ſpoliator.*

Limitatur concluſio, quãdo compen- 31
ſatio objicitur de alio ſpolio, quia tunc ſpolium cum ſpolio rectè compenſatur text. in *cap. 2. de Ordin. cognit.* Barboſa in *l. Divortio. §. Ob donationes num. 13. ff. Solut. matrim.* & in *l. 2. §. Legatis. num. 25 1. ff. de Judic.* Felin. in *cap. Suborta. num. 2. in fine de Sentent. & re judic* Gonzalez. in *cap. Final. num. 6. ad med. de Ordin. cognit.* Berſan. *de Compenſat. cap. 2. quæſt. 32. num. 7.* Carroc *de. Except. except. 27. num. 9. verſ. Declaratur.* Bald. in *cap. Fin. num. 7. de Ordin. cognit.* Menoch. *de Recuper. remed. num. 336.* Surd. *conſil. 166. num. 5.* Me-

Medic. *de Compensat. part.* 2. *quæst.* 28. *num.* 1. Collantes in *Pract. agricolar: lib.* 2. *cap.* 11. *num.* 2. Gonzalez. in *cap.* 2. *de Ordin. cognit.* Marant. in *Specul. part.* 4. *distinct.* 6. *num*: 43. Panormitan. in *cap. Final. num.* 3. & 10. ibique Imol. *num.* 3. *de Ordin. cognit.* Fermosin. in *cap.* 1. *quæst.* 2. *num.* 2. *de Restit. spoliator.* Dummodò spolium extemplò fiat; secus si ex intervallo; Nam tunc resellitur compensatio. text. in *l. Qui possessionem* 17. *ff. de Vi, & vi armat.* Et ob id constitutum est, ut liceat ei, qui spoliatus est illico, ac incontinenti suum spoliatorem spoliare; ex intervallo non licet; & hoc est, quod vulgò dicitur ultimum spolium esse purgandum text. in *l. Cum fundum. ff. de Vi, & vi armat.* text. in *l. Si quis ad se fundum. C. ad Leg. Jul. de Vi.* Ratio nostræ limitationis est, quod cum causæ spoliorum sint æquè privilegiatæ, sequitur privilegiatum adversùs pariter privilegiatum non uti suo privilegio text. in *l. Verum* 11. §. *Ult. ff. de Minorib.* text. in *l. Sed ad milites* 10. *ff. de Excusat. tutor.* text. in *l. Assiduis. vers. In duabus. C. Qui potior in pign. hab.* text. in *l. Scire. C. de*

32 *Privileg. dot.* Hæc enim limitatio procedit, quoties ex utraque parte ad quantitatem agitur; secus verò, quando agitur ad rem, quæ compensationis naturæ refragatur Bersan. *de Compensat. cap.* 2. *quæst.* 32. *num.* 8. Felin. in *cap. Suborta num* 2. *in fine de Sent. & re Judic.* Tynd. *Opuscul. de Compensat. artic.* 5. *num.* 36. Ut si agatur ad speciem, quia de specie ad speciem non admittitur compensatio text. in *l. Si convenerit. ff. de Pignorat. act.* text. in *l. Si non sortem.* §. *Si certum. ff. de Condict. indeb.* text. in *l. Quod dicitur.* 5. *ff. de Imp. in reb. dotal. fact.*

33 Nunc percùctàdū est, an in Salviano interdicto locum habeat compensatio? & affirmativè respondendum est, ut fatentur Gratian. *Discept. forens. cap.* 355. *num.* 24. Scapucin. *de Salvian. interdict. lib.* 2. *quæst.* 4. *per tot.* Bersan. *de Compensat. cap.* 2. *quæst.* 33. *num.* 6. Sabell. *Summ. divers. tractat.* §. *Compensatio num.* 35. & §. *Exceptio num.* 36.

34 Cujus assertionis ratio est, quia cum origo hujus interdicti ab hypotheca oriatur, eâ resolutâ, nullum jus subsistere potest; sed per compensationem hypotheca resolvitur, quoniam post factam compensationem, quis amplius debitor dici non potest text. in *l. Si constat.* 4. *C. de Compensat.* text. in §. *In bonæ fidei, & s. Compensationes. de Act.* Ideoque elisa remanet actio, quæ creditori competebat, ut tradit Scapucin. *de Salvian. interdict. lib.* 2. *quæst.* 4. *num.* 1. Compen- 35 satio autem vim solutionis habet text. in *l. Debitor* 4. *ff. Qui potior in pign. hab.* text. in *l. Vel permutavit. ff. de Liberal. caus.* text. in *l. Solutionis verbum. ff. de Solut.* text. in *l. Amplius non peti* 15. *ff. Rem ratam haberi.* Si non realis, ac veræ, saltem, quo ad effectum, quia ex eâ vera 36 suboritur liberatio text. in *l. Julianus. ff. de Condit. & demonstrat.* Tynd. *de Compensat. artic.* 7. Tusch. *concl.* 488. *num.* 8. *litera C.* Giurb. *ad Consuetud. Messan. cap.* 2. *Gloss.* 16. *part.* 1. *num.* 10: Bersan. *de Compensat. cap.* 1. *quæst.* 2. *num.* 1. Et solutione ejus, quod debetur tollitur omnis obligatio text. in *Princip. Institut. Quib. mod. tollit. oblig.* Hinc est, quod compen- 37 satio pignoris quoque obligationem dissolvat text. in *l. Invicem debiti. C. de Compensat.* Et pignus apud creditorem existensactionem pignoratitiâ ad illud vindicandum debitori tribuit, ut tradit Barbosa in dicta *l. Invicem num.* 1. *C. de Compensat.* Cum & ad evitandam pi- 38 gnoris distractionem, quæ per creditorem fieri potest, compẽsatio fiat ipso jure absque oppositione partis Gloss. in *l. Si constat. C. de Compensat.* Posth. *de Subhast. inspect.* 50. *num.* 33. Tusch. *concl.* 493. *num.* 20. *litera F.* Castill. *lib.* 4 *Contr. jur. cap.* 40. *num.* 112. Oliban. in §. *In bonæ fidei. num.* 12. *de Act.* Tynd. *Opuscul. de Compensat. artic.* 6. *num.* 49. Trentacinq. *Variar. Resolut. lib.* 3. *vol.* 1. *tit. de Compẽsat. Resolut. unic. num.* 24. Costa *de Rat. rat. quæst.* 61. *num.* 1. Barbos. in *l. Si constat.* 4. *num.* 23. *C. de Compensat.* Niger *de Except. cap.* 13. §. 13. *num.* 7. & §. 4. *num.* 46.

Limitatur 1. Hujusmodi assertio, 39 quando aut debitum, aut creditum debitoris, adversùs quem agitur non est compensabile juxta Imperatoris præceptum in *l. Final. C. de Compensat.* Nam tunc compensatio non repellit agentẽ, vigore interdicti Salviani, videlicet si de-

debitum, cujus causa Salvianum intentatur juratum fuerit, quoniam juramentum religat præcisè jurantem ad implendum juramentum in formâ specificâ Pacific. *de Salvian. interdict. cap. 2. inspect. 2. num.* 313. Sayr. *Clav. Reg. lib.* 5. *cap.* 6. *num.* 24. *vers. Alii in fine* Gutierrez *de Jurament. part.* 3. *cap.* 6. *num.* 5. & 7. Fulgineus *de Jur. emphit. tit. de Solut. canon. quæst.* 1. *num.* 303. Rodriguez. *de Execut. cap.* 6. *num.* 9. Gallerat. *de Renunciat. lib.* 5. *cap.* 4. *num.* 62. Barbos. *lib.* 2. *voto.* 60. *num.* 25. Christinæus. *dec. Belg.* 38. *n.* 5. *vol.* 3. Luca *de Credit. discurs.* 47: *num.* 4. Zacch. *de Salar. quæst.* 104. *num.* 13. Alderisius *de Contract. tit.* 2. *cap.* 10. *num.* 13.

40 Ratio est[1], quia compensatio non est modus realis, ac numeralis solvendi; sed fictus, ac imaginarius Gloss. in *l. Final. verbo Indaginem. C. de Compensat.* Abb. in *cap Bonafides. num.* 11. *de Deposit.* Mantic. *de Tacit. & ambig. convent. lib.* 10. *tit.* 10. *num.* 5. Mynsinger. *de Fidejus. cap.* 20. §. 6. *num.* 14. Riminald Jun. *consil.* 152. *num.* 40. Parlador. *lib.* 2. *Rer. quotid. cap. final. part.* 5. §. 11. *num.* 30. Costa. *de Retract. casu* 4. *cap.* 9. Giurb. *ad Consuetud. Messan. cap.* 2. *Gloss.* 16. *part.* 1. *num.* 9. Propterea evitari non potest immissio ob Salvianum, ut refert Bersan *de Compensat. cap.* 2. *quæst.* 33. *num.* 8.

41 Si verò debitor juratus sub obligatione pignoris, sui creditoris creditor factus fuerit, postquam contraxerat debitum rectè objiciet compensationem ad impediendum interdictum Salvianum Scapucin. *de Salvian. interdict. lib.* 2. *quæst.* 9. *num.* 6. Bersan. *de Compensat. cap.* 2. *quæst.* 33. *num.* 9. Pacific. *de Salvian. interdict. cap.* 2. *inspect.* 2. *num.* 248.

42 Aliquando verò licèt debitum, quod versatur in interdicto Salviano sit debitum compensabile, tamen nõnunquam compensatio locum habere non potest ob creditum, in quo non concurrunt omnia requisita necessaria ad compensationem inducendam, videlicet si non esset liquidum: nec de facile liquidandum, quo in casu prorsus refellitur compensatio text. in *l. Final. C. de Compensat.* Scapucin. *de Salvian. interdict. lib.* 2. *quæst.* 1. *num.* 1. Bersan. *de Compensat. cap.* 2. *quæst.* 33. *num.* 11. Pacific. *de Salvian. interdict. cap.* 2. *inspect.* 2. *num* 259.

SUMMARIUM.

1 *Hæc disputatio, de quo Genero intelligenda sit.*
2 *Gener nonnumquam dicitur vir sororis.*
3 *Sponsus appellatione Generi continetur.*
4 *Sponsus quis dicatur.*
5 *Gener an teneatur fructus pignoris in sortem compensare.*
6 *Crediter fructus pignoris in sortem compensat.*
7 *Aliàs committeret usuram.*
8 *Fructus in sortem compensantur.*
9 *Fructus pignoris compensantur in id, quod vere interest.*
10 *Maritus non tenetur compensare fructus pignoris in sortem, sed eos præcipuos debet habere*; & referuntur Doctores hanc opinionem insequentes.
11 Refertur textus in cap. Salubriter. de Usuris.
12 *Et in hoc casu non procedit illa regula, quæ habet, fructus pignoris sortem minuere.*
13 *Pactum factum à Patre de solvendo Genero certam annuam quantitatem, donec dotis solutio sequatur, an valeat?*
14 *Nonnulli Doctores asserunt, Generum non teneri ad compensationem fructuum ratione lucri cessantis, & damni emergentis.*
15 *Ratio damni emergentis quando considerettur.*
16 *Gener non compensat fructus pignoris in sortem propter onera matrimonii, quæ sustinet, donec ei dos persolvatur.*
17 *Gener qua ratione, juxta aliquos, fructus pignoris non compensfet in sortem.*
18 *Damnum emergens debetur, etiam non solito negotiare.*
19 *Quæ interpretatio rejicitur.*
20 Covarruviæ *sententia.*
21 *Refellitur opinio* Butrii.
22 *Reprobatur quorundam distinctio.*
23 *An sit speciale in Genero, ut non compenset fructus in sortem.*
24 *Gener non tenetur compensare fructus, quamvis ab initio de fructibus ultra sortem percipiendis nulla pactio præcesserit.*

25 *Promissio dotis quamdam tacitam obligationem continet alendi uxorem,& subeundi onera matrimonii.*
26 *Maritus ob dilatam dotis solutionem fructus potest habere præcipuos, sive majorem, sive minorem quantitatem expendat, quàm sint ipsi fructus pignorum.*
27 *Nonnulli asserunt Generum debere compensare fructus pignorum, quatenus excedunt, juxta uxoris alimenta.*
28 *Gener non tenetur compensare fructus pignoris in sortem, quamvis fructus ipsi excedant.*
29 Expenditur textus in l.Creditor 60. §.Si inter maritum. ff.de Mandat.
30 *Lex ubi non distinguit, nec nos distinguere debemus.*
31 *Gener non percipit fructus pignoris dotalis ex vi mutui, nec ob retardationem dotis; sed ex concessione Pontificis favore matrimonii, juxta nonnullos Doctores.*
32 *Quorum opinio reprobatur.*
33 *Reliqui docent id genero permitti ob lucrum cessans, & damnum emergens.*
34 *Hujusmodi opinio pluribus Doctoribus displicet.*
35 *Socer si promittat usuras genero, quamdiu dos ei solvitur, & vir non aluerit uxorem, sed Socer, improbè ab eo usuras petit.*
36 *Fructus, & usuræ, quæ pro fructibus promittuntur, pro matrimonii oneribus dantur.*
37 *Gener, juxta* Medinam, *non tenetur compensare fructus pignoris in sortem ex præsumpta mente Soceri.*
38 *Sed intellectum* Medinæ *refellit* Castropalaus.
39 *Gener quare non teneatur compensare fructus pignoris in sortem, secundùm* Covarruviam, & Fortunium.
40 *Quorum placitum rejiciunt* Rebellius, Salas, & Molina.
41 *Gener quare non compenset fructus, juxta* Sotum.
42 *Cujus expositionem explodit* Castropalaus.
43 *Interpretatio, ac intellectus* Castropalai.
44 *Distinctio, ac expositio* Molinæ.
45 *Ratio quare Gener fructus pignoris non compenset in sortem, juxta authorem.*
46 *Maritus, cui dos promittitur, & non solvitur, non tenetur subire onera matrimonii; sed pater uxoris, vel quilibet alius promittens.*
47 Dispositio text.in cap.Salubriter, *procedit, non solùm in Genero comparatione Soceri; sed comparatione cujusvis dotantis.*
48 *Gener quoties non sustinet onera matrimonii tenetur compensare fructus pignoris in sortem.*
49 *Dummodò Gener nolit obligationi suæ satisfacere.*
50 *Fructus pignoris sunt compensandi, quando pignus expresè in dotis promissæ securitatem conceditur.*
51 *Pignus quando debeat promitti.*
52 *Gener, quamvis pignoris fructus matrimonii onera excedant, non tenetur ad restitutionem excessûs.*
53 *Pactum de aliqua annua quantitate præstanda, donec dos solvitur; an sit validum.*
54 *Nonnulli asseverant hujusmodi pactum esse usurarium; & per consequens non valere.*
55 *Contrarium est veriùs.*
56 *Maritus an teneatur fructus pignoris in sortem compensare, quando uxor ingreditur Monasterium.*
57 *Uxores afficere verberibus turpe, ac periculosum est.*
58 *Gener tenetur fructus pignoris compensare, quando uxor alitur à Monasterio.*
59 *Maritus quando non sustinet onera matrimonii, fructus pignoris in sortem compensare tenetur.*
60 *Cessante causa, debent cessare effectus.*
61 *Maritus non tenetur fructus pignoris in sortem compensare, quando uxor alitur à patre, vel à Monasterio, seu à quovis alio, dummodò ipse eam alere sit paratus.*
62 *Gener, vel ejus hæredes non possunt, matrimonio soluto, fructus pignoris suscipere, nondum soluta dote.*
63 *Gener cur fructus compensare non debeat?*
64 *Gener, mortua uxore, jus percipiendi dotem non habet.*
65 *Uxor quæ, mortuo viro, pignoris fructus percepit; an eos debeat compensare in sortem expectatæ dotis.*

66 As-

66 *Affirmativam opinionem nonnulli sequuntur.*
67 *Uxor, mortuo viro, non tenetur compensare fructus pignoris à dotante concessi, etiam si ejus marito dos soluta non fuerit.*
68 *Dotans promittendo dotem absolutè obtulit pignus fruendum, donec dotem solverit.*
69 *Uxor, quamvis aliunde habeat unde se alere possit, non debet fructus pignoris in sortem compensare.*
70 *Onera matrimonii, soluto matrimonio, cessant.*
71 *Fructus ad onera matrimonii sublevanda marito conceduntur.*
72 *Uxor, cui à marito, vel ab ejus hæredibus, donec dos restituitur, pignus eitraditur, an teneatur ejus fructus in sortem compensare?*
73 *Pretium accipere pro dote, utpotè mutuo virtuali, usura est.*
74 *Quod restringunt* Molina, & Navarra *intra annum viduitatis.*
75 *Quam limitationem plures Doctores reprobant.*
76 *Pactum dotale hanc tacitam obligationem continere videtur, ut illius vi maritus, dum matrimonium permanet, ex bonis suis uxorem alere debeat.*

ARGUMENTUM

Utrùm Gener, qui donec Dos sibi persolvitur, Pignus accepit, teneatur pignoris fructus in sortem compensare.

QUÆSTIO XI.

1 PRiusquàm institutæ hæsitationis enodationem attingam, & antequam ad sectandam conclusionem posteriori loco præjactā pergā, obiter prænotādū est, hujuscemodi disputationē de vero Genero intelligendam esse; hoc est de filiæ meæ marito, de quo loquitur text. in *l. Non facilè. §. Affines ff. de Grad. affinitat.* Equivocatio Generi sumi potest ex eo, quod nonnunquam Gener vir sororis vocatur à Cujacio, qui teste Cantel. in *not. ad Justinum*, citat Ædypum Sophoclis, & Pausaniam Probi: quin etiam Cedrenus Jethro nuncupat Mosis Generum: multoties cognationum nomina ab Authoribus permiscētur, ac confunduntur, ut asseverat Cātel. in *not. ad Justin. lib.* 18. *cap.* 4 Ubi Generum pro sororis marito sumpsit ibi: *Qua incensus Pygmaleon oblitus juris humani, avunculum suum, eundemque Generum, sine respectu pietatis occidit.* Nec disceptatio nostra de Sponso intelligi debet, licèt appellatione Generi comprehendatur, ut in *l. Servus ff. de Grad. affinitat. l. In legibus. ff. de Test. b.* Quippe juxta Servium *lib. 2 Æneid.* Dicitur, qui est, & qui esse vult, quò alludens Virgilius *lib. 4. Æneid.* dixit 2 3 4

Quos ego sum toties jam dedignata maritos.

Idem Virgil. *lib. 2. Æneid.*

. . . . *Juvenique Choræbus*
Mygdonides; illis ad Trojam fortè diebus
Venerat, insano Cassandræ incensus amore
Et gener auxilium, Priamo Frigibusque ferebant;
Infelix, qui non sponsæ præcepta furentis
Audierat.

Hujusmodi animadversione præjactā, ad quæstionem affirmativè responsum iri cernitur; nempe Generum teneri fructus in sortem compensare, juxta dispositionem text. in *l. 1. & 2. C. de Pignorat. act.* text. in *l. Si domum. C. de Pignorib.* text. in *l. In prædiis 7. ff. In quib. caus. pign. tac.* text. in *l. Quamvis 3. C. eod.* text. in *l. Si in lege 24. §. Si colonus. ff. de Locat.* text. in *cap. 1. de Usur.* Quibus in locis habetur, creditorem teneri pignoris fructus in sortem compensare, ut docuerunt Connan. *lib. 4. Comm. jur. civil. cap. 16. num. 5.* Faber. *de Errorib pragmat. decad. 1. error. 1. num. 31.* Amaya. *lib. 3.* 5 6

lib.3. Obſervat.cap.1. §.2. num.41. Gonzalez in *cap.Salubriter . num.2. de Uſur.* Caſtropal. *Oper.moral. tractat.32. diſputat.4. punct.16. num.2.* Berous in *cap.1. num.14.de Uſur.* Neguſant. *de Pignorib. & hypothec.part.5.memb.4.num.1.* Carleval.*de Judic. tom.2. lib.1. tit.3. diſputat.8. ſect.3.num.20.* Bart.in *l.Si convenerit . §. Si nuda . ff. de Pignoratit. act.* Medices. *opuſcul.de Compenſat.part.1.quæſt.9.num.*
7 *5.* Alioquin, fructibus pignoris nō compenſatis, in ſortem committeretur uſura text.in *cap.Plures Clericorum.* text.in *cap.Quoniam . cap. Conquæſtus . de Uſur.* Petr.Gregor.*tractat.de Uſur.lib.2. cap.9. num.1* Salas.*de Contract.tractat.de Uſur.*
8 *dub.28.num.2.* Nam fructus, & penſiones, veluti rei alienæ, vel ex re aliena perceptos, in ſortem compenſari clarū eſt Leotard.*de Uſur.quæſt.11.n.1.* Petr. de Gregor.*Partit.jur.canon.lib.3.tit.de Uſur. cap.4.* Solis. *de Cenſib.lib.1. part.2. cap.3. num.5.* Theſaur. *deciſ.78. num.1.* Surd.*deciſ.318 num.14.* Cravet. *conſil.*
9 *476.num.17.* Fructus enim pignoris imputandi ſunt in id, quod verè intereſt, licèt hac de re nihil actum ſit, dummodò cætera neceſſaria concurrant, ut intereſſe debeatur text. in *l.Penultim. §. Ultimo. ff.de Rebus eorum.* text. in *l.Minor 40. ff.de Minorib.* text. in *l.Cum venditor 8.ff.In quib.caſib.pign.tacit.contrah.* text.in *l.Illa. ff.de Ædilit.edict.* text. in *l. Utere 14.* text. in *l.Si prædium 16.C.de Præd. minor.* Jacob. Rinald. Andeg. in *l Unica. C.de Sentent. quæ pro eo . cap.6.* Oſaſc.*deciſ.160. num.16.* Covarruv.*Variar. lib.3. cap.1. num.3.* Gabriel.*conſil. 151.num.7.* Leotard. *de Uſur. quæſt.98. num.47.* Menoch.*conſil.410. num 55.* Pacific.*de Salvian.interdict.inſpect.1. num. 101.* Rebell.*de Obligat.juſt. lib.8. quæſt. 11.num 2.* Ugolin. *de Uſur. cap.63. §.1. num.5.* Fontanell.*deciſ.208. num.16.* Vivian.in *Rational. lib.5. Juris Pontificii.* Alagon.in *Compend.jur. canon. pag.685. & vol.4.Repet.jure Canonico ad lib.5.Decretalium.* Barboſ.*Collectan. ad text.in cap.Conquæſtus.de Uſur.*& ibi Abb. Imp. Zabarell. Hoſtienſ. Anania. Jo: Andreæ, Panormitan.& Ancharan.
10 Sed his nuſquā obſtantibus tenēda eſt opinio contraria, ſcilicet quod maritus non teneatur fructus pignoris in ſortem compenſare, quam opinionem tradunt Trentacinque *Variar.tit.de Pignorib.& hypoth. Reſol.2. num.13. & tit. de Jur.dot. Reſol.2.* Barboſa in *l.de Diviſione. & in l.Poſt dotem . ff.Solut. matrimon.* Mantic. *de Tacit. & ambig. convent. lib. 11 tit.10.num.39.* Molina. *de Juſtit. & jur.tractat.2.diſput 321. num.1.* Caſtill. *lib.3.Quotid.cap.23.num.8.* Garcia *de Benefic.part.5.cap.5. num.13.* Molinus. *de Ritu nuptiarum . quæſt.39.lib.3.* Caldas *Quæſtion.forenſ.conſil.14. num.15.* Bonacin *de Contract.diſputat.3.quæſt.3.punct. 8.* Giurb. *deciſ.74. num.1.* Fontanell. *de Pact. nupt. clauſ.6. gloſ.2. part.6. num.2.* Scacc. *de Camb. §.1. quæſt.7. part.2. ampliat.8. num.174.* Azor. *Inſtitut. moral. part.3.lib.7.cap.9.* Covarruv. *Variar.lib. 3.cap.1. num.3.* Curia Philipica. *part.2. lib.2.cap.1.num.8.* Plot.*de In litem jurand. §.11.num.14.* Leon.*deciſ.62.* Seſsè.*deciſ. 68. num.10.* Sotus. *de Juſtit. & jur. lib.6. quæſt.1.art.2.* Gomez. *Variar.tom.2.cap. 11.num.42.* Medina: in *Codice.de Acquiſitis per uſuram. quæſt.2. ad cap.Salubriter.* Capyc.*deciſ.65.num.4.* Theſaur.*deciſ. 41.& 45.* Navarr.*de Reſtitut.lib.3. cap.2. num.352.* Spinus. *de Teſtament, gloſ.14. Rub. num. 44.* Menoch. *de Arbitr. caſu. 194 num.56.* Azeved.in *l.1.num.40.tit.6. lib.8. novæ recollect.* Solis. *de Cenſibus. lib.2.cap.5.num.20.* Surd.*de Aliment. tit. 1.quæſt.42.43.45.num.31.* Valaſc. *Conſultat.jur.tit.6.quæſt.2.num.39.* Rodoër. ad Marin.*cap.9.num.8. & 9.* Gomez in *l. 50.Tauri. num.30.* Giballin. *de Uſuris. lib.4.cap.5.artic.15. conſect.6.* Gonzalez. in *cap.Salubriter 8. de Uſur.* Acoſta. *de Privileg.creditor. Reg.3.limitat.2.* Caniſius. *de Uſur.cap.6.num.6.* Graña.in *cap. 1.de Feud.num.6.* Trullench.in *Decalog. lib.7.cap.19.dub.14.num.6.* Faria.ad Covarruv. *lib.3.Variar.cap.1.num.27.* Hermoſill.in *l.10.gloſſ.num.149.tit.1. part.5.* Villalob.in *Summ.tom.2.tract.22. diffic. 12.num.1.* Leſſius.*de Juſtit.& jur. lib.2. cap.19.dub.16.num.142.* Cujac. in *cap.1. de Feud.* Leotard.*de Uſur.quæſt.28. num. 39.* Merlin.*de Pignor.lib.5.quæſt.45.num. 40.* Gait.*de Credit.cap.4.num.1034.* Carleval.*de Judic. tom.2.lib.1.tit.3. diſputat. 8. ſect.3. num.20.* Peregrin. *conſil.100. num.*

num.5.lib.1. Ledesma. *Summ.part.2.tractat.8.cap.33.concl.13 dub.1.* Rodriguez. *de Ann. reddit. lib.3. quæst.7. num.49.* Avendañus. *de Censibus. Hispan. cap.10. num.1.*

11 Hujus nostræ conclusionis fundamentum est text. in *cap. Salubriter. de Usur.* ibi: *Sanè Generum ad fructus possessionum, quæ sibi à Socero sunt pro numerata dote pignori obligatæ, computandos in sortem non credimus appellandum: cum frequenter dotis fructus non sufficiãt ad onera matrimonii sopportanda.*

12 Et hæc est celebris exceptio ejus generalis regulæ, quæ habet fructus pignoris, veluti ex re aliena minuere sortem, ut ex Petro de Gregor. *de Usur. lib.2. cap.9. num.1.* notavit Leotard. *de Usur. quæst.28 num.27.* Et Faria ad Covarruv. *lib.3. Variar. cap.1. num.27.* Dixit hoc speciale esse, quum quilibet creditor fructus pignoris minimè lucrari possit: Nam aliàs usurarius diceretur Barbos. in *cap. Cum contra num.3. de Pign.* Leotard. *de Usur. quæst.11. num.1.* Cened. *ad Decretal. collect. 6. num.1.* Merlin. *de Pignor. lib.5.q.45.n.1.* Gregor: Lopez in *l.2. gloss.4. tit.13. partid.5.* Quæ compensatio nostra fit ipso jure absque oppositione partis. text. in *l.1. C. de Distract. pign.* Ut notavit Faria ad Covarruv. *lib.3. Variar. cap.1. num.27.* & dicam suo loco.

13 Sed cur Gener, qui fructus, donèc sibi dos persolvitur, minimè in sortem compensat, non sit usurarius, ut cæteri creditores? cum aliqui Juris periti teneant, quod pactum factum à patre, de solvendo Genero certam annuam quantitatem, donec dotis solutio sequatur, sit inefficax, & usurarium? ut Zabarell. Joann. And. Inn. Anan. in *cap. Salubriter de Usur.* Ancharan. *consil.150.* Alex. *consil.121. num.7. lib.2.* Dec. *consil.119. num.7.* Imol. in *l. Insulam.43. §. Usuras num.6. ff. Solut. matrim.* Cravet. *consil.189: num.7.* Carleval. *de Judic. tom.2. lib.1. tit.3. disputat.8. sect.3. num.17.* Cum ibi congestis, & horum fundamentum nil aliud est, quàm, quod pactum de aliquid recipiendo ultra sortem usurarium sit, cum usura sit lucrum ex vero, vel interpretativo mutuo Carleval. *loco citato.*

14 Aliqui Doctores volunt, licere Genero, non compensare pignoris fructus in sortem, ratione lucri cessantis, & damni emergentis; idque dumtaxat declarasse
Innocẽtius III. in *cap. Salubriter.* Ratio 15
damni emergentis consideratur, ubi maritus, dilatatâ dotis solutione, patitur detrimentum lucri cessantis, quasi ea constitutio tunc admittenda sit, cùm ipse Gener, attẽtâ ejus industriâ, & officio, posset ex dote statim sibi solutâ lucrari tantam quantitatem, quantam ex fructibus pignoris quotannis percipiebat Major. in *4. distinct.15. quæst.31. casu 3.* Abb. Anton. Hostiens. Joann. And. in *cap. Salubriter.* Adrian. *in 4. Sentent. tractat. de Usur. vers. Sed dubium.* Molina *de Justit. & jur. tractat.2. disputat.321. num.2.* Bart. in *l. In insulam. §. Usuras. ff. Solut. matrim.* Covarruv. *Variar. Resolut. lib.3. cap.1. num.3.* Panormitan. in *cap. Salubriter.* Alex. *consil.200. lib.6.* Dec. *119. num.4.* Bald. in *l. Ult. §. Præterea. col.2. C. de Jur. dotium.* Conrad. *de Contractib quæst.35. consil.5. & consil.7.* Medina *de Contract. cap. de Acquisitis per Usuram. §. ad cap. Salubriter.* Lupus in *cap. Per vestras 6. notabil. §.8.* Molinæus *Tractat. de Usur. quæst.74. num.525.* Parisius *consil.64. lib.4.* Sylvester. *Summ. verbo Usura 3. num.3.* Angelus *verbo Usura 1. num.25.* Molina *de Primogen. Hispan. lib.4. cap.5. num.5.* Gamm. *decis.272.* Solis *de Censib. tom.1. lib.2. cap.5. num.21.* Vivius. *decis.424.* Farinac. *decis.331. num.5. part.1.* Fontanell. *de Pact. nupt. tom.2. claus.5. gloss.9.* Lessius *de Justit. & jur. lib.2. cap.20. dub.16. num.242.* Carleval. *de Judic. tom.2. lib.1. tit.3. disputat.8. sect.3. num.18.* Vivius in *Sylva Comm. opinion. opin.479. lib.2.* Socin. Sen. *consil.176. num.3. vol.2.* Alex. *consil.74. col.1. & consil.141. vol.5.* Leotard. *de Usur.* cum ibi relatis *quæst.28. num.39.* Cujac. in *cap.1. de Feud.* & in *l. In insulam 24. §. Usuras. ff. Solut. matrim.* Valasc. *consult.8. num.1.*

Alii verò ideo fructus pignoris marito 16
debitos esse ob onera matrimonii, quæ sustinet amplectuntur, priusquam dos sibi solvatur, quo casu perlibratur, seu perpenditur, damnum emergens, cum de proprio sumptus faciat, & lucrum cessãs, quia redditus dotis non habet, quos percipere possit; nec de-

desideratur, ut maritus probet, ut reliqui creditores aliud damnum sibi accidisse, aut occasionem lucrandi amissumex defectu pecuniæ dotalis, nec quod sit solitus negotiari, ut notant Molinus *de Ritu nuptiar.lib.3.quæst.* 39. *num.*12.Leotard.*de Usur.quæst.*28.*num.* 70.Barbosi.in *cap.Salubriter. num.* 5.*de Usur*. Lessius *de Justit.& jur.lib.* 2. *cap.* 20.*dub.* 16.*num.* 142. Faria ad Covarruv.*lib.*3.*Var.cap.*1.*num.*33. Trullech.in *Decalog.lib.*7.*cap.*19.*dub.*14.*num.* 6. Molin.*de Justit.& jur.disputat.* 321.*num.* 12. Villalob.in *Summ.part.*1.*tractat.*22.*diffic.*12.*num.*1.

17 Cæteri verò opinantur, ut ratione interesse in hoc casu percipiantur fructus pignoris, præcipuè ultra sortem; quia is,cui promissa est dos, aut debita dum ei nō solvitur sustinet onera matrimonii ex re propria, proprioque patrimonio, quæ dos si esset soluta, sanè possent sustineri.text.in *l.Pro oneribus.C. de Jur.dot.*Nam maritus habēs præcipuos pignoris fructus,agit de damno evitando; secus de lucro acquirendo;Nam aliqui Doctores requirunt lucri cessantis interesse, quod maritus, dote solutâ, statim consequeretur, attentâ ejus solitâ industriâ, & negotiandi exercitio Anania *cap.Salubriter.n.*8. Alex.*consil.* 31.*col.*3.*lib.*6.*& consil.*141.*lib.*5.Cajetan. 2.2.*quæst.*78.*art.*2.Alex. in *l. Insulam.* §. *Usuras.num* 2 *ff.Solut.matrim.*Noguerol. *allegat.*17. Tiraquell. *de Utroq. retract. tit.*1.*Gloss.*18.*num* 71.Castill. *de Aliment. cap.* 49. 50. *&* 51.Cened. *Collectan.* 14. Covarruv. *lib.* 3. *Variar.cap.* 5. *num.* 3. Fontanell.*de Pact.nupt.clausul.*6.*gloss.* 2. *part.*6.Plotus *de In litem. jur.* §. 11. *num* 29. Quod etiam extendit Rodriguez.*de Ann.redditib.quæst.*8. *num.* 17. Ad maritum; qui non est solitus negotiari; quoniam in solito negotiari requiritur, ubi agitur de lucri cessantis interesse, juxta Doctores *l.* 3.*§.Nunc.de Officio.ff.*
18 *de Eo quod cert.loc.* Secus ubi agitur de interesse damni emergentis, quod debetur etiam non solito negotiare text. in *l. Proinde* 22.text. in *l. Inde Neratius* 23.*ff.ad Leg. Aquil.*Cagnol.in *l. Unica. n.*48.*C.de Sentent.quæ pro eo,quod interest.* Mascard. *de Probat. concl.* 934.*num.* 16.Aragon. 2. 2. *quæst.* 78: *artic.* 2. §. 4. Sed hujusmodi interpretatio convin- 19
citur, quia ad hoc, ut lucri cessantis interesse debeatur; vel damni emergentis,exoptatur,quod culpa, vel mora debitoris,aut pactio inter eum, & creditorem præcedat text. in *l.*2.*§.Final.ff. de Eo,quod cert. loc.* text. in *cap.*2. *de Offic.ordinar.in* 6.text. in *cap.Dilecto.de Foro compet.* Arauxus.*qq.moral.disputat.*1. *de Stat.civil. quæst.* 1. Desideratur quoque damni emergentis, lucrique cessantis probatio Canisius *de Usur. cap.* 5. Gaill.*lib.*2.*observat.cap.*6. Quæ omnia in casu præsente deficiunt, cum nullâ prorsus præcedente pactione, aut damni emergentis probatione, afferat Pontifex Generum pignoris fructus lucrari pro securitate dotis constitutæ,ut rectè Gonzalez. in dicto *cap. Salubriter num.* 2.*in fine de Usur.*

Covarruvia *loco citat.*censet, fructus 20
pignoris dari pro dote solvenda,& tunc non esse in sortem compensandos cum interesse damni emergentis: aut lucri cessantis. Damni emergentis interesse dicitur,quod creditori sequutū fuerit,eâ ratione, quia dos soluta non est ab initio, & ob id damnum patrimonio passus sit, coactus equidem sub licitis usuris, aut annuis redditibus pecuniam quærere ad eâ onera sublevanda, quæ ex dotali pecuniâ possent commodè tolerari. Lucri verò cessātis interesse illud est, quod ipse creditor posset inspectâ solitâ industriâ, & ipsius qualitate, & conditione ex pecunia dotali statim solutâ acquirere; & sic accipiendum esse ait text.in *cap.Salubriter de Usuris.*

Nec admittendum venit, quod Bu- 21
trius putat, scilicet, quod dispositio text. in *cap.Salubriter*. Procedit, ubi nulla dilatio ad dotem solvendam data fuerit Socero; quasi certum sit non posse Generum fructus pignoris præcipuos habere ultra sortem, quoties dederit Socero dilationem ad solutionem, nec Socer ex eo pacto fuerit in mora Alma. in 4 *distinct.*15. *quæst.de Usur.* Lupus.in *cap.Per vestras* 6. *notabili.§.*8. *num.*3.Rubeus*consil.*108.Aymon.*consil.* 189.*col. penult.* Ut tandem prior opinio vera non sit, nullâ datâ ad solvendum di-

dilatione; at eâ datâ, eadem omninò
tenenda sit, posteriori sentētiâ repulsâ,
22 & improbatâ. Nam hæc distinctio, si
veteris interesse consideranda sit ratio,
probari nequit; cum justiorem causam
sanè habeat fructuum perceptio, alte-
riusve quantitatis loco interesse, quan-
do libera ex pacto datur facultas ipsi
debitori sortis fruendæ, quàm si credi-
tori licitum esset eam quocumque die
petere Panorm. in *cap. Salubriter.* Ro-
man. & Imol. in *l. Insulam. 42. §. Usuras.*
ff. Solut. matrim. Novell. *de Dote part. 7.*
privileg. 3. Molinæus *de Usur. quæst.* 74.
num. 514.

23 Hîc animadvertendum est, non esse
speciale favore, privilegioque dotis sta-
tutum, ut fructus pignoris in sortem
non compensentur, cum id ratione
interesse procedat, quæ quidèm efficax
est ratio, ut aliquid ultra sortem justè
recipi possit à creditore; id verò specia-
le est, in hac specie favore dotis, ut vir,
cui dos promissa fuerit, dilatâ solutio-
ne, datisque pignoribus, pignorum fru-
ctus habeat præcipuos, nec teneatur eos
24 in sortem compensare; etiam si ab ini-
tio nulla pactio præcesserit de fructi-
bus pignorum ultra sortem percipien-
dis; id enim jure nititur ob dotalis
contractus naturam Covarruv. *Va-*
riar. Resolution. lib. 3. *cap.* 1. *num.* 3. Quo-
25 niam promissio dotis ex sua natura
tacitam quandam obligationem conti-
net alendi uxorem, subeundique onera
matrimonii, donec dos non solvitur *l.*
Creditor 60. §. *Si inter.* ibi: *Vel tacitè in-*
tellectu. ff. Mandat. Quippe debitor dotis
pignus tradēdo videtur cōsensisse, ut ex
pignorum fructibus uxorē alat, quous-
que dos reddatur *l. 8. ff. In quib. casib. pign.*
tacit. Quæ est de antichresi tacita, ut
videtur Cujac. *lib. 8. Observ. cap.* 18. Fa-
bro *de Errorib. pragmat. decad.* 9. *cap.* 5.
Nam olim ex ea creditoribus licuit, ex
fructibus pignoris usuras retinere, &
quāvis hodie sit abrogata, potest tamen
in dotalibus usuris retineri, quæ non
sunt prohibita ob onera matrimonii
Leotard. *de Usur. quæst.* 28. *num.* 40. *in*
fine.

26 Potest maritus ob dotis dilatam so-
lutionem pignorum fructus habere
præcipuos, vel majorem, vel minorem
expendat quantitatem, in oneribus ma-
trimonii, quàm sint ipsi fructus pigno-
rum Adrian. in 4. *sentent. Tractat. de*
Usur. vers. Sed dubium. Medina *de Con-*
tractib. cap. de Acquisitis per usuram. ad
Salubriter. Licèt contrarium responde-
rint Ang. in *Summ. verbo Usura. quæst.* 3
num. 3. Sylvester. *Summ. verbo Usura.* 3.
quæst. num. 3. Ideoque quod scribunt 27
Anan. in *cap. Salubriter num.* 2. Alex. *con-*
sil. 178. *n.* 11. *lib.* 7. Fanus *de Pign.* 5. *part.*
memb. 5. *num.* 16. Grañ. in *cap.* 1. *num.* 6.
in fine & num. 7. *de Feudis.* Existimantes,
pignoris fructus esse in sortem Com-
pensandos, quatenus excedunt con-
grua, & justa uxoris alimenta, juxta
dotis quantitatem; hoc verum erit, quo-
ties fructus excedunt legitimum, & ve-
rosimile interesse, quod ratione lucri
dotalis posset à marito percipi; alio.
quin falsum est, quod putarunt hi Do-
ctores. Sed ego indistinctè contrarium 28
teneo adversùs Covarruviam. *Variar.*
Resolut. lib. 3. *cap.* 1. *n.* 3. Nam vel fructus
pignoris excedant, vel non, nullo mo-
do maritus compensare superfluos te-
netur text. expressus in *l. Creditor.* 60. §. 29
inter maritum. ff. Mandat. Ubi si Socer
Genero, iterim dum dos soluta non fue-
rit, promiserit integras dotis usuras, &
Gener non integras usuras in uxoris su-
stentationem consumpserit; id, quod
superest Socer nō repetit, nec in sortem
principalem Gener compēsare tenetur;
quamvis Castropal. *tractat.* 31. *disputat.*
4. *punct.* 20. *num.* 3. Contrarium probare
nitatur, etiam cum text. in *cap. Salubri-*
ter. emēdatione. Sed de hoc nihil curan-
dum est. Cū text. in *cap Salubriter*, ubi
Pontifex generaliter loquitur, absque
ulla distinctione. At ubi lex nō distin- 30
guit, nec nos distinguere debemus text.
in *l. De Pretio. ff. de Public. in rem act.* text.
in *l. Non distinguimus. ff. de Recept. arbitr.*
text. in *l. Præses. de Offic. præs.* text. in *l.*
Quos probibet. ff. de Postuland. text. in *l.*
Quamvis. ff. de In jus voc. text. in *l. Illam.*
C. de Collation.

Glossa in dicto *cap. Salubriter.* Bald. 31
in *Rub. C. de Usur.* Bañez. 2. 2. *quæst.* 78.
art. 2. Cordub. *quæst* 230. & 238. Asse-
tunt, Generum fructus dotalis pignoris
non

non recipere ex vi mutui, nec etiam ob non solutam dotem; sed ex Sũmi Pontificis concessione favore matrimonii.

32 At Castropalaus *tractat.32.disputat.4. punct.20.num.2.* Hoc negat; quia quamvis Pontifex hoc sanè concedere queat, nihilominus de hoc nullum reperitur vestigium in dicto *cap.Salubriter.* Nam in illa controversia decidit Pontifex, an Gener fructus pignoris debeat compẽsare in sortem: dummodò non sibi dos persolvatur; non verò Pontifex novum jus, vel privilegium concedit.

33 Ricardus *art.5.quæst.5.§.Tertio modo.* Covarruvia. *Variar.lib.3.cap.1. num.3.* Conrad *de Contract.quæst.25. conclus.7.* Major. in 4. *distinct.15. quæst.31. casu.* 3. Adrian.in *Quæst.de Usura.§. Restat breviter.in Respons.ad* 3. Navarra.3 *deRestit. cap.2.part.2.dub.11.* Lopez. *part.2. Instruct cap.6.* Sylvester.*Usura 3 q.2.* Philiarc.*lib.5.cap.8.concl.3.* Tenent, quod hoc permittitur Genero lucri cessantis, damnique emergentis ratione, dum solutio dotis non sequitur; hoc enim porrigitur juxta Petrum Navarram, quãvis nullum ex dotis solutione lucrum intercedat, quia maritus non erat negotiaturus, nec ullum emergat damnum, quia uxor habebat uberrima alimenta, quibus commodè alere se potuerit. Et per hoc, juxta præcitatos Authores, fructus pignoris in sortem non sunt compensandi. Contrarium

34 sentiunt Navarrus *Comment. de Usur. num.64.* Salas. *dub.29.num.3.* Molina. *de Justit.& jur.disputat.321.tractat.2.num. 2.* Rebell.*quæst.12 num.2.* Sotus 6.*de Just. & jur.* Videlicet, quod textus solùm hoc speciale concedat marito, ut matrimonii onera sustineat; non verò generalem constituit regulam, aliisque communem lucri cessantis, & damni

35 emergentis. Unde si usuræ dotis à Socero promissæ sint Genero, quandiù dos ei solvatur, & vir non aluerit uxorem, sed Socer, improbè ab eo usuras petit text. in *l. Cum post 69.§.In domum 3.*

36 *ff.de Jur.dot.* Quoniam fructus, & usuræ, quæ pro fructibus promittuntur, pro matrimonii oneribus dantur text.in *l. Si maritus 46. ff.Famil.ercisc.* text. in *l. Dotis 7. l.Pro oneribus. C.de Jur.dot.* Hothoman. *Disputat.de Dote.post med.* Donell. in *Comment.jur.civil. lib.14. cap.7.* Cujac.*ad tit.C.de Jur.dot. & in l.Unic. §. Cumque. C.de Rei uxor.* Campeg. *de Dote. part.2.quæst.12.* Treutler:*vol.2.disputat.7.thes.9.* Fontanell. *de Pact. nuptial. claus.6.gloss.2.* Offuald.ad Donell.*lib.14 cap.7.* Bachovius ad Treutler.*loco relat.*

Sed Medina *Cod.de Restit.de Reb.per usuram acquisitis. q.2. §.ad cap.Salubriter*: 37 Testatur, quod ex præsumptâ Soceri voluntate, Gener fructus pignoris in sortem non tenetur compensare; quæ porrò interpretatio meritò refellitur à 38 Castropalao *tractat.31.disputat.4.punct. 20.num.4.* Quia in textu Pontifex nihil de donatione insinuat; tum quia sæpè hoc nequit præsumi, cum Innocentii decisio sit absoluta, sicque omnes casus comprehendit.

Ast Covarruvia loco sæpè relato, 39 & Fortunius ab eo citatus, ad Generum Soceri comparatione textus decisionem restringunt. Nam cum vel alere, vel dotare filiam pater astrictus sit, pignoris fructus Gener, dum dos sibi solvitur videtur optimè præcipuos habere. Quæ etiam interpretatio rejici- 40 tur à Navarra, Rebellio, Molina, & Salas loc.cit. Quoniam hi fulciminibus carentes, textus decisionẽ generalẽ, ad Generum Soceri comparatione restringũt; maximè quia non semper tenetur alere filiam; Sed quoties ipsa filia propriis bonis careat, vel ejus vir ei alimenta nequeat subministrare.

Sotus *lib.6.de Just.& jur.quæst.1.art.2.* 41 Ait, quod potest Gener pignoris fructus habere præcipuos; quoniam ipse salvâ dote, quam uxori, vel ejus hæredibus, soluto matrimonio, restituere tenetur, alere uxorem obligatur; præsumit ex dote acceptâ Generum empturum possessionem aliquam, quibus ex fructibus aleretur. Et cum Socer causa sit hujus damni, in ejus refectionem fructus pignoris sanè concedere censetur. Sed hãc explodit expositionem Castropalaus 42 *tractat.31. disputat.4. punct.20. num.6.* Quia ex illa manifestè infertur, non posse Generum ullos pignoris fructus recipere, si cum pecunia dotali negotiaturus, aut empturus non esset frugiferum fundum.

Ca-

43 Castropalaus hanc sibi placere interpretationem testatur, scilicet pignoris fructus concessos esse, dum dos non solvitur, tamquam dotis partem ad matrimonii onera sustinenda, sicut sæpè à Socero filiæ conceduntur, & Genero alimenta, dum dos soluta non fuerit; quocirca pignoris fructus, & alimenta non conceduntur Genero, quia dotis solutionem expectat; sed quia matrimonii onera obligatur sustinere, & in eũ finẽ: atque adeò reputari possunt pars dotis, cum hac tamen differentiâ, quod ex dote solùm usufructus conceditur, servatâ dote uxori, vel ejus hæredibus, soluto matrimonio; at fructus pignoris, sicuti & alimenta absolutè conceduntur absque prædicta obligatione, quia tamquam fructus dotis conceduntur idem Castropal. *tractat.* 31. *disputat.* 4. *punct.* 20. *num.* 7. Molina *de Justit. & jur. tract.* 2. *disputat.* 311. *num.* 3. Lessius. *lib.* 2. *cap.* 2. *dub.* 16. *num.* 141. Rebell. *part.* 2. *de Oblig. justit. lib.* 8. *quæst.* 12. *num.* 2. Salas *de Usur. dub.* 29. *num.* 7. Layman. *lib.* 3. *Summ. sect.* 5. *tractat.* 4. *cap.* 16. *num.* 17.

44 Molina verò *de Justit. tractat.* 2. *disputat.* 321. *num.* 4. Distinguit duos casus, qui in matrimonii celebratione interveniunt. Primus est, quo conjuges mutuâ potestate corporum ad invicem tradunt. Alter verò, quo maritus onus suscepit uxorem sustentandi pro dote, & de jure communi dabatur viro pro subeundis oneribus matrimonii, fruenda dos toto tempore, quo matrimoniũ perseveraret, quam dissoluto matrimonio, integram redderet. Sicut enim matrimonii onera toto tempore, quo matrimonium durat; toto eo tempore valent usumfructum dotis; ita onera medietatis temporis valent usumfructum medietatis temporis; & onera quartæ partis temporis valent usumfructum quartæ partis temporis; & ita consequenter. Hinc fit, si Socer dare non velit dotem fruendam: nisi certo tempore elapso, quo Gener onera matrimonii sustineat, licitè, ac justè Generum exigere posse in recompensationem fruitionem boni æqualis doti in valore pro oneribus illius temporis; quoniam id non accipit in recompensationem pro dilatione solutionis dotis; sed pro oneribus, quæ tempore dilationis sustinet. Et hæc est ratio, quare compensare non tenetur pignoris fructus in sortem, non solùm quando id expressè fuit deductum in pactum, sed etiam quando pignora fructifera sunt ei tradita, interim dum dos non persolveretur, quia tunc censetur ei data, juxta dispositionem juris in *cap. Salubriter.* Cum adsit causa sufficientissima ad eos in sortem minimè compensandos.

45 Sed verius mihi videtur dicendum, quod ideò Gener potest fructus pignoris in principalem sortem non compensare, quia subiit onera matrimonii, ad quæ ejus Socer tenebatur, dum dotẽ nõ solvit text. in *l. Final. C. ad S. C. Vellejan.* Igitur in illorum compensationem Gener fructus ultrà sortem percipit, non quasi alienum percipiens, sed tamquam sibi debitum; nec quicquam lucratur ex pignore, quod restituere, aut compensare tenebatur; quæ interpretatio approbat Graña in dicto *cap.* 1. *num.* 6. Et non displicet Molinæ *de Justit. & jur. tractat.* 2. *disputat.* 321. *num.* 8. & 9. Lessio *de Justit. lib.* 2. *cap.* 20. *num.* 14.

46 Hujusmodi interpretationi opitulatur id, quod maritus, cui dos promittitur, & non solvitur, matrimonii onera nec potest, nec subire tenetur; sed pater uxoris, vel quilibet alius dotem promittens. text. in *l. Si filia* 20. *§.* 1. text. in *l. Si maritus* 47. *ff. Famil. ercisc.* text. in *l. Si is, qui* 56. *§. Ibi dos. ff. de Jur. dot.* Accurs. in *Authentic. de Nõ eligend. secund. nubentes §. Final. verbo. Onera.* Sanchez. *de Matrimonio. lib.* 9. *disputat.* 5. *num.* 2. Surd. *de Aliment. tit.* 7. *quæst.* 17. *num.* 3. Et cum in dicto *cap. Salubriter*. Socer dum solvit dotem, onera matrimonii subire nõ cõpellatur, sed Gener; consequens est, ut ex Soceri bonis possit absque usuræ periculo ex re pignorata fructus minimè in sortem compensare, maximè quia in nostro casu Socer præsentem dotem promisit, ut patet ex textu ibi: *Quæ sibi à Socero sunt percipiendos sunt pro numerata dote obligatæ.* Ut animadvertit Butrius ibidem. Covarruv. *lib.* 3. *Variar. cap.* 1. *num.* 3. Non pro numeranda, ut legit Cujacius in *Recitat.* ad nostrum tex-

textum, quæ verba dotem fuisse præsentem indicant; sed non solutam, ut legit Graña in *cap.1. de Feud. num.6. in fine*. Qui Cujacii lectionem refellit: Ergo æquum videtur, ut tempore moræ, in qua fuit Socer, qui usuras delatæ dotis solvere tenetur text. in *l. Si pater 17. ff de Doli except.* text. in *l. Insulam 42. §. Usuras. ff. Solut. matrimon.* Ad eam quātitatem saltem teneatur, quam Gener pro oneribus matrimonii expendit, atque in ejus compensationem rectè Pōtifex scribit fructus perceptos minimè in sortem esse compensandos.

47 Amplia 1. Dispositionem textus in *cap. Salubriter* procedere, non solùm in Genero comparatione Soceri, sed comparatione cujusvis alterius, qui uxorem dotaverit; neque enim Gener minus à quocumque extraneo, quàm à Socero licitè potest accipere competens pretium pro matrimonii oneribus sustinendis, usquequo ei dos persolvatur Molina *de Justit. & jur. tractat. 2. disputat. 321. num. 5.* Nam ratio prædicti *cap. Salubriter*, tam convenit patri dotanti, quàm cuilibet alii dotis promissori, quem Pontifex mente comprehendit, quamvis ad Socerum verba retulerit, quia regulariter parētes filiabus dotem præstare solent Leotard. *quæst. 28. num. 45. & 46.* Molina *disputat. 321. num. 10.* Faria ad Covarruv. *lib. 3. Variar. cap. 1. num. 38.* Hermosill. *l. 10. gloss. 4. num. 151. tit. 1. part. 5.* Less. *lib. 2. cap. 20. dub. 16. num. 142.* Trullench. in *Decalog. lib. 7. cap. 19. dub. 14. num. 6.*

48 Limita 1. Quoties Gener nulla sustinet matrimonii onera, quia Socer filiam domi retinet, eique alimenta præstat. Nam tunc non potest Gener pignoris fructus in sortem non compensatos retineri; quia cessat finis, ob quem ei conceduntur, nimirum sustinendi onera matrimonii; quia cessante causâ, cessant effectus text. in *l. Tutores, §. Curatores. ff. de Administrat. tutor.* text. in *cap. Cum cessante. de Appellat.* Molina *de Justit. et jur. tractat. 2. disputat. 321. circa medium.* Rebell. *quæst. 12. num. 6.* Quod colligitur ex textu in *l. Pater. ff. de*
49 *Dol. except.* Sed hoc locum habet, quoties pater filiam alit, quia Gener suæ obligationi non satisfacit. Secus si ipse sit paratus uxori alimenta præbere, quia æquum non videtur, ut pignoris fructus in matrimonii onera concessi ab eo auferantur, cum ipse præstò sit illorum obligationi satisfacere Salas *de Usur. dub. 29. num. 10.* Castropal. *tractat. 32. disp. 4. punct. 20. num. 9.*

Limita 2. Quum pignus expresè 50
in dotis promissæ securitatem conceditur: Nam tūc fructus in sortē sunt compensandi, vel debitori restituendi, cum non censeantur in partem dotis constituti. Molina, Lessius, Rebell. Salas. & Castropalao locis citatis. Debet pignus 51
tradi, seu promitti, quando instituitur dos. Quippe dote constitutâ, & obligato Genero, ex vi illius ad matrimonii onera sustinenda, postmodū si recipiat pignus eo fruendum interim, dum dos sibi promissa non solvitur, fructus in sortem non compensando usuram committit Molina *de Justit. & jur. tractat. 2. disputat. 321. post medium.* Salas. *dub. 29. num 12.* Rebell. *de Obligat. justit. lib. 8. quæst. 12. num. 3.* Ratio est, quia eo casu non videtur pignus concessum, ut pretium onerum matrimonii, cum jam onera matrimonii vendita sint ad dotis promissæ obligationem. Igitur quidèm concessum est ob dotis expectationem, quod nihil aliud est, quàm usura, ut tradit Castropal. *Oper. moral. tractat. 32. disputat. 4. punct. 20. num. 11.* Et 52
quamvis pignoris fructus matrimonii onera excedant, non est obligatus Gener ad restitutionem excessi; nec in partem dotis compensare Emman. Sà. in *Antiqua editione. verbo. Dos. num. 18.* Salas. *dub. 29. num. 10.* Ratio est, quia quamquàm fructus onera matrimonii excedant, non inde fit in onera matrimonii non concedi; sed solùm infertur non concedi avarè; & limitatè, sicuti estò dos in onera matrimonii concedatur, superabundans tamen esse potest.

Nunc sciscitādū obvenit, an valeat 53
pactū inter maritum, & dotis promissorem de certa quantitate annua præstanda, dum dotis solutio differtur? Et dicendum est simile pactum esse usura- 54
rium, & per consequens non valere

Ro-

Roger.*de Dote. quæſt.*16. Valaſc. *conſultat.*8.Gratian.*Diſceptat. cap.*848. *num.* 23.Bellon.*conſil.*64.*num.*2. Jo.Andr.Vignate. *num.*14. *in cap. Salubriter*. Alex. *conſil.*17.*lib.*4.*conſil.*74.*&* 141. *lib* 5. Rodulphus in *cap.Conſuluit.part.*2.*quæſt.*53 Socin.*conſil* 88.*num.*18.*& conſil.*130.*num.* 10. Florentin.*part.*2 *tit.*1.*§.*7.*&* 27. Lupus.in *cap.Per veſtras* 6.*notab.§.*8.*num.*6

55 Sed contrarium eſt verius,& ſemper tenendum, cum pactionem hanc non improbari, & eſſe legitimam, quoque jure civili certum ſit text. in *l.* 2. *C.de Dot.promiſſ.* text.in *l.*4.*in fin. & l.Si pater* 12. *§.*1.*ff.de Pact dot.*text.in *l.In inſulam. §.Uſuras. ff.Solut. matrim.* text. in *l.Si quis* 21. *§.Ultim.ff.de Donat. inter vir. & uxor.* Abb.in *cap Salubriter.* Novell.*de Dot. privileg.*3 *part.*7.Alex.*conſil.*31.*lib.* 6. Rubeus *conſil.*107. Corn.*conſil.*45.*lib.* 2. Conrad. *quæſt.*35.*concluſ.*7.Molinæus *de Contract.quæſt.*74. *num* 523. Cagnol. in *l.Curabit.num.*43.*C.de Act.empt.*Chaſſan.*ad Conſuetud.Burgund.Rubr.*4. *§.*43. *num.*10. Cujac. in *l.*12. *ff.de Pact. dotal.* Covarruv. *Variar. lib.*3. *cap.*1. *num.*3. Surd.*de Aliment tit.*1. *quæſt.*42. *num.*23. Rodriguez.*de Ann.Redditib.lib.*3.*quæſt. num.*43. Molina.*de Primogen.Hiſpan.lib.* 4.*cap.*5.*num.*6. Fachin.*Controverſ. lib.*2. *cap.*32.*in fine.* Ugolin.*de Uſur.cap.*3. §4. *num.*1. Gratian.*Diſceptat.forenſ.cap.*143 *num.*10. Cancer.*Variar. Reſolut. part.*3. *cap.*7. *num.*58. Molinus.*de Ritu nuptiar. lib.*3. *quæſt.*39. *num.*6. Fontanell. *gloſſ.*8. *part.*15.*num.*19. Molina.*diſput.*321.*num.* 8.*&* 17. Rebell.*de Obligat. juſtit. part.*2. *lib.*5.*quæſt.*20.*num.*14. Reginald. *lib.*25. *cap.*12. *num.*224. Azor. *Inſtitut. moral. part.*3.*lib.*7.*cap.*9. Alfonſ.Reg. *caſu.* 16. *num.*7.Bonacin.*diſputat* 3.*quæſt.*3.*punct.* 9.*num.*3. Caſtrenſ.*ad Leg.Julianus.§.Ex vendito. ff.de Action. empti.* Dec. in *cap. Cum venerabilis. num.*14. de *Except. & conſil.*111. *column. ultim.* Pariſius. *conſil.* 60.*num.*3.*lib.*1.Ancharan.*quæſt.*33. Covarruv.*Variar.lib.*3.*cap.*4.*num.*5.Lupus. in *l.Curabit. num.*145.*C.de Act.empt.*Rodoër.ad Marin.*cap.*9.*num.*8.*&* 9.Caſtropal.*Oper.moral.tractat.*32.*diſput.*4 *punct.* 20.*num.*8.

56 Quid ſi uxor ingrediatur Monaſterium, an tunc maritus fructus pignoris compenſare debeat in ſortem? ad cujus clariorem intelligentiam diſtinguendum arbitror. Aut uxor ingreſſa fuit Monaſterium ex culpa viri, videlicet ex
magna ſævitia. (Nam adſunt nonnulli 57
mariti, ſatis ſuperque truces adversùs eorum uxores, quod nil aliud eſt, quàm in experimentum malorum eas ponere; cum turpe, ac periculoſum ſit uxores verberibus afficere, unde ii, qui facilè uxores vapulant experiri ſolent illud Juvenalis. *Satyr.*6.

Semper habet lites, alternaque jurgia lectus,
In quo nupta jacet, minimum dormitur in illo.

Quapropter improbandam fore videtur ſententiam illorum, qui aſſerunt non minus uxoribus, quàm jumentis verbera eſſe neceſſaria, juxta vulgatum illud

Nux, Aſinus, Mulier, ſimile ſunt lege legati:
Hæc tria nil rectè faciunt, ſi verbera ceſſent.

Cum nil infelicius homini accidere poſſit, quàm vitam degere cum uxore plenâ rixis, ac jurgiis. Unde dixit Leibius in ſuis *Studentic.Apophtheg.*563.

Eſt tolerabilius dura procumbere terra,
Quam ſuavi in lecto cum muliere mala.

Poſth.relatus in *part.*5. *Delitiar.Poetar. Germanor.*

Quæris habere tua pacem cum conjuge? cæcam
Ducito, vel ſiat cæcam precare Jovem
Neve ingrata domi vexent tibi jurgia mentem.
Obtura auriculas, qua poteſt uſque tuas.)

Vel ex alio quovis viri defectu, aut ex culpa ipſius uxoris maritus eam in Monaſterium detrudit. Primo caſu, quando ex mariti culpâ Monaſterium ingreditur: tunc quoque ſubdiſtinguendum eſt; Aut maritus eam alit, præbendo Monaſterio aliquam menſtruam pecuniæ quantitatem pro ejus ſuſtentatione; aut ipſum Monaſterium ex ejus fundatione hujuſmodi mulieribus alimenta dare tenetur. Quando maritus eam Monaſterio alit, tunc fructus pignoris in ſortem compenſare non tenetur;

tur; sed eos præcipuos habere debet:
Nam in hoc casu procedit dispositio
textus in dicto *cap. Salubriter. de Usur.*
58 Secundo verò, videlicet quando Mo-
nasterium eam alit; tunc maritus tene-
tur fructus pignoris in sortem compen-
sare. Quippe ideo Pontifex in *cap. Salu-
briter*, dixit Generum non teneri fru-
ctus pignoris in sortem compensare, eò
quia onera matrimonii sustinere debet;
sed in hoc casu maritus hujusmodi one-
ra non sustinet; quia uxor alitur à Mo-
nasterio: Ergo nequit fructus pignoris
præcipuos habere; sed eos in sortem
compensare tenetur, cum ibi non mili-
tet ratio textus in dicto *cap. Salubriter.
de Usuris*. Quo ad secundam partem
prioris distinctionis, scilicet quando ma-
ritus ex culpa uxoris eam in Monaste-
rium detrudit. Etiam distinguendum
est; aut maritus eam alere non vult; aut
paratus est ei alimenta præstare. Primo
59 casu cum nulla matrimonii onera su-
stineat, fructus pignoris in sortem de-
bet compensare; quoniam cessat finis,
60 propter quem fructus marito tribuun-
tur; idest ob onera matrimonii; at ces-
sante causâ, ejus quoque effectus debent
cessare text in *cap Cessante. de Appellat.*
text. in *l. Adigere §. Quamvis. ff. de Jur.
patron.* text. in *l. Generaliter. C. de Epis-
cop. & Cleric.* text. in *l. Cum re. C. de Pact.*
61 *inter empt. & vend* Secundo casu, quan-
do paratus est eam alere (quamvis inte-
rim alatur à patre, vel à Monasterio,
vel à quolibet alio) tunc minimè tene-
tur fructus pignoris in sortem compen-
sare; sed eos præcipuos habere debet,
cum promptus sit obligationi suæ satis-
facere Castropal. *Oper. moral tractat. 32.
disputat. 6. punct. 20. num. 9.* Salas *de Usur.
dub. 29. num. 10.*
62 Sed an Gener, vel ejus hæredes, ma-
trimonio soluto, possint fructus pi-
gnoris, dote nondum solutâ, susci-
pere, & quid de uxore, mortuo viro?
Et negativè respondendum est. Ra-
63 tio est, quia ideò permittitur Ge-
nero fructus in sortem non compensa-
re, quia debet matrimonii onera susti-
nere, juxta dispositionem text. in *cap. Sa-
lubriter de Usur.* Sed matrimonio solu-
to hæc ratio non militat; ergo nec præ-
dicti textus dispositio.

Alia ratio est, quia pignoris fructus, 64
vicem usufructus dotis adipiscuntur, &
eos percipere queunt dumtaxat, qui jus
habent recipiendi dotem, ad onera ma-
trimonii sublevanda; sed mortuâ uxo-
re Gener, qui non existit ejus hæres, jus
dotem uxoris percipiendi non habet, ut
animadvertit Castropal. *Oper. moral.
tractat. 32. disputat. 4. punct. 21. num. 1.* At
si uxoris hæres existat, caret jure per-
cipiendi dotem, tamquam dotem, sed
tamquam hæreditatem ab extraneo si-
bi relictam. Igitur nec jus habet perci-
piendi fructus pignoris, in dotis usuf-
fructus subrogati, ut tradunt Molina
*de Justit. & jur. tractat. 2. disputat. 322. in
princip.* & *post med.* Castropal. *Oper. moral.
tractat. 32. disputat. 4. punct. 21. num. 1.* Sa-
las *de Usur. dub. 30. num. 5. & 7.*

Quid verò dicendum de uxore, quæ, 65
mortuo viro, fructus pignoris, quod à do-
tante durante matrimonio concessum
fuit percepit, an debeat eos compensa-
re in sortem dotis expectatæ? Et quod 66
eos compensare debeat affirmandum
videtur, ut quoque consentiunt Moli-
na. *de Justit.* & *jur. tractat. 2. disputat.
322. §. His ita constitutis* Cajetan 2. 2.
quæst. 78. artic. 2. ad 6. Anglis. *Quæst. de
Contract. mutui artic. 2. difficult. 7. dub. 2.*
& 3. Sylvester. *verbo Usura. 3. quæst.* 9.
Ratio est, quia soluto matrimonio, one-
ra matrimonii cessant, in quorum leva-
men pignoris fructus fuerunt promissi
text. in *cap. Salubriter. de Usur.*

Sed hoc penitus obnitente, contrari- 67
um amplectendum est, videlicet, quod
uxor, mortuo viro, non teneatur com-
pensare fructus pignoris à dotante con-
cessi; etiam si ejus marito dos soluta
non fuerit Sotus *de Justit. quæst. 1. artic.
2.* Salas. *de Usur. dub. 30. num.* 6. Toled. *lib.
1. cap. 30. in fine.* Lopez. *part. 2. Instruct.
cap. 60.* Castropal. *Oper. moral. tractat. 32.
disputat. 4. punct. 21 num. 3.* Sà *verbo Dos.
num. 18.* Cordub. *quæst. 23c. & quæst. 238.*
Aragon. *quæst. 78. art. 2. ad fin.* Corona. *§.
de Contractib. pignorat. cap. 8.* Mercat. *de
Usur. cap. 4.* Rodriguez. *part. 1. Summ. cap.
97. num. 5.* Palatius. *de Contractib. cap. 5.
concl. 9.*

Hujus conclusionis ratio est: quia So- 68

ccr

cer, vel quilibet alius dotans promittendo puellæ dotem absolutè obtulit pignus fruendum; donec dotem solverit: Ergo cum dos non solùm marito, durante matrimonio, in uxoris sustentationem; sed multò magis, uxori matrimonio soluto, in ejus alimenta erat soluenda, clarè infertur pignus fruendum marito, matrimonio durante competere uxori matrimonio dissoluto, interim, dum ei dos ab ipso dotante, & offerēte pignus soluta non fuerit, ut rectè explicat Castropal. *Oper. moral. tract.* 32. *disputat.* 4. *punct.* 21. *num.* 3.

69 Ampliatur hæc sententia, ut quamvis uxor aliunde habeat, ex quo sustentationem sumat, non per hoc à fructibus pignoris recipiendis excluditur; quoniam ex ipsis, & aliis abundè sustētari potest, sicut nec Gener excluditur à fructibus illius pignoris percipiendis, licèt aliundè habeat, ex quo matrimonii onera sustinere possit Castropal. *Oper. moral. tractat.* 32. *disputat.* 4. *punct.* 20. *num.* 10.

70 Sed refragatur id, quod ideo fructus pignoris in sortem non compensantur, quia conceduntur ad onera matrimonii sublevanda text. in *cap. Salubriter. de Usur.* Sed in hoc casu hujusmodi ratio militare nequit, quia jam est solutum matrimonium, & cessant onera matrimonii, ideoque cessat finis, ob quem fructus pignoris uxori conceduntur: Ergo tenetur eos in sortem compensare.

71 Huic objectioni respondetur, minimè cessare finem, propter quem pignoris fructus uxori tribuuntur; Nam hujusmodi fructus, ad onera matrimonii sublevanda conceduntur marito, dum dos uxoris ei non solvitur text. in dicto *cap. Salubriter. de Usur.* At uxori conceduntur in ipsius sustentationem, ideoque uxori debentur, maximè quia sustentatio uxoris, etiam viduitatis tempore ad onera matrimonii spectat, ut expresſè tradidit Castropal. *Oper. moral. tractat.* 32. *disputat.* 4. *punct.* 21. *num.* 3. *in fine.*

72 Quid dicendum si maritus, vel ejus hæredes pignus uxori tradant interim dum dos ei non solvitur, an in hoc casu uxor teneatur fructus pignoris in sortem compensare? & affirmativè respōdit Castropal. *Oper. moral. tractat.* 32. *disputat.* 4. *punct.* 21. *num.* 4. Nisi fortassis ratione lucri cessantis, vel damni emergentis ex mora non solutæ dotis, aut ratione pœnæ conventionalis, aut donationis hæredum, aliove simili titulo acceperit; vel nisi suæ congruæ sustentationi necessarium fuerit.

Hujus assertionis ratio est, quia his 73 titulis deficientibus, solummodò superest titulus expectationis dotis, pro qua utpotè mutuo virtuali usura est pretium accipere, ut volunt Salas *de Usur. dub.* 30. *num.* 8. & 9. Navarra. 3. *de Restitut. part.* 2. *cap.* 2. *dub.* 11. Molin. *de Justit. & jur. disputat.* 322. *post princip. & circ. fin.*

Nonnulli, ut sunt Molina, & Na- 74 varra hoc restringunt, nè procedat ultra viduitatis annum, quippe eo elapso suspicantur mariti hæredes haudquaquam esse obligatos ad sustentandam viduam, quamvis dotem non solverint: ideoque quidquid ex mariti bonis receperit, in sortem dotis compensare debere; nisi ex lucri cessantis ratione, ex non soluta dote receperit.

Ast hanc limitationē meritò refellūt 75 Navarrus *Manual. cap.* 17. *n.* 213. Salas *de Usur. dub.* 30. *num.* 9. Lopez. 2. *part. Instruct. cap.* 60. Graffis 1. *part. dec. lib.* 2. *cap.* 106. *num.* 4. Cordub. *quæst.* 230. & *quæst.* 238. Valent. *disputat.* 5. *quæst.* 21. *punct.* 1. *ad* 5. Salon. 2. 2. *quæst.* 78. *artic.* 2. *contr.* 15. *concl.* 2. Navarr. *Comm. de Usur. num.* 67. & 68. Aragon. 2. 2. *quæst.* 78. *artic.* 2. *in fine.* Tenentes maritum, qui accepit 76 dotem, vel ejus hæredes obligatos esse toto tempore, quo dotem non solverint, uxori alimenta necessaria tribuere, eò, quod pactum dotale, hanc tacitam obligationem continere videatur, ut illius vi maritus ex bonis suis, dum matrimonium permanet, teneatur uxorem alere; eo verò soluto, dum non solverit dotem acceptam Castropal. *Oper. moral. tractat.* 32. *disputat.* 4. *punct.* 21. *num.* 5. *in fine.*

SUM-

SUMMARIUM

1 *Causæ, in quibus agitur summariè, ac de plano, solâ facti veritate inspectâ, multis gaudent privilegiis.*

2 *Reconventio minimè admitti potest in causis, in quibus agitur de plano sine strepitu, ac figura judicii.*

3 *Reconventio tantummodò admitti potest in illis causis, in quibus Judices per modum conventionis viæ ordinariæ, vel delegatæ jurisdictionis cognoscere possunt.*

4 *Compensatio est petitio, & idem cum reconventione videtur.*

5 *Ubi militat eadem ratio, ibi debet esse eadem Juris dispositio.*

6 *Compensatio admittitur in causis, in quibus solummodò summariè proceditur.*

7 *Compensatio in omnibus actionibus, ac debitis recipi potest.*

8 *Alienam possessionem occupans compensationis privilegio defendi non potest.*

9 *Argumentum à contrario sensu in jure validum est.*

10 *Dictio* omnis *est universalis, quapropter nihil excludit.*

11 *Compensatio respectu clausulæ* solâ facti veritate inspectâ *proponi potest, nō obstante juramento.*

12 *Clausula* solâ facti veritate inspectâ *magis operatur, quàm clausula* summariè, ac sine strepitu judicii.

13 *Agere summariè idem est, ac agere ex bono, & æquo.*

14 *Compensatio introducta fuit à naturali æquitate, seu à bono, & æquo.*

15 *Compensatio admittitur in causis, ubi summariè proceditur: dummodò summa, quæ in compensationem deducitur, liquida sit.*

16 *Compensatio admitti non potest in causis, ubi summariè proceditur, si in eis aliquid incurrat, quod compensationis regulis adversetur.*

17 *Compensatio propriè non est actio, nec petitio, sed exceptio, qua actoris petitionem excludimus.*

18 *Reconventio dicitur actio.*

19 *Particula* videtur *in proprietatem denotat.*

20 *Compensatio an admitti possit, stante clausula* parito judicato.

21 *Verbum* parito *realem solutionem importat.*

22 *Solutio, ubi requiritur realis compensatio, locum habere non potest.*

23 *Compensatio optimè locum potest habere, etiam stante clausula* parito judicato.

24 *Clausulæ* parito judicato *vis est, ut condemnatus parti victrici consequutionem præstet illius summæ, in qua condemnationem subiit, nulla qualitate, importata, ut per realem solutionem fieri debeat.*

25 *Verbum* parito *idem importat, ac si dictum fuisset soluto.*

26 *Solutio, & compensatio pari passu procedunt.*

27 *Debito ex judicati causa descendenti opponi potest compensatio.*

28 *Compensatio quamvis in modo solvendi sit ficta solutio: attamen quoad liberationem habetur pro solutione reali.*

29 *Compensatio magis operatur, quàm ipsa solutio realis.*

30 *Clausula* refectis impensis *per compensationem verificatur.*

31 *Literæ compulsoriales dantur creditoribus contra debitores.*

32 *Literæ compulsoriales in duplici statu considerantur.*

33 *Literæ compulsoriales quid operantur?*

34 *Literis compulsorialibus an possit opponi compensatio.*

35 *Statutum, quotiescumque admittit solutionem, debet intelligi de solutione reali, secus verò de compensatione.*

36 *Statutum in casu ficto locum habere non potest.*

37 *Compensatio, non obstantibus literis compulsorialibus, locum habere potest.*

38 *Statutum rejiciens omnes exceptiones non videtur refellere exceptionem compensationis.*

39 *Compensatio dicitur exceptio, quatenus tendit ad defensionem.*

40 *Compensatio admittitur contra literas compulsoriales, quamvis sit emissum præceptum in confessum.*

41 *Compensatio admitti non potest quando statutum expressè realem, ac manualem solutionem requireret.*

42 *Dictio taxativa alias exceptiones similes non refellit.*

AR-

ARGUMENTUM

Utrùm compensatio obstet Debito, quod summariè petitur, & Debitum an solvi possit per compensationem, stante clausula, *parito judicato*, vel *refectis impensis*.

QUÆSTIO XII.

1 IN plurimis autem debitis ex Principum, vel Statutorum dispositione, aut ex privilegio actionis summariè proceditur, videlicet de plano, absque figura, & strepitu judicii, solâ facti veritate inspectâ; quoniam hujusmodi causæ pluribus gaudent privilegiis, de quibus latè Cardinal. Tusch. *concl.* 891. *liter. S.* Unde nunc videndum est, an in his casibus locũ sibi asciscat compensatio? Et negativè respondẽdum videtur.

2 Cujus assertionis ratio est, quia in causis ubi summariè, ac de plano proceditur non datur locus reconventioni Cynus. in *l. final. C. Qui admitti.* Berlich. *concluſ.* 22. *num.* 18. Marefca *de Reconvent. enarrat.* 1. *num.* 83. Barbat. in *Repetit. Rub. de Mutuis petit. num.* 6. *verſ. Et unum pondera.* Bald. in *authentic. Et conſequenter. num.* 17. *C. de ſentent. & interlocut. omn. judic. & in cap.* 1. *col. final. de Contr. apud par. term.* Marta. *de Juriſdict. part.* 4. *cent.* 1. *caſu.* 61. *num.* 12. Fontanell. *deciſ.* 449. *num.* 21. Merlin. *Controverſ forenſ. cent.* 2. *cap.* 24. *num.* 3. Flav. Tort. *ad Stat Papiæ tit. de Ordin. cauſ. Civil. in qua proceditur per viam libelli. rub.* 3 *num.* 8. Cum reconventio solummodò locum sibi arroget in illis causis, in quibus Judices per modum conventionis, vi ordinariæ, vel delegatæ jurisdictionis cognoscere possint Speculat. *lib.* 2. *tit. de Reconv. §. Nunc videamus* 2. *n.* 9. Molignat. *de Reconvent. cap.* 3. Zanger. *de Except. part.* 2. *cap.* 1. *num.* 378. Hostiens. in *Summ. de Mutuis petit. num.* 3. Vurmbs. *lib.* 1. *Observat. tit.* 12. *observat.* 5. *num.* 3. Bart. in *authentic. Et conſequenter. C. de Sentent. & interlocut. omn. judic.* Menoch. *de Arbitr. judic. quæſt.* 44. *num.* 11. Sed compensatio est petitio, ut recon- 4
ventio, prout patet ex text. in *l. Amplius non peti* 15. *ff. Rem rat. haber.* Cum compensatio, & reconventio sint idem text. in *l. Neque* 6. *C. de Compenſat.* text. in *l.* 1. *C. Rer. amotar.* Bald. in *l. Si conſtat. num.* 6. *C. de Compenſat.* Jordan. *Elucrubat. lib.* 14. *tit.* 4. *num.* 5. Cujac. *lib.* 2. *Decretal. tit.* 4. Latro. *conſult.* 30. *num.* 8. Tyndar. *opuſcul. de Compenſat. art.* 7. *num.* 43. Mans. *conſultat.* 393. *num.* 27. Coler. *deciſ.* 202. *num.* 6. Pacian. *de Probat. lib.* 1. *cap.* 63. *num.* 125. Berlich. *concluſ.* 22. *num.* 15. Fachin. *Controverſ. jur. lib.* 11. *cap.* 6. Meierus *lib.* 16 *Pandectar. tit.* 2. *num.* 12. Ergo si reconventio in causis, ubi summariè proceditur refellitur, etiam est rejicienda compensatio; ob eandem rationem, propter quam excluditur reconventio, quia ubi militat eadem ratio, ibi debet esse eadem juris dispositio text. in *l. Quidem nummularios. ff. de Edend.* text. in *l. Illud. C. de Sacroſanct. Eccleſ.* text. in *l. Si poſtulaverit. §.* 2. *ff. de Adult.* text. in *l. Illud. ff. ad Leg. Aquil.*

6 Sed hoc minimè renuente, contraria opinio est tenenda, videlicet, quod etiã in causis, ubi summariè proceditur locum affectatur compensatio, ut tradunt, ac insectantur Marefca *de Reconvent. enarrat.* 1. *num.* 83. Parlador. *lib.* 2. *Rer. quotid. cap. final. part.* 5. *§.* 11. *num.* 30. Tort. *ad Stat. Papienſ. tit. de Ordin. cauſ. in qua proceditur per viam libelli. Rubric.* 3. *n.* 7. Bersan. *de Compenſat. cap.* 2. *q.* 41. *n.* 8

7 Hujus conclusionis fundamentum evincitur ex textu in *l. Final. C. de Compenſat.* Ubi Justinianus in omnibus actionibus compensationem admittendam esse imperavit, & idem rescripsit in *§. In bonæ fidei. de Act.* Et testantur, ac insequuntur Mejerus *lib.* 26. *Pandectar. tit.* 2. *num.* 10. Cujac. *lib.* 2. *Salv. Julian.*

col.

col.2. ad finem. Theophil. *lib.4. Institut. tit.6.§.30.* Duaren. *tit.de Compensat. col. 2.post med* Jul.Pac.*lib.16.Isagoe.tit.2.num.* 11.& 12. Donell. in *l.4. num.11. C.de Compensat.* Hothoman. *lib.16. Epitom. tit.2.num.5.* Budæus. in §.*In bonæ fidei.* Vultej.*num.6.de Act.* Cujac. *lib.8.Observat.cap.16.& lib.15.cap.1.* Borcholt. *de Compensat.cap.3.num.8.* Exceptis actio-
8 nibus depositi, & perperam occupantium possessionem alienam text.in dicta *l.Ultim.§.Final. C.de Compensat.* text.in dicto §.*In bonæ fidei. de Act.* Meierus *lib. 16. Pandectar. tit.2. num.5.* Ergo in cæ-
9 teris aliis compensatio est admittenda, argument. à contrario sensu, quod in jure nôstro rectè procedit text. in *l.1.§. Hujus rei. ff.de Offic.ejus, qui mand. est jurisd.* text. in *l.Qui testamento.§.Mulier. ff.de Testam.* text. in *l.Procuratorem* 81. *§.Si ignorantes. ff.Mand.* Maximè quia exceptio firmat regulam in cõtrarium text.in *l.Quæsitum. §.Denique.ff.de Fũd. instruct.* Gloss.in *Rubr.de Regul.jur. in 6.*
10 Et cum supra relati Doctores amplectantur, compensationem in omnibus actionibus, ac judiciis admittendam esse, Meierus.*lib.16.Pandectar.tit.2.num.* 10. Sequitur quoque admittendam in illis actionibus, ubi summariè proceditur, quia dictio *omnis* est universalis, & nihil excludit text.in *l.Julianus.l.Testatorem. ff.de Legat.3.* text. in *l.Hoc articulo.ff.de Hæred.instituend.* text. in *l.Pediculis. §.Labeo.ff.de Aur.& argent.legat.*
11 Juvat nostram opinionem id, quod respectu clausulæ *sola facti veritate inspecta*, proponi potest compensatio, nõ obstante juramento, ut asseverant Mãcin.*de Juram.part.4 effect.30.num.4.* Gratian. *Disceptat.forens.cap.728. num.14.* Alderis. *de Symbolic.contract. tit.2. cap. 10.num.29.* Zacch. *de Obligat. Cameral. quæst.14.num.17.* Pacific.*de Salvian.interdict. cap.2.inspect.2.num.313.* Trentacinque *Variar.Resolut.tit.de Compensat. num.7.lib.3.vol.1.* Fulgin.*de Jur.emphyt. tit.de Solut.Canon.n.303.* Osasc.*decis.92.*
12 Ergo à fortiori debet admitti in causis summariis, cum magis operetur, hæc clausula, *sola facti veritate inspecta*, Quàm clausula *summariè, ac sine strepitu judicii* Attestantibus Honded. *consil. 93.num.53. tom.1.* Marant. *de Ordin. judic.part.4. tit.Et an Judex sit competens. num.32.* Barbos.*Tractat.var.clausul.173 num.2.* Chacheran.*decis.1.num.20.* Marta *de Clausul.clausul.568.num.4.* Quando agitur in causis summariè, agitur 13
de bono, & æquo Seraphin.*de Privileg. juram.privileg.74. num.158.* Bersan.*de Compensat.cap.2.q.41.n.11.* Sed compensatio ex bono, & æquo introducta est 14
text.in *l.3.ff.de Compẽsat.* text. in *l.Inter tutores 37.ff.de Administrat.tutor.* Wessembec. *Paratitl.ff.de Compensat.n.7. & 8:* Faber.in dicta *l.3.ff.de Compensat.* Meierus *lib.16.Pãdect.tit.2.n.10.* Et de æquitate recipitur, ubialiàs nõ admitteretur Bersan. *de Compensat.cap.2.q.41.n.12.*

Hæc nostra cõclusio procedit, dum- 15
modò summa, quæ in compensationem deducitur liquida sit, nec altiorem peroptet indaginem, cum de liquido ad illiquidum compensatio fieri nequeat text.in *l.Final.C.de Compensat.* Gutierrez. *de Jurament. confirm. part. 3. cap. 6. num.2.* Gonzalez.*cap 2 num. 10. ad fin.de Deposit.* Rodriguez. *de Ann. redd. lib. 2. quæst.18.num.10.* Diego.*Opuscul.de Compensat.fol.mihi 27.* Larrea. *decis. 87. num. 16.* Vultej.in §. *In bonæ fidei.num. 10. de Act.* Jul.Pac.*lib.16.Isag.tit.2.num. 6.* Zamoran. *de Compensat. in præf.num. 1. in fine* Sanchez. *de Matrim. lib. disputat. 6. num. 2.* Gregor. *Syntagmat: jur. univers. part.3.lib.21.cap.22.num. 3.* Faber. *C. lib.4. tit.31. definit. 10.* Meierus *lib.10. Pandectar.tit.2.num.9.* Nisi de proximò liquidari possit Escobar.*de Confessar. sollicit.ad vener.part.2.quæst.3.§.3.num. 20.* Oynotom.in §.*In bonæ. fidei. num. 17. &* Mynsing.*num.10.de Act.* Alciat.*consil.10. num.4.* Bellon.*de His,quæ incont.fiunt.lib. 1.cap.17.num.4.* Bonacin.*de Restit. quæst. ult.punct.1.num.12.* Unde quæ dicta sũt 16
de compensatione admittẽda in causis summariis, debent intelligi; dummodò nihil concurrat, quod compensationis naturæ refragetur. Nam tunc etiam in causis ubi summariè agitur refellitur compensatio, ut notavit Bersan.*de Compensat.cap.2.quæst.41.num.13.*

Non obest fundamentum contra- 17
riæ opinionis. Nam respondetur, compensationem à reconventionem multùm differre; qua compensatio est exceptio, quia creditorem eundemque debitorem petentem repellimus text. in *l.*

in *l. 2. ff. de Compensat.* Quatenus defensionem continet; Nam in jure defensiones exceptiones nuncupantur text. in *l. Sed & si 52. ff. de Judic.* text. in *l. Final. §. Cum mihi. ff. de Verb. oblig.* text. in *l. De-*
18 *fensiones C. de Except.* Reconventio verò est actio, ut patet ex text. *tit. de Mutuis petit. &* ex Berlich. *concl. 22.* Non obstat text. in *l. Amplius non peti 15. ff. Rem. rat. baber.* Ubi qui compensat agere videtur. Nam respondetur, quod ibi com-
19 pensatio impropriè actio appellatur, quia hæc particula, *videtur*, improprietatē præsefert text. in *l. 1. §. Dejecisse videtur. ff. de Vi, & vi arm.* Barbosa *Diction.* 424. *n. 1.* Pichard. in *§. Nominatim. n. 6. de Exhæredat. liber.* Et de differentiis cōpensationis, & recōvētionis latè dixi *in q. 8.* & Mejerus *lib. 16. Pandect. tit. 2. n. 12*
20 Nunc videndum est de secundâ quæstione; hoc est debitum, an solvi possit per compensationem, stante clausulâ, *parito judicato*, Et quod non admittatur compensatio tenent Barbosa *de Clausul. clausul. 97. num. 16.* Annot. ad Ludovic. *decis. ad Rot. Roman. 342. num. 6.*
21 Hujus assertionis ratio est, quia hoc verbum, *parito*, realem solutionem importat Barbosa *de Clausul. clausf. 97. num.*
22 16. Sed ubi requiritur realis solutio, compensatio locum habere nequit Intrigl. *consil. 8. num. 16.* Crot. *consil. 139. num. 7. lib. 1.* Graff. *de Except. except. 16. num. 77.* Natta. in *consil. 60. num. 3. lib. 1.* Marc *dec. Delph. 148. num. 4. lib. 2.* Felin. in *cap. Suborta num. 2. de Re judic.* Boër. *consil. 14. in fine.* Milan. *decis. 14. num. 19. lib. 2.* Quia compensatio est solutio ficta, ac imaginaria text. in *l. Si peculium. ff. de Stat. homin.* text. in *l. Debitor 4. ff. Qui potior. in pign.* Dec. in *cap. cum inter num. 58. de Except.* Gloss. in *l. final. verbo Indaginem. C. de Compensat.* Parlador. *lib. 2. Rer. quotid. cap. final part. 5. §. 11. num. 30.* Medic: *de Compensat. in præf. num. 2.* Giurb. *ad Consuet. Messan. cap. 2. Gloss. 16. part. 1.* Bertazol. *clausf. 41. Gloss. 8. num. 3.* Ergo ubi realis exposcitur solutio compensatio refellitur Surd. *consil. 246. num. 19.* Barbos. *de Clausf. clausul. 97. num. 17.*
23 Sed hoc nusquā respuēte, contraria opinio est verior, videlicet quod non obstante prædictâ clausulâ, *parito judicato*, Compensatio admitti debeat, quam cōclusionem amplectuntur Gregor. *decis. 342. n. 1. & seqq.* Luca. *de Regalib. discurs. 306. n. 4.* Bersan. *de Compesat. cap. 2. quæst. 42. num. 5.* Ludovis. *decis. Rota Rom. 342. num. 5.*

Ratio est, quoniam vis, ac efficacia 24 hujus clausulæ *parito judicato*, Nihil aliud inducit, nisi quod condemnatus alteri parti, consequutionem præstet illius summæ, in qua condemnationem fuit passus, nullâ qualitate importatâ, ut per realem solutionem fieri debeat, ut benè adnotavit Bersan. *de Compensat. cap. 2. quæst. 43. num. 3.* Hoc enim clare- 25 scit ex eo, quod hoc verbum, *parito*, idem importat, ac si dictum fuisset, soluto, (dummodò non addatur aliqua formula, ob quam dumtaxat de solutione reali intelligi debeat, quia tunc compensatio refellitur. Graff. *de Except. except. 16. num. 59.* Cum ibi relatis] Sed so- 26 lutio fit per compensationem, cū idem sit solutum, ac compensatum text. in *l. Debitor 4. ff. Qui potior. in pig. bab.* text. in *l. Solutionis ff. de Solut.* text. in *l. Si peculium. §. de Illo. ff. de Stat. liber.* text. in *l. Amplius non peti 15. ff. Rem. rat. baber.* text. in *l. Vel permutavit. ff. de Liberal. caus.* text. in *l. Julianus. ff. de Condit. & demonstrat.* Quod magis procedit in præsente hæsitatione, ubi debitum ex causâ judicati proficiscitur, ut latè patet ex Barbosa *de Clausul. clausf. 97.* Sed debito ex judi- 27 cati causâ descēdenti objici potest compensatio text. in *l. Ex causa quidem. C. de Compensat.* Ergo &c. Unde Bersan. *de Compensat cap. 2. quæst. 41. num. 4.* ex Ludovis. *decis. Rot. Roman. 342. num. 5.* Infert, quod si de facienda apparitione simpliciter sermo sit; talis apparitio fieri poterit per compensationem, non minus, quàm per solutionem.

Non adversatur fundamentum con- 28 trariæ opinionis; Nam quamquam compensatio, in modo solvendi sit imaginaria, ac ficta solutio, ut patet ex text. in *l. Amplius non peti. ff. Rem ratam baber.* text: in *l. Debitor. 4. ff. Qui potior. bab.* Tamen cum in solutionibus effectus tollendæ obligationis inspiciatur argum. text. in *Princip. Institut. de Quib. mod.*

tollit. oblig. Quoad effectum liberationis compensatio realis solutio est, quia ex ea vera suboritur liberatio. text. in *l. Julianus. ff. de Condit. & demonstrat.* Tynd. *Opuscul. de Compensat. artic.* 7. Giurb. *ad Consuetud Messan. cap.* 2. *Gloss.* 16. *part.* 1. *num.* 10. *vers. respon.* 2. Et ubi juramētū non intervenit habetur pro vera, ac reali solutione Avendañus *de Exq. mand. part.* 1. *cap.* 17. *num.* 7. Aldovin. *consil.* 60. *num.* 138. Grass. *de Except. except.* 16. *num.* 11. Chartar. *decis.* 77. *n.* 12.

29 Muta *decis.* 34. *num.* 20. Imo plus operatur, quandoquidem cōpensatio, quàm solutio Picus *Dec. Lucens.* 47. *num.* 45. Gratian. *Discept. Forens. cap.* 728. *num.* 9. Bim. *consil.* 255. *num.* 11. Surd. *consil.* 462. *num.* 12. Aldovin. dicto *consil.* 70. *num.* 139. Grass. *de Except. except.* 16. *num.* 11. Licèt modus solvendi sit fictus, ac improprius; tamen qui compensat solvit ac numerat, si non naturaliter, saltem civiliter text. in *l. Si rem. §. Omnis. ff. de Pign. act.* text. in *l. Solutionis verbum*, & *l. Satisfactionem ff. de Solut.* Quæ civilis numeratio idem operatur, ac naturalis argument. text. in *l. Dispositio. ff. de Adopt.*

30 Id quod dictum est de clausula, *Parito judicato*, quoad compensationem, dicendum quoque est de clausula, *Refectis impensis*, Quæ per compensationem verificatur per rationes supra traditas, & quoque tenet Bersan. *de Compensat. cap.* 2. *quæst.* 42. *num.* 7. Licèt contrarium doceat Barbos. *de Clausul. clausul.* 132. *num.* 4. Motus ex text. in *cap. Final. in fine. de Rescript.* Quo bene perpenso haud nostræ conclusioni adversatur & innotescit ex Puteo *decis.* 123. *lib.* 1.

31 Nunc videndum remanet, an debitum compensari possit, non obstantibus litteris compulsorialibus super illud emissis? Litteræ verò compulsoriales præbentur, creditoribus adversùs debitores, quarum litteratum ūsus in curiis almæ Urbis, ac Delphinatus vigent, ac existent in viridi observantia, ut refert Guid. Papa *de Litter. compuls. in præ-*
32 *fat.* In duplici statu considerantur litteræ compulsoriales, videlicet prout quædam sunt speciales, & remissoriæ ad jurium productionem faciendam, ut ad validitatem instrumentorum confirmandam. Aliæ verò sunt generales, de quibus loquitur Rota. *decis.* 129. & 647. *in novissim. lib.* 3. Et operantur, ut 33
possunt decerni; etiam lite pendente, absque attestatorū vitio, quia talis actus est justus extrajudicialis non tendens profectò in præjudicium litis, sed potius ad coadjuvandam veritatem, ut ex Lancelloto *de Attentat. part.* 3. *cap.* 4. *limit.* 10. & *cap.* 20. *limit.* 14. tradidit Besold. *Thesaur. practic. litera. C. num.* 53.

Nunc difficultas est, si debitor contra 34
prædictas litteras possit compensationē opponere? Dubitatio adaugetur ex eo, quod adversùs hujusmodi literas, septē dūtaxat exceptiones per dictionē taxativā recipiūtur ex dispositione statutorū, à quibus enumerāturnec cōpēsatio reperitur inter eas, sed simpliciter fit mentio solutionis, & præter exceptionem solutionis alias sex; quæcumque aliæ refelluntur exceptiones contra cōpulsoriales litteras, ut attestatur Bersan. *de Compensat. cap.* 2. *quæst.* 40. *num* 2. Unde mihi videtur, compensa- 35
tionem esse rejiciendam, quia quoties statutum admittit solutionem non debet intelligi de compensatione, eò quia compensatio non est vera; sed ficta solutio text. in *l. Debitor* 4. *ff. Qui potior. in pignor. hab.* text. in *l. Si constat* 4. *C. de Compensat.* text. in *l Amplius non peti. ff. Rem rat. haber.* Tiraquell. *de Retract. lignag.* §. 3. *Gloss.* 3. *num.* 6. Giurb. *ad Consuetud. Messan. cap.* 2 *Gloss.* 16 *part.* 1. *num.* 9 Hering. *de Fidejuss. cap.* 20. §. 6. *num.* 13. Bursatt. *consil.* 123. *n.* 20. Bart. & Bald. in *l. Julianus. ff. de Condit. & demonstrat.* Grass. *de Exceptionib. except.* 16. *num.* 12. Sed statutum non habet locum in 36
casu ficto text. in *l.* 1. *§. Hoc edictum.* ibique Bart. *ff. de Fidejuss.* text. in *l.* 1. *§. Hæc verba. ff. de Neg. gest.* Ergo &c.

Hoc minimè refragante contrarium 37
est tenendum, scilicet, quod non obstantibus litteris compulsorialibus locum sibi vindicet compensatio Marcus *Dec. Delphinat.* 148. *num.* 7. Guid. Pap. *tractat. de Litter. compulsor. quæst.* 5. *num.* 4. Costa. *de Rat. rat. quæst.* 61. *num.* 2. *in fine.* Medices *de Compensat. part.* 2. *quæst.* 31. *num.* 36. Ricc. *Collect. part.* 6. *collect.*

242

2445.*vers.Secendo* Surd.*decis.*191. *num.* 12.Bersan.*de Compensat.cap.*2.*quæst.*40. *num.*7.Marc.dicta *decis.*148.*num.*2.*part.* 2.Tiraquell.*de Retract.lignag.*§. 3. *Gloss.* 3.*num.*4.*in fine*.Bertrand.*consil.*282.*num.* 2. *vol.* 2: Angel. *consil.* 131. Felin. in *cap.Suborta.de Re judicat.*

38 Hujus conclusionis ratio est, quia licèt prædictum statutum excludat omnes exceptiones,tamen compensationis exceptionem non refellit Guid.Papa.*decis.*171.Afin.*de Execut.*§.32.*cap.*46.*num.* 1.Menoch.*de Præsumpt. lib.* 2. *præsumpt.* 48.*num.*34.Bursat.*consil.*305. *num.*7.*lib.* 3.Segura. in *Repet. l. Si ex legati causa. num.*212.*ff.de Verb.oblig.*Carpan.*ad Stat. Mediolan.lib.* 1. *cap.* 41. *num.* 172. Grat. *consil.* 141. *num.* 18. Rodriguez. *de Ann. redd.lib.*2.*quæst.*18.*num.*3. Intrigl. *consil.* 8.*num.*14.*lib.*1.Turret. *consil.* 75.*num.* 1. *lib.*1.Medic. *de Compensat. part.* 2. *quæst.* 20.Graff.*de Except.except.*16.*num.*1. Bersan.*de Compensat.cap.*3.*quæst* 40. *num.* 6. Et quamvis compensatio in modo solvendi sit ficta solutio text.in *l. Debitor. ff.Qui potior.l.*4.*C.de Compensat.* Tamen quoad liberationis effectum, reali solutioni comparatur, ut expressè firmavit Giurb. *ad Consuetud. Messan. cap.* 2. *Gloss.*16.*part.*1.*num.*10.*vers.Respon.*2. ex text.in *l.Julianus ff.de Condit. & demon-*

39 *strat.*Compensatio licèt inter exceptiones numeretur; tamen hoc intelligi debet, quatenus tendit ad defensionem rei compensare volentis, ut dignoscitur ex *l.*2.*ff.de Compensat.* Cum exceptionis proprium munus defèdere sit text.in *l.*1 *ff.de Except.* Quoad cætera non est mera exceptio, quiaquasi petitionem includit,cum compensans agere videatur text.in *l.Amplius non peti.ff. Rem. ratam hab.*Mejerus *lib.*16.*Pandect.tit.*2.*n.*7.

40 Amplia hanc conclusionem, ut procedat etiam si fit emissum præceptum in confessum Costa *de Rat.rat.quæst.*61. *num.*2.Imol.in *Apostill.* ad Bart.in *l. Aufertur.* §. *Qui compensationem. ff. de Jur. fisc.*Bersan.*de Compensat.cap.*2.*quæst.*40. *num.*8.Surd.in *decis.*19.*num.*12.Marc.*decis.Delphinat.*148.*num.*7.*part.*2.

41 Limita eam,quoties statutum expressè posceret realem, ac manualem solutionem; Nam tunc per compensationē adimplere nequiret Bald.in *l.*3.*in fin. C.de Compensat.*Marc.*Dec. Delphin.* 148. *num.*4.Bersan.*de Compensat.cap.*3. *quæst.* 40.*num.*8.Felin.in.*cap. Suborta. de Re judicat.* Quia compensatio non est realis, sed ficta solutio. text. in *l. Debitor . ff. Qui potior.in pign.hab.*text. in *l. Amplius non peti.ff.Rem.rat.hab.*

Nonrenuit id,quod supra contra nostram sententiam retulimus de dictione taxativâ, quæ non respuit alias exceptiones similes, juxta notata per Glossam,& Doctores in *l. Ob æs. C. de Præd. minor.* & in *l. Rationes de Probat.* Nam qui compensat dicitur solvere. text. in *l. Si constat.* 4. *C. de Compensat.* Ideoque qui compensat pro concurrenti quantitate pignus recuperare potest, & sibi competit actio pignoratitia, & in pignoris venditione text.in *l.Invicem & l.Si constat.C.de Compensat.* 42

SUMMARIUM.

1 *Injuria dicitur omne id, quod sine jure fit.*
2 *Hebræi injuriam variis designant nominibus.*
3 *Arabes injuriam Dhol appellant.*
4 *Chaldæi, & Syrii quomodo injuriam nuncupent.*
5 *Injuria nemini fieri debet.*
6 *Injuriam passam patienter ferre laudabile est.*
7 *Homini politico ingeniosum est inultam relinquere injuriam.*
8 *Injuria quibus modis fit, & quotuplex fit.*
9 *Injuria verbalis quibus verbis fiat.*
10 *Convicium unde dicatur.*
11 *Convicium juxta* Vallam *dicitur à vitando,seu à vitio.*
12 *Convicium quid fit.*
13 *Convicium an litera c, velpotius litera t scribi, ac pronunciari debeat?*
14 *Injuria verbalis fit quoque literis, seu libellis famosis.*
15 *Nomen famosus, tam in bonam, quàm in malam partem accipi potest.*
16 *Injuria verbalis dicitur fieri ab eo,qui libellum famosum reperiit lègit, & non corrupit, sed dolosè manifestavit.*
17 *Injuria verbalis committitur solis verbis obsque*

absque interventu litterarum, quaudoquis adversùs alterum verba contumeliosa profert.

18 *Contumelia est minus, quàm injuria.*

19 *Injuria aut pertinet ad corpus, aut ad dignitatem, aut ad infamiam.*

20 *Injuria atrox delictum est, & injurians fur honoris nuncupatur.*

21 *Pœna injuriæ est extraordinaria, & imponitur arbitraria, quoties agitur criminaliter pro modo delicti, & personarum qualitate.*

22 *Injuriarum pœna qualis sit.*

23 *Injuria quibus modis tollatur.*

24 Doctores tractantes de injuriis adducuntnr.

25 *Injuria realis cum altera injuria reali optimè compensari potest,* & referuntur Doctores hanc opinionem sequentes.

26 *Paria delicta mutua compensatione tolluntur.*

27 *Injuria verbalis cum alia verbali injuria compensatur.*

28 *Vita, fama, & honor pari passu ambulant.*

29 *Famam suam negligens crudelis est, quapropter graviter peccat.*

30 *Honor non solùm lucro, sed etiam vitæ præfertur.*

31 *Honor, est maximum bonorum exteriorum.*

32 *Fama pecuniæ, cæterisque rebus præponi debet.*

33 *Vim vi repellere licet ad defensionem vitæ.*

34 *Vim vi repellere permittitur etiam ad defensionem bonorum.*

35 Tu mentiris *cum protestatione an sit verbum injuriosum?*

36 *Protestatio actui contraria non relevat:*

37 *Injuriam verbalem an statim altera verbali injuria liceat repellere.*

38 *Injuria sive realis, sive verbalis facta à provocato calore iracundiæ an debeat puniri?*

39 *Provocatus cum aliqua injuria si provocantem pariter injuriet, puniri non debet; sed fiet compensatio.*

40 *Accusans non debet esse maculatus, nec particeps illius criminis, quod reprehendit.*

41 *Injuria verbalis cum alia verbali injuria compensari non potest; sed quisquis de injuria verbali sibi illata agere potest.*

42 *Accusatus suum accusatorem reaccusare non potest de pari, vel minori crimine, priusquam absolvatur.*

43 *Injuria, si alia injuria refellatur, hoc non fit ob defensionem: nec ad retorquendam injuriam; sed ad vindictam, & quare?*

44 *Verbis contendere ad fœminas, puerosque pertinet.*

45 *Respondetur ad fundamentum* Bartoli.

46 *Injuria, quæ fit verbis, an compensari possit cum ea, quæ fit per famosum libellum.*

47 *Injuria, quæ fit literis major existimatur, quàm ea, quæ fit verbis, & quare?*

48 *Libellum famosum, seu historiam in alicujus infamiam scribens actione injuriarum tenetur,*

49 *Cajus Lutborius Priscus magni nominis Poeta ob mortem Drusii famosum carmen conscribens, ideoque accusatus à Senatu damnatus fuit.*

50 *Injuria, quæ fit in scriptis, cum injuriæ verbali præponderet, compensari non potest.*

51 *Compensatio usque ad concurrentes quãtitates induci potest.*

52 *Compensatio admittitur pro parte quoties res, quæ in compensationem deducuntur dividi possunt, secus verò quando sunt indivisæ.*

53 *Actio injuriarum dicitur individua.*

54 *Injuria realis non potest cum injuria verbali compensari.*

55 *Plebejus, si nobilem verbali afficiat injuria, & à nobili plebejus ipsa injuria reali plectatur, an in hoc casu admitti possit compensatio?*

56 *Nobilis quis dicatur.*

57 *Nobilitas ab* Aristotele *quomodo definiatur.*

58 *Pii Pontificis Maximi, quædam epistola refertur.*

59 *Nobilis hoc sæculo nostro improbè Dives quilibet existimatur.*

60 *Nobilis, juxta Regionum mores quisquis dicitur.*

61 *Injuria realis illata à Nobile plebejo non potest cõpẽsarecum injuria verbali facta Nobili à plebejo. quoniã ultima inspecta personarum qualitate dicitur gravior.*

62 *Nobilis bonorem vitæ præfert.*

63 *Injuria, quando pro ea criminaliter agitur,*

tur, compensari non potest, quia pæna corporalis, seu criminalis haudquaquam compensatur.

64 Delicta puniri Reipublicæ interest.
65 Injuria cum injuria compensari potest. Si injuriatus ipse compensationi consentiat
66 Fraus dicitur à ferendo & definitur, quod sit alterius circumveniendi prohibitæ rei commissio, vel licitæ omissio.
67 Fraus interdum sumitur pro dolo.
68 Fraus multoties accipitur pro crimine.
69 Fraudis nomine quandoquidem continetur periculum.
70 Fraus aliquando capessitur pro damno.
71 Fraus cum fraude optimè compensari potest.
72 Compensatio admittitur in omnibus contractibus, & actionibus.
73 Generalis dispositio generaliter intelligi debet.
74 Distinguere non debemus, ubi lex non distinguit.

ARGUMENTUM

Utrùm in Injuriis locum sibi vindicet compensatio.

QUÆSTIO XIII.

1 INjuria communiter equidèm nūcupatur quidquid sine jure fit text. in *l.1. ff. de Injur. cap Quid dicam* 14 q.4. Specialiter autem dicitur contumelia à cōtemnēdo, aliàs damnum culpâ datum, ut in lege Aquilia dicitur injuria damnum datum text. in *l.1.* & 5. *ff. ad Leg. Aquil.* Aliàs iniquitatem injuriam appellamus: Nam cum Judex iniquè, vel injustè sententiam tulerit, ex eo dicimus injuriam, eò quia jure, & justitiâ caret, quasi non juriam text. in *l. Jusjurandum eidem Labeo. ff. de Injur.* text: in *l.1. ff. de Injuriis.* text. in *l.45. §. Procurator. ff. de Procuratoribus.* Et hoc colligitur ex Plaut. in *Aulular. act.4. scen.10.*

Ego me injuriam fecisse filiæ fateor tuæ
Cereris vigiliis per vinum, atque impulsum adolescentiæ.

Idipsum clarè depromitur ex Terentio in *Heauton. timor. act.5. scen.2.*

Nunc aliud specta: matres omnes filiis
In peccato adjutrices, auxilio in paterno injuria solent esse.

Hebræi nominibus injuriam variis designāt. Primò *Aven* Molestia, iniquitas, seu injuria, & affectus dolore à verbo *on* molestia, seu injuria, & dolore affectus est Job 11. & 15. *Si est iniquitas, vel injuria in manu tua, remove eam, nec habitare sinas in tabernaculis tuis injustitiam.* Arabes *Dhol* Injuriam appellant *Psalm.31. Beatus in cujus spiritu non est dolus, qui est sincerus, qui in proximum non molitur injuriam.* Chaldæis, & Syris injuria dicitur *Cathuph* ab Hebræorum verbo *Cataph* rapuit celeriter, corripuit vi quadam 4. *Chamab.* Violentia, injuria, injustitia, rapina è verbo *Chomab* violenter surripuit injuriam intulit, injuriosè tractavit 5. *Hivvel.* verbum significat injustè egit, injuriosè fecit, perdidit injuriā. Inde nomen *bevel* injuria, injustitia: & *bevvel* injustus, vanus, ut referūt Beyerlinck. *Theatr. vitę human. verb Injuria.* Langius. *Polyanth.* in *eod. verbo.* Nemini autem injuria facienda est Levitic. *cap.19. vers.13.* Psalm.53. Matth. *cap.7. vers.12.* Apostol. 1. *ad Thessal.* 4. *vers.12.* Sed post factam laudabile est eam non vindicare Philemon in *Ecdicazomeno.*

2
3
4
5

Nihil est jucundius, & docto viro dignius,
Quàm ferre posse convitiantem:
Quoniam si ille, cui convitium fit,
Dissimulaverit, in ipsum authorem redundat.

Et maximè laudis esse, acceptas injurias lęto animo ferre legitur. Antholog Sacr. Jacob. Bill. 6

Qui læsus ruit in furias, atq; æstuat ira,
Vindictæque gravis, quem ferus urget amor.
Parvulus est, parvolos animos namque ultio prodit.
Ira, quæ comitem sedare læta solet.
At qui vindictæ studium premit omneque sitimque

Ma-

Magnus hic, & magnum dignus habere decus,
Qui verò læsus gaudet, lucroque dolores Deputat, huic tribuit laus satis ampla nequit.

7 Et politico sanè homini, ingeniosum esset inultam relinquere injuriã, quocũque etiam modo ea fuerit illata enitet ex text. in *l. Miles. §. Socer. ff. de adulter.* Jaso in *l. Si tibi. §. 1. num. 7. ff. de Pact.* Cephal. *consil.* 429. *num.* 33. *vol.* 2. Gilhaus. in *tract. de Injuriis. §.* 11. *num.* 30. Carpzov. *Prax. criminal. part.* 2. *quæst.* 94. *num.* 1. Pruchman. *consil.* 16. *num.* 36. Gutierrez. *de Tutel. part.* 2. *cap.* 7. *num.* 10. Quod etiam colligitur ex Juvenal. *Satyr.* 3.
Curandum in primis ne magna injuria fiat
Fortibus, & miseris.

8 Quamvis enim Imperator Justinianus in *§. Injuria. Institution. de Injur.* Tribus principaliter modis injuriam fieri tradiderit, videlicet re, verbis, & literis. In effectu autem duplex est injuria, realis, & verbalis; realis dicitur, quando manus inferuntur, itaut corpus verberibus afficiatur text. in *§. Sed & lex Cornelia. Institut. de Injur.* Verbalis fit, quando quis in alterius ignominiam verba contumeliosa profert text. in *l.* 1. *§. Injuriarum autem. ff. de Injuriis.* Ut si quis al-
9 terum homicidam, latronem, hæreticum, cornutum, sycophantam, furem, nebulonem, falsarium, Judæum, usurarium, proditorem, infamem, spurium, aut bastardum vocaverit, vel aliud aliquod verbum, quo ejus opinio, & existimatio diminuatur, affectu injuriandi objecerit, quæ & convitium appellari solet text. in *l. Item apud. §. Conuitium. ff. de Injur.* text. in *l. Si non convitii* 5. text. in *l. Qui liberos* 9. *l. Sequente. C. de Injur.* Jul. Clar. *lib.* 5. *Sentent. §. Injuria. num.* 1. Covar. *consil.* 195. Carpzov. *Prax. criminal. part.* 2. *quæst.* 94. *num.* 9. Socin. *consil.* 146. *lib.* 1. Harpprecht. in *§.* 1. *num.* 25. *Institut. de Injur.* Bertrand. *consil.* 131. *lib.* 5. & *consil.* 189. *lib.* 6. Peguera. *Quæst. criminal.* 33. Gilhaus. *de Injuriis, & famos. libell. §.* 5. *num.* 131. Convicium in verba-
10 li injuria includitur, quod Labeo apud Ulpianum in *l. Item apud Labeonem. §. Convitium. ff. de Injuriis.* Dictum putavit, vel à concitatione, vel à conventu, idest à collatione vocum. Cum enim in unum complures voces conferuntur, quasi convicium est; quod confirmari videtur ex Cicer. *pro Sext. Et is, qui antea cantorum convicio conciones suas celebrare solebat, cantorum ipsorum vocibus ejicitur.* Idem Cicer. *pro Arch. Quia suppeditat nobis, ubi et animus ex hoc forense strepitu reficiatur, et aures convicio defessæ requiescant.*

Sed hæc Labeonis etymologia refellitur à Valla *lib.* 6. *Elegant. cap.* 52. Qui convicium dictum vult à vitando, seu à vitio, ut sit convitium complura simul vitia, seu probra in aliquem ingeruntur, hoc est dicitur id, & confertur in aliquem, quod sit vituperandum. Et hãc Vallæ sententiã magis significationi rei conveniri testatur Donell. *Commentar. jur. civil. lib.* 15. *cap.* 24. Revera 11
convitium est, cum alicui vitanda objiciantur, ad quod significandum non satis rectè deducitur convitium à vociferatione: quia possit esse vociferatio sine convitio, & possit convitium fieri sine vociferatione. Labeonis sententiam cõfirmat veterum usus, qui convitium sæpè pro vocis contentione usurpat; sic accipitur apud Quintil. in *Princip. Instit. orator. Efflagitasti quotidiano convicio.* Columell. *de Cult. hort. Perpetitur querulæ semper convicia ranæ.* 12

Convicium enim esse maledictum 13
cum contumelia testatur Valla *lib.* 6. *Elegant. cap.* 52. Et à vitio, vel à convito derivari. Unde etiã per T. nonnulli scribere maluerunt; sed Valla fatetur posse scribi per C. & hujus dictionis significationem satis optimè ostendit Cicer. *Pro Cœlio. Maledictio autem nihil habet propositi, præter contumeliam; quæ si petulantis jactatur convicium: sic facetius urbanitas nominatur.* Idẽ Cicer. *lib.* 4. *Academ. Urgebor jam omnium vestrum convicio convicii petulantis judicium histrionem ax alto redditur.*

Hæc enim verbalis injuria fieri solet 14
literis quoque, & procedit non solùm in conficiente librum famosum, sed etiam in componente carmen, cantilenam historiam, vel aliam scripturam infamatoriam. text. in *l. Lex Cornelia.* 5. *§. Si quis*

quis librum. l. Item apud Labeonem 15. §.
15 *Generaliter. ff. de Injur.* Quo circa carmen famosum dicitur apud Horat. *lib.* 1. *epistol.* 20: *ad Mecænat.*

Nec sponsæ laqueum famoso carmine nectit.

Et Sueton. in *Tyber. cap.* 28. Famosa carmina dixit, cum semper hoc nomen famosus in malam partem accipiatur. Horat. *lib.* 2. *Serm. Satyr.* 1.

Famosisque lupo cooperto versibus

Sueton. in *Tyber. cap.* 35. Dixit, quod fœminæ famosæ, ut ad evitandas legum pœnas, jure, ac dignitate matronali exol verentur lenocinium proferre cæperũt; unde famosus adulteriis, idem Sueton. in *Claud. cap.* 16. Et famosa epigrammata Idem in *Cæsar. cap.* 73. Martial. *lib.* 2. *epigramm.* 39.

Coccina famosæ donas, & jantbina mæchæ.

Idem Martial. *epigram.* 47.

Subdola famosæ [moneo] fuge retia mæchæ.

Famosa scripta apud Sueton. in *Domitian.* & famosi Gladiatores apud Apul. *lib.* 10. *Metamorph.*

16 Hoc etiam procedit in eo, qui libellum famosum reperit, legit, & non corrupit, sed dolosè manifestavit text. in *l. Unica. C. de Famos. libell.* Et in eo, qui emendum, vel vendendum famosum libellum curavit. text. in *l. Cornelia §. Eadem pœna* 10. *ff. de Injur.* absque distinctione, an suo, vel alterius nomine, quis scripsit, vel edidit text. in dicta *l. Lex cornelia. §. Si quis librum. ff. de Injur.*

17 Injuria solis verbis, absque interventu literarum committitur, quando quis adversùs alium profert verba contumeliosa, quæ ad infamiam, & injuriam alicujus spectant text. in *l. Item apud. §. Sed quod addicitur. ff. de Injur.*

18 Licèt injuriam minorem esse cõtumeliâ videatur & Cassiod. *lib.* 3 *epist.* ait: *Non nos parentum fusus sanguis inflammat, non graviter urit occupatur provincia adbuc de verbis parva contentio est.* Et Livius *lib.* 45. *Superbiam verborum præsertim iracundi oderunt prudentes irrident: capitali pœna nemo unquam dignam judicavit.* Cæsar. *lib.* 1. *de Bell. civil. Et eodem ostendit injuriam minorem esse contumelia Brundusiani Pompejanorum militum injuriis, atque ipsius Pompei contumeliis permoti Cæsaris rebus studebãt.* Cicer *lib.* 5. *in Verr. Tu contumeliam alteri facias tibi non dicatur, Paulo post injuria dicitur.*

Omnem autem injuriam, aut in corpus inferri, aut ad dignitatẽ, aut ad infamiam pertinere ex Labeone Ulpianus testatur. In corpus fit quum quis pulsatur. text. in *l. Lex cornelia in princip. & §.* 1. *ff. de Injur.* Ad dignitatem, quãdo comes Matronæ abducitur. text. in *l. Item apud. §. Comitem ff. de Injur.* Ad infamiã cũ pudicitia attentatur text. in *l.* 1. *§. Omnem. ff. de Injuriis.* Et eruditè Donell. in *Comment. jur. civil. lib.* 15. *cap.* 24. *col.* 2. *fol. mihi* 447. *in princip.* 19

20 Hoc delictum injuriarum nimis atrox esse testatur Carpzov. *Prax. criminal. part.* 2. *quæst.* 94. *num.* 1. Et sicut patrimoniũ furto diminuitur, & læditur, ejusmodi etiã honor verbis injuriosis læditur, ac detrahitur. Unde rectè injurians fur honoris appellitari solet idem Carpzov. *loc. cit.* Quamobrem pro hujusmodi delicto pœna extraordinaria, & arbitraria imponitur, quoties agitur criminaliter, pro modo delicti, & personarum qualitate, vel etiã pecuniaria fisco applicanda, vel pœna corporalis. text. in *l. Final. ff. de Iniurijs.* Farinae. *Prax. criminal. quæst.* 105. *num.* 65. Peguera. *decis.* 13. *num.* 18: Cravet. *consil.* 53. *num.* 1. Harthman. *lib.* 2 *Observ. tit.* 49. *observ.* 3. *num.* 1. Wessembec. *Paratitl. ff. de Injur. num.* 16. Gomez. *Variar. Resolut. lib.* 3. *cap.* 6. *num.* 7. Carpzov. *Prax. criminal. part.* 2. *quæst.* 94. *num.* 4. Vultej. *lib.* 2. *Jurisprud. Roman. cap.* 19. *num.* 52. Gaill. *lib.* 1. *observ.* 65. *num.* 2. Jul. Clar. in *§. Injuria. num.* 7. 21

22 Humiliores autem plerumque fustibus solent subjici; cæteri verò exilio, temporali relegatione, vel certæ rei interdictione, vel denique ordinis amotione coërceri text. in *l. Itẽ apud labeonem. § idẽ ait.* 30. text. in *l. Divus Severus* 40. text. in *l. Qui injuriarum.* 43. *ff. de Injur.* text. in *l. Pædius* 4. *§.* 1. *ff. de Incend. ruin. naufrag.*

23 Sex denique modis tollitur injuria ipso jure ex lege duodicim tabularum: per pactũ text. in *l. Si tibi decem* 17. *§.* 1. text. in *l. Si unius. §. Pactus. ff. de Pact.*

Dein-

Deinde per satisfactionem text. in *l. Sed si unius 17. §. Si ante judicium. ff. Eod.* Tertio modo injuriis satisfit, cum quis palinodiam eorum, quæ temere protulit agere jubetur eo loco, quo protulit, vel alio publico, vel præsentibus testibus adhibitis, dicemus emendam honorariam. Sic injuriam remissam legimus Stesichoro poëtæ, qui oculis fuit orbatus, quia in Hælenam carmen famosum conjecerat, & restitutum autem visum postquam palinodiâ, laudes, ejus cecinit indicat Horat. *Epod. ode 17.*

Infamis Helenæ Castor, offensus vice,
Fraterque Magni Castoris victi prece
Adempta vati reddidere lumina.

Quartò præscriptione Vultejus in §. *Pœna autem num. 8. Institut. de Injur.* Quintò dissimulatione text. in *l. Non solum. 11. §. 1. ff. de Injur.* Sexto denique modo tollitur injuria morte alterutrius ante litem contestatam. text. in *l. Injuriarũ. 13.* text. in *l. Itẽ apud Labeonẽ. §. Injuriarũ. ff. de Injur.* Quia mors omnia solvit text. in §. *Deinceps: Authent. de Nu-*
24 *pt.* Et quod de injuriis dicendum remanet cõsule Donell. *Comment. jur. civil. lib. 15. cap. 24.* Ant. Aug. *p. 3. lib. 35. tit. 18.* Annæum Robert. *lib. 4. Rer. judicat. cap. 12.* Molinã *de Justit. & jur. tractat. 3. disput. 42. & tractat. 4. disputat. 12. & 18.* Vigel. *lib. 22. Jur. civil. cap. 11.* Ricc. *part. 3. collect. 138. & part 5. collect. 1875.* Oynotom. in § *Injuria. Instit. de Injur.* & ibi omnes Institutistas Offuald. ad Donell. *Comm. jur. civil. lib. 15. cap. 24.* Carpzov. *Prax. criminal, part. 2. q. 94. cum seq.* Covarr. *lib. 1. Variar. Resolut. cap. 11.* Parlador. *lib. 1. Rer. quotid. cap. 17.* Gomez. *lib. 3. Variar. cap. 6.* Sabelli. *Summ. diversf. tractat. §. Injuria.* Jul. Clar. in §. *Injuria lib. 5. Sententiar.* Mattheum. *de Re criminal. contr. 74.* Quibus addi potest Senec. in *lib. Quod in sapient. non cadit. injuria cap. 1. & sequent. & lib. 9. contr. 1. lib. 1. de Clement. cap. 10.* Gregor. *Syntagmat. jur. lib. 38. cap. 5. 6. & 7. part. 3.*

25 His hujusmodi effusis, ad quæstionẽ deveniendo respondetur affirmativè, scilicet, quod in injuriis realibus semper admittatur compensatio Annæus Robert. *Rer. judicat. lib. 4. cap. 12.* Gregor. *Syntagmat. jur. univers. p. 3. lib. 38. cap. 7. num. 14.* Hahnius ad Wessembec. *lib. 16. Digest. num. 4.* Vaud. *lib. 2. Variar. quæst. 29.* Treutler *Select. disputat. vol. 1. disputat. 25. thes. 9. litera C.* Mynsing. 5. *observat. 14.* Gaill. *lib. 2. observat. 100. & 101. num. 4.* Jaso. in *l. 3. num. 36. ff. de Justit. & jur.* Bart. in *l. 25. ff. de Procurat.* Costal. *part. 3. advers. ex lib. 16. Pand.* in *l. Si ambo 10. tit. de Compensat.* Cardinal. in *Clement. 1. §. Civitas. de Pœn.* Bossius *Prax. tit. de Injuriis. num. 8.* Scheid. in §. *Injuria num. 10. Institut. de Injur.* Bellovis *lib. 1. Pract. crimin. 3. num. 18.* Medices *de Compensat. quæst. 48 num. 1. part. 1.* Rosenthal. *de Feud. cap. 10. concl. 29 num. 47.* Mynsinger. in §. *In bonæ fidei. num. 37. Institut. de Act.* P. Ærod. *Rer. judicat. lib 2. cap. 4. in fine.* Pacian. *de Probat. lib. 1. cap. 59. num. 45.* Zanger. *de Except. cap. 8. part. 3. num. 121.* Bersan. *de Compensat. cap. 2. quæst. 25. num. 12.*

Hujus conclusionis ratio est, quia in- 26
juria est delictum, ut supra dixi, sed paria delicta mutuâ compensatione tolluntur text. in *l. Viro atque, uxore 40. ff. Solut. matrim.* text. in *l. 2. ff. Ne quis.* cum text. in *l. Cum proponas. C. de Pact.* text. in *l. 2. ff. de Dolo.* text. in *l. Final. §. Pen. ff. de Eo per quem fact. erit.* text. in *l. Cum mulier. ff. Solut. matrim.* text. in *l. Final. §. Si ad Januam. ff. Quod vi; aut clam.* text. in *l. Ex facto. ff. de Negot. gest.* text. in *l. Si ambo 10. ff. de Compensat.* text. in *l. 1. §. Nunc tractemus. ff. de Tutel. & ration. distrab.* text. in *l. Si alius. §. Bellissimè. ff. Quod vi, aut clam.* Farinac. *Fragment criminal. litera D. num. 110.* Niger *de Except. cap. 13. §. 17.* Barbosa. in *l. Si constat. num. 20. C. de Compensat.* Jaso in *l. In arenam. C. de Inoffic. testam.* Dyn. in §. *In bonæ fidei. num. 12. Institut. de Act.* Hermosill. *Variar. Resolut. gloss. 8. l. 14 num. 3. tit. 5. part. 5.* Gregor. *Syntagmat. jur. univers. part. 3. lib. 21. cap. 22. num. 2.* Decian. *tractat. criminal. lib. 3. cap. 33.* Pacian. *de Probat. lib. 1. cap. 59. num. 45.* Ergo injuria cum injuria est compensanda, quia

Turpe est culpanti, cum culpa redarguit ipsum.

Hæc supra firmata conclusio solum- 27
modò procedit in injuriis realibus; licèt cõtrarium sectetur Bachovius ad Treutler. *vol. 1. disputat. 25. thes 9. litera: C.*

Nunc

Nunc videndum est an in verbalibus idem sit dicendum?

Et affirmativè respondendum esse mihi videtur, videlicet quod etiam locum habeat compensatio. Nam eadem ratio versatur in una injuria, quàm in alia; sed ubi est eadem ratio, ibi debet esse eadem juris dispositio text. in *l. Illud. ff. ad Legem Aquil.* text. in *l. à Titio. ff. de Verb. oblig.* text. in *l. Illud C. de Sacrosf. Eccles.* text. in *l. Si postulaverit. §. 2. ff. ad Leg. Jul. de Adult.* Nam si Titius vocavit te furem, tu provocatus appellasti eum latronem; hoc in casu neuter actione injuriarum aget, sed injuriæ invicem illatæ sunt compensandæ Treutler. *vol. 1. disputat. 25. thes. 9. litera C.*

Hujus conclusionis equidèm fundamenta recensenda sunt sequentia.

28 Primum quia vita, & fama, seu honor æquiparantur text. in *l. Justa 9. ff. de Manum. vindict.* Cum fama bona sit thesaurus inæstimabilis Eccles. *cap. 41. & melius nomen bonum, quàm divitiæ*
29 *multæ* Proverb. *cap. 22.* Famamque suam negligens crudelis est, graviterque peccat *cap. Nolo 12. quæst. 1. cap. Non sunt audiendi 11. quæst. 3.* Et honor non solùm
30 lucro, imo quoque vitæ præfertur. text. in *l. Isti quidem. ff. Quod met. caus.* text. in *l. Reprehendenda. C. de Instit. & substit.* text. in *l. Quisquis. C. de Postul.* text. in *l. Codicillis 91. alias l. Lucius Titius 88. §. Matre 16. ff. de Legat. 2.* text. in *l. Si adulterium. §. Final. ff. de Adulter.* text. in *l. 2. §. Initium ff. de Orig. jur.* text. in *l. Julianus. ff. Si quis omiss. causa testa-*
31 *ment.* Honor enim, ut ait Aristotel. *lib. 4. Ethic.* Est maximum bonorum exteriorum. Cicer. in Philip. Inquit. *Ad decus & libertatem nati sumus, aut hæc teneamus, aut cum dignitate moriamur.* Ovid. *lib. 13. Metamorph.*

Nec sanguinis ordo.
Sed virtutis honor quæratur.

32 Cassiodor. *lib. 1. epistol.* 3. ait; *Inclyti animi signum est famæ diligere commodum, & lucra causarum negligere. Nam qui affectat famæ commodum, pecuniæ negligit augmenta.* Apostol. 1. ad *Corinth. cap. 9. Expedit*, inquit, *Mihi magis mori; quam ut gloriam meam &c.* Plaut. *Mostellar. act. 1. scen. 3.*

Ego si bonam famam mihi servabo sat ero dives.

Sicut igitur sanè ad defensionem vitæ vim vi repellere licet text. in *l. Ut vim. ff. de Justit. & jur.* text. in *l. 1. ff. de Vi & vi armat.* text. in *l. Si centum. §. Qui cum aliter. ff. ad Leg. Aquil.* text. in *l. Is qui aggressorem. l. Is, qui percusserem. C. ad Leg. Cornel. de Sicar.* Ovid. *de Art. amand. lib. 3.* 33

Armaque in armatos sumere jura sinunt.

Quod etiam porrigitur ob defensionem bonorum. text. in *l. Furem 9. ff. ad Leg. Cornel. de Sicar.* text. in *l. 4. ff. ad Leg. Aquil.* Gloss. in *l. Ut vim verbo. Nam jure. ff. de Justit. & jur.* Ergo à fortiori, ob defensionem honoris, qui bonis æstimabilior est, ut supra dixi injuriam injuriâ retorquendam, ac propulsandam esse. 34

Secundum, quia quamvis hoc verbum *tu mentiris*, secundùm Bartolum in *l. Item apud Labeonem 15. §. Ait Prætor. n. 3. ff. de Injur.* Quamquam utatur protestatione dicendo: *tu mentiris salvo honore*, juxta eũdem Bart. in *l. Si quis extraneus. ff. de Acquir. hæredit.* Cum protestatio actui contraria non relevet text. in *l. Cum in plures 60. §. Locator. ff. de Locat.* text. in *cap. Sollicitudinem. de Appell in fine.* text. in *cap. Gratum. de Offic. deleg.* Tamen ad defensionem suæ innocentiæ, & honoris conservandi causâ potest quis objicienti aliquod crimen dicere: *Tu mentiris in gulam*, neque injuriarum actione tenetur Bart. in *l. Quæ omnia 25. §. 1. ff. de Procurat.* Quia commotus, & provocatus irâ ad insaniam perducitur, ut exprimit Terentius in *Adelph. Act. 2. scen. 1.* 35 36

Minimè miror, qui insanire occipiunt ex injuria.

Cum in pari ratione licitum esse debeat injuriam verbalem, aliâ verbali injuriâ incontinenti ad defensionem vindicare argument. text. in *l. Si ex plagis. §. Tabernarius. ff. Ad leg. Aquil.* text. in *Clementin. 1. de Homicid.* Quoniam parcendum est ei, qui calore iracundiæ aliquid fecit, vel dixit text. in *l. Quidquid calore. ff. de Regul. Jur.* text. in *l. 1. §. Quæri potest. ff. ad Senatusconsult. Turpill.* Cum dis- 37

difficile sit justum temperare dolorem text. in *l.Si adulterium. §.Imperator. ff. ad Leg.Jul.de Adulter.* Annæus Robert. *Rer.judic.lib.4.cap.12.*

38 Nec refragatur text.in *l.Si non convitii.ff.de Injur.* text.in *l.Lex Julia. §.Final. ff. ad Legem Juliam repetund.* Ubi punitur tam verbalis, quàm realis injuria, quamvis sint factæ à provocato calore iracundiæ.

Huic objectioni respondetur, quod suprarelatarum legum decisio intelligi debet, quoties provocatio ad iram, ex qua ortum habuit injuria, aliunde est causata, quàm ex præcedenti injuria mihi illata ab eo, quem ego postea injuriis affeci; cum enim ipse injuriãs occasionem mihi dederit ipsum injuriandi, sibi imputare debet, text. in *cap. Damnum. de Regul.Jur.in 6.* text. in *l.Qui occidit. §.In hac. ff. ad Legem Aquil.* Et
39 quod provocatus ab aliquo cum aliquâ injuriâ, si provocantem pariter injuriet, puniri non potest, sed compensatio fit, ut amplectuntur Annæus Robert. *Rer.judicat.lib.4.cap.12.* Gregor. *Syntagmat.jur.univers.part.3.lib.38. cap.7. num. 14.in fine.* Farinac. *Prax.criminal. quæst. 125.num.96.* Jaso.in *l.Ut cum.num.36.ff. de Justit.& jur.* Fachin.*controvers.jur.lib. 9.cap.12.* Belvis.*Pract.lib.1.cap.3.tit.de Injur. num.6.* Bajard. ad Clar. in *§.Injuria. num.63.* Bart.in *l.Quæ omnia 25.§.1 ff.de Procurat.* Ayrer. in *l.Ut vim. num. 104.ff.de Justit.& jur.* Jaso. in *l.In arenam. C.de Inofficios.testament.* Socin. in *cap.Final. num.21. de Injur.* Gaill. *observat.100.part.2.* Gramm.*decis.37.num.3.* Pract. Corrad.*tit.de Injur.num.34.* Jodoc. *Pract. cap.36.num.7.* Nam si in hoc ca-
40 su non compensarentur injuriæ, sequeretur, quod qui est ejusdem criminis maculatus, consocium in crimine eodem accusaret, quod dicẽdum non est; cum absurdum sit in alio velle corrigere, quod in seipso vigere conspicit text. in *l.Si uxor §.Judex.ff.ad Legem Juliam de Adulter.* text. in *l.In arenam. C.de Inofficios.testament.*

41 His omnibus haud obstantibus, contrarium est tenendum, videlicet, quod quamquam par sit injuria: tamen in injuriam cum alia minimè compensari, sed quemlibet de injuriâ sibi illatâ agere posse tradũt Speculat.*tit.de Accusat.§.1. n.11.* Bargal. *de Dolo.lib.6.Reg.15.n.53. quæst.1.* Schneid.in *§.Injuria num.10. Institut.de Injur.* Abb. in *cap.Cum te. num. 25. de Re judic.* Mynsinger.*consil.7. num. 26.* Farinac.*Prax.criminal.quæst.105.in spect.7.num.307.* Abb. in *cap.Penult. de Adulter.* Medices *de Compensat.quæst.48. num.2.part.1.* Zanger.*de Except.part.3. cap.8.num.121.* Oynotom. in *§.In bonæ fidei. num.25 Institut.de Act.* Pacianus. *de Probat.lib.1. cap. 39. num. 45.* Bossius. *Prax.tit.de Injuriis. num.8.* Gregor.*Syntagmat.jur.univers. part.3. lib.38. cap.7. num.14.ad finem.* Vivius *Comm.opinion.6 num.1.* Bersan. *de Compensat.cap.2.quæst. 25. num.12.* Decian. *Tractat. criminal. lib.3.cap.33.num.5.* Farinac. *Fragment. criminal.part.1.lit.D.num.129.in fin.* Angel.in *l.Ut vim. num.5. ff.de Justit. & jur.* Panormitan.in *cap.1.de Injuriis.* Gaill. *observat.110.num.9.lib.2:* Mynsinger. in *observat.17. num.3. cent.5.* Rosenthal.*de Feud. cap.10.concl.29.num.47.* Doctores in *cap.Dilecti. de Except.* Alex.in *l.3. ff. de Liber.& posthum.* Bald.in *l.1. C.Unde vi.*

Hæc enim conclusio nititur textu in *l.Neganda 19.C.Qui accus.non poss.* Ubi accusatus nequit suum accusatorem reaccusare de pari, vel minori crimine, priusquam sit absolutus: Nam qui punit aliorum vitia, sua prius corrigere debet *cap.Qui sine 3.quæst.7.* & Tullius in *Sallust.*ait: *Carere debet omni vitio, qui in alium paratus est dicere.* 42

Non obstat primum fundamentum contrariæ opinionis de defensione corporis ad defensionem honoris: Nam hoc non procedit, quoniam termini nõ sunt pares: Nam pro vitâ tuendâ agitur de defensione vitæ, sed pro injuriâ verbali agitur de vindictâ, quando mihi injuriam verbalem infers, illa jam est illata, & removeri nequit, quare si tibi vicissim dicam convitium videtur dictum non ad defensionem, sed ad vindictam. Quippe & verbalem injuriã retorquens nil aliud facit, quàm injuriam multiplicare, ita ut potius utraque pars offendatur, quàm expurgetur injuria Oynotom.in *§.In bonæ fidei. num.25. Institut.* 43

tut. de Act. Bersan. *de Compensat. cap.* 2. *quæst.* 23. *num.* 13. Rosenthal. *de Feud. cap.* 10. *concl.* 29. *num.* 47. Zanger. *de Except. cap.* 8. *part* 3. *num.* 121. Unde discedo à Bersano *de Compensat. dicto cap.* 2. *quæst.* 25. *num.* 12. Qui dixit, quod licet injuriato adversùs injuriãtem aliam verbalem injuriam proferre ad sui defensionem. Nam ut ait Gregor. in *Syntagmat. jur. univers. part.* 3. *lib.* 38. *cap.* 7. *num.* 14.

44 In conviciis, quæ verborum habent injurias; conviciis aliis resistere, non potest esse legitima perfectè defensio: quoniã verbis contendere ad fœminas, puerosque maximè pertinet: nisi quis ex personis, qualitateque delictorum, hanc linguæ volubilitatem compensare velit, & multoties enim ira ita præcipit, quod exprimit Homerus *Iliad.* 10. *versic.* 245. apud quem sic inquit ad Achillem Æneas.

Liceret enim ambobus opprobria loqui,
Multa valde, neque navis centiremis onus portaret.
Volubilis enim lingua hominum multique insunt sermones
Omnigeni, verborum autem multa profusio, hinc, atque hinc.
Quale dixisti verbum, tale audies.
Sed quid rixis, & opprobriis nobis necesse est
Contendere mutuo contra ut mulieres,
Quæ iratæ contentionem perniciosam
Contendunt mutuo, mediam in viam euntes,
Multa vera, & non vera autem & ista jubet.

43 Non obstat secundum Bartoli in dicta *l. Quæ omnia.* §. 1. *ff. de Procuratorib.* Quoniam ibi agitur de defensione honoris, ut dictum objectum repellatur, & negatur in effectu, quod dictum est animo purgandi ad injuriam, non verò animo vindicandi Oynotom. in §. *In bonæ fidei. num.* 25. *Institut. de Act.*

56 Excutiendi digna mihi visa fuit subsequens dubitatio, licèt à nullis, quos viderim tacta sit. Si ego libellum famosum adversùs te conscripsi, & tu contra me verba injuriosa dixisti, an hoc in casu possit admitti com-
47 pensatio? Et negativè respondetur; quia injuria, quæ literis patratur major judicanda est, quàm ea, quæ verbis fit; cum illa consultò facta sit, & diutius perseveret in conspectu hominum. Vocis facilè obliviscimur, at litera scripta manet. Unde Langius *Polyanthea in verbo. Oblivio.* ex Roterodam inquit: *Ut quod majori negotio Chalybi, aut marmori insculpseris, durat diutius. Nam litera per manus plurimorum longè, latèque vagatur; & tandiu subsistit dedecus, quandiu memoria remanet, nihilque detestabilius est dedecore.* Cicer. *lib.* 3. *Philip. & lib.* 1. *Tusculan.* Dedecus majus malum esse dicit, quàm dolorem. *Dolor*, inquit, *existimo maximum malorum omnium, etiamne majus, quàm dedecus? non audeo id quidem dicere, & me pudet tam cito de sententia esse dejectum.* Quapropter conscribens 48
libellum famosum, historiam, aut carmen in alicujus infamiam actione injuriarum tenetur text. in §. *Injuria. Institut. de Injur.* Fitque eo nomine reus condemnatus intestabilis text. in *l. Lex Cornelia* 5. §. *Si quis librum.* text. in *l. Quod Senatusconsultum. ff. de Injur.* Quamobrem olim libri Labieni, ut nimium mordaces ex Senatusconsulto Romano, Labieno vivente, flammis traditi fuêre, ut refert Senec. *lib.* 10. *de Clement. in princip.* Et Cajus Luthorius priscus magni nominis poëta, & eques, qui in Germanici 49
mortem egregium carmen scripserat, ac magnæ pecuniæ vim pro eo consequutam accusatus fuit, quod ob mortem Drusii carmen in ejus mortẽ scripsisset; ideoque à Senatu damnatus obiit, ut refert Dion. Cass. *lib.* 57. *Histor. Roman.* Et lege duodecim tabularũ 53. cautum fuit nè quis maledicum in quemquam scriberet carmen, aut ultimo afficeretur supplicio, ut patet ex dicta lege ibi: *Si quis carmen condiderit, quod infamiam, flagitiũve alteri precetur, capite punitur.* Ut testatur Cicer. *de Republ. & lib.* 4. *Tuscul.* & Horat. *lib.* 2. *Satyr.* 1.

Si mala condiderit in quem quis carmina,
Jus est, judiciumque.

Ideoque cum injuria, quæ fit in scriptis 50
injuriæ verbali præponderet, nequit compensatio admitti argument. text. in *l. Quod Nerva ff. de Deposit.* text. in *l. Itẽ si obstetrix. ff. Ad Legem Aquil.* text. in *l.* 9.

*ff Solut.matrim.*text.in *l.*1.*§.Non alias. ff. Si quis testament.liber.juss.* Cum compensatio in paribus culpis sit admittenda, text.in *l.Viro,atque uxore ff.Solut.matri-*
51 *mon* Sed huic refragatur text.in *l.Si cõstat* 4.*C.de Compensat.* text. in *§.In bonæ fidei. Institut.de Act.* Ubi, quamvis debita non sint paria, rectè compensantur usque ad concurrentem quantitatem, & in excessum remanet actio. Verba Justiniani Imperatoris in dicto *§.In bonæ fidei.* hæc sunt ibi: *In quo & illud continetur, ut si quid invicem præstare actorem oporteat, eo compensato, in reliquum is, cumquo actum est, debeat condemnari:* Ergo quamquam injuria in scriptis facta, injuriæ verbali præponderet, usque ad quantitatem concurrentem fieri debet compensatio, & illi, qui affectus est injuriâ verbali, competit actio in excessum adversùs injuriantem in scriptis, juxta relata jura.

52 Hoc haud obstante, respondetur, quod Justiniani decisio in dicto *§ In bonæ fidei.* Intelligi debet, quoties in cõpensatione deducuntur res, quæ numero, pondere, vel mensurâ consistunt, in quibus compensatio fieri potest usque ad concurrentem quantitatem; hoc est pro parte, quia quando in obligatione continentur res, quæ pondere, numero, vel mensurâ consistunt, talis contractus omni jure, ac respectu dicitur dividuus. Nam dicitur dividuus respectu ipsius obligationis: quia sicut potest in eo maxima quantitas deduci, ita quælibet ejus pars text.in *l.*2.*§.Et harum. ff. de*
53 *Verbor.obligat.* In nostro verò casu nequit compensatio usque ad concurrentem quantitatem admitti, idest pro parte, quia illa injuriarum actio est individua: Nam tunc actio, vel obligatio dicitur dividua juxta rei naturam in ea deductæ text. in *Stipulationes non dividuntur.* text. in *l.In exequutione.§.Secunda ad opus.* text in *l.*2.*§.Et harum* text. in *l.*4.*§.Cato. ff.de Verbor.obligat.* text.in *l.Si ita fuerit. la primera. §.Quæstio hæc. ff.de Manumiss.testament.* Sed ea, quæ in obligatione, seu actione injuriarum deducuntur sunt merè individua: Ergo nequit locum habere compensatio.

54 Collige ex superius dictis, compensationem admittendam non esse de injuriâ reali ad verbalem; cum realis injuria absque dubio verbali præponderet. Sed quid si plebejus nobilem verbali afficiat 55 injuriâ, & à nobile plebejus ipse injuriâ reali lædatur: an in hoc casu locum habeat compensatio?

Nobilis quis intelligatur sub certa 56 regula definiri nequit, sed ab Aristotele *lib.*4.*Politic.* Definitur nobilitas, quod 57 sit divitia antiqua. At respondet Cassiodorus *lib.*8.*Epistol.*19. *Si inveteratæ, & per genus ductæ divitiæ nobiles faciunt, multò magis præstantior est, cujus origo thesauris prudentiæ locuples invenitur.* Theopomp.apud *Ant.& Max.Serm.*139 *Nobilitate illustres existimato, non qui ex bonis, & probis procreati sunt, sed qui bonitatem, & probitatem profitentur.* Exprimunt hæc carmina, quæ ex Tiraquello refert Morenus de Vargas. *de Nobilitat. discurs.*1.*num.*7.

Si pater est Adam cunctis, si mater & Eva,
Cur ne omnes sumus nobilitate pares?
Degenerant homines vitiis, fiuntque minores
Exaltat virtus, nobilitatque genus.

Theospidis *dict.eod. Serm:* Majorũ dixit nobilitate neminẽ gloriari debere: omnes enim habent generis originem latã, tum ii, qui in purpura, & bysso nutriũtur; tum ii, qui in paupertate magna vivunt Ovid. *de Pont.lib.*1.*Epistol.*9.

Si modo nec census, nec clarum nomen avorum,
Sed probitas magnos ingeniumque facit.

Juvenal. *Satyr.*8.

Pulchrius est nobilem virtute fieri, quàm nasci,
Quis feret uxorem, cui constant omnia mala?
Malo Venusinam, quam tu Cornelia mater
Graccorum si cum magnis virtutibus affers
Grande supercilium, & numeras in dote triumphos.

Et si omnium nobilium initium quæramus, ex turpibus, scelera tisque locis assurgere inveniemus, prout expressit Pius Pontifex Maximus *epistol.*114. ad Marianum Saginum his verbis: *In no-* 58 *bilitate multi sunt gradus, mi Mariane,* &

& ſanè ſi cujuslibet originem quæras,ſicut mea fert ſententia, aut nullas nobilitates invenies, aut admodum paucas, quæ ſceleratum non babuerint exordium, cum enim hos dici nobiles videamus, qui divitiis abundant, divitiæ verò amplæ rarò virtutis ſunt comites; quis ergo non vidit nobilitatis ortum eſſe degenerem: hunc nobilem uſuræ ditarunt; hunc ſpolia,ſeditiones,latrocinia, proditiones, alium hic beneficiis ditatus eſt, ille adulationibus, huic adulteria lucrum, nonnullis mendacia proſunt, quidam faciunt ex conjuge quæſtum,quidam ex natis, pleroſque homicidia juvant, rarus eſt, qui juſtè divitias congreget, atque amplam faſcem faciat, niſi qui omnes metit herbas, congregant homines divitias multas, nec unde veniant, ſed quam multæ ſint quærunt: omnibus hic verſus placet, maximique gratus eſt, unde habeas quærit nemo, ſed oportet habere impleta verò arca, tunc nobilitas ſub pretio numerario poſcitur. in præmium iniquitatis, porrò illam non probo, ſed virtutibus partam,quæ ſunt puriſſima ejus fundamenta.
Et tetigit quoque Juvenal.*Satyr.8.in fin.*

Et tamen ut longè repetas, longèque revolvas
Nomen ab infami gentem deducis asylo.
Majorum primus quiſquis fuit ille tuorum
Aut paſtor fuit, aut illud, quod dicere nolo.

Lucretius relatus à Lactantio Firmiano *lib.6.Inſtitut.Divinar.cap.*10.

Denique cœleſti ſumus omnes ſemine oriundi:
Omnibus ille idem eſt pater.

59 Propoſita dubitatio intelligi debet de iis, qui à plebejorum cætu ſegregantur, utpotè ii, qui in aliquâ conſtituti ſunt dignitate, & qui honeſtiori modo in aliorum conſpectu comparent; Nam aliàs licèt ſit nobilis, ſi tamen inopiâ laboret, in hoc verecundo ſæculo noſtro, minimè pro nobile reputatur, ut innuit Menand.in *Erechtheo.*

Dat operam opibus. Nam illæ nobilitatem donant,
Et nuptiis primariis potiri in cauſa ſunt.
In paupertate verò obſcuritas ineſt,
Utcumque ſapiat, & ignominiæ vitæ.

E contra verò ignobilis, adeptis divitiis, confeſtim evadit nobilis, ut quotidie videmus, & indicat Menand in *Hypolobimæo.*

Ingens autem vis eſt.
Divitiarum, quas qui nactus eſt, nobilis ſtatim evadit.

Cum enim nulla certa regula de iis, 60
qui nobiles dici poſſint, aſſignari queat,
Sed juxta Regionum mores, prudenti-
um judicio remittendum ſit. Et cum
injuria realis gravior ſit verbale injuriâ,
ut ſupradixi, locum non habebit com-
penſatio; ſed hujuſmodi diſparitas, in
hoc caſu non procedit, quia gravior eſt,
injuria verbalis à plebejo nobili illata,
quàm realis à nobile illata plebejo, quo 61
in caſu cum injuria verbalis, reali præ-
ponderet excluditur compenſatio ar-
gument.text.in *l.Quod Nerva.ff.de Depo-
ſit.*text.in *l.1.§ Non alias.ff.Si quis teſta-
ment.liber. juſſ. eſt.* text.in *l. Item ſi obſte-
trix ff.ad Leg.Aquil.* Nam injuria realis 62
lædit corpus, verbalis verò honorem,
qui inter nobiles vitæ præfertur text.in
l.Iſti quidem 8.*§ Quod ſi dederit* ibi: *Cum
viris bonis iſte metus major, quàm mortis eſ-
ſe debet.* text. in *l. Quiſquis. C.de Poſtul.*
text. in *l. Reprehendenda. C. de Inſtit. &
ſubſtit.* Ideo maximâ ratione compenſa-
tio eſt deneganda.

Quando pro injuriis illatis criminali- 63
ter agitur, tunc nullo modo admittitur
compenſatio, quia pœna corporalis, ſeu
criminalis non compenſatur text. in
l.2.§.Si publico.ff.ad Leg. Jul. de Adult.
text.in *l Si uxor.§.Judex ff.Eod.* text.in
l.Si ambo ff. de Compenſat. Gregor. *Syn-
tagmat.jur.lib.*38.*cap.* 7. *num.* 15. *part.* 3.
Zanger.*de Except part.*3.*cap.*8.*num.*122.
Oynotom.in *§.In bonæ fidei num.* 22. *In-
ſtitut.de Act.*Medic. *de Compenſat. quæſt.*
34.*num.*3.*part.*1.Farinac. *Fragment. cri-
minal.litera D.num.*122.*part.*1.Niger. *de
Except.cap.*13.*§.*17.*num.*10.Bargal. *de
Dolo.lib.*6.*reg.*15 *num.*57.*quæſt*1.Berſan.
de Compenſat. cap. 2. *quæſt.* 25. *num.* 4.
Mynſing. in *§. In bonæ fidei num.* 32. *In-
ſtitut de Act.* Nam expedit Reipublicæ 64
delicta puniri text.in *l.Ita vulneratus.§.
Quod ſi quis.ff.ad Leg. Aquil.* text. in *l.
Licitatio.§.Quod illicitè.ff.de Public.*text.
in *l.Congruit.ff.de Offic.præſid.cap.Eſt in-*
ju-

justa.23. q.4.cap.Ut famæ 35.§.1. de Sentent. excomm. Ad cujus comprobationẽ Gregor. loco supra relato afert authoritatem Aristotel.*lib.4. Et hic tractat. 3.* ibi:*Præferre contumelias, & suos negligere servile est sanè. Qui namque non irascuntur, pro quibus oportet fatui esse videntur.* Et Vespesianus de jurgio quodam Senatoris, Equitisque Romani pronuntiavit; *Non oportere maledici Senatoribus, remaledici civile fasque esse*, Sueton. in *Vespesian.cap.9.*

65 Hoc quod dictum est de compensatione injuriarum, locum non habet, quando injuriatus consensit, quia volenti non fit injuria text.in *l. 1. §. Usque adeo.ff.de Injur.*text.in *l.1. ff. de Act.empt.* text.in *l.Nemo præsumitur. ff. de Reg. jur.* text in *l Cum donationis. C. de Transact.* text.in *cap.Scienti de Reg.jur. in 6.* Facit Horat.*Epistol.lib.2.Epistol.ad Julium.Holium.*

Prudens emisti vitiosum.dicta tibi est lex.

66 Sed quia Cicer. *lib. 1. Offic.* Inquit, quod vi, aut fraude fit injuria; videndum est, an in mutuis fraudibus admittatur compensatio? Fraus enim dicitur à ferendo, quasi deceptio sit, quæ alicui infertur Div.Thom. *2.2. quæst. 55. artic.5.* Fraus enim generaliter definitur, quod sit alterius circumveniendi prohibitæ rei cõmissio, vel licitè omissio Bargal. *de Dolo lib. 5.cap.5.num. 14.*

67 Fraus aliquando pro dolo in jure accipitur text.in *l.3.in fine ff. Pro socio.* text. in *l:Nihil.ff.de inofic.testament.*text. in *l. 36.ff.de Rei vindic.*text.in *l. Divus: ff. de Restit.in integ.* Virgilius relatus a Cagnol. in *l.Fraudis.ff.de Reg.jur.*

Quid meruere boves, animal, si fraude, doloque &c.

68 Veteres autem sæpè fraudem pro crimine usurparunt. Unde capitalem fraudem admittere teste Ulpian.in *l.23. ff.de Ædilit.edict.* Servius in *lib.11.* Tit. Liv.*lib.3.de Bell.Æneid. Punic.* Inquit. *Qui capitalem fraudem ausi, quique pecuniæ judicatæ in vinculis essent.* Ovid. *lib. 3. Trist.eleg.9.*

Et pater est aliqua fraude moratus ait.

Idem *lib.13.Metamorph.*

Furtisque, & fraude simillimus illi.

Fraudis etiam nomine periculum alicujus incommodi continetur text. in *l.1.ff.ad Leg.Falcid.* text.in *l.25. ff. de Adulter.*ibi.*Viro adulterum cum sua uxore deprehensum retinere horas viginti testandæ eius rei causa sine fraude jure licito* text. in *l.Qui accusare 8.ff de Accusat.* ibi:*Alii propter Magistratum, potestatemve, in qua agentes sine fraude injus vocari non possunt.*text.in *l.Aliud est fraus.ff. de Verb.sign.* Virgil.*lib.5.Æneid.* 69

Quis Deus in fraudem, quæ dura potentia nostra.
Egit?

Denique fraudem pro damno, & incommodo accipi quidam putant text. in *l.Inter.eos.ff.Ex quib.caus. major.* text. in *l.1.ff.de Alien.jud.mut.*text.in *l. Si longius in fine. ff. de Judic.* Confert Cicer. *5. Philipp.*ait:*Cæseoque, ut iis, qui in exercitu Antonii sunt, ne sit ea res fraudi si ante Calẽd.Feb.ab eo discesserint.*Sueton.in *Aug. cap.54.Nec libertas, aut cõtumacia fraudi cuiquam fuit.*Ovid.*lib.2.de Trist.eleg.1.* 70

Nec fuit hoc illi fraudi, nec obfuit illi

Idem Ovid.*lib.6.Fastor.*

Piscis adhuc illis populis sine fraude natabant:

Horat.in *Carm.sæcul.*

Jussa pars mutare lares, & urbem.
Sospite cursu:
Cui per ardentem sine fraude Trojam
Castus Æneas patriæ superstes
Liberum munivit, iter daturus.
Plura relictis.

Cum enim ut ex supra relatis patet ut fraus sit delictum, cui opitulatur illud Plaut *Milit.scen.3.act.2.*ibi: 71

Tuis cruribus, & capiti fraudem creas capitalem.

Sequitur quod fraus cum fraude rectè compẽsetur; Nam paria delicta, mutuâ cõpensatione abolẽtur text.in *l.Viro, atque uxore.ff.Solut.matrim.*text.in *l.Si alius.§.Bellissimè ff.Quod vi, aut clam.* text. in *l.1.§.Nunc tractemus.ff.de Tutel.& rat. distrah.*text.in *l. Ex facto.ff.de Negot gest.* text.in *l.Final.§.Si ad januam.ff.Quod vi, aut clam.*text.in *l.Cum mulier. ff. Solut. matrim.* Conducit illud Cassiodor. *lib. 5. Epistol.*ibi:*Insperatum bonum est, si iis, ad quem deceptionis pertinet periculum, ibi gratiæ procuret augmentum. Jus enim*

exi

exigit sagitas fraudis redire in dolosum verticem sagitatio. Jul. Cæs. Scalig. *lib.* 3. *Epidor.*

Illo unde venit, sæpe revertetur dolosa,
Fraus, exitio autoris, atrox nobilitatur.

72 Et strictiùs probatur ex text. in *l. Final. C. de Compensat.* Ubi Justinianus in omnibus actionibus admittendam esse compensationem dixit, exceptâ actione depositi, & occupantis perperam possessionem; ideo in omnibus aliis compensatio locum habet; quia exceptio firmat regulam in casibus non exceptis Diego. *Opuscul. de Compensat. fol. mihi* 13. Quò allusisse credo Ovid. *lib.* 3. *de Art. amand.*

Judice me fraus est concessa repellere fraudem
Armaque in armatos sumere jura sinüt.

73 Probatur quoque ex text. in *l. Si ambo* 10. *ff. de Compensat.* Ubi generaliter admittitur delictorum compensatio; sed generalis dispositio, generaliter intelligi debet text. in *l. In fraudem.* §. *Final. ff. de Testament milit.* text. in *l.* 1. §. *Generaliter. ff. de Legat. præst.* text. in *l.* 1. §. *Quod autem. ff. de Aleat.* text. in *l. Final. in fine. C. de Dot. promiss.* text. in *cap. Solitæ.* §. *Fi-*
74 *nal. de Majorit. & obedient.* Ergo &c. Nã ubi lex non distinguit, nec nos distinguere debemus text. in *l. De pretio* 10. *ff. de Publician. in rem act.* text. in *l.* 1. §. *Quod autem. ff. de Aleæ lusor.*

SUMMARIUM

1 *Vitæ, & militiæ origo à veteribus Romanorum legibus orta fuit.*
2 *Romani, quid militiam vocabant.*
3 *Longobardi feuda à fide dicebant.*
4 *Filii æqualiter succedebant.*
5 *Familiæ ob divisionem depauperabantur.*
6 *Francigenæ familiarum conservationem præoculis habuerunt.*
7 *Primogenitus secundogenitis ex fructibus feudi certam annuam pensionem dare tenetur.*
8 *Nomine panis omnia alimenta continentur.*
9 *Alimenta idem quod vita æstimantur.*
10 *Vita legata, alimenta legata censentur.*
11 *Vita ortum habuit à francigenis.*
12 *Longobardis ejectis à Regno Neapolitano, eo potiti fuere Normanni.*
13 *Fridericus Secundus Imperator militiam in Regno introduxit.*
14 *Vita instituta fuit jure francorum Normandorum temporibus.*
15 *Militia Suævorum tempore introducta fuit.*
16 *Vita, & militia, juxta aliquos, tamquam alimenta secundogenitis à primogenitis debetur.*
17 *Vita, & militia, secundùm* Minadois *non est legitima de jure naturæ, nec in ejus locum subrogata, sed jus quoddam separatum, & derivatum à legitima, & alimentis.*
18 *Vita, & militia, juxta* Pontem *est onus impositum à lege primogenito.*
19 *Vita, & militia, apud* Camerarium, *est quoddam aliud feudum in secundogeniti personam consideratum.*
20 *Vita, & militia, teste* Anna, *est onus feudi, & jus reale annexum feudo, & ad instar legitimæ debetur.*
21 *Vitæ, & militiæ vera definitio, seu descriptio est, quod sit annua præstatio in pecunia fratribus secundogenitis à primogenitis in feudo succedentibus debita.*
22 *Vita, & militia, juxta plures Doctores, successit loco legitimæ.*
23 *Vita, & militia, secundùm reliquos, alimentorum loco dicitur subrogata.*
24 *Distinctio Authoris.*
25 *Legitima ad hæredes transmittitur.*
26 *Vita, & militia ad hæredes non transit.*
27 *Legatum, vel donatio facta à patre filio secundogenito, juxta nonnullos, compensatur cum vita, & militia eidem secundogenito debita.*
28 *Vita, & militia dicitur debitum necessarium.*
29 *Debitor necessarius legans creditori suo semper præsumitur legare animo compensandi cum debito.*
30 *Legatum factum à patre compensatur cum legitima filio debita.*
31 *Donatio, seu legatum factum à patre filio secundogenito non compensatur cum vita, & militia;* & referuntur Doctores hanc conclusionem sectantes.
32 *Compensatio fit tantummodò inter debito-*

torem, & creditorem.
33 *Pater non est debitor secundogeniti in vita, & militia, sed benè primogenitus.*
34 *Accessorium corruit sublato principali.*
35 *Doctoribus scribentibus in causis, quibus patrocinati fuere, assentiendum non est.*
36 *Compensatio, si admitteretur in vita, & militia, adversaretur compensationis regulis*
37 *Testator, si non est debitor legatarii; sed ejus hæres non videtur legare animo compensandi.*
38 *Quia deficiunt requisita compensationis.*

ARGUMENTUM

Utrùm Legatum, vel Donatio à patre filio secundogenito relicta, censeatur facta animo compensandi cum Vita & Militia.

QUÆSTIO XIV.

1 Hic operæpretium est scisc itari unde vita, & militia orta, quid sit, & quomodo apud Neapolitanos Authores definiatur. Quoad primum attinet, scitu dignissimum reor, vitam, & militiam à Veteribus Romanorum legibusortam fuisse, quæ sanè militia, nullo inter masculos, fœminasque discrimine constituto, æquè masculos, ac fœminas ad patris successionem vocabat. Hæc succedendi ratio limitationē accepit, adinvento quodam bonorum genere, quod subditis domini sub fide-
2 litatis signaculo conservandæ concedebant. Et id Romani militiam nuncu-
3 pabant. Longobardi verò feuda à fide, sub cujus præstantur velamine. Hæc autem in succedendo æqualitas quoque apud Longobardos servata fuit.
4 Nam filii ad bona relata æqualiter succedebant. text. in *cap. 1. §. Præterea ducatus de Probibit. feud alien. per Federic.* text. in *cap. 1. §. Omnes filii. Si de Feud. fuer. contr. inter domin. & agnat.* text. in *cap. 1. §. 1. vers. Sed eū hoc jure. de His, qui feud. dar. poss.* text. in *cap. Omnes filii. si de Feud. defunct.* Postmodum autem experiētia rerum omnium magistra contrarium convenientius esse docuit. Quippe 5
ob divisionem bonorum familiæ depauperabantur, feudaque ad nihilum reducebantur. Quamobrem Francige- 6
næ familiarum conservationem præoculis habentes, masculos fœminis, & primogenitos cæteris, quo ad successionem præponebant, quo dessiciente ejusque descendentibus, secundogenitus admittebatur; & denique stantibus masculis fœminæ prorsus à successione excludebantur. Sed Francigenæ eorum- 7
que Reges naturalis æquitatis admodum memores secundogenitos à paterna substantia penitus destitutos inspicientes, decrevêre primogenitum ex fructibus feudi certam annuam portionem secundogenitis exclusis à successione feudi dare oportere, eorum vita durante Isern. in *Constit. Comitibus in prim. lect. in princip. col.* 1. Capan. *de Vita & milit. quæst.* 1. *num.* 12. Petr. de Gregorio. *in Eodem tractat. quæst.* 1. *num.* 13. Et quia potissimum alimenti genus est panis, cum sub nomine panis omnia alimen- 8
ta contineantur; & in Gallia Feudum primogeniti panis dicebatur Anagiumque nuncupabatur, eodem modo secundogenitorum panis ex fructibus Feudi fuit appellatus Appanagium; quasi panis fratrum; & sic alimenta secundogenitorum ex Francorum consuetudine descendere certum est; ex quibus apparet ex Gallorum consuetudine dari secundogenito tanta alimenta, 9
quæ idem quod vita æstimantur text. in *l. Quos nos. §. Verbum vivere ff. de Verb. signif.* Secus verò militiam. Nam alicui 10
legata vita, alimenta legata censentur. Bart. in *Tractat. de Aliment. num.* 5. Dec. in *l. Alimentis num.* 4. *C. de Transact.* Petris. *de Intepretat. ultim. voluntat. dub.* 11. *num.* 7 Surd. *Tractat. de Aliment. tit.* 2. *quæst.* 2. *num.* 9. Quapropter labuntur 11
afferentes vitam, & militiam introductam

ctam esse à Frācigenis,cū ab iis solūmodò vitam oriatur. Expulsis Longobardis è Regno Neapolitano post annum mil-
12 lesimum à nativitate Domini,eo potiti fuêre Normandi, quousque hi à Suevis fuerunt ejecti, & horum primus fuit
13 Henricus Sextus; deinde Federicus Imperator Secundus hujus nominis,qui militiam in Regno introduxit per constitutionem *Comitibus. tit. de Adjutor. pro milit.fratr.* Præcipiēs,quod si secundogenitus militare velit, tunc vassalli primogeniti,pro secundogeniti milia adjutorium præstare tenentur; & in fine dictæ *Constit.Comitibus.* Subnectit,quod si secundogenitus fuisset absens, etiam militiam habere debet, & sic subventionem præteritam, pro militia præcepta.

14 Ex quibus omnibus colligitur, haud simul esse introductam vitā, & militiā; sed inventa prius vita, quæ Normandorum temporibus jure Francorum
15 erat jam introducta,ut supra dixi. Militia verò Suevorum tempore per constitutionem. *Comitibus* Inducta fuit. Quapropter vita ad Francorum mores in hoc Regno per dictam Constitutionē *Comitibus* approbatos referri debet. Militia autem referenda ad Regni constitutionem per Federicum Imperatorem utriusque Siciliæ Regem promulgatam.

16 Vitæ,& Militiæ descriptiones variæ à Doctoribus referuntur; & prima est asserentium vitam, & militiam deberi tamquam alimenta à primogenitis, secundogenitis debita Isern.in *Constit.Comitibus.col.* 1. 2. *sect tit. de Adjutor. exigend pro milit.fratr.* Petr.de Gregor. *de Vita & milit.quæst.* 1.*num.*2.Camerar. in *l Imperialem fol.*102.*litera Q col.*2. Montan.in *Repetit.§. Præterea Ducatus num.* 108.Gizzarell.*decis.*37.*num.* 45. Bursat. *consil* 1.*num* 69.*lib.* 1. Intrigl. *de Feudcent.*1. *quæst.*57. *num.* 11. Marcian.*con. sil.*56.*n.*8. Paris.de Puteo *de Reintegrat. feud.tit.de Finib feud. cap.* 40. *num.* 2.& 23.

17 Secunda est Minadois *consil.*1.*num.*67. *vers.Et ex his omnibus.* Asserentis vitam, & militiam debitam secundogenitis non esse legitimam de jure naturæ, nec ejus loco subrogatam, nec alimenta loco legitimæ subrogara esse; sed esse jus quoddam separatum,& derivatū à legitima,& alimentis,& portio, quædam debita loco partis hæreditariæ, vel rei feudalis, in qua Longobardorum jure fratres secundogeniti succedere debebant æqualiter cum primogenitis, & per Francorum jus sunt exclusi. Assentitur huic placito Isernia in *Constit.Comitibus.in prim.lect.*

Tertia est Pontis *de Potestat.proreg.tit.* 18 *de Assensib. Reg. §.* 4. *num.* 29. Nempe quod sit onus impositū à lege primogeni to ratione successionis feudi respectivè ad fructus,quos ipse ex feudo percipit.

Quarta Camerarii in *Repet.l.Imperia-* 19 *lem.litera O.de Probibit feud.per Federic.* Videlicet quod sit quoddam aliud feudum, quod vocatur vita, & militia, in secundogeniti personam consideratum, ob præstationem annuam,quam ab eo feudo eidem conceditur, ob quam militare cogitur.

Quinta Annæ *consil.*4.*num.*58. *lib.* 1 20 *num.*48 *ad* 61.Scilicet quod sit onus feudi, & jus reale annexum feudo,& ad instar legitimæ debetur juxta feudi facultates in pecunia,secus autem in fructibus.

Sexta verior,& quæ mihi prę cæteris 21 placet descriptio,seu definitio est;quod vita,& militia sit annua præstatio in pecunia, fratribus secundogenitis à fratribus primogenitis succedentibus in feudo parentum, juxta Francorum jus super feudo prestanda, ac taxanda de medietate fructuum, eamque amplectuntur Gallupp. *Method. feudal. part.*3.*cap.*4.*num.*31.Capan.*de Vita,& milit. quæst.*2. *num.* 18. *in fin.* Rovit. *Super. pragmat.*25.*num.*9.*de Feud.*

Est autem maximè controversum inter hujus Regni Doctores an vita, & militia in legitimæ, vel alimentorum loco successerit.

Prima est opinio asseverātium vitā,& 22 militiam loco legitimæ successisse,eamque tenent Camerar.in *l.Imperialem pag.* 102.*col.*2.*litera.*P.Ponte. *consil.* 79. *num* 21.Minadois.*consil.*1.*num.* 31. Petr. de Gregor. *Tractat de Vita, & milit. quæst.* 2 *num.*1.Theodor.*allegat.*81.*num* 4.Can-

net.in *cap.Si aliquem.num.*4.Mastrill. *decis.*85.*num.*17.*vol.* 1. Tiraquell.*de Primogenit.quæst.*78.*num.*8.Giurba *decis.* 24. *num.* 14. Paris de Puteo *de Reintegrat feudal.Rubric.*176. Bursat. *consil.* 2. *num.*79.*vol.*1.Loffred.*Paraphras feudal. cap.*1.§.*Quid ergo.col.*2.*de Investit. de Re alien.fact.*Franch. *decis.* 20. *num.* 9. Gallupp.*Method.feudal part.*3.*cap.*4.*num.*29 Anna *consil.*6.*num.*3.& *consil.* 110.*num.* 3.Menoch.*consil.*411.*num.*314.*vol.*5.

23 Secunda est asserentium vitam, & militiam in alimentorum loco succedere Georg. *allegat.* 9. *num.*34. Rovit. *Super pragmat.* 25.*num.*12. *tit. de Feud.* Merlin.*Controvers.Forens.cap.* 44. *num.* 21.*cent.*2. Paris. de Puteo *de Finib.feud. cap Antepenult. num.*7.9.Petr.de Gregor. *de Vita, & militia.quæst.*2.*num.*11. Montan.in *l. Imperialem.num.* 224. *litera. K.* Molfes.*consil.*9.*num.*1.Ponte *de Potestat. Proreg.tit.de Assensib.Reg.§. num.* 28. Afflict.*decis.*252.*num.*5.& *in Constitut.Reg. Comitibus.num.*6.Giurb.*decis.*24.*num.*24. Capan.*de Vita,& militia quæst.*3. *num.* 7. Cumia.in *cap.Si aliquem.vers. Maritata num.*438.*de Success.feud.*

24 At mihi absolutè neutra opinio placet; sed distinguere debemus, videlicet ut quatenus vita, & militia morte finitur alimentorum loco succedat; Nam alimenta morte extinguuntur,& sic ratione extensionis in ejus locum subrogata intelligatur,quo ad reliqua legitimæ loco succedat,& sequitur Loffred. in *cap.*1.§.*Quid ergo.vers.Vel danda.col.*2. *de Investit.deRe alien.facta.*Franch.*decis.* 61.*n.*7.Mastrill.ad Petr.de Gregor.*Tractat.de Vita,& militia quæst.*2.

25 Huic autem distinctioni adversatur id,quod legitima transmittitur ad hæredes,text.in *l.Scimus. C. de Inoffic. testament.*Sed si vita, & militia loco legitimæ subrogata esset,debetet ad hæredes transmitti; Ast vita, & militia minimè

26 adhæredes transit. *Constitut. Comitibus* Petr.de Gregor.*de Vita, & milit.quæst.*1. *num.*2.Capan.*Eodem tractat. de Vita,& militia quæst.*1.*num.*12.& *quæst.*3.*num.* 3. *in fine.*Ergo non est subrogata loco legitimæ, sed potiùs loco alimentorum, ut tenet secunda sententia, quod mihi veriùs videtur.

Quo ad quæstionem propositam, duplex est Doctorum opinio. Prima est affirmativa; nimirum, quod legatum, vel donatio facta à patre filio secundogenito compensetur cum vita,& militia eidem debita Anna. *consil.* 120. Menoch.in suo consilio impresso post prædictum *consil.*120.Annæ. Ursill.ad Afflict.*decis.*138. Botilier.*de Success. ab intestat.theorem.*115. Verde. *lib.*2. *Institut. num.*2261. Coscia *Dissertat.jur. cap.*19. *num.* 11.12. & 29. Staiban.Sen. *consil.*2. Spad *consil.*345.*lib.*3. Hodiern. *controvers.*7. *num.* 29. Larath. *Theatr.feudal. part.*12. *dilucid.*78. Altimar. *ad consil.* Rovit.*observat.*25.*num.*18. 27

Cujus assertionis fundamenta sunt 28 sequentia. Primum, quia cum vita, & militia sit debitum legale, & sic necessarium, licèt debeatur ex constitutione Regni *Comitibus*. At hæ constitutiones legis vicem nanciscuntur text.in *cap.Cum omnes. de Constitut.*text.in *l.De Consuetudine. ff.de Legib.* text.in §.*Ex non scripto. Institut.de Jur. natural. gent. & civil.* Habet locum regula generalis, 29 quod quoties debitor necessarius suo creditori legat animo compensandi legare videtur text. in *l.Si cum dotem.§.Si pater.ff.Solut.matrim.* text.in *Authentic. Præterea. C.Unde vir, & uxor.* text. in *l. Omnimodò. §.Imputari. & l.Quoniam novella.C.de inoffic.testam.*Ergo idem est.

Secundum, quia legatum filio à pa- 30 tre relictum, vel quid aliud ex patris bonis ad filium perveniens cum ipsius legitima est compensandum Bart. in *l.In quartam.num.*10. *ff.ad Legem falcid.* Ursill.ad Afflict.*decis.*138.*num.*5. Grass. in §.*Legitima. quæst.*20.*num.*1.& 2.Vasquez. *de Success. creat. lib.*3. §.30. *num.* 242. Bart.in *l.Quoniam novella.num.*10. *C.de Inofficios.testament.*Ruin.in dicta *l.In quartam.num.*179. Ripa 142.Socin. Jun. 113. Forniell.111. Salycet. in *Authent.Præterea. num.*11. *C.Unde vir, & uxor.* Menoch. *de Præsumptionib. lib.*4. *præsumpt.*109. *num.*5. Ergo quoque in nostro casu debet procedere compensatio.

Sed his parum obsistentibus,contra- 31 ria opinio est verior,semperque sequenda, videlicet, quod legatum, seu donatio

tio à patre secundogenito facta, minimè cum vita, & militia compensari debeat, eamque tutantur sanè Buccinus in *Consuetud. Si moriatur*. Intrigliol. *decis.* 68. Lanar. *consil.* 33. *num.* 13. Aldérisius. *de Hæredit. act. cap.* 6. *num.* 43. *versic. In casu, quo Episcopo. in fine*. Afflict. *decis.* 138. *num* 4. Surd. *tractat. de Alimentis. tit.* 7. *quæst.* 55. *num.* 22. & 23. Tiraquell. *de Jure primogenit. quæst.* 75. *num.* 8. Rovit. *super Pragmat.* 25. *de Feud. num.* 16. Capan. *de Vita, et militia. quæst.* 15. Borgia. contra Fabrum *lib.* 4. *Investigat. cap.* 9. *num.* 11. Novissimè Scoppa ad Merlin. *Scholion. in cap.* 44. *num.* 6. *cent.* 2. Intrigl. *de Feud. cent.* 1. *quæst.* 57. *num.* 35. & *decis. Sicil.* 68. Alberic. Paul. de Castro. & Alex in *l. si compensandi* 6. *C. de Hæredib. instituend.* Muta in *cap. Regni Siciliæ* 33. *num.* 188. Baeza. *de Decima tutor. cap.* 5. *num.* 17. Afflict. in *Constit. Comitibus. col.* 6. *quæst.* 14. Gutierrez. *de Tutel. part.* 3. *cap.* 5. *num.* 7. Georg. *allegat.* 4. *num.* 35. Tapia. *de Jur. Regn. Neapolit. in Constitut. Comitibus. num.* 13. Gizzarell. *decis.* 36. *num.* 19. Intrigliol. *singul.* 45. *lib.* 1. Petr. de Gregor. *de Dote de parag. quæst.* 35. *num.* 4. Costa. Sicul. *consil.* 91. *num.* 25. & 26. de Marinis. *Resolut.* 45. *num.* 71. *lib.* 2. & *allegat.* 28. *num.* 11. Petr. de Gregor. *de Vita, & militia. quæst.* 5. *num.* 10. Riccius. *de Renunciat. paragii. artic.* 5. *num.* 8. Moccia. *Sylva casuum forens. cap.* 11. *num.* 5.

32 Hujus opinionis unicum fundamentum est text. in *l.* 1. *ff. de Compensat.* Ubi habetur, quod compensatio est debiti, & crediti invicem inter se contributio, ideft inter debitorem, & creditorem;

33 Sed pater non est debitor secundogeniti in vita, & militia; sed primogenitus *Constitut. Comitibus*. Afflict. *decis.* 138. *dub.* 2. Menoch. *de Præsumpt. lib.* 4. *præsumpt.* 109. *num.* 56. Caput. *ad Consuetud. Si moriatur. part.* 2. §. 11. *num.* 24. Merlin. *Controvers. forens. cap.* 44. *num.* 27. *centur.* 2. Buccinus *addit. ad* Napodan. in *Consuetud. Et si testator. fol. mihi* 163. Merlin. dicto *cap.* 44. *num.* 31. Borgia. *lib.* 4. *Investig. cap.* 9. *num.* 11. Scoppa. ad Merlin *Schol.* 81. *cap.* 44. *num.* 6. *in fine*. Rovit. *super Pragmat.* 25. *num.* 4. *de feud.* Afflict. in *l. Imperialem*. §. *Præterea Ducatus. num.* 19. *de Prohibit. feud. alien. per Federic.* Amic. *de His, qui feud. dar. poss.* §. *Sed hic pulchrum. num.* 7. Capyc. *decis.* 211. *num.* 6. Capan. *de Vita, & milit. quæst.* 15. *num.* 12. Ergo non habebit locum compensatio, & hoc inconvincibili fūdamento hæc quæstio evanescit. Quapropter cōtrariæ sententiæ fundamentis non est respondendum. Nam accessorium corruit sublato principali text. 34
in *l. Qui liberis. ff. de Vulgar. & pupill. substit.* text. in *l. Cum principalis. ff. de Regul. jur.* text. in §. *Fidejussores. Institut. de Fidejussoribus.* Licèt Anna, & Menochius loco supra pro contraria opinione relati valde nitantur probare compensari debere. Quapropter nunquam est 35
assentiendum opinionibus illorum, qui in causis, quibus patrocinati fuère scripserunt, quod admoneo, verissimumque esse fateor. Sed quod dixi est certiùs certo, & compensationum regulis 36
admodum conveniens, aliàs esset compensationis naturam pervertere, ac destruere: Nam si in hoc casu admitteretur, nunquam amplius compensatio daretur: cum ille, qui non est debitor, quod alter debet compensare poterit, quo nil absurdius in compensationum materia, quod confirmatur. Nam quoties non restator, sed ejus hæres est debitor legatarii, tunc nunquam animo 37
compensandi legare videtur, cum hoc in casu compensatio cadi nequeat Abb. Imol. & Ant. in *cap. Officii. de Testament.* Alex. in *l. Si cum dotem*. §. *Si pater. num.* 4. *ff. Solut. matrimon.* Jaso. in *Authentic. Præterea. num.* 20. Salyc. *in fine*. *C. Unde vir, & uxor.* Afflict. *decis.* 138. Menoch. *de Præsumpt. lib.* 4. *præsumpt.* 109. *num.* 56 & 60. Gutierrez. *de Tutel. part.* 3. *cap.* 5. *num.* 6. Ratio est, quia deficiunt fundamenta, quibus nititur compensatio, scilicet debitum, & creditum ad invicem, ideò nil mirum si non admittatur compensatio text. in *l. Ejus* 9. *C. de Compensat.* Quia pater non est debitor filii secundogeniti in vita, & militia; sed primogenitus: Ergo compensatio dari nequit, quoniam sanè refellitur de debitore ad non creditorem argument. text. in *l.* 2 *ff. de Compensat.*

SUMMARIUM

1 *Ultima voluntas quasdam species sub se comprehendit.*

2 *Voluntas nominata dicitur illa, quæ certum in jure expressum nomen habet.*

3 *Voluntates innominatæ in jure quænam dicantur?*

4 *Testamentum inter ultimas voluntates est præcipuum, & usu frequentissimum.*

5 *Voluntas ultima servari debet ut lex.*

6 *Voluntatem defunctorum non servare impium, & iniquum est.*

7 *Judicia suprema hominum publicè interest effectus sortiri.*

8 *Voluntas ultima dicitur ea, quam minimè altera sequitur, & post eam alia facta non est.*

9 *Voluntas ultima tantummodò attenditur.*

10 *Voluntas in genere quænam dicatur?*

11 *Voluntas in specie dicitur habendo respectum ad quamlibet ultimam, specialemque voluntatem.*

12 *Voluntas ultima in genere innominata nuncupatur.*

13 *Voluntas ultima dicitur dispositio legitima post ejus mortem servanda.*

14 *Voluntas ultima invita semper revocari potest.*

15 *Voluntas ultima optimè compensationem admittere potest;*& referuntur Doctores hujuscemodi conclusionem confectantes.

16 *Legatum pium etiam compensationem recipere potest.*

17 *Voluntas ultima compensari potest,*& referuntur verba text. in l.Si propter fructus 8.C.de Compensat.

18 *Hæres contra actionem ex testamento opponere potest compensationem de eo, quod sibi negotiorum gestorum actione invicem debetur.*

19 *Agenti ex testamento legati nomine potest opponi compensati o fructuum ab eo ex adversarii agro mala fide perceptorum, et condictione sine causa tenetur.*

20 *Debitum ex testamento optimè compensari potest.*

21 *Jura, quæ compensationem in ultimis voluntatibus inducunt referuntur.*

22 *Legati nomine quod datur in dubio præsumitur relictum animo compensandi donatum.*

23 *Animus compensandi non præsumitur in dubio, quoties aliquid donatur per actu inter vivos.*

24 *Legatum dotis haudquaquam perimitur compensationem dotis ab alio promissæ.*

25 *Compensatio non fit de debito inter alios actu.*

26 *Avus in dubio præsumitur dotare neptem contemplatione filii.*

27 *Dos data nepti ab Avo contemplatione filii, censetur profectitia in toto.*

28 *Dos, quæ datur ab Avo nepti, prius data videtur patri, et deinde per patrem filiæ.*

29 *Nisi ex conjecturis appareat Avum contemplatione neptis, secus filii dedisse.*

30 *Avus dotans in diversa summa non dicitur animo compensandi.*

31 *Quamvis in dote à se data opposuisset pacta, quæ in dote à patre legata minimè opposuit; licèt Avus nepti particularem habuerit affectionem.*

32 *Compensatio refellitur, quando pater nullam de paterno legato mentionem fecerit.*

33 *Avus quamvis voluntariè dotet, compensatio refellitur.*

34 *Avus legans non videtur legare animo compensandi; sed donandi, præsertim si sit inclusione magnatum.*

35 *Quamvis cessaret ratio; qua Avus ad dotandam neptem filii contemplatione moveretur, videlicet si filius esset jam mortuus.*

36 *Dos data cum dote legata compensatur, quando datur à patre, vel à quovis alio, qui dotare cogitur.*

37 *Avus, si pater est dives, minimè compensare cogitur.*

38 *Petenti legatum opponitur compensatio de debito occasione fructuum.*

39 *Legatum censetur relictum animo compensandi, quando aliquid alicui debetur ex legis dispositione.*

40 *Compensatio refellitur, quoties legatum non est apud legatarium mansurum.*

41 *Quod intelligitur, quando legatum statim restituitur.*

42 *Legatum legatario commodum debet afferre.*

43 *Restitutio legati, si fiat ex intervallo commo-*

modum illius modici temporis, optimè compensari potest.

44 *Pater filiam jam dotatam instituens in legitima, debet intelligi dote compensata.*

45 *Debitor quando legat animo compensandi, creditor alterum tantummodò petere potest.*

46 *Creditor utrumque petere potest, quando debitor non legat animo compensandi.*

47 *Debitor necessarius, seu legalis legando semper præsumitur legare animo compensandi cum debito.*

48 *Voluntarius debitor legando creditori suo nũquam præsumitur legare animo compensandi cum debito.*

ARGUMENTUM

Utrùm in Ultimis Voluntatibus admittatur compensatio.

QUÆSTIO XV.

1 Voluntatis ultimæ appellationem generalem esse, ac quasdam sub se obsepere species satis ipsa vox per se arguit. Et in *Novell. 1. in fine* probatur. Est autem nominata, vel innominata.

2 Nominata est, quæ certum in jure expressum nomen habet, cujusmodi sunt testamentum de quo Horat. *lib. 2. Satyr. 5.*

Dixi equidem, et dico. Captus astutus ubique
Testamenta senum.

Et paulò inferius

Qui testamentum tradit tibi cumque legendum.

Codicillus, de quo etiam Martial. *lib. 5. Epigramm. 52.*

Qui Codicillis hinc et inde prolatis, etc.

Mortis causâ donatio, de qua Homerus juxta versionem Arnoldi Vinnii in *§. 1. de Donat.*

Cum Pyrae homines lateant secretè futuri,
Si me fortè proci scelerati ad Stygia mittant
Insidiis, patriasque velint erciscere prædas:
Hæc ego præ reliquis multo tibi cedere malim.
Sin ego eos justis prosterum, cladibus ultor,
Hæc mihi tu gaudens media inter gaudia reddas.

Et epistola, de quâ Martial. *lib. 5. Epigramm. 25.*

Epistolisque commodat gravem vultum.

Præter has species, si quæ sunt dicuntur innominatæ, nimirum si quocumque alio modo, quàm vel testamento, vel codicillo, vel mortis causâ donatione, vel epistolâ aliquid alicui relinquitur; aut post mortem demum præstandum detur. Inter has ultimæ voluntatis species potissima est illa, quæ testamentum vocatur, cujus usus est frequentissimus; ita doctrina in jure patens latissimè adeò, ut totam partem digestorum quintam occupaverit, & *lib. 6. C. tit. 34.* In Institutionibus libri secundi tituli 16. major pars, nimirum descripta, ac exposita invenitur. Ultima voluntas servari debet, ut lex text. in *l. In conditionibus 19. ff. de Condit. et demonstrat.* text. in *Novell. 1. in princip. Novell. 22. §. Disponat.* text. in *cap. Ultima voluntas 13. quæst. 2.* Et testantis voluntatem non servare impium esse, & iniquum scribitur in *l. Consulta. C. de Testament.* Quia publicè interest suprema hominum judicia suum sortiri effectum text. in *l. Vel negare 5. ff. Quemad. testament. aper.* text. in *l. 1. C. de Sacrosanct. Eccles.* 3 4 5 6 7

8 Ideo dicitur ultima voluntas, quia altera nulla eã insequitur text. in *l. 2. §. Legitima. ff. de Suis, & legitim. hæredib.* Cum ultimus etiam dicatur, quem nemo sectatur text. in *l. Proximus. 92. ff. de Verbor. signific.* text. in *l Ex duobus 34. ff. de Vulgar. & pupill. l. Qui duos 9. ff. de Reb. dub.* Et post eam alia facta non est text. in *l. 1. verbo. Non autem. ff. de Bon. possess. secund. tabul.* Quæ vel sola promulgata, & condita fuit, vel licèt ante eam mille ordinentur, quia ultima est dumtaxat prævalet, & attenditur text. in *l.* 9

1. et

1.*et* 2.*ff. de Injust.rupt.et irrit. testament.* text.in §.*Posteriore. Institut. Quib. mod. testam.infirm.*

10 Dupliciter autem ultima voluntas capessitur, juxta Nettum *de Ultim.voluntat.in præf.num.*3. Vel in genere, vel in specie. In genere non habendo respectū ad testamentum, nec aliam particularem ultimam voluntatem, quod se-
11 cundùm Philosophos diceretur in abstracto. In specie habendo respectum ad quamlibet ultimam, specialemque voluntatem, ut est testamentum, codicillus, causâ mortis donatio, epistola
12 &c. Et hæc ultima voluntas in genere equidèm vocatur innominata text.in *l.Licet. C.de Pact.* Angel. in *l.* 3. §.*Gener. ff. de Acquir.possess. col.* 1. Mantic. *de Conject.ultim.voluntat.lib.*1.*tit.*4.*num.* 1.Medic.*de Definitionib. definit.*76. *num.* 32.Covarruv. in *Rubric. de Testament. part.*3.*num.*37. Gomez.in *l.*3.*Tauri num.* 66.*in fine.*

13 Dicitur ultima voluntas, legitima dispositio alicujus post ejus mortem servanda. Loco generis ponitur dispositio legitima, quia si fuerit contra leges, vel impossibilis servanda non erit text. in §. *Pena quoque* 36.*in fine.Institut. de Legat.*

14 Post mortem servanda; quia hoc est ultimæ voluntatis proprium. Nam in vita semper revocari potest text. in *l.* 4.*in fine. ff. de Adimend. legat.* text. in *l. Cum hic status.* §.*Ait oratio. ff. de Donat. int.vir.& uxor.* Dicitur, post ejus mortē, quoniam morte solummodò confirmatur text. in *l.*1.*ff.de Testament.* text. in *l.* 3.§. *Ultim. ff. de Adim. legat.* text. in *cap. Cum Marthæ.* §.*Cæterum de Celebrat.missar.*

15 His effusis & præmissis, ut hypothesis jactæ commostratum enodationem eam, affirmativè ordiens thesi satis obviam occedam, videlicet, quod in ultimis voluntatibus compensatio admittatur, ut sectantur Mantic. *de Conject. ultim.voluntat.lib.*10.*tit.*2. Menoch. *de Præsumptionib.lib.*3.*præsumpt.*142.*& lib.* 4.*præsumpt.*109.*&* 110. Castill. *de. Usufruct.cap.*46. Balmaseda. *Tractat. de Collect.quæst.*110.*num.* 10: Brunneman. in *l.Verum est.ff de Compensationib.* Barbos. in *l.Etiam si.*5.*num.*1.*&* 3.*C. de Compensationib.* Suarez.in *l.*1. *tit. de Las arrhas num.*37. Medices *de Compensat.quæst.* 31. *n.*1.*part.*1. Morquechus *de Division. bonor.lib.*4. *cap.* 11. Bersan. *de Compensat. cap.*1.*quæst.*1.*num.*20. Oynotom. in §. *In bonæ fidei num.*16. *Institutionib. de Actionib.* Altograd.*consil.*68 *num.*78.*lib.*1. Sabelli *Sum.divers. tractat.* §. *Compensatio num.*18. Hothoman.*lib.*16.*Epitom.tit. de Compensat.num.*5.*ad finem.* Brunneman. & Cujac.in *l.*7. *C. de Compensat.* Nam 16
etiam si legatum sit factum loco pio admittit compensationem Salycetus in *l. Etiam.C. de Compensat.* Covarr. in *cap. Officii num.*12.*extra.de Testament.* Glossa in dicta *l.Etiam.C.de Compensat.* Mynsinger.in §.*In bonæ fidei.num.*33. ibique Zasius *vers.Unde nec incidit.Institut.de Actionib.*

Hujus conclusionis fundamenta sunt 17
hæc. Primum text.in *l.Si propter fructus* 8.*C.de Compensat.* Ubi in ultimis voluntatibus, hoc est in legatis admittitur compensatio, ut patet ex textu ibi: *Cum id, quod à matre tua ei legatum est à te petere cæperit mutuò debitæ quantitatis, apud eū qui super ea res judicaturus est, compensationem non inmerito objiciet.* Unde Hothoman. in hac *l.* notat hæ- 18
redem contra actionem ex testamento rectè posse opponere compensationem de eo, quod sibi negotiorum gestorum actione invicem debetur, quod etiam tradidit Cujac. *Recitat. solemn. ad lib.* 4. *C. ad tit.*31. in dict. *l. Si propter fructus* Dum dixit ei, qui agit ex testamento 19
legati nomine compensationem opponi posse fructuum ab eo ex adversarii agro malâ fide perceptorum, & condictione sine causa teneri text.in *l.*3.*ff. de Condict.ex caus.*

Secundum text.in *l.Etiam.C.de Com-* 20
pensat. Ubi Imperator Alexander rescripsit, debitum ex testamento optimè compensari posse. Quippe si Titio decem debebas, & legavit tibi duodecim, si à te petantur decem, compensatio tunc fit usque ad concurrentem quantitatem, ut benè exemplificat Accursius in dicta *l.Etiam.C.de Compensat.*

Et hanc nostram conclusionem, 21
nempè ut in ultimis voluntatibus locum habeat compensatio, comprobare pos-

possumus plurium legum authoritate, videlicet text.in *l.Hujusmodi* 86.§. *Cum pater.ff.de Legat.*1.text.in *l.Si cum dotem §.Si pater.ff.Solut.matrim.*text. in *l. Quoniam novella.* 29. *C. de Inoffic. testament.* text.in *l.Titia cum testamento* 35. §. *Qui invita. ff.de Legat.* 2. text. in *Authentic. Præterea. C.Unde vir, & uxor.* text. in *l. Omnimodo.§.Imputari.C.de Inoffic.testam.* quæ jura latè meditatus sum in *quæst.* 20.*lib* 1.*tom*.1.

22 In dubio tamen, quod per viam legati datur, censetur animo compensandi donatum.text.in *l.Si cum dotem.§.Si pater.ff.Solut.matrim.*text.in *l. Quoniam novella.et l.Omnimodo* 30.*C.de Inoffic testament.*text.in *Authentica Præterea.C. Unde vir.& uxor.*text.in *l.Hujusmodi.§. Cum pater.*86.*ff.de Legat.*1. text. in *l. Titia cum testamento* 35.*§ Qui invita.ff.de Le-*
23 *gat.*2.& dixi fusiùs *in quæst.* 20.Secus autem dicendum est, quando aliquid donatur per actum inter vivos; Nam tunc in dubio non præsumitur animus compensandi text.in *l.Etiam.§. Si debita.* text.in *l.Si verò. §. Cæterum.ff. de Oper. libert.* Quamvis esset debitum necessarium Socin.Sen.*consil.* 83. *num.* 21. *vol.* 1. Mascard. *de Probationib. conclus.* 333.
24 *num.*7. Dotis autem legatum minimè perimitur compensatione dotis ab alio promissæ Aug.Ber.*consil.*46.*num.* 6. *vol.*4.Medic.*de Compensationib.quæst.* 31.
25 *num.*5 *part.*1. Ratio autem est, quia compensatio non fit de debito inter alios acto text.in *l.*1.*et l.In rem.ff. de Compensationib.* text.in *l.Ejus* 9.*C.de Compensationib.*Bart.in *l.Si duo.ff.de Duob. reis.* Azo.*Summ.C.num.*8.*C.de Compensat.*Roman.*Sing.*567.Petr.in§. *In bonæ fidei. num.*3.Jaso *num.*76.*Institut.de Act.* Bart. in *l.Si cum filio.num.*3.*ff. de Compensationib.* Paul.de Castro.in *l.In rem. num.*2.*ff. de Compensat.*

26 Hoc tamen non procedit, quando dos prius esset à patte legata; deinde ab avo soluta; quia per viam compensationis dicitur esse soluta, unde filiæ interdictum erit petere legatum patris, quia avus in dubio præsumitur dotare neptem contemplatione filii text.in *l.Filia legatorum.C.de Legat.*text.in *l. Lucius.ff. de Legat.*2.text. in *l. Hujusmodi. §. Cum pater.ff.de Legat.*1.text.in *l.Si cum dotem §.Si pater. ff. Solut. matrimon.* Quæ dos 27
sic data profectitia censetur text. in *l. Sed si plures.§.In arrogato. ff. de Vulg. et. pupill.substit.*text.in *l.Fideicommissa.§.Interdum.ff.de Legat.*3.text.in *l. Filiosfamilias.ff. de Conditionib. & demonstrationib.* Quippe hædos videtur prius data pa- 28
tri, deinde per patrem filiæ text. in *l.* 3. *§.Final.ff. de Donationib. inter. virum, & uxorem.* Bald. in *Authentica. Res quæ. C. Comm.de Legat.*& in *l. Final. C. de Dotis promiss.*

Quod locum sibi ascisceit, nisi ex indi- 29
ciis contrarium appareat, scilicet avum contemplatione neptis, non filii dedisse Alex.in *l. In quartam.col.penult.ff. ad Legem falcid.* Angel. *consil.* 78. Alex. in *l. Avus.ff.de Jur. dotium.* Avus autem in 30
diversa summa dotans, talis dos minimè compensatur text.in *l.Cum centum. ff.de Adimend.legat.* Nec etiam, quando 31
avus in dote à se data opposuisset pacta, quæ in dote à patre legata minimè opposuisset text.in *l. Quoties. C. de Donationib.quæ sub mod.* Nec minus compensatur, quando avus neptem particulare affectione prosequitur text. in *l. Procula.ff.de Probationib.*text. in *l. Si servus.ff. de Donat.inter.virum, & uxorem.* Exclu- 32
ditur quoque compensatio in casu quo avus nullam de paterno legato mentionem fecerit Medic. *Opuscul. de Compensat.quæst.*31.*num.*7.*part.*1.Refellitur eti- 33
am, quando avus voluntariè dotavit, quamvis prædictus avus ad dotis præstationem non teneatur, cum ejus filius dives esset, & prius pro dote legasset Salyc. in *l. Si filius. ff. ad Senatusconsult. Macedonian.*Bald.in *Authentica res quæ. C. Communi de Legat.*Præcipuè si avus 34
dotans esset inclusione Magnatum, vel Pr incipum; Nam tunc haudquaquam præsumitur animo compensandi dotasse; sed benè animo dotandi, cum summos Principes deceat, maximè erga suos uti liberalitate text. in *l. Cum multa. C. de Bon. quæ liber.* text. in *l. Sancimus. §. Exceptis.C.de Donation.* text. in *l. Donationes. C. de Donationib. inter. virum, & uxor.* Licet cessaret ratio, qua avus ad 35
dotandam neptem filii contemplatione moveretur; videlicet si filius esset

jam

jam mortuus. Conferũt text.in l. Adige-
re.§.Quamvis.ff.de Jure patronat.text.in
cap.Cum cessante.extra de Appellationib.
text. in l. Quod dictum.ff. de Pact. text.
in l.Ita.ff. de Administrat. tutor.text.in l.
Illud.ff.ad Legem Aquil. text.in l.1.§.Hoc
interdictum. ff. de Fonte. Doctores com-
muniter in l.Final. C. de Edict. Divi
Adrian. Tollend. Gloss.in l. Cum tale. §.
Falsam. ff. de Conditionib. & demonstra-
tionib. Angel.in l.Si certis annis.C.de Pa-
ctis.& in l.1. C. de Fideicommissis. Glossa
in l.2.§.Penultim ff.de Donationib.

36 Quod neutiquam in dubium verti-
tur est , quod dos data cum dote legata
compensatur;sed hoc est intelligẽdum,
quando dos est à patre data, vel ab alio,
qui dotare compellitur text· in l. Qui li-
beros.ff.de Ritu nupt.text.in l. Ultima. C.
37 de Dotis promissi. Avus enim quoties
pater est dives haudquaquam dotare
cogitur Cravet.consil. 168. num. 1. Alba
consil.17 num 9.Ber.consil.47·num.10.vol
2.Natta.consil.11.num.15.vol.1.

38 Hîc animadvertendum est,quod pe-
tenti legatum objicitur compensatio
de debito occasione fructum Bart. in l.
Si propter fructus 8.C.de Compensat.Cra-
vet.in l.Cum.filio num.156.ff.de Legat. 1.
Si verò legatum filio factum fuerit, dos
autemGenero promissa,hoc in casu ha-
udquaquam inducitur compensatio.
39 text.in l Si Filia ff.de Collat.dotis. Nam
quando aliquid alicui debetur, cui quo-
que ex legis dispositione aliquid debe-
tur,illud legatum animo compensandi
relictum censetur , sed hoc non est ab-
solutè intelligendum ; sed dumtaxat,
quando legatum apud legatarium equi-
40 dèm est mansurum: Secus verò si alte-
ri sit restituendum ; tunc enim rectè
rejicitur compensatio text. in l. Si cum
dotem.§.Si pater.ff. Solut. matrim. Natta.
consil.109.num.9.volumen.1.Capra.consil.
143. Medices de Compensat. quæst. 31.
n.14.part.1. l.Cogi. §. Hi qui. ff. ad Sena-
tusconsult.Trebell.l Sed,& si.§. Item.ff.de
Legat.prestand.l.Final.§·Final. C. de Bon.
quæ liber.l.Sulpitius. ff. de Donationib. in-
ter virum,& uxor.l.Uxorem.§.Pater.ff. de
41 Legatis 3.Quod omnes Doctores inter-
pretantur,ac mulcent , quando restitu-
tio sequitur extemplò, taliter ut is, cui
fuit legatum relictum nullum ex eo sit
consequuturus commmodum . Cum 42
legatum legatario debebat esse proficu-
um, & aliquam utilitatem debeat affer
re text.in l.1.ad finem.versicul.Cum enim
C.Commun.de Legat.text. in l.Titia cum
testamento.§.1.ff de Legat. 2. Secus verò 43
si restitutio fieret ex aliquo proportio-
nato intervallo;quia commodum illius
modici temporis sanè compensaretur
text.in l.In lege. ff. ad Legem falcid.text.
in l.In quantitate.§.Magna. ff. Eodem ti-
tul.

At adnota , quod pater jam dota-44
tam filiam instituens in legitima, debet
intelligi dote compensatâ.Bald.in l.Quo-
niam novella.C.de Inoffic.testament. Idem
Baldus in l.Omnimodo.§.Imputari.C. Eo-
dem titul. Hoc fallit: nisi dos esset resti-
tuenda Tiraquell. in l. Si unquam. num.
174.versicul.Susceperit. C. de Revocand.
donationib.

Pro clariori hujus hæsitationis intel-45
ligentia annota, quod aut debitor legat
animo compensandi; & tunc creditor
alterum tantùm petet text. in l. Si com-
pensandi 6.C.de Hæred. instituend.text.
in Autbentica Præterea. C. Unde vir. &
uxor.text. in l. Si ab uno. ff. de Legat. 2.
text.in l Quoniam novella & l. Omnimodo
30.§. Imputari. C.de Inoffic. testam. Aut 46
legat animo compensandi , & hoc con-
stat ; & tunc creditor petit utrumque.
Medices Opuscul.de Compensat.quæst. 31.
num.18 part. 1. Aut sumus in dubio, &
iterum subdistinguendum est . Aut est 47
debitor necessarius, seu legalis,& tunc
semper censetur legasse animo compen-
sandi, ut sectantur Gutierrez.de Tutel:
part.3.cap.5.num.4. Suarez.;in l. 1. tit. de
Las arrbas. num. 37. Menoch. de Præ-
sumptionibus.lib.4:præsumpt.109.Mantic.
de Conject.ultim. voluntat. lib. 10. tit. 2.
num. 2. versicul. Quod si debitum . Zamo-
ran.de Compensationib.disputat. 4. cap. 8.
§·3.num.16.Cum aliis à me congestis in
quæst.20.lib.1.tom.1.Aut est debitor vo- 48
luntarius ex causa ab initio voluntaria,
& tunc non præsumitur relinquere
animo compensandi , ut amplexantur
Oldrad.consil· 297. num. 1. Natta consil.
100.num.15. Covarruv. in cap. Officii.
num. 2. versicul. Est igitur.de Testament.

Corn..

Corn. *consil.* 257. *num.* 10. *in fine vol.* 1: Honded. *consil.* 176. *num.* 4. Gutierrez. *de Tutel. part.* 3 *cap.* 5. *num.* 3. Zamoran. *de Compensat. disputat.* 4. *cap.* 8. § .2. *num.* 6. Sylva. *de Salar. quæst.* 59. *num.* 3. & Sperell. *consil.* 176. *num.* 49. Et dixi in dicta *quæst.* 20. Quia nemo legare potest rem alterius Imol. in *cap. Officii de Testament.*

SVMMARIVM.

1 *De feudorum origine agitur ante quæstionis euodationem.*

2 *Feudum est vocabulum barbarum ortum à Gotbis, quo significatur genus clientelę.*

3 *Feudorum origo à vetustis Romanis orta est, juxta nonnullos.*

4 *Feuda non à vetustis Romanis, sed à recentiore tempore orta fuisse testantur aliqui Doctores.*

5 *Feudum in Italia ortum habuit à Longobardis sub Alboino eorum primo Rege.*

6 *Feudum, juxta aliquos, dicitur à* fœdere.

7 *Feudum, secundùm alios, dicitur à* frida *nomine Longobardo.*

8 *Feudum, juxta aliorum placitum, dicitur à* fieri.

9 *Feudum aliqui à* fœdo *dixerunt, quod pactum significat.*

10 *Feudi vera etymologia est, ut dicatur à* fide, *seu à* fidelitate.

11 *Leudes qui dicantur.*

12 *Feudum quid sit.*

13 *Feudi vera definitio, seu descriptio traditur.*

14 *Beneficium quid sit:*

15 *Status quæstionis proponitur.*

16 *Creditor interim, dum ei non solvitur pignoris fructus, in sortem compensare tenetur.*

17 *Fructus pignoris per creditorem percepti compensantur in sortem principalem.*

18 *Acquisitio fructuum dominium respicit.*

19 *Creditor, si non compensaret fructus pignoris in sortem, committeret usuram.*

20 *Ecclesia fructus rei pignoratæ à vassallo in sortem compensare debet.*

21 *Dominus directus non tenetur fructus pignoris feudalis in sortem compensare; sed eos habere debet præcipuos;* & referuntur Doctores hanc opinionem amplectentes.

22 *Reprehenditur* Bersanus.

23 Expenditur text. in cap. 1. de Feud.

24 Referuntur verba text. in cap. Conquestus 8. de Usur.

25 Exponitur text. in cap. Ad nostram 11 de Reb. Eccles.

26 *Proprietarius, dum retinet pignus feudale, & ipsius fructus non compensat in sortem, feudatarium immunem efficere debet à servitio, quod ei pro utili dominio talis rei debebat.*

27 *Proprietarius ad hoc, ut non teneatur compensare fructus pignoris feudalis in sortem, quæ debeant concurrere?*

28 *Feudatarius, quando fundum feudalem perfecit, ut melioramentorum occasione fructus uberiores ferat, proprietarius Dominus fructus pignoris compensare tenetur in debiti sortem, deducta pensione quanti prudentis arbitrio censebitur.*

29 *Proprietarius potest omnes fructus percipere cum obligatione compensandi quanti melioris, & pecuniæ datæ æstimatæ fuerint.*

30 *Proprietarius, quamvis fructus pignoris feudalis excedant, non tenetur eos compensare in sortem, nec excessum restituere debet.*

31 *Fructus pignoris feudalis non compensantur in sortem ultra pensionem, & expensas factas.*

32 *Emphyteuta, si directo domino emphyteusim pignori tradat, tunc directus dominus pignoris emphyteutici fructus in sortem compensare non debet.*

33 *Argumentum de emphyteusi ad feudum, & de feudo ad emphyteusim in jure valet.*

34 *Usufructuarius, si usumfructum proprietario in pignus concedat, proprietarius non tenetur compensare fructus pignoris in sortem, sed eos habere debet præcipuos.*

35 *Argumentum de emphyteusi ad usumfructum in jure tenet.*

36 *Usufructuarius, et locator, si ab habentibus utile dominiũ ipsis in pignore tradatur, non tenetur fructus pignoris in sortem compensare.*

37 *Quamvis contrarium nonnulli assequantur.*

38 *Ubi est eadem ratio, ibi debet esse eadem juris dispositio.*

39 *Clericus, qui beneficium in pignus à laico accepit, non tenetur compensare fructus pignoris in sortem.*

40 *Usura committitur quando aliquid ultra sortem recipitur.*

41 Textus in cap. 1. de Feud. *quomodo procedat, juxta intelligentiam* Cujacii.

42 *Ratio quare proprietarius fructus pignoris feudalis non compensans in sortem, non dicatur usurarius, secundùm intellectum* Glossæ.

43 *Proprietarius ideò fructus pignoris feudalis non compensat in sortem, quia hoc descendit ex vi contractus feudalis, et emphyteutici sub hac conditione, ut quotiescumque feudum, vel res emphyteutica rediret ad dominum directum cum utili dominio reddiderit, secundùm interpretationem aliquorum.*

44 *Proprietarius fructus pignoris in sortem non compensat ob consolidationem dominii utilis cum directo, ut nonnulli arbitrati fuere.*

45 *Quorum interpretatio refellitur.*

46 *Proprietarius ideo fructus pignoris feudalis in sortem compensare non tenetur, quia procedit, ut aliqui suspicantur in casu, quo fructus non excedunt servitium, quod feudatario remittitur.*

47 *Fructus pignoris feudalis à proprietario percepti non compensantur in sortem, quia hoc conceditur ex consuetudine cõtractus feudalis, ut quoties feudum fuerit à feudatario Domino proprietatis traditum pro debito, possit ipse, pensione remissa, fructus percipere in sortem non compensandos.*

48 *Pignoris feudalis fructus, juxta aliquos, ideo non compensantur in sortem, quia feudum datur propter servitia, & sive plures, sive pauciores ex eo fructus vassallus percipiat ad servitia se obligat.*

49 *Proprietarius quare non teneatur fructus pignoris feudalis in sortem compensare remissivè,* & referuntur Doctores hujuscemodi interpretationem insectantes.

50 *Proprietarius tenetur fructus pignoris feudalis in sortem compensare, quando vassallus fecit meliorationes, vel expensas.*

51 *Feudum quando intervenit pecunia, ut accidit in Regno Neapolitano, non ordinarium, sed extraordinarium dicitur.*

52 *Dominus directus tenetur fructus pignoris feudalis in sortem compensare, quãdo sumus in feudo franco.*

53 *Feudatarius non potest feudum alteri in emphyteusim concedere.*

54 *Feudatarius non potest usumfructum feudi, vel usum rei in feudum concessæ alteri concedere.*

55 *Vassallus non potest feudum, vel partem feudi in perpetuum, vel ad longum tempus locare.*

56 *Locatio ad longum tempus alienationis appellatione continetur.*

57 *Vassallus nequit vendere feudum, vel alio quovis titulo alienare, etiam ob necessitatem famis, vel æris alieni.*

58 *Vassallus non potest feudum suum, vel partem feudi pignoris titulo obligare.*

59 *Sive obligatio sit expressa, sive tacita.*

60 *Bona feudalia nunquam expressa obligatione comprehenduntur.*

61 *Obligatio feudi, pignoris titulo facta, ipso jure est nulla.*

62 *Feudatarius potest directo Domino feudum pignoris titulo obligare, quo in casu proprietarius ipse non tenetur fructus pignoris in sortem compensare, sed eos lucratur, ac præcipuos habere debet.*

63 *Fructus ex feudo percepti an compensentur cum pretio melioramentorum, vel impensarum?*

64 *Fructus recipiens restitutioni subjectos ex re, in qua ipse meliorationes fecit, tenetur compensare eos cum pretio melioramentorum.*

65 *Vassallus, vel ejus hæres fructus perceptos ex feudo vivo adhuc vassallo, vel etiam post mortem compensare non debet cum melioramentis.*

66 *Fructus percepti à conductore ad longum tempus, conductione completa, compensandi sunt ab eodem conductore, conductione durante, cum melioramentis, vel expensis utilibus, & necessariis factis.*

67 *Successor patris, fructus post patris mortem perceptos ex re filii, in qua pater usumfructum habebat, cum expensis ad perpetuam utilitatem factis compensare compellitur.*

68 *Re-*

68 *Retractus quando compensationem admittat.*

69 *Pecunia sua, si quis fundum emit ex meo mandatu, & longum tempus possedit, me non interpellante, tunc eum cogere possum, ut fructus perceptos in sortem compenset.*

70 *Fructus consumpti, quando ad æstimationem devenitur, optimè possunt compensari.*

71 *Fructus percepti, si non consistant in pecunia, neque consumpti sint, compensari non possunt.*

72 *Fructus extantes pro specie reputantur, quo in casu compensari non possunt.*

73 *Relevium an possit cum adoba compensari.*

74 *Relevium an peti possit à Barone, quod compensetur cum adoba soluta.*

75 *Debitum, & creditum ad inducendam compensationem, ex utraque parte requiritur.*

76 *Relevii compensatio in casu, de quo loquitur* Capanus, *quare non fiat.*

77 Capanus *rejicitur, ac objurgatur.*

78 *Relevii exequutio facta à fisco, an prætextu compensationis impediri possit.*

79 Capanus *rursus increpatur acriùs.*

80 *Fiscus regulariter patitur compensationem.*

81 *Fisco rectè potest opponi compensatio, quādo debitum, & creditum ex eadem statione descendunt.*

82 Referuntur verba textus in l. 1. C. de Compensat.

83 *Actori, qui invicem debet debitori suo, compensatio opponi potest.*

84 *Relevii exequutio, quæ fit per Fiscum, non potest impediri, licèt Vassallus, seu Baro objiciat fisco compensationem, quia debitum non descendit ex eadem statione, scilicet relevii.*

85 *Relevium cum relevio quando compensari possit.*

86 *Adoba cum adoba an compensari queat.*

ARGUMENTUM

Utrùm Proprietarius teneatur compensare in sortem, fructus pignoris Feudalis pro mutuo à feudatario acceptos.

QUÆSTIO XVI.

DUm hypothesis hujus enodatio detegitur, fas sit mihi in ortu feudorum exhauriendo paulisper morari. Eorum originem investigare difficillimum opinor; quoniam feudum est barbarum vocabulum ortum à Gothis, quo significatur genus clientelæ, quo vel dignitas, vel vectigal, vel prædium aliquod ex lege alicui datur, ut ipse, ipsiusque posteri, atque hæredes beneficii authorem perpetuò agnoscant, & quasi pro patrono colant; ejusque caput existimationem, & fortunas tueantur Calepinus. *verbo Feudum.* Hoc quoque testatur Covarruvias in *Thesaur. ling. Castell. verbo. Feudo.* De feudorum origine nihil certè traditur à Doctoribus. Zasius *de Feudis. part.* 1. Vult feuda à vetustis Romanis orta. Refert enim hic author authoritate Dionysii Halycarnassii, & Aulli Gellii fretus usitatum fuisse à primordiis Romanæ magnitudinis plebejorum tutelam potentiores suscipere, & eos, suaque sub potentiorum ditione comendasse. Sed subactâ Galliâ, Germaniâ, cæterisque Orbis universis Provinciis; cum plurimi ex Romanorum militibus in devictis locis morarentur, illisque non paucos agros, juxta Romanæ Urbis morem, concessos Horat. *lib. 2. satyr. 6*

> *Quid militibus promissa Triquetra*
> *Prædia Cæsar an est Itala tellure daturus.*

Vicinis vocatis fundos sub clientelæ nomine concesśere, temporisque tractu feuda, & cæteras hujus generis concessiones surrexerunt, & de hac controversia fusè Freccia *de Sub-feud.*

(margin numbers: 1 beside first line; 2 beside "feudum"; 3 beside "à")

feud. in princip. Capan.*de Vita, & militia. quæst.* 1.*num.*8. Afflict. *de Feud. præelud.num.*47. Isern.*quæst.*4. Cravet.*consil.*
4 241.*num.*15. Et Schraderus tenent feuda non ab antiquis Romanorum cunabulis, sed à recentiori tempore orta, esse, quamvis concedant ad illius clientelæ similitudinem usurpatæ à Romanis fuisse introducta Ferrar. *de Feudis.*
5 *lib.*1.*cap.*1. Ego equidèm libentiùs assentior Montano, scilicet feuda in Italia originem habuisse à Longobardis sub Alboino eorum primo Rege anno Domini 568. per rationes allegatas ab ipso Montano in *Prælud.Repetition.legis Imperialem. versicul. Mortuo Justiniano*:
6 Quodattinet ad feudi etymologiam maximuseſtapud Doctores conflictus. Isydorus vocem feudi à fœdere deduxit, eumque sequitur Pratus, quia per concessionem feudi dominus, & vassallus certis fœderibus in fidelitatis juramento ultro, citroque astringuntur, hancque opinionem amplectitur Zasius *de Feudis. part.*1.*num.*2. Camerar.in *Repet it.l.Imperialem. in princip.* Eygi.Saxon*quæst.*2.*num.*69. Covarruv.*Thesaur. ling. Castell.verbo.Feudo.*Et eam refert Gregor.*Syntagmat. jur. lib.*6. *cap.*3. *num.*1.
7 Alii verò testantur à *Faida* nomine Longobardo, quod significat inimicitiam, hostilitatemque, eò quia vassallus dominum adversùs suos inimicos, hostesque adjuvare tenetur, & hanc sententiam defendunt Glossa in *cap.*1. *verbo Legibus. de His, qui feud.dar. poss.* Ferrar.*de Feud.lib.*1.*cap.*1. Gregor.*Syntagmat. jur. lib.*6. *cap.*2. *num.*2. Alii te-
8 nent, quod à *fieri*, eò quia vassallus tenetur ad servitia, & ad omnia, quæ in facto consistunt. Et hujus placiti sectatores sunt Jaso. in *Prælud.feud. num.*28. Henric.in *sua Summa*, quem refert Anton.de Prato Veteri in *cap.*1.*de His, qui*
9 *feud. dar. poss.* Alii verò feudum à *fœdo* dixêre; quod pactum, juxta Calepinum, significat, ut Guillelmus Imperator in constitutione quadam in Chronicis Flandriæ relata, per quam terris Imperialibus privatur Margarita Comitissa Flandriæ ob fidem non præstitam, ut inquit *Eadem Comitissa in fœdum tenuit.*
10 Sed quod feudum à fide, vel à fidelitate dicatur, mihi veriùs videtur, quia etymologia proprietati feudi est magis conveniens; quia pro feudo vassalli fidem, aut fidelitatem domino præstare coguntur, & hanc sententiam tutantur Afflict. in *Prælud. num.*39. Cujac. *lib.*8. *observat.*5. *cap.*17.text.in *cap.Veritas. de Jur. jurand.* text: in *cap.Nulla per quos fiat investit.* text.in *tit.*3. *§.Ultim. lib.*2. *Feudor.* Clar.in *§.Feudum.quæst.*5.& ibi Harppreɛt. Rosenthal.*de Feud. cap.*1. *concl.*6.*num.*3. Alvarot.*Proœm.feud.col.*4 *versic.Quare autem.* Petr.de Gregor.*de Concess.feud.part.*8.*quæst.*7.*num.*5. Ardi. *Summa feudal.cap.*4. *Rubr.unde dicatur feudum*. Georg.*de Feud. cap.*2. *num.*12. Camill.de Curt.*Feud.divers.part.*1.*§.Reliquum est* 17.*num.*71. *§.Tenor* 12. *num.* 16. Ponte.*de Feud. lect.*2. *num.*2. Giurb. *de Success.feud. prælud.*1. *num.*3. Covarruv. *Thesaur.ling. Castell. in verbo Feudo*. Gregor. *Syntagmat.jur.lib.*6. *cap.*2. *num.*1. Dec.*consil.*413.*lib.*3. *num.*2. Jaso in *Prælud.feud.num.*28. Obertus, quem citat Girard.Niger. *lib.*1.*de Feud.*Schrader. *de Feud.quæst.*2. *cap.*1. *num.*4. Quia 11
secundùm Nigrum accipientes rem à domino jure feudi, dicuntur esse ejus *Leudes*, aut *Leodes*; quod est Gallorum linguâ *Ses leaux*; *ou loyaux* Annon. 3. *cap.*81. *Guntramus suis leudis suis benevolus*; & *lib.*4. *Legum Gotborum tit.*5. *Si inter leudes in expeditionibus constitutus de labore suo aliquid acquisierit, & in exemplo pactionis habitæ inter Guntranum, & Childebertum Reges* apud Gregorium Turonensem *lib.*9. *Leudes illi, qui Domino Guntrano Sacramenta præbuerint.* Et inferiùs: *Convenit, ut nullus alterius leudes, nec sollicitet, nec venientes suscipiat.* Et *lib.*8. *Credo alicujus ex Leodibus nostris esse filium.* Et *lib.*3. *A leodibus suis defensatus est.* Et *lib.*2. *Hæc dedit Leodibus ejus.* Ex quibus Niger putat, Germanos feudum appellare *Leudum*, seu *Leben*: Nam & pari ratione iidem illi *leudes*, feudales dicuntur, quod est Francorum linguâ *féaux*, & feudum jus, sive res, cujus acceptione fidei domino exhibendæ vinculo constringuntur.

Feudū est cōtractus nominatus stricti juris, in quo dominus utile dominium rei immobilis, vel æquipollentis alteri, 12

&

& hæredibus illius masculis perpetuò, & gratis investiturâ interveniente, concedit, eâ conditione, ut is ipsi, & ad fidelitatem præstandam, & ad servitia honesta, & possibilia obligetur, & hæc definitio defenditur à Schrader. *de Feud. part. 2. cap. 2. num. 1.* Nigro. *de Feud. lib. 5.* & de pluribus feudi definitionibus vide Rosam *Prælud. feudal. lect. 1.*

13 Ast feudum, juxta alios, est beneficiũ, quod ex benevolentia ita datur alicui, ut proprietas quidèm rei immobilis beneficiatæ, seu in feudum datæ penès dantem remaneat: ususfructus verò illius, ita ad accipientem transeat, ut ad eũ, hęredesque ejus masculos, & fęminas (si ita actum) in perpetuum pertineat ad hoc, ut ille, & ejus fideliter domino serviant, sive servitium sit determinatum, sivè non sic Rosa *Consultat. prælud feudal. lection. 1. num. 2.* Clar. in §. *Feudum. quæst. 4.* Gregor. *Syntagmat. jur. lib. 6. cap. 2. num. 3.* Afflict. *de Feud. prælud. num. 38.* textus expressus in *cap. Unic. in quibus caus. feud. amitt.* Borcholt. *Tractat. feudal. cap. 1. num. 7.* Bart. in *l. 1. num. 13. C. de Jur. & fact. ignor.* Curt. *Tractat feudal part. 1. quæst. 11.* Zas. in *Epit. part. 1. num. 1.* Hothoman. *Disputat. feudali. cap 4.* Bald. in *Prel feud. n. 9.* Rosenthal. *de Feud. cap. 1. concl. 1.* Seyssel. in *Specul. feudal. tit. de Difin.* Sylv. *de Feud. recogn. quæst. 4.* Intrigl. in *Cent feud. 1. quæst. 1. num. 20.* Georg. *Repetit. feud. cap. 1. num. 22* Tusch. *concl. 104. num. 10. litera F.* Vultej. *de Feud. lib. 1. cap. 2.* Giurb. *de Feud. prælud. 2. num. 1.*

14 Et quod feudum sit beneficium patet ex generali beneficii definitione tradita à Senec. *lib. 3. de Benefic. cap. 6.* Id est, ut sit benevola actio tribuens gaudium, capiensque tribuendo in id, quod facit prona, & spontè sua parata. Unde dixit Terent. in *Andria act. 5. scen. 1.*

Imo enim quam maxumè abs te postulo, atque oro, chreme,
Ut beneficium verbis initum dudum nunc comprobes.

Plaut. in *Captiv. act. 2. scen. 2.*

Quod bonis benefit beneficium gratia ea gravida est bonis:

Et *act. 5. scen. 1.*

Pater, & poteris, & ego potero: & dii eam potestatem dabunt,
Ut beneficium benemerenti nostro merito muneres.

Solet enim aliquando feudatarius 15
rem, in qua dominium utile habet, in pignus tradere proprietario, pro mutuo, vel quocumque alio debito. Nunc status quæstionis nostræ est; an hic proprietarius, qui à feudatario suo feudum in pignus accepit, teneatur fructus pignoris feudalis in sortem compensare?

Ad hãc enim quæstionem respõden- 16
dum est affirmativè; quia dominus hic, qui à suo feudatario feudum accipit in pignus, hoc fecit ob creditum, sibi à feudatario debitum, & omnis creditor, qui dum ei solvitur debitoris pignus possidet; tenetur fructus pignoris in sortem compensare text. in *cap. 1. & 2. cap. Conquestus 8. de Usuris.* text. in *cap. Significante. de* Pignorib. *cap. ad nostram. el. 1. de Jur. jur.* text. in *l. 1. & 2. C. de Pign. act.* text. in *l. 1. C. de Distract. pign.* text. in *l. Si dominum. C. de Pignorib.* text. in *cap. Ad nostram de Empt. & vendit.* Gregor. *Tractat. de Usur. lib. 2. cap. 9. num. 1.* Retes *de Donat. cap. 3. num. 18.* Cujac. in *l. 1. C. de Pign.* & in *l. 17. C. de Usur. & lib. 11. observ. cap. 31.* Tapia *Caten. moral. lib. 5. cap. 17. art. 10.* Leotard. *de Usur. quæst. 11* Marinis. *Variar. Resolut. lib. 2. cap. 172.* Noguerol. *alleg. 10. num. 167.* Binsfeldues in *cap. 1. de Usur.* Salmas *de Modo usurar. cap. 14.* Arias de Mesa *Variar. Resolut. lib. 3. cap. 46.* Faber. *de Errorib. pragm. decad. 9. error. 8. & 9.* Perez. in *l 2. tit. 2. lib. 8. ordin.* Anneus Robertus *lib. 2. Rer. judicat. cap. 8.* Bronchorst. in *cent. 2. assert. 71.* Balduin. *de Pign. cap. 16.* Hothoman. *lib. 1. Observat. cap. 4.* Larrea *alleg. 41.* Giballin. *de Usur. lib. 3. cap. 7. artic. 13.* Donell. in *l. 2. C. de Pact. inter empt.* Covarr. *lib. 3. Var. cap. 8.* Fachin. *lib. 4. Contr. cap. 12.* Ossuald. ad Donellum *lib. 16. Comm. cap. 17. litera D.* Gonzalez. & Grauna, in *cap. 5. de Pign.* Barbos. in *l. Divortio. §. Ob donationes. num. 26. ff. Solut. matrim.* Molina *de Justit. & jur. tractat. 2. disputat 320. num. 1.* Mantic. *de Tacit. & ambig. convent. lib. 11. tit. 8.* Castill. *lib. 3. Quotid. cap. 23. num. 15.* Cabedus *decis. 123. part. 1.* Cevall. *Comm. contra comm. quæst. 904. num. 51.* Cardos. in *Prax. judic. verbo*

Usu-

Usura num. 5. Trentacinque *Variar. lib.* 3. *de Pignoribus.& hypoth.resolut.* 2. *num.* 1.Menoch.*consil.*7.*num.*12.& *consil.* 110. *num.*57 Surd.*consil.*243.*num.* 43. Curia Philipp.*cap.*1.*lib.*2.*num.*8.*part.*2. Castropal.*tractat.* 32.*disputat.*4.*punct.*19. *num.* 2 Marc.*Decis.delph.*167.*part.* 2. Bart. in *l Si convenerit.§.Si nuda ff. de Pignor. act.* Negusant.*de Pign.part.*4.*memb.*4.*num.*1. Medic.*de Compensat.quæst* 9 *num.*5.*part.* 1.Valasc.in *consult.*8.Ricc.*part.*4.*collect.* 976.& 1164.Peregrin.*consil.* 100.*num.* 9. & 33.*lib.*3.Petr.de Gregor. *Tractat. de Usuris.lib.*2.*cap.*9.*num.*1.Carleval.*de Judic.tom.*2.*lib.*1.*tit.*3.*disputat.*8.*sect.*3.*num.* 20.Merlin.*de Pign.lib.* 5. *tit.* 1. *quæst.* 45. Gait.*de Credit.cap.*4.*num.*980. Christin. *Decis.belg* 32.*num.*5.*vol.*3. *et* 167. *vol.* 4. 215.*num.*155. *vol.* 4. *et ad consuetud. Mechlinienf.tit.*13. *artic.*26. *num.* 6. Merlin. *decis.*217. Fagundez. *de Justit. et. jur. tract.lib.*7.*cap.*7.Tusch.*concl.* 506. *litera. F.*Reginald.*lib.* 25. *num.* 204. Medin. *quæst.*2.*de Usur.*Diana.*tom.* 6.*tractat.* 3. *resolut.*31.§.1. Lessius *lib.* 2.*cap.* 20. *dub.* 16.*num.*137.Salas *de Usur.dub.*28.*num.*5. Pacific. de *Salvian. Interdict. inspect.* 4. *cap.*1. Borgon. *decis.* 48: *num.* 32. Rota. *part.*13. *decis.* 329. Mantua. *Singul.* 230. Natta *consil.*498.*vol.*3.Malvas.*consil.*106 *num.*17.Borell.*cōsil.*35.*n.*31. Lupus.*comment.* 5. *de Usur. ad cap. Naviganti.* §. 6. Scacc.*de Camb.*7.§.1.*quæst. part.*2.*ampliat.*12.*num.*4.Costa.*de Rat.rat.quæst.*142. *num.*15.Osasc.*Idem.decis.* 115. Salon. in 2.2 Div.Thom.*quæst.*78.*artic.*2.*contr.*12. *et.*13

17 Cujus assertionis ratio est, quia in-
dubitati juris est; tam de jure civili,
quàm canonico creditorem teneri fru-
ctus rei pignoratæ cum forte principa-
li compensare text.in *cap.*1.*et cap. Con-
questus.de Usur.* text. in *cap. Ad nostram.
de Jur.jur.*text.in *cap.Cum contra. de Pi-
gnorib.* Et hujus positionis duplex est ra-
18 tio: Prima quia acquisitio fructuum do-
minium respicit text.in *l. Bonæ fidei.*48.
*ff.de Acquir.rer.domin.*text. in *l. Qui scit.* 25.§.1.*vers.Porro.ff. de Usur.* At per pignus dumtaxát possessio transfertur ad creditorem text.in *l.Cum, et fortis* 35.§. *Final.ff. de Pign. act.* Secus verò dominium, quia id penès debitorem remanet text.in *l.Pignus.C.de Pign. act.* Ergo etiam pignoris fructus, cæteraque commoda ad eum pertinere debent.

Secunda, quia committeret usuram 19
creditor, si rei pignoratæ fructus non
compensaret cum forte, quoniam ultra
sortem emolumemtum perciperet.
text.in *l.*1.*et.*2.*C. de Pign. act.* Ideoque 20
cum Ecclesia pignoris loco rem feudalem à vassallo acceperit, rei pignoratæ fructus in fortem compensare debet, ne pravitate usuraria labefactari videatur, cum à turpi lucro Ecclesia semper abstinere debeat argument. text. in *cap. Suam. de Pœn.* Et hanc opinionem videlicet, quod fructus debeant compensari tradidit Bersan. *de Compensat. cap.*2.*quæst.*18.*num.*33.*et* 34. ex Pacific. *de Salvian. Interdict.inspect.*4 *cap.*1.*num.* 103.

His enim parum obstantibus, opinio 21
contraria est verior, ac tenenda, scilicet quod proprietarius non teneatur fructus pignoris feudalis in sortem compensare; sed eos habere debet præcipuos, quam opinionem tenent Abb Zabarell.Joann.And.Inn.Imol. Ann. Hostiens.Butrig.Ancharan.Barbat.& Panormit.in *cap* 1.*de Feud.*Vivian.*Rational.lib.* 3.*jur Pontif.*Cujac.*lib.*2.*de Feud.tit.* 3. *ad fin.*Cened.*collectan.*6. *n.*1.Morla.*Empor. jur.tit.*5. *q.*1. *n.* 34. Arias. de Mesa *lib.*3. *Variar.cap.*46.*n.*31. Faria ad Covarruv. *lib.*1.*Variar.cap.*3.*num.*7.Gloss.in *cap.*1.*de feud.*Gongalez.in *cap.Ad nostram.de Reb. Eccles* Cassan.*ad consuetud.Burgund.rub.* 3. *des fiedz.* in text.*fair les fruitz siens num.*1.Anton.Aug.*collect.*1.*decr.lib.*3.*tit.* 16.*cap.*1.Gloss.in *cap.Conquestus.*Negusant.*de Pign.part.*5.*memb.*5.*num.* 14. Navarra.in *Man.cap.* 17.*num.* 218. Sylvest. *verbo Feudum.num.*29. Lara. in *l. Si quis à liberis.§.Si quis ex his.num.*294.*ff.de Liber.agnosc.*Barbos.in *cap.*1.*de Feud.*& in *cap. Conquestus* 8. *de Usur.* Covartuv. *Variar.Resolut.lib.*3.*cap.*1. *num.* 4. Gloss. in *cap.*1.*de Feud.* Molina.*de Justit. & jur. tractat.*2.*disputat.*323. *num.* 1. Lessius *de Justit.& jur lib.*2.*cap.*20.*dub.*16.*num.*139. Diana *tractat.*3.*resolut.*31.§.4.*tom.*6.Salas *de Usur.dub.*31.*num.*4.Adrian. 4. *Sentent.tractat. de Usur. vers. Occurrit ad finem:*Præposit. in *cap.*1. §.*Si delator quæ-*

sit

sit prim. caus. benef. annit. Conrad. *de Contract. quæst. 32. concl. 3.* Medina. *de Restit. cap. de Acquisitis per usuram ad cap. Conquestus.* Ang. in *Summa verb. Feudum. §. Penult. et ult. et verbo Usura. §. 12.* Sotus *de Justit. et jur. 6. quæst. 1. artic. 2.* Aragon. *2. 2. quæst. 78. artic. 2. ad 6.* Layman. *lib. 3. Summ. sect. 5. tractat. 4. cap. 16. resolut. 20.* Castropal. *tractat. 32. disputat. 4. punct. 22. num. 1.* Salon. *controvers. 13.* Schrader. *de Feud part. 10. sect. 5. num. 65.* Viger. *de Justit. tractat. 3. cap. 6. dub. 13. & 14.* & Baunius in *Theolog. Moral. lib. 2: quæst. 35. 36. 37. tom: 3.* Wandignus. *tractat. de Contract. disputat. 6. dub. 10. §. 2.* Roman. *singul. 329.* ibique Gabr. Saray. & Nicol. Pign. in *addit.* Rodolph. *tractat. de Usuris. 2. part. quæst. 49. num. 32. 33. & 50.* Socin. in *Tractat. fallent. Reg. 3. limit. 5.* Abb. in *cap. At si Clericis. col. 9. n. 23. de Judic.* Idẽ Abb. in *cap. ex suscepto n. 16. de Foro cõpet.* Arnon. *problem. 11.* Toled. *lib. 5. cap. 30. in fine.* Leotard. *de Usur. quæst. 14. num. 3.* Kolh. *de Servitut. feudal. part. 2. num. 86.* Menoch. *consil. 1002. num. 49.* Mantica. *de Tacit. & ambig. convent. lib. 11. tit. 8. num. 30. & in tractat. de Usuris* Canis. in *cap. 6. num. 3.* Ugolin. *cap. 11. §. 1. num. 2. & cap 63. §. 1. num. 9.* Trentacinq. *Variar. Resolut. lib. 3. volum. 1. tit. de Pignorib. & hypoth. Resolut. 2. num. 9.* Alvarot. in *cap. 1. in princip. de Feud. dat. in vic. leg. commissor.* Schrader. *de Feudis. part. 8. cap. 1. num. 27.* Borg. *de Usufruct. num. 220.* Carroc. *de Locat. tit. de Merced. remuner. num. 131: & tit. de Credit. quæst. 2. num. 13.* Lupus *ad cap. Naviganti. de Usur. num. 148.* Novissimè Gallus. *de Fructibus.* cum ibi congestis. *disputat 30. quæst. 4. num. 22.* Gonzalez. in *cap. 1. de Feudis.* & Graña
22 in *eodem cap.* Unde perperam, ac inconsultè contrariam sententiam contra tot Doctorum cumulum amplectitur Bersan. *de Compensat. cap. 2. quæst. 18. num. 34.* Contra expressam dispositionem text. in *cap. 1. de Feud.* Quem suspicor non vidisse; Nam aliàs temeraria esset ejus opinio.

23 Hujus nostræ conclusionis fundamina sunt duo. Primum text. in *cap. 1. de Feud.* Cujus verba hæc sunt: *Insinuatione præsentium declaramus, quod Gangeria, quam de feudo Ecclesiæ tuæ ab M. dignosceris recepisse; à te potest liberè detineri fructibus non computatis in sortem: ita videlicet, ut quamdiù fructus illos perceperis in sortem minimè compensandos, idem M. à servitio, in quo tibi, & Ecclesiæ tuæ pro feudo ipsi tenetur, interim sit immunis.*

Secundum text. in *cap. Conquestus 8.* 24
de Usur. ibi: *Discretioni vestræ mandamus, quatenus si terram ipsam titulo pignoris detineris, & de fructibus ejus sortem recepistis prædictam terram Clerico memorato reddatis, nisi terra ipsa de feudo sit Monasterii vestri.*

His opitulatur text. in *cap. Ad nos.* 25
tæam 11. de Reb. Eccles. ibi: *Cum fructus illi sufficere debeant pro labore.* Quæ verba non intelliguntur de labore in fructibus colligendis; sed de labore, seu de servitio, ad quod ex natura contractus feudalis tenebatur text. in *cap. 1. §. Hujus autem. In quib. caus. feud. amittat.* Et cùm absque labore servitia exhiberi nequeant, pro illis fructus suos facit.

Intelligenda est hæc verissima opi- 26
nio, ut procedat, dummodò interim, dum pignus retinet proprietarius, fructusque ex illo percepit, immunem feudatarium efficiat à servitio, quod pro utili dominio talis rei ei debebat. Nam si servitium exigat, vel oblatum recipiat, nullâ protestatione factâ, quod nolit illud recipere, tamquam debitum pro usufructu, dominiove utili rei illius, tunc compensare tenetur fructus pignoris illius in sortem, aut illos reddere feudatario Molina. *de Justit. & jur. tractat. 2. disputat. 323. num. 1.* Castropal. *tractat: 32. disputat. 4. punct. 22.* Lessius. *de Justit. & jur. lib. 2. cap. 20. dub. 16. num. 139.* Diana. *tom. 6. tractat. 3. Resolut. 31. §. 4.* Et clarescit ex verbis ipsiusmet textus in *cap. 1. de Feud.* ibi: *Ut quandiu fructus illos perceperis in sortem minimè compensandos: idem M. à servitio, in quo tibi, & Ecclesiæ tuæ pro feudo ipso tenetur, interim sit immunis.*

Lessius verò *de Justit. & jur. lib. 2.* 27
cap. 20. dub. 16. num. 140. Tres expostulat conditiones, quibus dominus potest fructus istos habere præcipuos. Primam, quod non exigat servitium, vel solitam pensionem. Secundam, ut non percipiat eos, quos res producit, qua parte est melior

lior quidèm effecta per emphyteutæ industriam. Tertiam, quod feudum, vel emphyteusis non sit comparata magnâ pecuniæ summâ, vel magnis obsequiis antecedentibus; sed bona ex parte gratis concessa, aliàs iniquum esset pactum illud de fructibus horum (cum oppignorata hæc domino directo fuerint) percipiendis.

28 Sæpè feudatarius fundum feudalem perfecit, ut melioramentorum occasione uberiores fructus ferat, quàm aliàs esset laturus. Sæpè solutâ pecuniâ recipit feudum, vel magnis intervenientibus obsequiis; quoties aliqua ex iis cõditionibus intercedit, proprietatis dominus fructus pignoris perceptos compensare tenetur in debiti sortem deductâ pensione, quanti prudentis arbitrio censebitur ex fructibus correspondere meliorationibus actis, vel datæ pecuniæ, obsequiisve exhibitis; quia hęc feudatarii sunt propriè, ac proinde illis privari non debet Molina. *de Iustit. & iure. tractat.* 2. *disputat.* 323. Navarra. 3. *de Restitut. part.* 2. *cap.* 2. *dub.* 12. Covarruv. *Variar. Resolut. lib.* 3. *cap.* 1. *num.* 4. Salas. *de Usuris. dub.* 31. *num.* 1. Navarrus. *cap.*

29 17. *num.* 217. Sed Castropal. *tractat.* 32. *disputat.* 4. *punct.* 22. *num.* 4. *in fine*. Opinatur posse proprietarium omnes fructus percipere cum obligatione compẽsandi quanti melioris, & pecuniæ datæ æstimatæ fuerint; quia textus in *cap.* 1. *de Feud.* Loquitur absolutè; quod supponunt Doctores asserentes compensandos esse in sortem eos fructus, qui correspondere videbuntur, meliorationibus, aut pecuniis datis.

30 Ampliatur 1. Nostra principalis cõclusio, quod quamvis fructus excedant minimè sint compensandi in sortem à proprietario, nec restituitur excessum, quia textus in *cap.* 1. *de Feud.* Loquitur absolutè, ideoque non est restringendus Panormit. in *cap. Conquestus. de Usuris. num.* 2. & *in cap.* 1. *de Feud.* Lessius. *de Iustit. & iur. lib.* 2. *cap.* 20. *dub.* 16. *num.* 139. Molina. *de Iustit. & iur. tractat.* 2. *disput.* 323. Castropal. *tractat.* 32. *disputat.* 4. *punct.* 22. *num.* 5. Villagut. *de Usuris. quæst.* 6. Palacios. *de Contract.* 4. *cap.* 5 *conclus.* 10. Navarrus. *cap.* 17. *num.* 218. Ang. *verbo. Usura* 1. §. 11. & 12. & *verbo. Feudum.* §. 31. Sà. *verbo. Pignus. num.* 6. Garcia. *de Contract. part.* 2. *cap.* 16. Conrad. *de Contract. quæst.* 32. Lopez. 2. *Instruct. negociant. cap.* 20. Sylvester. *verbo. Feudum. num.* 29. & 30. Quamvis contrariũ amplexati fuêre Salas. *de Usuris. dub.* 31. *num.* 5. Navarr. 3. *de Restit. part.* 2. *cap.* 2. *dub.* 12. & alii relati à Covarruv. *Variar. Resolut. lib.* 3. *cap.* 1. *num.* 4.

Ampliatur 2. Nec in fundo meliorato, nec magnis sumptibus empto sunt 31
compensandi fructus percepti in sortem, ultra pensionem, & expensas factas; sed compensandi sunt in sortem, quanti ultra pensionem, & expensas factas credi potest melioramentis ex pecuniis, vel fructibus correspondere. Nam hoc deducto, & feudatario applicato, si aliquod superest ultra pensionem, & expensas factas ad feudi dominum pertinet. Si feudi fructus factis expensis, pensionem nequaquam æquent, est in arbitrio feudi domini fructus pẽsionemve remittere, ut antea expetere à feudatario Sic Doctissimus Castropal. *tractat.* 32. *disputat.* 4. *punct.* 22. *num.* 5. *in fine.*

Ampliatur 3. textus in *cap.* 1. *de Feud.* 32
Decisio, ut procedat non solùm in pignore feudali, sed etiam in emphyteutico; Nam si emphyteuta directo domino emphyteusim pignori tradat, non tenetur fructus emphyteusis in sortem compensare; & hoc pleno ore omnes fatentur Doctores, & ob maximam similitudinem, quam habet emphyteusis cum fundo, talis permittitur extensio Covarruv. cum ibi relatis *Variar. Resolut. lib.* 4. *cap.* 1. *num.* 4. Panormit. in *cap. Conquestus* 8. *de Usuris num.* 2. Molina. *de Iustit. & jur. tractat.* 2. *disputat.* 323. Castropal. *tractat.* 32. *disputat.* 4. *punct.* 22. *num.* 6. Salas *de Usuris dub.* 31. *num.* 4. Schrader *de Feud. part.* 10. *sect.* 5. *num.* 66. Lessius *de Iustit. & jur. lib.* 2. *cap.* 20. *num.* 139. *dub.* 16. Ang. *verbo Usura* 1. §. 12. & *verbo Feudum*: §. 21. Diana *tom.* 6. *tractat.* 3. *resolut.* 31. §. 4. Mercad. *de Usuris. cap.* 8. Vega *verbo Usura casu* 56. Imol. in *cap.* 1. *de Feud.* Roman. in *l. Divortio* 8. §. *Ob donationes. ff. Solut. matrim.* Negusant. *de*

Pi-

Pignorib. & hypoth. part. 5. memb. 5. num. 14. Arnon. *problem.* 11. Roman. *singul.* 329. Hostiens. *Summ. tit. de Usuris. §. An aliquo.* Socin. *Tractat. fallent. regul. 3. limitat.* 5. Navarr. in *Man. cap.* 17. *num.* 218. Valasc. *de Jur. emphyt. quæst.* 38. *num.* 29. Barbos. in *cap.* 1. *de Feud. num.* 2. Valer. *de Differ. inter utrumque forum. verbo Usura different.* 15. Carroc. *de Locat. tit. de Merced. remuner. num.* 132. novissimè Gallus *de Fructibus disputat.* 30. *quæst.* 4. *num.* 22. Falcus *addit.* ad Panormitanum in *cap. Conquestus. de Usuris.* Rodulph. *tractat. de Usuris part.* 2. *quæst.* 50. *num.* 33.

33 Maximoperè, quia valet argumentum de emphyteusi, ad feudum, & de feudo ad emphyteusim text. in *l.* 1. *§. Final. ff. Si ager vectigal.* text. in *cap.* 1. *§. Rei autem. de Investit. rei alien. fact.* Everard. in *Topic. legal. loc.* 22. Tiraquell. in *tractat. Lemort. part.* 4. *declarat.* 6. *num.* 2. Covarruv. *Variar. lib.* 2. *cap.* 18. *num.* 1. Menoch. *consil.* 16 *num.* 2. Surd. *decis.* 95. *num.* 25. *& de Aliment. tit.* 4. *quæst.* 10. *num.* 15. Valasc. *de Jur. emphyt. quæst.* 39. *num.* 19. Caldas. *de Potest. eligend. cap.* 11. *num.* 42. *& de Nomin. emphyt. quæst.* 17. *num.* 28. *& de Renovat. emphyt. quæst.* 9. *num.* 17. *& de Extinct. emphyt. cap.* 3. *num.* 1. Phæbus *decis.* 13. *num.* 7. Tusch. *conclus.* 507. *num.* 34. *lit. A.* Corb. *de Jur. emphyt. tit. de caus. privat. ob non solut. canon. ampliat.* 37.

Ampliatur 4. Ut procedat quoque
34 in usufructuario, qui proprietario usufructum suum in pignus concessit; Nam hoc casu creditor, seu proprietarius nō tenetur fructus pignoris in sortem cōpensare; sed eos lucratur, illosque præcipuos habet Vega in *verbo. Usura. casu.* 56. Schrader. *de Feud. part.* 10. *sect.* 5. *num.* 67. Barbosa. in *cap.* 1. *de Feud. num.* 2. *in fine.* Caroc. *de Locat. tit. de Credit. quæst.* 2. *n.* 14. Gall. *de Fructib. disput.* 30. *quæst.* 4. *num.* 22. Mercad. *de Usuris. cap.* 8. Angel. *verbo. Usura* 1. *§.* 12. Panormit. in *cap. Cōquestus. de Usur. num.* 2. Negusant. *de Pignorib. & hypoth. part.* 5. *membr.* 5. *num.* 13. *limit.* 4. Hostiens. in *Summ. §. In aliquo. de Usuris.* Ang. in *verbo. Feudum. §.* 31. Rodulph. *tractat. de Usuris part.* 2. *num.* 33. Socin. *Tractat. fallent. Regul.* 3. *limitat.* 5: Nam de emphyteusi ad usumfructum 35 in jure tenet argumentum Caldas. *de Renovat. emphyt. quæst.* 18. *num.* 1. Barbos. in *l. Divortio. §. final. part.* 2. *num.* 49. *ff. Solut. matrim.* Et emphyteuta est similis usufructuario Gloss. & Bald. in *l. Unic. col.* 4. *C. de caduc. tollend.* Natta. *consil.* 114. *num.* 17. Specul. *tit. de Emphyt. §. Nunc aliqua. text.* 10. Jaso. in *l.* 2. *C. de Jur. emphyt. num.* 18. Fulgin. *de Jur. emphyt. de Melioram. quæst.* 10. *num.* 3. Et emphyteuta usufructuario comparatur Gloss. in *cap.* 1. *verbo. Meliorem. de Invest. de re alien. fact.* Fulgin. *de Jur. emphyt. de Variis caducit. quæst.* 3. *num.* 6. Alex. in *l. Divortio. num.* 4. *ff. Solut. matrimon.* Bald. in *l. Unic. §. Inprimis. C. de Caduc. toll.* Corb. *de causis privat. ob non solut. canon. ampliat.* 27. *num.* 3. Socin. *consil.* 167. *num.* 12. *vol.* 2.

Ampliatur 5. Ut procedat in usuario, & locatore; Nam isti cum sint domini directi, si ab habentibus utile dominium ipsis in pignore tradatur, non tenentur fructus pignoris in sortem compensare; quia translato pignore in proprietatis dominum, dominium utile quasi cum directo consolidatur; quapropter directo domino omnes fructus competunt Panormit. in *cap. Conquestus de Usuris. num.* 2. Barbos. in *cap.* 1. *de Feudis. num.* 2. *in fine.* Caroc. *de Locat. tit. de Credit. quæst.* 2. *num.* 18. Lupus *ad cap. Naviganti. de Usur. in fine.* Gallus *tractat. de Fructibus. disputat.* 30. *quæst.* 4. *num.* 22. Angel. *verbo. Usura* 1. *§.* 12. *& verbo. Feudum. §.* 21. Mercad. *de Usuris. cap.* 8. Vega. *verbo. Usura. casu.* 56. Quamquam contrarium tuentur Covarruv. 37 *Variar. Resolut. lib.* 3. *cap.* 1. *num.* 4. Molina. *de Justit. & jur. tractat.* 2. *disput.* 323. Salas. *de Usuris. dub.* 31. *num.* 4. Castropal. *tractat.* 32. *disputat.* 4. *punct.* 22. *num.* 6

Non officit, quia eadem ratio militat 38 in domino ad hoc, ut fructus pignoris feudatarii non compenset in sortem; quæ militat in emphyteuta usufructuario, usuario, & conductore; & ubi est eadem ratio, ibi debet esse easdem juris dispositio text. in *l. Illud. ff. ad Leg. Aquil.* text. in *l. Si postulaverit. §.* 2. *ff. ad Leg. Jul. de Adulter.* text. in *l. Quidem numularios. ff. de Edendo.* text. in *l. Nauta.*

ta. §.Final.ff.Naut.caup.stab. text. in *l.A Titio. ff.de Verbor.obligat.* text.in *l.Illud. C.de Sacrosanct.Eccles.* text.in *§.Pariratione. Institut.Quib.mod.jus patr.potestat. solvit.* text. in *§.Si igitur. Institut. Quod cum eo, qui in alien.potest.*

39 Ampliatur 6. Quoque procedere in Clerico, qui in pignus beneficium à laico accepit text. in *cap.1. de Usur.* & ibi Flor.Gall.*tractat. de Fruct. disputat.*30. *quaest.4.num.*22. Sed qualiter liberentur
40 ab usura hi, qui fructus pignoris non compensant in sortem, cum minimè lateat usuram esse aliquid ultrà sortem recipere? Leotard.*de Usur.quaest.1.num.* 2. Maxima in hac re est apud Doctores
41 altercatio. Cujacius *lib.2. de Feud. tit.3. in fine*. Testatur, textum in *cap.1. de Feud.* Procedere in concessione inter Ecclesiam, & vassallum celebratâ, ut durante pignore fructus feudi lucro Ecclesiae cedant, qua concessione stante, ambo scilicet Ecclesia, & Vassallus in cessatione servitiorum consentiūt, quorum praetextu fructus ultra sortem ab
42 Ecclesia retinentur. Gloss.in *cap.1. cap. Conquestus. de Usur. & in cap.1. de Feud.* Tenet ideò recipiendo aliquid ultra sortem ab usura liberari; quia hoc in favorem Ecclesiastici feudi est specialiter constitutum, idcirco in feudo laicale non procedere. Sed haec expositio meritò refellitur à Covarruvia *Variar. Resolut.lib.3.cap.1.num.4.* Navarra.*3. de Restitut. part.2. cap.2. dub.12.* Salas.*de Usuris. dub.31.num.4.* Molina. *de Justit. & jur.tractat.2.disputat.323.* Quia Pontifex nullum concedit privilegium in illo textu, sed contractum declarat, ut patet in illis verbis: *Insinuatione praesenti declaramus, &c:* Cum nulla esset ratio specialis concedendi hoc privilegiū Ecclesiae, potiusquàm statui laicali: Nam aliàs usuris favere videretur; Ob quod Doctorum Communis sententia astruit omnibus proprietariis, sive laicis, sive ecclesiasticis esse concessum pignoris feudalis fructus non compensandos in sortem. Gloss.in *Summ. in princip.* 14. *quaest.*3. Hunc nostrum textum intelligit contra ordinarias juris regulas specialiter Ecclesiae favore fuisse introductum, ita ut in hoc casu fructus pignoris non compensentur.

Alii volunt ideò fructus non esse 43
compensandos, vi contractus feudalis, & emphyteutici, quià principio sub hac conditione initi fuerunt, ut quotiescumque feudum ipsum, vel res emphyteutica redderet ad dominum directum; rediret simul cum utile dominio hi sunt Major.in *4.distinct.15. q.31.casu 1.* Gabriel.ibidem *quaest.11.artic.2.concl.4.casu.2.* Almay.ibidem *quaest.2.* Molina. *de Justit.& jur.tractat.2.disputat.323. num.* 4. Diana.*tom.6.tractat.3.Resolut.31.§.4.* Cujac.*lib.2. de Feud. tit.3.* Copp.*de Fructib.tit.4.cap.2.num.3.* Puza.*de Pignorib. cap.de Pactis pignorum. num.8.*

Alii hoc procedere putant ob consolidationem dominii utilis cum directo. 44
Vassallus namque eo ipso, quod feudum domino directo in pignus dedit dominium utile, quod habebat in feudo transtulit in dominum. Unde nil mirum si dominus, pignore durante, utrūque dominium retineat, fructusque feudalium rerum in solidum, tamquam ex re propriâ lucretur, hoc verò defendunt Chassan.*Consuetud.Burgund.tit.3. §.1* Sylvester.*verbo.Feudum.num.29.* Navarr.in *Man.cap.17.num.218.* Negusant. *de Pignor.part.5.memb.5.num.14.* Morla. *Empor.jur.tit.5.quaest 1.num.34.* Sed hanc 45
dominii utriusque consolidationem refellunt Covarruv. *lib.5. Variar. cap.1. num.4.* Binsfeld.in *cap.1.de Usur. quaest.1.* Gonzalez.in *cap.1.num.2.in fine.de Feud.* Quoniā si hoc verificaretur pignoris loco feudum esse non posset, cum penès debitorem pignoris maneat dominiū, quamvis possessio in creditorem transeat text.in *l.1.C.de Pign.* Panormitan. Hostiens. Jo. Andr.in *cap.1.de Feud.*

Nonnulli, ut Covarruvias *Variar.* 46
Resolut.lib.3.cap.1.num.4.. Valascus. *de Jur. emphyt. quaest.38. num.* 29. Intelligunt textum in eo casu, quo fructus non excedunt servitium, quod feudatario remittitur.

Alii hujus concessionis causam esse 47
consuetudinem in hoc contractu feudali introductam, ut quoties feudum fuerit à feudatario domino proprietatis traditum pro debito, possit ipse, pensione remissâ, fructus percipere in sortem

non

non compensandos, nè res existēsapud dominum alteri fructificet; Et sicut feudum ex primæva sui natura institutum est, ut feudatario canonem non solvente, redeat utile dominium ad dominum, & cum proprietate consolidetur; sic institui potuit, ut opignoratum feudum domino fructificet, non verò feudatario. Hanc verò opinionem sequuntur Sotus. *6.de Justit.& jur.quæst.1. art.2.* Covarruv. *Variar. Resolut. lib.3. cap.1.num.4.* Medina. *quæst.2. de Usuris. §.ad cap.Conquestus* 8.*& quæst.3.§.1.* Aragon.*2.2.quæst.78.art.2.ad* 6.Salon.*controvers.13.* Castropal. *tract.at.32. disput. 4.punct.22.n.3.* Valen.*disputat.5. quæst. 21.punct.1.ad 3.* Toled.*lib.5.cap.30.* Lessius.*lib.2.de Justit.& jur.cap.20. dub.16. num. 139.* Layman. *lib.3. Summ. sect.5. tractat.4.cap.16.resol.20.*

48 Alii ajunt fructus in sortem non cōpensari, quia feudum datur propter servitia, & sive plures, sive pauciores ex eo fructus percipiat Vassallus, qui feudum acceptat se obligat ad servitia; quorum servitiorum merces sunt fructus illi; adeòut cessent servitia ob feudatarii impotentiam, vel ob aliam causam feudum omninò cessat, ideoque resolvendum est dominum, cui res feudalis in pignus data fuit, non teneri integros illius fructus in sortem compensare, quandiu vassallus à servitio cessare voluerit, cum non mutui ratione, aut dilatæ solutionis; sed cessantium servitiorum ipsos percipiat; & hæc interpre-
49 tatio mihi præ cæteris omnibus placet; quæ ex verbis finalibus text. in *cap.1.de Feud.* comprobatur. Curia Philippica. *part.2.lib.2.cap.1.num.8.* Garcia.*de Contract.part.2.cap.16.* Barbos. in *cap.1. de Feud. num.2.* Cened. *collectan.6.num.2.* Graña in *cap.1.num.3. post med. de feud.* Morla. *Empor. jur.tit.5. quæst.1. num.34.* Arias. de Mesa *lib.3.Variar.cap.46.num. 31.* Avendaño. *de Censib.cap.10.num.16.* Leotard.*de Usur. quæst.14. num.5.* Gonzalez.in *cap.1.de Fieud.num.3.& 4* Canisius. *de Usur.cap.6.num.4.* Balboa in *cap. Cum Bertholdus. num.50.deRe judic.& in cap.Ad nostram 7.num.31.de Jure jurand.* Mudeus. *de Pignorib.tit.de Pact. pignor. num.54.* Lugo.*de Justit.& jur.disputat.25. num.147.* Binsfeld. in *cap.1. quæst.1. de Usur.* Covarruv. *Variar. Resolut. cap.1. lib.3. num.4.* Tiraquell. in *l.Si unquam. C.de Revoc.donat.num.61. verbo. Donatione.* Cened. *ad decret.6. Collect. num.2.* Azor.*Institut. moral. part.3. lib.7. cap.8. versic.Secundo dicimus.* Lara. in *l.Si quis à liberis. §.Si quis bis. num.294. ff.de Liber.agnosc.* Sotus. *de Justit.& jur. lib.6. quæst.1.artic.2.versic.Exurgit autem.* Palac.*de Contractibus.lib.4.cap.5.versic.Decima conclusio.* Perez. *ad Rubric.tit.2. versic.Quamvis in re debita. lib.4. Ordin. Portugal.* Navarr. *de Restit.tom.2.lib.3. cap.2.num.370.* Caldas *de Extinct. emphyt.cap.5.num.53.* Valasc.*de Jur.emphyt. quæst.38.n.29.* Gemin.*de Usuris comm.3. §6.num.148.* Molina.*de Justit.& jur.tractat.2.disputat.323.* Reginald.*Prax. for. pœnit.lib.25.num.316.* Et novissimè Gallus *de Fructibus, disputat. 30. quæst. 4. num.22.*

Limitatur 1. Assertum nostrū pro- 50 cedere dumtaxat in fructibus feudi; secus ubi vassallus meliorationes fecit, & expensas, quia quamvis illa pars fructuum, quæ juxta boni viri arbitrium, proportionabiliter servitiis correspondet durante pignore, illis cessantibus, ad dominum pertineat; illa tamen, quæ meliorationibus, aut expensis correspondet, in sortem principalem compensari debet, aliàs committeretur usura, quamquam refragetur Sotus *de Justit.& jur.lib.6.quæst.1.art.2.* Cui, juxta Barbos. in *cap.1. de Feud.* Minimè fa- 51 vent generalia verba hujus textus; agit enim de feudo proprio, & ordinario pro servitiis, fidelitateque concesso, pro ut frequentius solet concedi. Nam si pecunia interveniat (ut contingit in feudis hujus Regni Neapolitani, quæ minimè ob merita, aut servitia Regi domino nostro præstita; sed plus offerentibus quotidiè conceduntur) feudum erit extraordinarium, juxta text. in *cap.1.in fine.feud.dat.invic.leg commiss.* Roland.à Vall.*consil.41.num.2.lib.4.* Barbos.in.*cap. 1.de Feud.num.2.in fine.*

Limitatur 2. Non procedere in feudo 52 franco, cujus fructus dominus, pignore durante, in sortem compensare tenetur Zabarell.Butr.in *cap.1.de Feud.Sicul.hic*

 num.

num.2. Sylvester.verbo Feudum.num.30.
Barbosa in dicto cap.1.de Feud.num.2.
53 Sed dictis refragatur, quod cum jam
dixi, quod feudatarius potest pignora-
re feudum maximopere obstat ; hoc
quod vassallus nequit feudum alteri in
emphyteusim concedere. Gloss. Isern.
Afflict.num.69.Bald.Præpos Bertrand.
Cagnol. in cap. 1. de Probib. feud. alien.
per Feder. Curt.tractat.de Feud.part. 4.
num. 91. Jaso. in l. Final.num. 111. C. de
54 Jur. empb. Nec etiam permittitur,
usumfructum feudi alteri concedere,
vel usum rei in feudum concessæ. Gloss.
in §. Præterea. Afflict. Præpos. de cap.
Conrr. Alvarot.in cap. 1. in princip. num.
13.Præp.num.4.Afflict. num. 31. de Pro-
bib.feudal.alien. per Federic. Alex. consil.
18 num.1.lib.5.Curt.de Feud.part.4.num.
106.Tiraquell.de Utroq. retract. part. 1.
§.1.Gloss.7. num. 41. Baro quæst. 95. Pi-
nell.in l.1.part.3.num. 68. C. de Bon. ma-
tern.argument. text. in l. Sed si pæcunia
3.§.Ususfructus. ff. de Rebus eor.l. 4. ff. de
Usufr.text: in cap.1.§. 1. de Probat. feud.
55 alien.per Feder. Nec minus permittitur
vassallo feudum, aut feudi partem, vel
in perpetuum, vel ad longum tempus
locare Felin. in cap. Quæ in Ecclesiarum
num. 87. de Constit. Afflict. in cap. 1. in
princip.de Probib.feud. alien. per Federic.
Curt.de Feud.4.part.num.92.Zasius.de
Feud.part.9.num.12.Præpos.in dict. cap.
1.de Probib.feud.alien. per Federic. Alex.
consil.119.lib.3.& consil.113.lib.4.Jaso. in
56 l.Final.num.112. C. de Jur. delib. Eò quia
locatio ad longum tempus alienationis
appellatione continetur text. in cap. 1:
vers.Alienationis.authētica de Non alien.
aut permut.reb.Eccles.text. in cap.Nulli,
et cap.Ad audientiam.de Reb. Eccles: non
alien.Alex.consil.1.et.17.lib.4. Corn. con-
sil.262 lib.3 Jaso in l.Manumissiones 4. ff.
de Justit.et jur.Abb.in cap.Nulli de Reb.
57 Eccles.non alien.Dec.consil.142.Hoc eti-
am astringitur, ut nequeat vassallus
vendere feudum, vel alio quovis titulo
alienare, etiam ob necessitatem famis,
æris alieni, vel similem Afflict.in cap.1.§.
Aut libellario, quib.mod.feud.amitt. Zasi-
us.de Feud. part.9. num.1.Bald. Præpos.
Alvar. Afflict. in cap. 1. de Probib. alien.
feud. per Federic. Curt. de Feud. part. 4
num.107.Dec.in cap.Quæ in Ecclesiarum
num.10.de Constit. Alvarot.in cap.1.§. Fi-
nal.cõcl.33.quæ fuit prim.caus.benef.amitt.
Tiraquell.de Utroq.retract.part. 1. §. 26.
gloss.1.num.17. Paul.de Castro in l. Si fi-
nita.§ Si de Vectigalibus num. 6. ff. de
Damn.infect. Afflict. in Constit. Regni lib.
1.rub.97 §.Si quis post litem.n.10.Exten- 58
ditur quoque, ut non permittatur vas-
sallo feudum suum, vel partem feudi
pignoris titulo obligare. Doctores in
cap. 1. de Probib. alien.feud. per Federic.
Isern.in cap. 1. §.Quid ergo. num. 5.& ibi
Præpos.n.2.de Investit. de Re alien. fact.
Zasius de Feud.part.9.num. 6.Jacob. de S.
Georg.in Verbo.Et cum pacto el 2.num. 1.
Chassan. in Consuetud. Burgund.Rub. 3.
§.8. num. 11. Negusant. de Pign. part. 2.
memb.2 num.43.Sive sit sub obligatione 59
tacita, sive generali. Afflict. in cap. 1. §.
In generali. si de Feud defunct. content.
Socin.consil 19.num.12.lib.1.Sive sit ex- 60
pressâ nunquam feudalia bona com-
prehenduntur Doctores Bald. Præpos.
in cap.1.de Alien.prob.feud.per Fed.Bald.
in l.1.C.Quæ res pign.oblig.poss.Alex. con-
sil.16.num.4.consil.168.num.6.lib 2. con-
sil.2.num.1.et consil.124.num.8. lib. 4. con-
sil.41.lib.6.Afflict.decis.14.et 16.Bald. in
l. Voluntas 4. C. de Fideicommiss. Afflict.
in cap. 1. §. Libellario, quib. mod. feud.
amitt.Paris.consil.12.consil.21 num.74.lib.
1.Jacob.de S.Georg.Verbo, et cum pacto.
n.2.Curt.de Feud. part.4. n. 153. Negu-
sant.de Pign.part.2.memb. 2. num. 43. Et
obligatio feudi pignoris titulo facta, ip- 61
so jure est nulla Præpos.in cap.1.col.2. de
Probib.feud alien.per Federic.argument.
text.in l.Non dubium.5.C.de Legib.l.Cum
lex 46.& ibi Bart.ff.de Fidejuss. l. Oratio
16.ff.de Spons.

His nihil obstantibus, tenendum est 62
posse feudatarium directo domino feu-
dum pignoris titulo obligare Bald. Al-
var.& Præposit. in cap. 1. & ibi Afflict.
num.52. de Probib. feud. alien. per Federi-
cum.Curt.de Feud.part.4.num. 95. argu-
ment.text.in cap.1. de Feud. Barbos. in
dicto cap.1.de Feud.num. 4. Surd. de Ali-
ment.tit.9.quæst.12.num. 21.Et hoc casu
dominus feudi, cui feudum titulo pi-
gnoris obligatum fuit, omnes fructus
feudi lucratur, nec illos in sortem com-
pen-

pensare cogitur, ut dixi, & Abb. in *cap.* 1. *de Feud.* Alvar. in *cap. In princip. de Feud. dat. invic. leg. commis.*

63 Nunc quæritur, si feudo finito, aut amisso, vassallus, vel hæres ipsius fructus ex feudo perceperit eo casu, quo illi fructus domino, vel alteri, cui feudum applicatur restituendi sunt, an nè illi fructus ex feudo percepti compensentur cum pretio melioramentorum, sive impensarum, ad cujus solutionem dominus, vel agnatus, cui applicatur, tenetur?

64 Respondetur affirmativè; cum regulariter recipiens fructus restitutioni subjectos ex re, in qua ipse meliorationem fecit, teneatur eos compensare cum pretio melioramentorum text. in *l. Sumptus* 48. *l. Emptor.* 65. *ff. de Rer. vindic.* Paul. de Castro *consil.* 270. *lib.* 2. Doctores in *l. In insulam.* §. *Fructus. ff. Solut. matrimon.* Bart. in *l. Sumptos. ff. de Rei vindic.* Alex. *consil.* 154. *num.* 5. *lib.* 6. & *consil.* 162. *num.* 2. *lib.* 7. Felin. in *cap. Cum causa colum. penult. extra v. de Sentent. & re jud.* Corn. *consil.* 86. *lib.* 4. Negusant. *de Pign. part.* 5. *memb.* 4. *num.* 12. Socin. Jun. *consil.* 182. *num.* 26. *lib.* 2. Menoch. *de Recup. possess. remed.* 15. *num.* 573. Covarruv. *Variar. Resolut. lib.* 1. *cap.* 3. *num.* 3. Cavalcan. *de Tutor. & curat. num.* 166. Boër. *decis.* 44. Gloss. in *l. Infundo* 38. *verbo deducto* & ibi Bart. Bald. Ang. & Doctores. *ff. de Rei vindic.* Cavalc. *de Ususfruct. num.* 206.

65 Curt. Jun. *consil.* 6. *num.* 27. Idem est dicendum in fructibus perceptis ex feudo, vel adhuc vivo vassallo, vel etiam post mortem; quia ad hæredem vassalli pertinent, illosque cum melioramentis vassallus, vel ejus hæres compensare non tenetur text. in *l. Ex prædiis* 11. *C. de Usur.* text. in *l.* 1. & 2. *C. de Pign. act.* text. in *l. Si Dominum* 9. *C. de Pignorib.* text. in *l.* 1. *C. de Distract. pign.* text. in *l. Minor.* 25. 40. §. *Prædia.* & ibi Bart. *ff. de Minorib.* Idem Bart. in *l. Emptor. ff. de Rei vindic.*

66 Cephal. *consil.* 330. *num.* 8. *lib.* 3. Hanc conclusionem probat id, quod dicit Castrens. *consil.* 270. *num.* 4. *lib.* 2. Ubi concludit, fructus perceptos à conductore ad longum tempus, conductione completâ, compensandos esse cum melioramentis, sive expensis utilibus, & necessariis ab illo conductore, durante conductione, factis. Eandemque sententiam comprobat id, quod tradit Negusant. *de Pignoribus part.* 5. *memb.* 4. *num.* 15. Concludens, quod patris successor fructus post patris mortem perceptos ex re filii, in qua pater usumfructum habebat cum impensis, ad perpetuam utilitatem illius rei factis compensare cogatur. Et pro hujus opinionis confirma- 67

tione adduci quoque potest id, quod à Doctoribus traditur. Si statutū, vel consuetudo permittat agnato, vel vicinis, rem ab agnato, vel vicino venditam redimere, emptorem illius rei cogi fructus post litis contestationem perceptos, quos ipse restituere tenetur consanguineo, vel vicino, rem volenti redimere hosce fructus compensare in illud pretium, ad cujus pretii restitutionem consanguineus, seu vicinus tenetur Ferron. *tit. de Retract.* §. 21. Tiraquell. *de Utroq. retract. part.* 1. §. 15. *gloss.* 3. *num.* 1. Facit quoque id, quod tradit 68 Bald. in *Rub. quæst.* 15. *C. de Contrab. empt.* Ubi concludit, si is, qui nomine meo, meoque mandato sua pecuniâ fundum emit, huncque fundum longo tempore possederit, etiam, me ipso non interpellante, fructusque perceperit, tunc ipsum cogi perceptos fructus in sortem compensare, ac pecuniam pro me expositam, quam actionem sequitur Jaso. in *l.* 2. §. 1. *col. final. limit.* 15. *ff. Si cert. petat.* Idem in *l. Non amplius* 26. §. *final. num.* 4. *ff. de Legat.* 1. Et hoc sine dubio procedit, quando fructus post finitum, vel amissum feudum percepti, vel in pecunia numerata consistunt, vel consumpti sunt, & sic, fructibus consumptis, vassallus, vel hæres ipsius ad æstimationē fructuum, atque ita àd quantitatem obligatur, cum sit clari, atque indubitati juris, quod æstimatio fructuum consumptorum indistinctè compensetur cum quantitate debita illi, qui istos fructus consumpsit Iacob. de Aretract. Bart. & Doctores in *l. Divortio.* §. *Ob donationes,* & ibi Alex. *num.* 5. & Jaso. *num.* 5. *ff. Solut. matrim.* Cyn. Bart. Bald. & Salic. in *l.* 2. *C. de Pign. act.* Bald. & Salic. in *l.* 1. *C. de Distract. pign.* Bald. & Salic. in *l. Quamvis* 3. *C. In quib. caus. pign.* Bald. in *l. Final.* 69 70

Final. in princip. C. de Non numer. pecun.
Ancharan. in *cap.* 1. & ibi Abb. 2. *Notab.*
& Aug. Bero *num.* 42. *&* 48. *de Usur.*
Butr. Imol. & Doctores in *cap. Ad no-*
stram. de Iur. jurand. Bald. in *l. Ex prædiis*
C. de Usuris. Negusant. *de Pign. part.* 5.
memb. 5. *num.* 11. Bald. in *l. Final. num.* 12.
C. de Compensat. Idem Bald. in *cap. Cum*
super. num. 24. *de Sentent. & re injudicata.*
71 Sin autem fructus percepti non consi-
stant in pecuniâ, neque consumpti sint
dicẽdum videtur, illos fructus nõ com-
pensari cum quantitate pecuniæ, ad
quam dominus ob melioramenta, sive
impensas obligatus est: cum fructus per-
cepti consistentes in alia re, quàm in
pecunia, & extantes, nunquam com-
pensẽtur cum debito pecuniario Gloss.
in *l. Divortio. §. Ob donationes.* & ibi Ja-
cob. de Aretic. Bart. Doctores Alex. &
Jaso *Uterque num.* 5. *ff. Solut. matrim.*
Cyn. Bart. & Bald. & Salic. in *l.* 1. *C. de*
Pign. act. Jaso in *l.* 2. *§.* 1. *col. final. limit.* 14.
ff. Si cert. petat. Idem tenent omnes Do-
ctores in præcedenti decisione relati
argument. text. in *l. Si convenerit la.* 2. *ff.*
de Pign. act. l. Si constat. C. de Compensat.
72 Quia fructus extantes pro specie repu-
tantur; sed de specie ad speciem com-
pensatio non datur. text. in *l. Si convene-*
rit. ff. de Pignor. act. Ergo &c.
73 Hìc obiter equidèm nobis percun-
ctandum occedit: an, & quando rele-
vium cum adoha possit compensari, si
feudatarius eo ipso anno, quo adoha
imposita fuit moriatur? quæ namque
hæsitatio in Regia Camera Summariæ
quondàm disceptabatur, teste Capano
de Jure adohæ decis. 63. *fol. mihi* 359. Qui
in quodam Barone casum hujusmodi
74 contigisse refert, qui solvit integram
adoham, & relevium solvere detrecta-
vit; postulans compensationem relevii
fieri cum adoha soluta, & nihilominus
Capanus ipse dictâ *decis. in fine.* Testa-
tur à Regia Camera compensationem
75 fuisse rejectam. At nescio quomodo
Senatus ille de istac cõpẽsatione mussi-
tavit, cum illo casu simus extra termi-
nos habiles ad compensationem indu-
cendam. Quippe compensatio, ut lo-
cum nanciscatur, poscit debitum, &
creditum ex utraque parte, ut sæpissi-
mè affatus sum, & tradidit Mejerus in
Colleg. Argentoratens. totius Jurisprudent.
lib. 16. *Pandectar. tit.* 2. *num.* 4. Cum sit
debiti, & crediti invicem contributio
text. in *l.* 1. *ff. de Compensationib.* At in
casu, de quo Capanus non erat debi- 76
tor, & creditor ad invicem. Nam Co-
mes ille Trivici erat ex duplici causa
debitor fisci, nimirum ex causa adohæ,
& ex causa relevii; sed fiscus neutiquã
Comitis debitor reperiebatur: Igitur
nullo modo compensatio iniri poterat,
cum compensationis ipsius fundamina
deessent. In hocce Capani errore dete-
gendo neutiquam moror, quia luce me-
ridianâ clarius est, compẽsationem, ubi
ex utraque parte non adest debitum, &
creditum, dari non posse, ut elicitur ex
l. 1. *&* 2. *ff. de Compensat.* Sed acriùs in- 77
crepandus est Capanus, dum ad finem
prædictæ decisionis perperam dixit,
quod si in anno, quo feudatarius obiit,
computando annum à die mortis, im-
poneretur adoha, vel jam imposita exi-
geretur, compensatio locum haberet,
ut feudatarius habeat unde vivat. Ast
nusquam de hoc, quod Capanus hario-
latur, aut potius auguratur curandum
est, quoniam tunc nec ob id, quod ha-
beat Baro unde vivat, debet fieri com-
pensatio, quoniam de ea minimè hæsi-
tandum est, quoties deficit debitum, &
creditum, absque quibus ullo modo cõ-
pensatio dari potest, quocirca Capa-
num ineptè sensisse conjecto.
Rursus denique rogitandum occur- 78
rit, an vassallus possit opponere com-
pensationem adversùs fiscum impe-
diendo exactionem relevii? Et affirma-
tivè respondit Capan. de *Jure relev.*
quæst. 4. *num.* 6. *part.* 2. Quam opinionem
affirmativam tribus exemplis incon-
gruè probare nititur, quæ cum neuti-
quam ad rem, de qua disputatur atti-
neant, consultè prætermitto. Qua prop- 79
ter ejus sententiæ minimè hæresco; imo
eam respuendam esse sum ratus. Quip-
pe, licèt generalis regula sit, ut compen- 80
satio adversùs fiscum recipiatur, ut eni-
tet ex text. in *l. Idem juris. l. final. ff. de*
Compensat. Ut quoque tradunt Cujac. in
Rub. C. de Compensationibus. ad finem.
Hothoman. *lib.* 16. *Epitom. num.* 5. *in*
fin.

fin. Wissembach. in *l. 1. C. de Compensat.* Donell. *Commentar. jur. civil. lib. 16. cap. 15. versic. Quod attinet*. Mejerus *Colleg. Argentorat. tot jurisprudent. lib. 16. Pandectar. tit. 2. num. 7.* Cum cæteris à me con-
81 gestis *quæst. 1 num. 30. lib. 4.* Tamen hæc dispositio tantùm procedit, quoties debitum, & creditum ex eadem statione descendunt, ut attestantur Bachovius ad Treutler. *volum. 1. disputat. 25. thes. 9. lit. E.* Duaren. *ad tit. ff. de Compensat. cap. 2. in fin.* Borcholt. *opuscul. de Compensat. cap. 5.* Gothofredus in *not. ad l. 1. C. de Compensat.* Brunneman in *l. 3. num. 3. C. eod.* Et expressè cavetur ab Imperatore Antonino in *l. 1. C. de Compensat.* ibi:
82 *Et Senatus censuit, & sæpè rescriptum est, compensationi in causa fiscali, ita demum locum esse, si eadem statio quid debeat quæ petit.* Atque hoc juris propter confusionem diversorum officiorum te-
83 naciter servandum est. Id satis apertè ex hac lege pernoscitur. Quippe quamquam compensatio opponatur actori, qui vicissim debet debitori suo text. in *l. 30. de Condit. indebit.* text. in *§. In bonæ fidei. de Act.* Quamvis sit Respublica, & fiscus text. in *l. final. ff. de Compensat.* Attamen hoc coarctatur modò illa fisci statio debeat, cui compensatio objiciatur, non alia, ut expressè adnotavit Mejerus *Colleg. Argentorat. tot. jurisprud. lib. 16. Pandect. tit. 2. num. 7.* ex Pac. *Analys.*
84 *C. de Compensat. num. 10.* Igitur hîc in casu, de quo Capanus, ideo compensatio contra fiscum locum habere non potest, quoniam fiscus habebat creditum erga vassallum ex causa relevii, vassallus verò ex alia qua vis causa, & sic non est ex eadem statione, quia vassallus non potest esse creditor fisci ex causa relevii, nec fiscus potest impediri, ne relevium exigat, nec impeditur ab exequutione fructuum pro relevio, prætextu compensationis, quam vassalus ad repellendum fiscum opposuit, cum creditum vassalli nullum ex eadem causa relevii esse possit; ideoque non est cur de hujusmodi compensationis hæsitatione sciscitetur, ut malè cōtrarium Capanus amplexatus fuit. In ca-
85 su verò relevii potest dari compensatio adversùs fiscum, quoties quis ex relevio solvit magis, quàm debebat: Nam successor solventis potest in altero relevio compensare excessum solutum, quia hîc non adest causa prohibitiva, de qua in *l. 1. C. de Compensat.* Cum sit ex eadem statione, & idem dicendum est de adoha ex eadem ratione. Quippe, si quis in uno anno ex causa adohæ fisco debeat centum, & solvat biscentum, potest altero anno fisco altera tercentum pro adoha petenti, objicere compensationem, ut compensentur illa centum, quæ in excessum solvit; & sic illis compensatis, fisco debebit biscentum admissâ compensatione usque ad concurrentes quantitates text. in *l. Si constat. C. de Compensat.*

SUMMARIUM

1 *Casus quæstionis exponitur, ac figuratur.*
2 *Famulus nunquam excluditur à petitione salarii, sive jure actionis, sive officio Judicis ei debeatur; nisi post lapsum triginta annorum.*
3 *Præscriptio triginta annorum requiritur, quando agitur de præscribendo officio Judicis.*
4 *Præscriptio nunquam sublata intelligitur, nisi expressè tollatur.*
5 *Salarium, juxta nonnullos, triennio præscribitur.*
6 *Præscriptio de jure Galliæ non regulatur secundùm leges juris civilis.*
7 *Præscriptio salarii de jure Regni Siciliæ fit quinquennio.*
8 *Famulus de jure Lusitaniæ post præscriptionem repellitur à salarii petitione.*
9 *Famulorum salarium de jure nostro Hispaniæ triennio præscribitur,* & expenditur l. 9. tit. 15. lib. 4. nov. Recopil.
10 *Præscriptionem salarii per triennium an impediat compensatio, quæ aliàs esset admittenda?*
11 *Quæ disputatio non solùm procedit in famulis, verùm etiam in omnibus aliis creditoribus.*
12 *Præscriptio triennii, juxta nonnullos, impedit compensationem: ita ut famulus post elapsum triennium nequeat salarium petere, neque uti compensatione.*
13 *Compensatio potest intentari, tam per*

viam

viam actionis, quàm per viam exceptionis.

14 Meditatur, ac perpenditur text. in l. purè. §. Final. ff. de Dol. mal. & met. except.

15 *Famulus, vel quilibet alius creditor antequã præscriptio triẽnalis labatur poterat per viam actionis cõpensationem intentare, quod si omiserit, & tempus præfixũ transeat, compensatio præscribitur.*

16 *Jure agendi sublato tollitur jus excipiendi.*

17 *Præscriptio est adinventa in odium negligentis.*

18 *Famulus, si negligens fuit in petendo salarium, & tempus præscriptionis labatur, negligentia sua ipsi nocebit.*

19 *Præscriptio per compensationem ipso jure factam impeditur taliter; ut quamvis salarium famuli, vel cujuslibet alius creditoris triennio præscribatur; nihilominus mediante compensatione illicò facta præscriptio inducta non intelligitur*; & referuntur Doctores hanc conclusionem affectantes.

20 *Negligens non est in petendo, qui potest repelli exceptione compensationis.*

21 *Præscriptio quando incipiat.*

22 *Annalia ad agendum sunt perpetua ad excipiendum.*

23 *Famulus, quamvis tempus præscriptionis sit lapsum; attamen si à Domino molestetur, potest ei compensationem opponere.*

24 *Præscriptio inducta fuit contra creditores negligentes, & morosos, at morosus dici non potest, qui potest uti exceptione compensationis.*

25 *Compensatio ad hoc, ut creditor nullum damnum, vel præjudicium patiatur, inducitur ipso jure absque oppositione partis.*

26 *Compensatio quoad finem liberandi ab obligatione eandem vim habet, quàm ipsa solutio realis.*

27 *Præscriptio non nocet ei, qui non petit, quia timet exceptione compensationis repelli.*

28 *Compensatio est vera exceptio, quæ actoris actionem excludit, & impugnatur, ac tandem reprobatur, & refellitur* Gutierrez.

29 *Famulus habens in potestate sua rem Domini, non habet necessitatem per viam actionis petendi salarium, cum jam per compensationem rei Domini de salario suo sit satisfactus.*

30 *Creditores habentes in sua potestate rem debitorum illatim postquam debitum, & creditum hinc inde contractum fuit, lex fingit per compensationem morosos non fuisse.*

31 *Præscriptio triennalis famulo creditori, ac debitori Domini sui noceri non debet, quæ opinio, juxta* Zamoranum, *apud Nostrates est communissima.*

32 *Hæc disputatio non vulgarem, sed difficillimam continet difficultatem.*

33 *Famulus sive rem, sive pecuniam Domini apud se habeat triẽnalis præscriptio impeditur per compensationem, quæ tunc fieri debet pro rata.*

34 *Jus famuli, quamvis intra triennium non petat salarium non tollitur, sed ei mediante compensatione servatur.*

35 *Famulus habens rem Domini in potestate pro salario suo securus dicitur, quia plus cautionis habet in re, quàm in persona Domini.*

36 *Pignori incumbere meliùs est, quàm in personam agere.*

37 *Famulus personam Domini convenire non eget: nec ob litis periculum, nec ob reverentiam, & verecundiam Domini, nec ob potentiam.*

38 *Famulus, ad quem res Domini pervenit, potest adversùs eundem Dominum allegantem præscriptionem excipiendo se defendere.*

39 *Famulus potest rem Domini, jure retentionis habere, donec debitum sibi solvatur.*

40 *Creditor rem debitoris sui retinere potest, quamquam non sit sibi obligata, quando absque vitio ad eum pervenit.*

41 *Compensatio directa de specie ad speciem, nec de specie ad quantitatem admitti non potest.*

42 *Retentio admittitur ubi locum habere nequit compensatio.*

43 *Exceptio faciliùs conceditur, quàm actio.*

44 *Famulus, cum habeat rem Domini apud se, dicitur habere tacitam hypothecam in rebus Domini pro suo salario; ideoque jure pignoris rem illam retinere potest.*

AR-

ARGUMENTUM

Utrùm Preſcriptio triennalis procedat contra Famulum habentem apud ſe aliquam rem Domini, vel pecuniæ quantitatem, quarum ipſe Famulus eidem Domino debitor ſit; vel an per compenſationem hujuſmodi præſcriptio impediatur.

QUÆSTIO XVII.

1 Licèt adjectæ theſis ſcopus, famulum dumtaxat videatur proſpicere; attamen circa quemlibet alium creditorem, etiam totius diſputationis cardo verſatur. Et idipſum quod de famulo aſſeverem, ad quoſcumque creditores impavidè porrigendum concerno. Quod ut meliùs capeſſitu nobis obveniat hypotheſis figurationem effundendam inciſè conjecto. Quapropter obiter reminiſcor, poſtquam natura humiles, potentioribus famulari præſtituit. Hanc ſententiam naturæ plurimi exultanter exequuntur aliquo ſalario aſſignato. Et oneri ſervitutis ſpe mercedis gnaviter operam navant. Obtingit interdum, ut famulus ſervitium Domini deſerat, vel ex aliqua quâvis causâ per triennium ſalarium ſibi debitum neutiquam petat. Hînc diſputatio aſſurrexit, percunctans, an præſcriptio triennalis ſubintret adversùs famulum
habentem apud ſe rem aliquam Domini, vel aliquam pecuniæ quantitatem, quarum ipſe famulus eidem domino debitor ſit, vel utrùm hujuſmodi præſcriptio per compenſationem impediatur?
Quod antequàm ſciſciter extrinſe- 2
cùs conjiciendum ſum ratus haudquaquam famulum, niſi poſt triginta annorum lapſum, juris communis inſpectâ diſpoſitione, ſecundùm quam tantum temporis peroptatur in præſcribendis actionibus à petitione ſalarii, ſive jure actionis, ſive officio Judicis ei debeatur, arceri poſſe, quod facilè eruitur ex diſpoſitione text. in *l. Sicut*. & *l. Omnes. C. de Præſcript. trig. ann.* Et tantundem quoties àgitur de præſcribendo officio Judicis Gloſſ. in dicta *l. Sicut. verbo. Perſecutione*. ibique Bart. *num.* 11. Mareſcot. *Variar. Reſolut. lib.* 2. *cap.* 65. *num.* 7. Afflict. *deciſ.* 245. *num.* 13. Tiraquell. *de Retract.* §. 35. *gloſſ.* 4. *num.* 41. Quod in ſalario contrarium cautum non reperiatur docet Zacch. *de Salar. quæſt.* 105. *num.* 4.
Quoniam talis præ- 4
ſcriptio ſublata non debet intelligi: niſi expreſsè tollatur Gratian. *Diſceptat. forenſ. cap.* 1. *num.* 3. Socin. Jun. *conſil.* 145 *num.* 43. *lib.* 2. Cagnol. in *l.* 2. *num.* 80. *ad finem. verſic. ad quartum. C. de Pact. inter empt. & vendit.*

Nec reſragatur, quod communiter 5
Doctores affirmare videantur, quod ſalarium triennio præſcribatur, ut videtur apud Gutierrez in *l. Nemo poteſt. num.* 487. *ff. de Legat.* 1. & *de Jurament. confirmat. part.* 3. *cap.* 1. *num.* 20. Molinam. *de Juſtit. tom.* 1. *tractat.* 1. *diſput.* 67. *num.* 2. Caſtrnm *de Leg. pœnal. lib.* 2. *cap.* 10. *verſic. Quinto*. Flores de Mena. *lib.* 2. *Variar. quæſt.* 8. §. 2 *num.* 38. Danzam. *de Pugna Doctor. tit. de Salar. cap.* 3. *num.* 6. Mēchac. *de Succeſſ. creat. lib.* 1. §. 10. *num.* 33. Gamm. *deciſ.* 334 Orozcum. in *l. Omnes populi. n.* 76. *ff. de Juſtit. & jur.* Padillam. in *l. Si quas actiones. num.* 43. *C. de Servit. & aqua.* Pereyram. *deciſ. Luſitan.* 46. *num.* 1. Sanchez. *de Matrimon. lib.* 7. *diſputat.* 37. *num.* 17. Azeved. *l.* 9. *tit.* 15. *lib.* 4. *Recopil.* Mexiam *Taxa pan. concl.* 1. *num.* 122. Covarruviam in *cap. Poſſeſſor. part.* 2. §. 11. *num.* 2. Quia ferè omnes loquuntur in terminis legum municipalium, ſtatu-

torum, ac constitutionum particula-
rium, ut benè Zacc. *de Salar. quæst.* 105.
num. 6. & *num.* 9. Ubi offirmavit, quod
salarium præscribitur spatio trigin-
ta annorum;& *num.* 14. Testatur in om-
nibus ferè locis esse particulares consti-
tutiones coarctâtes tempus à jure com-
muni præfixum, ad præscribendum sa-
larium, ut de Gallia fatetur Rebuff. *de
Sent. ent. provis. gloss.* 8. *num.* 2. *art.* 3. Due-
7 ñas. *Reg.* 506. Et in Siciliæ Regno ex
Regis Ferdinãdi Constitutione *cap.* 62.
Quinquennio præscribi dicit Giurba
decis. 13. Certo quoque tempore de Re-
gno Poloniæ ex Cancerio dicit idem
8 Zacchia loco citato. In Lusitania adest
Regia. Ordinat. lib. 4. *tit.* 31: Quæ statuit,
famulos post triennium admittendos
non esse ad salarii petitionem.
9 De jure nostro Hispano adest *l.* 9. *tit.*
15. *lib.* 4. *Novæ recopil.* (Exqua oritur
hæc disputatio) ubi salarium famulo-
rum triennio præscribitur. Verba legis
hæc sunt: *Mandamos, que los que huvie-
ren vivido con qualesquier personas de
estos nuestros Reynos, sean obligados à pe-
dir lo que pretendieren, que se les queda-
re debiendo del salario, y acostamiento,
que tuvieren de sus Señores, ò otro qual-
quier servicio, que les ayan hecho dentro
de tres años despues, que fueren despe-
didos de los tales Señores: y que passados
aquellos no lo puedan mas pedir.*
10 Ex hac nostra lege insurgit quæstio,
utrùm si famulus, qui non petit sala-
rium antequam labatur triennium, ha-
beat penès se aliquam rem Domini, vel
ex alia causa ei tantundem debeat; pos-
sit petere, seu excipere de compensa-
tione post triennium elapsum? Quæ
11 disputatio non solùm locũ habet in fa-
mulo; sed in omni alio creditore, ut di-
cit Gutierrez. *de Jurament. confirmat.
part.* 3. *cap.* 1. *num.* 20. Ut cum aliquis
creditor, qui à debitore suo intra decen-
nium debitum non petit, vel hodie in-
tra viginti annos habet apud se rem ali-
quam debitoris, vel ei aliquid debet;
quæritur etiam an non obstante illius
temporis cursu, si dominus talis rei, vel
is, cui hic creditor aliâ viâ aliquid debet,
petant rem suam, vel quantitatem si-
bi debitam, possit hic tunc petere de-
bitum, licèt tempus præscriptionis sit
lapsum opponendo, quod debitum non
petiit, quia erat impeditus, cum esset
debitor in totidem, ideoque non peti-
vit, quia erat tutus compensatione?
Cui difficultati respondendum vide- 12
tur, quod famuli salarium, elapso præ-
fixo tempore, præscribatur, quam opi-
nionem defendunt Gutierrez. *de Jura-
ment. confirmat part.* 3. *cap.* 1. *num.* 21. Pe-
reyra. *Decis. Lusitan* 46. *num.* 6. Bart. in *l.
Pactum. C. de Except.* Paul. Alex. & Jaso
in *l. Nam postea. §. Si minor. ff. de Jur. ju-
rand.* ibique Curt. Jun. *num. fin.* Paul. de
Castro. in *l. Papinian. §. Si filius n.* 3 *ff. de
Inoffic. testament.* Gomez. *tom.* 1. *Variar.
cap.* 11. *num.* 20. Covarruv. *Pract. quæst.
cap.* 25. *num.* 4. *vers. Quod poterit multis
comprobari.* Quos omnes refert idem
Gutierrez. *loc. citat. num.* 22. *in fine.*
Hanc conclusionem Gutierrez fal- 13
cit authoritate Bartoli in *l.* 2. *num.* 3. *ff.
de Except.* Ubi dicit, quod quoties ex-
ceptio, ideo est exceptio, quia est actio,
qualis est exceptio compensationis, quæ
æquè intentari potest principaliter per
viam actionis; sicut per viam exceptio-
nis; quo in casu huic exceptioni præ-
scribitur, quoniam in potestate tua
est, quando exerceas; nisi postquam
per me sit intentata actio; quo in casu
Gutierrez asserit loqui text. in *l. Purè
§. Final. ff. de Dol. mal. & mec. except.* ibi:
Cum actor quidem in sua potestate ha- 14
*beat, quando utatur jure suo, is autem,
cumquè agitur, non habeat potestatem,
quando conveniatur.* Quibus ex verbis
eruitur, exceptionem principaliter per
viam actionis intentari posse; ergo non
est perpetua quotiescumque est in po-
testate alterius, cui competit. Unde in 15
hoc nostro casu idem dicendum est, ut
cum famulus, vel quilibet alius credi-
tor, qui domini sui in totidem, vel de-
bitoris sui est debitor, compensationem
per viam actionis objicere potuerit, po-
stulando principaliter debitum suum,
quod si omiserit, & tempus labatur
præscriptionis; præscribatur exceptio
compensationis, ita ut si ab eo petatur
per dominum, vel debitorem debitum
suum, quod non sit præscriptum, & ipse
famulus, vel creditor excipiat, & ob-
jiciat

jiciat compenſationem ſui ſalarii, vel
debiti poſt tempus præſcriptionis elap-
ſum, & dominus, vel creditor replicet
de præſcriptione, ut non admittatur cō-
penſatio, cum equidèm ſit præſcripta,
eò quia fuit in poteſtate ſua petere viâ
actionis debitum ſuum, ante tempus
præſcriptionis cōpletum, quod etiam
comprobat idem Gutierrez authorita-
te Bart. Paul. Alex. Jaſ. Curt. Jun. Paul.
de Caſtro Gomez. & Covarruv. loc. citat.
ſupra.

16 Probatur quoque ex eo, quod quan-
do jus excipiendi competit, ex quo com-
petit jus agendi, tunc ſublato jure
agendi, tollitur jus excipiendi per text.
in l. Papinianus. §. Si filius. ff. de Inoffic. te-
ſtament. Ubi filius exhæredatus poteſt
excipere de inofficioſo teſtamento; ſo-
lummodò intra illud tempus, intra
quod ſi ageret debuiſſet querelam pro-
ponere. Igitur idem dicendum in pro-
poſito noſtro, ubi cum jus agendi ad de-
bitum ſit ſublatum per lapſum tempo-
ris ad præſcriptionem præfixi; conſe-
quens etiam eſt, ut famulus, vel credi-
tor nequeat opponere compenſationē
domino, vel creditori petenti rem ſuam
17 vel ſibi debitam. Præſcriptio enim eſt
inventa in odium negligentis text. in l.
1. ff. de Uſucap. text. in l. Final. in fin. C. de
Annal. except. ibi: Contra deſides homines,
& ſui juris contemptores. Et de jure no-
ſtro eſt l. 1. tit. 29. part. 3. Tuſch. Pract.
18 concl. litera P. concl. 530. num. 1. Igitur
cum in poteſtate famuli ſemper fuerit,
agendo debitum ſuum conſequi, ſi id
non fecit, & negligens fuit, ſua ei ne-
gligentia obnoxia eſſe debet text. in l.
Non ſolum. ff. de Noxal. text. in l. Servus.
ff. Quod vi, aut clam. text. in l. Relegatio-
nis in fin. ff. de Interdict. & Relegat. Et ſi-
cut actioni præſcribitur, ita eſt excep-
tioni, quæ parem vim cum ea habet.

19 Sed his parum urgentibus, contra-
rium eſt tenendum, nempe quod quā-
vis tempus præſcriptionis labatur, fa-
mulus, qui ex alia cauſa domino debi-
tor erat, non excluditur à ſui ſala-
rii petitione, quoniam tunc præſcriptio
impeditur per compenſationem, quæ
ad præſcriptionem vitandam fit ipſo ju-
re. Quamobrem hanc concluſionem
amplectuntur Ancharan. conſil. 5. num.
12. verſ. Supereſt de Quarto. Tuſch.
Pract. concl. 520. num. 1. litera P. Avenda-
ñus de Exeq. mandat. Reg. Hiſpan. lib. 2. cap.
30. num. 12. verſ. Item dicta præſcriptio de-
biti. Gloſſ. in Conſuetud. Burgund. Rub. des
cenſes. fol. 353. col. 1. Felin. in cap. Ex-
tranſmiſſa in fine. de Præſcript. Sylva. de
Salar. quæſt. 58. num. 8. Zamoran. de Com-
penſat. diſputat. 5. cap. 22. num. 7. Chaves
in Opuſcul. de Uſucapionib. part. 1. num. 6.
Aviles in cap. 10. prætorum. num. 69. Re-
buff. tom. 2. conſtit. pract. tit. de Famul. ſa-
lar. gloſſ. 10. & in Inſtitut. de Mercat. mi-
nut. vendit. artic. 1. Gloſſ. 20. & final. Due-
ñas Regul. 306. num 7. Annotat. ad Bart.
in l. Si conſtat. C. de Compenſat. Mohedan.
Deciſ. Rot. 200. num. 2. Tepat. Variar. Sen-
tent. lib. 1. tit. de Compenſat col. 2. Bald. de
Præſcript. part. 1. quæſt. 1. num. 3. & part.
6. num. 20. Coſta de Retract. caſu. 4. cap. 9.
num. 13. in fine. Tiraquell. de Retract. con-
ſang. §. 3. gloſſ. 3. num. 9. Niger. de Except.
cap. 13. §. 4. num. 36. Marta tom. 3. Digeſt.
tit. de Compenſat. cap. 11. Salgad. Labe-
rynt. Credit. part. 2. cap. 26. num. 14. Scac.
de Commerc. §. 2. gloſſ. 5. num. 427. Brunne-
man. in l. Cum alter. num. 4. ff. de Compen-
ſat. Beſold. Delibat. jur. ex lib. 16. pandect.
tit. 2. verſ. Sane Judex. Qui omnes affir- 20
mant, quod ſi habeo te debitorem in
decem, & poſtea efficior debitor tuus
in totidem, ſi non peto, quod mihi de-
bes, non præſcribis adversùs me, quia
non ſum negligens in non petendo,
ſciens me poſſe repelli exceptione com-
penſationis, ut benè ex Aviles, Avenda-
ño, Chaſſaneo, & Tuſcho dicit Sylva de
Salar. quæſt. 58. num. 4. Ideoque tunc fiet
compenſatio ad evitandam pœnam
præſcriptionis impoſitam negligenti-
bus. Et addunt Doctores, juxta Zamo- 21
ran. de Compenſat. diſputat. 5. cap. 12. num.
5. in fine. Quod ſi in hoc caſu petis à me
debitum tuum, poſſum à te petere de-
bitum meum, quamvis decennium la-
batur, quoniam tunc præſcriptio cur-
rere incipit à die, quo alter ſolverit.

Hujus noſtræ concluſionis funda- 22
mentum eſt, quia annalia ad agendum,
ſunt perpetua ad excipiendum text.
in l. Purè. §. Final. ff. de Dol. & met. except.
text. in l. Licet. C. de Except. text. in l. 4.

23 *C. Qui admitt.* Ergo licet sit transactum tempus, in quo famulus potuerat agere ad salarii assequutionem: attamen domino agenti pro debito rectè potest quandocumque urgeatur, ei opponere exceptionem compensationis, ut videtur voluisse Zamoran. *de Compensat. disputat.* 5. *cap.* 13. *num.* 5. Et expressè docet Sylva *de Salar. quæst.* 58. *num.* 3. Rebuff. *ad Leg. Reg. tit. de Famil. Salar. gloss.* 10. *num.* 9. Nam famulus isto modo potest se providere, & lex quæ tunc tollit actionem, non denegat exceptionem; unde hæc exceptio permissa censetur, eò quia quoties agere prohibetur, excipere tamen potest Bartol. in *l.* 1. *§. Sublata.* ibique Jaso. *lect.* 2. *ff. ad Trebell.*

24 Probatur secundò. Nam præscriptio inducta est adversùs creditores negligentes, ac morosos, sed is, qui potest uti exceptione compensationis, non committit moram, quia lex non optatâ partis oppositione ipso jure cõpensat ut referunt Avendañus *de Exeq. mandat. Reg. Hispan. lib.* 2. *cap.* 30. *n.* 12. *vers. Itẽ præscriptio debiti.* Sylva. *de Salar. quæst.* 58. *n.* 9. Ergo contra eum præscriptio currere nequit.

25 Probatur tertiò, quoniam si famulus, vel creditor in nostra facti specie, nequirent compensationi inniti; maximo præjudicio afficerentur, quia amitterent, vel salarium, vel creditum; sed sic est, quod compensatio fit ipso jure in omni casu, in quo præjudicium infertur creditori Donell. *Comment. jur. civil. lib.* 16. *cap.* 15. *col. pen.* Gregor. *Syntagmat. jur. lib.* 21. *cap.* 22. *num.* 2. Barbos. in *l. Divortio* 8. *§. Final. part.* 2. *num.* 23. *ff. Solut. matrim.* Carleval. *de Judic. tom.* 2. *lib.* 1. *tit.* 3. *disputat.* 27. *num.* 4. Cardos. *Prax. Judic. verbo compensatio num.* 5. Molina *de Justit. & jur. tractat.* 2. *disputat.* 560. *num.* 1. Rodriguez. *de Ann. reddit. lib.* 2. *quæst.* 19. *num.* 2. Barbos. *Collect. in l. Si constat.* 4. *num.* 22. *C. de Compensat.* Pichard in *§. In bonæ fidei. num.* 45. *Institut. de Act.* Flores de Mena ad Gamma

26 *decis.* 91. *num.* 2. Ergo ad hoc, ut in nostro casu famulus hoc magnum præjudicium non experiatur, lex fingit solutionem factam fuisse; eò ipso, quod dominus famulum debitorem habuit, quia quo ad effectum liberandi ab obligatione compensatio solutioni æquiparatur text. in *l. Debitor. ff. Qui potior in pign. hab.* text. in *l. Si peculium. §. de Illo ff. de Stat. liber.* text. in *l. Vel permutavit ff. de Liberal. caus.* Ideoque cum non sit 27 negligens in petendo Salarium, timens repelli exceptione compensationis, qua mediante illico censetur solvisse, non potest ei præscriptio nocere Zamoran. *de Compensat. disputat.* 5. *cap.* 13. *num.* 5. Sylva *de Salar. quæst.* 57. *num.* 9.

Non obstant tradita à Gutierrez 28 pro contraria opinione, nempe, quod exceptio compensationis æquè potest intentari per viam actionis principaliter, quàm per viam exceptionis, quod cõtra Gutierrez sustinere oportet. Nam si esset verum, quod compensatio æquè possit intentari per viam actionis, sequeretur, quod compensatio non exceptio, sed actio esset, quod falsum est, cum certum sit compensationem esse veram exceptionem, quæ actoris actionem prosternit text. in *l.* 2. *ff. de Except.* sequeretur etiam contra Gutierrez, si cõpensatio esset actio, & exceptio, quod actio, & passio simul in eodem subjecto darentur, quod quidèm dicendum non est text. in *l. Prætor. ff. de Tutor. & curat. dat. ab his.* text. in *l. Final. ff. de Offic. prætor.* Nec datur necessitas in famulo 29 habente in potestate rem domini, ad hoc, ut per viam actionis principaliter debitum petat; cum jam per compensationem rei domini de salario suo sit satisfactus, nec exceptio compensationis potest præscribi, quia quæ sunt annalia ad agendum, sunt perpetua ad excipiendum text. in *l. Pure. §. Final. ff. de Dol. mal. & met. except.* Et quia lex fin- 30 git famulum habentem rem domini, vel creditorem rem debitoris, statim quo ad invicem debitores, & creditores facti fuêre morosos non esse, mediãte compensatione, & minimè quis dicitur constitutus in mora, qui legitimâ exceptione se tueri potest text. in *l. Lecta* 40. *in fine. ff. Si cert. petat.* text. in *cap. Non est in mora. de Reg. jur. in* 6. Ideoque triennalis præscriptio famulo cre- 31 ditori, ac debitori domini sui nocere non potest, quam opinionem apud Nostrâ-

strates communem esse testatur Zamoran. *de Compensat. disputat. 5. cap. 13. num. 7.* Et quoque ipsemet Gutierrez de *Jurament. confirmat. part. 3. cap. 1. num. 22.*

32 Asserit eã sequi nostros Hispanos. Unde hanc quæstionem non vulgarem, sed difficillimam esse autumat, ut quoque animadvertit Sylva *de Salar. quæst. 58. num. 7.* Et quamvis Gutierrez dicat, nostram sententiam de æquitate tantummodò salvari posse; attamen non solùm de æquitate, sed de rigore juris procedit, & indistinctè sequendam esse dicit Sylva loc. citat. *num. 8.* Sive famulus

33 rem, sive pecuniam domini penès se habeat, quippe si pecuniam exceptione compensationis usque ad concurrentem quantitatem se defendi potest text. in *l. Si constat 4. C. de Compensat.* text. in *§. In bonæ fidei. Institut. de Action.*

34 Non obest id, quod dicebatur, quod sublato jus agendi tollitur jus excipiendi. Nam respondetur in nostro casu jus famuli nunquam fuisse sublatum; quoniam cum habeat dominum debitorẽ, ac creditorem per legis fictionem, compensatione mediante, ei jus excipiendi

35 servatur. Nec refragatur esse in famuli potestate intra triennale tempus suam actionem deducere, ac salarii sui satisfactionem petere. Quippe satis fit, quod cum famulus re domini, quam possidet securus sit, quia plus cautionis habet in re, quàm in domini persona text. in *l. Plus cautionis 25. ff. de Regul. jur.* Ex quo

36 depromitur illud vulgare: melius est pignori incumbere, quàm in personam agere text. in *l. Itaque. §. Final. ff. de Furt.* text. in *§. Furti. Institut. de Obligat. quæ*

37 *ex delict.* Ideoque domini personam famulus convenire nõ indiget, nec oblitis periculum, cui subjicit erit expediens Addit. ad Dec. in dicta *l. Plus cautionis. verbo. Securitatis.* Tum ob domini reverentiam, ejusque verecundiam, ut benè dixit Sylva *de Salar. quæst. 58. num. 17.* Tum denique propter potentiam, cum quo famulus maximè pauper in judicio contendere perhorrescit text. in *l. Qui etiam ff. de Alien. judic. mu-*

38 *tand. caus.* Et potest famulus, ad quem res domini pervenit excipiendo adversùs eundem dominum allegantem, præscriptionem se defendere Bald. *consil. 145. num. 4. versic. Super quarto. lib. 1.* Tusch. *concl. 549. num. 19. lit. P.*

Potest quoque famulus rem domini retentionis jure habere, usquequo 39 debitum sibi solvatur. Quippe retentio pro debito non liquido conceditur text. in *l. Si non sortem. §. Si centum. ff. de Condit. indeb.* Quod etiam procedit in quo- 40 libet creditore, qui sui debitoris rem retinere potest, quamquam sibi non sit obligata, quando absque vitio ad eum pervenit text. in *l. Si antea. ff. de condit. indeb.* text. in *l. In rebus. §. Possum. ff. de Commod.* text. in *l. Paulus. ff. de Doli except.* Et quamvis non admittatur com- 41 pensatio directa de specie ad quantitatem, ut habetur in *l. Quod dicitur. ff. de Compensat.* text. in *l. Si ex pecunia. C. de Rei vindicat.* text. in *l. Si convenerit. ff. de Pignorat. act.* Tamen admittitur cõ- 42 pensatio indirecta per modum retentionis Tusch. *concl. 490. n. 77. & 78. lit. C.* Et ubi non habet locum compensatio, admittitur retentio, ut dicunt Gothofred. in *Not. ad leg. 3. ff. de Compensat.* Facbin. *Contr. jur. lib. 11. cap. 7.* Sigibert. *de Reconvent. cap. 6. num. 1. in fine* Gonzalez. in *cap. Bona fides. de Deposit.* Duaren. *ad tit. ff. de Compensat.* Oynotom. in *§. In bonæ fidei. num. 9. Institut. de Act.* Alderisius *de Symbolic. contract. tit. 2. cap. 10. num. 24.* Tepat. *Var. Sentent. tit. 160. cap. 5.* Card. de Luca *de Judic. discurs. 41. num. 9. & de Credit. discurs. 60. n. 8.* Quæ 43 faciliùs, quàm actio conceditur text. in *l. Per retentionem. C. de Usufruct.* text. in *l. 2. C. de Fideicommiss.* Quod adversùs Gutierrez speciatim resolvere Flores de Mena *lib. 1. Pract. quæst. 8. §. 2. num. 49.* testatur Sylva *de Salar. quæst. 59. num. 13. & n. 14.* Quò asserit hoc in nostro casu 44 minùs dubitationis habere. Quippe cum famulus habeat tacitam hypothecam in rebus domini pro suo salario, rectè pignoris jure rem illam habere dicetur Card. Tusch. *Pract. concl. 306. num. 13. & 14.* Angel. *consil. 334. num. 2. vers. Super eo autem.* Potestque rem ipsius domini retinere; donec famulo per dominum integrè solvatur.

SUM-

SUMMARIUM

1 *Quaestio proposita summam difficultatem continet.*

2 *Hypotheca est vox graeca.*

3 *Pignori supponere quid sit.*

4 *Res subsignatae dicuntur, quae sunt obligatae.*

5 *Hypotheca est omnis res creditori pro debito obligata, & quomodo differat à pignore.*

6 *Creditores hypothecarii dicuntur illi, qui res debitoris habent obligatas.*

7 *Creditores hypothecarii habent privilegium praelationis, quod competit eis antequam solutio fiat.*

8 *Creditores hypothecarii habent remedium revocatoriae post solutionem factam posteriori creditori.*

9 *Creditores hypothecarii habent conditionem ex lege, quae illis competit contra posteriorem creditorem, & quare.*

10 Exponitur, ac effingitur status quaestionis.

11 *Posterior creditor, juxta nonnullos Doctores, potest suum debitum compensare in praejudicium creditorum anteriorum habentium debitoris communis bona hypothecata.*

12 *Debitor quando ex compensatione omissa aliquod patitur damnum, tunc compensatio ad hoc, ut damnum vitetur favore debitoris inducitur ipso jure.*

13 *Creditor posterior pateretur damnum si non compensaret suum debitum, quia creditores anteriores auferrent omnia bona debitoris communis, & sic admitteret cre ditum suum.*

14 *Effectus compensationis si quo ad liberationem inspiciatur idem, quod solutio realis operatur.*

15 *Declaratio compensare volentis tantummodò postulatur in iis, quae solùm hominis factum requirunt.*

16 *Impedimenta* text. in l. 3. C. de Novat. *quot sint.*

17 *Hypotheca in nomine debitoris tantùm durat, quantùm ipsum nomen.*

18 *Principali sublato accessorium subsistere non potest.*

19 *Solutio, quae habetur per compensationem quo ad effectum dicitur realis.*

20 *Hypotheca resoluta nulla praelatio competere potest creditoribus anterioribus.*

21 *Posterior creditor, ad cujus potestatem pervenit aliqua pecuniae quantitas debitoris communis, eam pro compensatione non obstantibus creditoribus anterioribus retinere potest.*

22 *Initium praescriptionis per compensationem, quae fit ipso jure, impeditur.*

23 *Negligens non dicitur is, qui non egit, quia exceptione compensationis repelli poterat.*

24 *Compensatio est exceptio realis inhaerens rei, secus verò personae.*

25 *Debitor, qui nomen debitoris, vel censum sibi debitum creditori suo hypothecavit, potest census redemptionem admittere, & nominis solutionem.*

26 Exponitur, ac traditur intellectus ad text. in l. Si cum filiofamilias. ff. de Compensat.

27 *Debitor, qui postea simul effectus fuit creditor sui creditoris pro securitate obligantis omnia bona sua, & actiones, sub qua obligatione includitur nomen illud, quod ampliùs debebat.*

28 *Ficta secus verò realis dicitur solutio, quae habetur per compensationem.*

29 *Debitor, si denunciationis tempore, creditor sui creditoris existebat, non impediendus in facienda sui crediti eo mpensatione absque obligatione solvendi illud denuncianti.*

30 *Debitor habens plures creditores personales vigilantibus solvere tenetur, etiam in praejudicium aliorum creditorum.*

31 *Jus vigilantibus, & non dormientibus subvenit.*

32 *Creditor posterior non potest debitum suū compensare in praejudicium creditorum anteriorum habentium omnia bona debitoris communis hypothecata*, & referuntur Doctores hanc opinionem insequentes.

33 *Prior in tempore potior debet esse in jure, quae regula intelligi debet tam in agendo, quàm in accipiendo, & replicando.*

34 *Compensatio dicitur solutio.*

35 *Solutio ubi locum non habet, ibi nec potest admitti compensatio.*

36 *Creditori posteriori solutio fieri non potest in bonis debitoris communis in prae-*

ju-

judicium creditorum anteriorum.

37 *Hypotheca generalis nomina debitorum quoque comprehendit.*

38 *Injustitia fieret creditoribus anterioribus, si creditoribus posterioribus liceret debitum suum in præjudicium anteriorum compensare.*

39 *Argumentum in jure ab absurdo vitando duci potest.*

40 *Debitor sive cedendo, sive hypothecando, sive alienando, vel insolutum dando priorum creditorum juri jam acquisito nihil detrahere potest.*

41 *Factum debitoris nullum creditoribus suis potest afferre præjudicium.*

42 *Solutio ficta compensatio appellatur.*

43 *Fictio in præjudicium tertii admitti non potest.*

44 *Compensatio in fraudem creditorum anteriorum habentium in illa re jus reale quæsitum, dicitur injusta.*

45 *Compensatio in fraudem creditorum facta dicitur, quamvis expressus consensus non interveniat, sed tantum sufficit scientia de communis debitoris impotentia.*

46 *Creditores quando plures concurrunt in actione reali, & personali præferuntur creditores in actione reali.*

47 *Creditores anteriores habentes hypothecam in bonis debitoris communis, dicuntur creditores in actione reali, alteri creditores in actione personali; quia debitoris personam tantum habent obligatam.*

48 *Debitor communis, si non sit solvendo omnibus creditoribus, & prius solvat posterioribus, omissis anterioribus, peccat mortaliter, nisi alicujus eorum extrema necessitas eum excuset.*

49 *Posteriori creditori solutio in præjudicium creditorum anteriorum fieri non potest.*

50 *Fictio naturam imitatur.*

51 *Compensatio dicitur ficta solutio.*

52 *Fictio non potest plus operari in casu ficto, quàm veritas in casu vero.*

53 *Fictio in præjudicium tertii operari non potest.*

54 *Æquitas naturalis compensationem induxit.*

55 *Lex nunquam in tertii præjudicium æquitatem admittit.*

56 *Moræ purgatio quamvis ex æquitate à jure admittatur, tamen quando creditor passus est damnum debitoris moram eam admittere non est æquum.*

57 *Debitor communis quod debet creditori posteriori non est in ejus bonis, sed in bonis creditoris anterioris.*

58 *Debitor, si legat creditori suo id, quod illi debebat, legatum non valet: nisi plus sit in legato, quàm in debito.*

59 *Compensatio admitti non potest, ubi ex parte tam debitoris, quàm creditoris deficit creditum, & debitum ad invicem.*

60 *Datio, sive receptio in solutum fieri non potest in præjudicium creditorum anteriorum.*

61 *Res data in solutum creditori posteriori, potest per hypothecariam à creditoribus anterioribus avvocari.*

62 Respondetur ad fundamentum contrariæ opinionis.

63 *Author testatur compensationem absque hominis ministerio ipso jure non fieri.*

64 *Creditores anteriores habent jus hypothecæ anterius quæsitum super nomine debitoris existente tunc in bonis illius.*

65 *Jus reale prælationis per factum debitoris detrahi non potest.*

66 *Hypotheca durat usquequo debitoris nomen existit.*

67 *Compensatio quando patitur fieri inter alios, præter quam inter debitores, & creditores ad invicem admitti non potest.*

68 *Nomen creditoris communis, non creditoris posterioris est, sed anteriori creditori debetur.*

69 *Obligatio nominis tamdiu durat, quamdiu per solutionem factam creditori non extinguitur.*

70 *Privilegium anterioritatis temporis semper durat quousque non resolvitur hypotheca.*

71 *Quod in favore inductum est, in hodium retorqueri non debet.*

72 *Creditum, & debitum, si deficiant, compensatio induci non potest.*

73 *Solutio realis, ac vera, & extinctio crediti debitori nominis omni jure permittitur.*

74 *Personæ diversæ à contrahentibus invicem compensare non possunt.*

75 Cre-

75 *Creditores hypothecarii anteriores in hypotheca sunt præferendi.*

76 *Creditor in foro conscientiæ, si aliqua res ejus creditoris fit in sua potestate, & nequeat alia via debitum consequi, potest prædictam rem jure compensationis retinere.*

77 *Creditor in foro fori nequit rem debitoris in compensationem retinere.*

78 *Compensatio non extinguit obligationem ipso jure, donec objiciatur à parte.*

79 *Cessante causa debet quoque effectus cessare.*

80 *Usucapio quamvis adimat dominium à debitore: attamen non detrahit creditori jus hypothecæ.*

81 *Debitor debitoris mei, non est debitor meus.*

82 *Census debitori nequit iniqua inferri conditio.*

83 *Pater, vel dominus ex filii, vel servi contractu actione de peculio conventus, non tenetur ultra vires, ac peculii facultates.*

84 *Dummodò priùs deducatur ex peculio id, quod à filio, vel à servo patri, vel domino debetur.*

85 *Pater, aut dominus, si ex contractu filii, aut servi agat contra peculiarem debitorem, si filii, aut servi creditor sit, ei compensationis exceptio obstabit.*

86 *Pater, vel dominus ex filii, vel servi contractu agens, ipsius contractus legibus alligantur, ipsius viribus peculii.*

87 *Natura contractus societatis est, ut id, quod à Socio alteri socio debetur, non separetur ab eo, quod sibi consocius debet, quia ignoratur, an alterius creditor sit, vel debitor, nisi priùs introitus, & exitus rationes dispungeantur.*

88 *Patri, vel domino agenti ex societatis cõtractu pro eo, quod socius filio suo, vel servo debet compensatio ejus, quod filius, vel servus ex eadem societate debet opponi potest.*

89 *Compensatio, juxta vires peculii admittitur.*

90 Intellectus ad text. in l. Debitor 19. l. Si cum filiofamilias 9. ff. de Compensationibus.

91 *Compensatio in præjudicium creditorum anteriorum fieri non potest.*

92 *Compensatio, si admitteretur in beneficium creditoris posterioris, sequeretur præjudicium anterioribus creditoribus, qui per talem compensationem privarẽtur jure jam ferè quæsito.*

93 *Debitor quando loquitur de creditoribus personalibus habet facultatem solvendi primo petenti.*

94 Salgadus defenditur ab impugnatione Rodoërii.

94 *Compensatio non potest admitti, nisi quãdo ex utraque parte adest debitum, & creditum ad invicem.*

96 *Nomen debitoris, super quo creditores anteriores habent hypothecam, est in bonis debitoris communis.*

97 *Debitor, quod debet non est ejus, sed creditoris, cui debetur.*

98 *Debitor communis non potest cum creditore posteriori compensare, & quare?*

99 *Decoctus, quamvis faciat aliquos actus, etiam paulò ante decoctionem annullantur.*

100 *Creditor posterior non potest compensare, nec retinere nomen, quod antea debebat creditori suo in præjudicium creditorum anteriorum.*

101 *Qui compensat retinet.*

102 *Debita, & credita compensantium non contribuuntur, nec miscentur, sed unusquisque retinet quod debet.*

103 *Retentio compensationi comparatur*, & perpenditur contra Rodoërium text. in l. Verum est. ff. de Compensationibus.

104 Rodoërius Salgadi *fundamentum ridiculum vocat.*

105 *Confusio non fit nec in casibus, in quibus compensatio locum habet, nec etiam in illis, in quibus refellitur.*

106 *Confusio non fit in compensatione.*

107 *Obligatio qualibet tollitur solutione ejus, quod debetur.*

108 *Contributio dicitur conjunctio, seu cumulatio variarum summarum.*

109 Reprobatur Donellus.

110 Referuntur verba text. in §. Si duorum materiæ. Institut. de Rer. division. & acquirend. rer. domin.

111 *Commixtio non in compensatione, quæ est solutio ficta, sed in solutione reali contingit.*

112 *Solutio ubi locum non habet, nec ibi admitti potest compensatio.*

Cre-

113 *Creditores personales uni non habent altero majus privilegium.*
114 *Creditores anteriores, quando simul concurrunt, præferuntur potiores in tempore.*
115 *Decoctio antequam sequatur irritantur omnes actus facti à decoctore, quia præsumuntur facti in fraudem creditorum.*
116 *Compensatio dicitur solutio ficta.*
117 *Solutio ficta in tertii præjudicium admitti non debet.*
118 *Compensatio in detrimentum anteriorum creditorum habentium in re jus reale quæsitum recipi non potest.*
119 *Compensatio est ficta solutio, & reprobatur, ac reprehenditur* Rodoerius.
120 *Solutio realis nuncupatur illa, in qua intervenit pecunia numerata:*
121 *Numeratio, & conditio tantummodò interveniunt, quando realiter, ac manualiter solvitur.*
122 *Verba statuti de vera, ac reali solutione intelligi debent.*
123 *Constitutivum solutionis in præcisa numeratione pecuniæ consistit.*
124 *Compensatio quoad effectum liberationis habetur vera, & reali solutione.*
125 *Hypotheca resoluta, resolvitur quoque jus prioritatis.*
126 *Hypotheca remanet firma, donec per solutionem resolvatur.*
127 *Creditores anteriores per compensationem jure suo jam quæsito privari non possunt.*
128 Carleval. *in quibus dissentiat à cæteris Doctoribus.*
129 Impugnantur Latro, Giurba, & Marilianus.
130 *Compensatio in casibus, in quibus fit ipso jure ab eo instanti, à quo hinc inde cœpit deberi, suos operatur effectus.*
131 *Naturalis æquitas compensationem induxit.*
132 *Debitor sui ipsius nemo esse potest.*
133 *Præjudicium majus est illud, quod inferretur creditoribus anterioribus, si posteriores creditores in anteriorum præjudicium compensationem opponere possint, quàm patiuntur creditores posteriores, quamvis in anteriorum damnum compensare non possint, & quare.*
134 *Præjudicium potentius creditorum anteriorum efficit, ut creditores posteriores compensari non possint.*
135 *Creditores posteriores nequeunt compensare in præjudicium creditorum anteriorum: licèt compensatio objiciatur contra patrimonium decocti, cujus debitor integrum debitum solvere tenetur, & illud exigere debet suo loco, & gradu.*
136 *Creditor anterior dummodò existat nomen debitoris sibi obligatum, & non dum exactum, optimè petit super illo sibi obligato satisfieri.*
137 Impugnatur Olea.
138 *Præjudiciũ creditorũ anteriorũ, adest si possint posteriores creditores compensare, tam quando utrumque debitum proficiscitur ex eodem contractu, quàm si ex diverso descendat.*
139 *Exemplum cujusdam dubii proponitur.*
140 *Anteriores creditores propter jus reale quæsitum, quod habent in bonis debitoris communis præferuntur creditoribus posterioribus.*
141 *Jus reale hypothecæ adeo rei hypothecatæ inhærescit, ut debitor alienando, nec alteri postea hypothecando creditori hypothecario possit conferri.*
142 Olea rursus impugnatur.
143 *Proponitur quemdam casum, ac expenditur adversùs* Oleam.
144 *Calculum fieri debet inter socios ad hoc, ut sciatur, quis sit debitor, vel creditor.*
145 *Debitor communis, quando omnibus creditoribus solvere potest, tunc non est sciscitandum utrùm uni, alteris debeant præferre.*
146 *Compensatio quando debitum, & creditum ex utraque parte deficit, admitti non potest.*
147 *Dictio omnis omnia comprehendit.*
148 *Hypotheca, si non adest super quo existit, resolvitur.*
149 *Hypitheca, quamvis omnia bona debitoris desint, remanet super nomen debitoris.*
150 *Natura contractus societatis est, ut quod socius alteri socio debet inseparabile sit ab eo, quod sibi à socio debetur.*
151 *Hypotheca potest constitui debitori in parte sua fundi, quàm cum altero pro indiviso communem habet, & præsertim super illa parte, quam ei ex divisione obtigit.*

152 *Compensatio in præjudicium creditorum anteriorum à creditoribus posterioribus opponi non potest, non obstante impugnatione* Oleæ.

ARGUMENTUM

Utrùm Creditor posterior possit suum debitum compensare in prejudicium anteriorum creditorum habentium omnia bona debitoris communis hypothecata.

QUÆSTIO XVIII.

1 Abstrusa, salebrosaque hypothesis, si quæ alia in compensationis materia conspicitur, præsens hæc disputatio existimatur, cujus asperitas magnoperè Doctores angit, quorum jurgia in limitatione conclusionis sedabo, nè ampliùs ad invicem se vellicent, ac commordeant. Quapropter adoriar palestram jam intra licitos curacis solertiæ cancellos obstrusa ipsius arcana perscrutans, pervigili exquisitione sciscitans quid veriùs, quidve receptius circa hujuscemodi controversiam inveniatur, quod ut apertius intellectu nobis obtingat, & ut radicitùs disceptationem occipiamus, dignum animad-
2 versu arbitratus sum hypothecam vocem esse græcam. Quippe Græci quoque nuncupant præceptiones quasdam, & Justin. *Novell. constit.* 26. Præsidum vocat mandata. & Cicer. *lib.* 2. *ad Attic.* ait, adfert quemadmodum megeram, sed sæpiùs ad jus pignoris vox ista refertur Cicer. *lib.* 13. *Epistol. Philorci.* inquit, *Cluvio dedit jure, ut de hypothecis decedat.* Hujus verbi origo simpliciter est supponere, quod latini quoque videntur 3 imitari, cum sæpè rem pignori dicant text. in *l.* 38. *ff. de Legat.* 3. text. in *l. Final. C. Quæ re, pignor. oblig. poss.* Nam supponere pro oppignorare est in *Rubric. C. de Reb. eor. qui sub tit.* Apud Demosthenē bona pignori obligata dicuntur. Quippe quidam referunt apud Græcos morē olim fuisse, ut in prædiis oppignoratis exigerentur judices ipsius obligationis. In jure res subsignatæ dicuntur, 4 quæ sunt obligatæ text. in *l.* 5. *§. Conductores. ff. de Jur. immunit.* text. in *l. Ultim. C. de Administr. tutor.* Est enim hypotheca res omnis creditori pro debito obligata, ut latè Gregor. *Syntagmat. jur. lib.* 23. *cap.* 5. *num.* 4. Differt à pignore, quia 5 pignus dicimus, cum ita res pignori obligatur, ut simul quoque possessio creditori tradatur. Hypotheca non transit possessionem in creditorem text. in *l. Si rem. §. Propriè. ff. de Pignorat. act.* text. in *§. Item Serviana. Institut. de Act.* Et ut quæ ad quæstionis resolutionem attinent pleniùs adjiciantur scitu necessarium arbitror, hypothecarios creditores quales esse, quotque privilegiis gaudeāt. Creditores sanè hypothecarii dicuntur 6 illi, qui debitoris res habent obligatas text. in *l. Eos. C. Qui potior. in pign. hab.* Hujusmodi hypothecarii creditores tria in jure habēt privilegia. Primum privilegium est prælationis, quod competit 7 eis antequam solutio fiat, & deservit, ut sint in concursu potiores Mendus *Epitom. opinion. moral. verbo. Creditor.* Idest in re hypothecæ subjecta, & quantùm ea se extenderit. Cui juri correspondent *tit. ff. & C. Qui potior. in pign. vel hypoth. hab.* Secundum est jus, ac re- 8 medium revocatoriæ post solutionem factam posteriori creditori, de quo agitur in *l. Ultim. §. Et si præfatam. vers. Sin verò heredes. C. de Jur. deliber. l. Pecunia. C. de Privileg. deferre*, & *l. Titio. ff. de Jur. fisc.* Tertium est remedium ex conditione ex lege, quod illis competit adversùs posteriorem creditorem, qui postquam in solutione fuit indebitè 9 prælatus rem consumpsit, contra hunc datur creditori privilegiato actio ad valorem rei textus expressus & formalis in vi-

dicta *l Final. § Et si præfatam. vers. Sin verò hæredes. C. de Jur. deliber.* Sed ne diu extra institutum versemur, redeamus in viam, ut lassi calami navis perveniat in portus suos, ut dicebat Ovidius *lib. 3. de Arte amand.*

Sed repetamus iter nudis mihi rebus agendum est.
Ut tangant portus fessa carina suos.

10 His sic positis hujus quæstionis casus sic figuratur à Carleval. *de Judic. lib. 1. tit. 3. disputat. 27. num. 1.* A. debitor B. in centum, est creditor ejusdem in aliis centum B. habet creditores C. & D. anteriores, quam A. C. & D. dirigunt actiones suas adversùs A. tamquam debitorem debitoris sui. A. defendit se exceptione compensationis dicens se velle compensare centum, quæ illi debet B. cum centum debitis à se; dubium est an possit objicere hanc compensationem in præjudicium C. & D. creditorum anteriorum? Brevius verò exponitur à Gaito *Tractat. de Credit. cap. 4. quæst. 7. num. 955.* v. g. Si sim debitor tui in 500. & ex alia causa sim creditor tui in aliis 500. & Fabius est utique creditor tui, me autē anterior in aureis 500. cum hypotheca universali omnium bonorum. An ergo in istis 500. præferam per compensationem, in præjudicium Fabii creditoris anterioris? et duplex est Doctorū opinio.

11 Prima est affirmativa, videlicet quod sit locus compensationi favore debitoris posterioris, in præjudicium creditorum anteriorum habentium bona debitoris communis hypothecata, quam opinionem affectantur, insequuntur, ac docent Larrea *allegat. 87. num. 3.* Luca *de Regalib. discurs. 26. num. 7. & discurs. 116. num. 2.* Rossignol. *de Camb. 2. disputat. 3. §. 13. num. 3.* Manfrella *Observ. ad Latr. decis. 25. num. 16. & decis. 124. num. 17.* Saminiat *Controvers. Forens. 29 num. 9. & num. 11.* Guzman. *Veritat. 16. num. 23.* Rodoer. *consil. 45. num. 40* Sccac. *de Commerc. § 2. gloss. 5. num. 417. & 424* Chartar. *decis. 62.* Latro. *decis. 15. num. 27. lib. 1.* Urceol *Consult. Forens. cap. 61. num. 2.* Asinius *de Exequutionibus. §. 7. cap. 62.* Gait. *de Credit. cap. 4. quæst. 7. num. 356.* Gratian. *Discept. Forens. cap. 988. num. 1.* Angelus *consil. 249. num. 1. in fin.* Luca *de Credit. discurs. 46. num. 12. & discurs. 48. num. 6.* Bersan. *de Compensat. cap. 3. quæst. 10. num. 14.* Carleval. *de Judic. lib. 1. tit. 3. disputat. 27. num. 1.* Ricc. *collect. 118. vers. Item num debitor.* Olea in *Addit. ad tract. de Cess. jur. ad tit. 6 quæst. 11. num. 1.* Giurba. *observat. 106. num. 9.* Bersan. *de Compensat. cap. 3. quæst. 24. num. 18.* Theodor *allegat. 69.* Afflict. *Controv. jur. cap. 28. n. 49.* Luca ad Franch. *decis. 53 num. 2.* Hujuscemodi quoque opinionem, quoad forum poli amplectuntur Comitol. *Respons. moral. lib. 3. quæst. 38.* Mendus *Epitom. opinion. moral. verbo compensatio num. 2.* Serra. *2. 2 quæst. 62. art. 8.* Lublin. *verbo. Pecunia n. 17.* Mendus *Statera Benignar. opinion. differt. 6. quæst. 4 num. 1.* Fernandez. *Exam. theologic. annotat. part. 4. cap. 5. §. 13. num. 4.* Diana *Oper. moral. tom 6. tractat. 3. Resolut. 153. §. 2 & Resolut. 154. §. 1.* Homobon. *Exam. Eccles. part. 2. tractat. 10. cap. 3. quæst. 6. casu. 7.* Joann. de la Cruz. in *Director. part. 1. præcept. 7. artic. 8. dub. 2. concl. 3.* Machad. *Perfect confessar. tom. 1. lib. 2. part. 3. tract. 23. document. 5. n. 9.*

Hi quidèm Doctores eorum opinionem pluribus fundaminibus suffulciūt, aliquibus etiam rationibus innititur. Prima hauritur ex eo, quod quoties is, qui compensare peroptat, si compensatione non oppositâ, aliquod pateretur damnum, tunc compensatio fit ipso jure absque objectione partis ad hoc, ut qui beneficio compensationis, uti poterat incommodo aliquo injustè afficiatur ut attestatur Donell. *Comm. jur. civil. lib. 16. cap. 15 col. pen.* Valenzuel. *consil. 78. num. 30* Gregor. *Syntagmat jur. part. 3. lib. 21. cap. 22. num 2* Rodriguez. *de Ann. reddit. lib. 19 cap. 2.* Gigas *de Pensionib. quæst. 91. num. 7.* Barbos. in *l Si constat. 4. num. 22. C. de Compensat.* Theodor. *allegat 69. num. 9* Altimar. ad Rovit *observat. 60. num. 3. lib. 1.* Tepat. *Variar Sentent. tit. 160. cap. 2.* Barbosa. in *l Divortio. § Ob donationes num. 31. & §. Final num. 23. part. 2 ff. Solut. matrim.* Molina *de Justit. & jur. tractat. 2. disputat. 560. num. 1.* Hermosill. in *l. 10. tit. 1. part. 5. gloss. 4 num. 210.* Flores de Mena ad Gamm. *decis. 61. num. 2.* Pichard. in *§. In bonæ fidei. num. 45. de Act.* Carleval. *de Judic. tom. 2. lib. 1. tit. 3. disputat. 27. num. 4.* Salgad. *Laberynt. credit. part. 2. cap. 28.* 12

num.23.& 24.Castill.*Contr.jur.lib.4.cap.*
13 40.*num*.113.Sed si in nostro casu non admitteretur compensatio, posterior debitor pateretur damnum, quoniam amitteret debitum, dum creditores anteriores sui creditoris auferrent omnia bona ejus, & postea ab eo exigere vellent, quod creditori suo debet, tamquam à debitoris debitore, quem à compensatione immunem invenirent Salgad. *Laberynt.credit.part.*2.*cap.*18.*num*.24.Bersan. *de Compensat. cap.* 3.*quæst.* 10. *num*.28. & *num*.34.& 35. Carleval. *de Judic. tom.* 2. *lib.*1.*tit.*3.*disputat.*27.*num*.4.*in fine*. Gait. *de Credit.part*.4. *quæst*. 7. *num*. 357. Ergo ad hoc ut damnum non patiatur debitor ipso jure profectò est admittenda cõpensatio; quippe post compensationem factã creditoris posterioris nomen evanescit, & extinguitur, taliter ut creditores anteriores prætextu hypothecæ,
14 quam in bonis communis debitoris habent, quidquam exigere possint stante compensatione, quæ quoad effectum liberationis à vera solutione non differt text. in *l*. 4. *C. de Compensat.* text. in *l. Debitor.ff.Qui potior.in pign.hab*.text.in *l. Amplius non peti* 15.*ff. Rem ratam haber.* Quæ solutio sicuti equidèm tollit quemlibet actionem, & hypothecã creditori competentem argument. text. in *Princip.Institut.Quib.mod.tollit.oblig.* Ita quoque, & compensatio, prout solutio est text. in *l*.1.*ff. de Compensat.* text. in *l. Si constat*.4.*C.de Compensat*.text. in §. *In bonæ fidei*.& §.*Compensationes. de Act.*
15 Secunda depromitur, eò quia si hujusmodi creditor declarat se cõpẽsare velle, compensare potest, quippe ea hominis factum exposcunt ad compensationem ineundam, nullum aliud factum eupiunt, nisi voluntatis compensare volentis declarationem Tynd. *de Compensat. artic*.6.*num*.47.Cujac.*lib*.8.*Observat. cap.* 56 & *ad Julium Paulum lib.*2.*Sentent.tit.* 5.*ad finem*. Corras in §.*In bonæ fidei. num.* 10.& 11.*de Act.* Rodoer. *consil.* 45.*n.* 25. Carleval.*de Judic.lib.*1.*tit.*3. *disputat.* 27. *num.* 5. Gregor. *Syntagmat jur. univers. part.*3.*lib.*21.*cap.*22.*num.*2. Vultej. in §.*In bonæ fidei.num.*3.*de Act.* Ossuald. ad Donell *lib.*16.*cap.*15.*litera.FF.* Hothoman. *Epitom.lib.*16.*tit.*2.*num.*8. Treutler. *Selectar.disputat.vol.*1.*disputat.*25.*thes.* 10. *litera. F.* Wessembec. *Paratitl.lib.* 16. *tit.* 2. *num*.8. Bronchorst.in *Conciliat. cent.* 1. *assert.*81. Wissembach. in *l.Final.C.de Cõpensat.* Ergo si hic debitor creditum cum debitore suo compensare velit ipso jure fiet, compẽsatio, & suũ effectum sortitur, ipsa quoque compensatio in præjudicium creditorum anteriorum, qui juris beneficii effectum impedire non poterunt. Præcipuè si velit ab initio 16
compensare priusquam adhibeantur illa quatuor impedimenta, de quibus est text. in *l.*3.*C.de Novat.* Hoc est litis contestatio, partis debiti receptio, denunciatio, & delegatio, ut animadvertunt Gratian *Discept.Forens.cap.*356.*num*13. Carleval.*de Judic.lib.*1.*tit.*3.*disputat.* 27. *num.*5.*in fine*.Surd.*consil.*82.*num.*29.*lib.*1.

Tertia eruitur, quoniam si nomen de- 17
bitoris creditor suis creditoribus hypothecavit, tantùm hypotheca durat, quãtùm ipsum nomen, & quatenus obligatio vivit primi debitoris dumtaxat, ita ut per solutionem, nomen, & obligatio extinguatur, & per consequens hypotheca super eo imposita. Quippe solutione ejus, quod debetur omnis tollitur obligatio text. in *Princip. Institut. quib. mod. tollit. obligat.* Tam principalis, 18
quàm accessoria, fidejussoria, & hypothecaria, quoniam eum principale non subsistat, nec ea, quæ sequuntur locum nancisci queũt text. in *l.Creditorẽ*.7.*C.de Remiss.pignor.*text.in *l. Labeo. ff. de Pact.* text. in *l.Pen.C.de Solut.*text. in *l.Solvitur hypotheca.* text. in *l.Liberatur pignus. ff. Quibus mod.pig.vel hypothec.Solvat.* text. in *l.Fænerator ff.de Nautic.fænor.* Nã re extinctâ pariter extinguitur hypotheca, juxta tradita à Salgad. *Laberynt.credit. p.*2. *cap*.27. *n*.36. Sed sic est, quod eò ipso quod primus debitor creditori suo, à liquam mutuavit quantitatem, ex aliâ causâ diversa, ita ut simul effectus fuit debitor, & creditor, compensatione mediante, solvisse intelligitur cum compensatio fiat ipso jure Donell.*Comm.jur.* 19
*civil.lib.*16.*cap.*15.*col.*7. Hothoman. *de Verbo Ipso jure.*Cujac.*lib.*8.*Observ.cap.*16. Duaren.*de In litem jurand.vers. Est in bonæ fidei num.*15.Gorsus *lib.*3.*Indagat.cap.* 4.*num.*6.Gutierrez. *de Jurament. part.* 3.
cap.

*cap.6.num.*1. Jul. Pac. *lib.* 16. *Isagoc. tit.* 2. *num.*12. Diego. *Opuscul. de Compensat. fol. mihi* 34. *in fine.* Hahnius ad Wessembec.
20 *lib.*16. *tit.*2. *num.*9. Quapropter sua extincta, ac perempta equidèm fuit obligatio, atque creditum super quo creditores primi creditoris hypothecam habebant fuit resolutum: Ergo nullam prælationem creditores prætendere possunt in credito sibi hypothecato, cum eorum hypotheca perierit, & unà cum credito per solutionem fuit resoluta, & aufertur creditoribus anterioribus jus adversùs creditores in obligatione comprehensos Carleval. *de Judic. lib.*1. *tit.*3. *disputat.*27. *num.* 3. Bersan *de Compensat. cap.* 3. *q.*10. *n.*5. Sccac. *de Comm. cap.* §.2. *gloss.*5. *num.*431.

21 Quarta extruditur, quia creditor posterior ad cujus potestatem pervenit aliqua pecuniæ quantitas debitoris communis, eam pro compensatione, non obstantibus creditoribus, retinere potest, ut fatentur, ac amplectuntur Trullench. in *Decalog. tom.*2. *lib.*7. *cap.*4. *num.* 5. Machadus *de Perfect. confessar. tom.* 1. *lib.* 2. *part.* 3. *tractat.* 23 *docum.* 5 *num.* 9. Bersan. *de Compensat. cap.* 3. *quæst.* 10. *num.* 23. Mendus *Epitom. opinion. moral. verbo Compensatio. num.* 2. & *in flater. benignar. opinion. dissertat.* 6. *quæst.* 4. *num.* 26. Fernandez. *Exam. theolog. moral. part.* 4. *cap.* 5. §.13. *num.* 4. Guillelm. Dunozet. *decis. Rot. Roman.* 133. *num.* 3. Ergo à fortiori retinere poterit debitum, quod favore communis debitoris habet pro compensando illo cum suo credito; quamvis adsint creditores anteriores.

22 Quinta evincitur, quoniam per compensationem initium præscriptionis impeditur, quia in hoc casu fit ipso jure Gutierrez *de Jurament. part.* 3. *cap.* 1. *num.* 21. Ancharan. *consil.* 5. *num.* 5. Niger. *de Except. cap.* 13. §. 4. *num.* 36. Tepat. *Variar. sentent. tit.* 160. *col.* 2. Bald. *de Except. part.* 6. *num.* 20. Mohedan. *de Except. decis.* 3. Costa. *de Retrotract. casu.* 4. *cap.* 9. *num.* 13. Bart. in *l. Si constat* 4. *C. de Compensation.*

23 Unde si tu mihi decem debes, & ego postea debitor tuus efficior in totidem, profectò si non peto decem, quæ mihi debes adversùs me non præscribes, quonia m non fui negligens, ex quo sciens agere intendo me compensationis exceptione repelli posse Gomez *tom.* 1. *var. cap.* 11. *num.* 10. Gutierrez. *de Jurament. part.* 3. *cap.* 1. *num.* 21. Scacc. *de Commerc.* §.2. *gloss.* 5. *num.* 427. *ad finem.* Covarruv. *Practic cap.* 25. *num.* 4. Ergo eodem modo offirmandum est, per compensationem factam ipso jure impediri exactionem crediti, creditoris anterioris.

Sexta ratio effluit ex eo, quia compensatio est exceptio realis inhærens rei Bersan *de Compensat. cap.* 3. *quæst.* 10. *num.* 42. Mejerus *colleg. Argentorat. totius jurisprudent. lib.* 16. *pandect. tit.* 2. Quapropter competit fidejussori ex persona rei principalis text. in *l.* 4. & 5. *ff. de Compensat.* Quæ penitus competeret si esset personalis, & non realis text. in *l Exceptiones* 7. *ff. de Except.* Faber. *lib.* 12. *Conject. cap.* 9. Costa. *de Reintegr. distinct.* 7. *num.* 12. Olea. *de Cess. jur. tit.* 6. *quæst.* 11 *num.* 22. Bachovius ad Treutler. *vol.* 1. *disput.* 25. *thes.* 10. *lit. D.* Quam ob causam transit in quemcumque possessorem, etiam singularem, nec aliter potest peti creditum: nec agi ad creditum, cui compensatio obstat; nisi habeatur ratio oneris injuncti, quod ab illo separari nequit juxta tradita à Bersano *de Compensat. cap* 3. *quæst.* 6. *num.* 16. Ideoque quemadmodum debitor communis, qui ad suum creditum optat agere per objectam compensationem repellitur; itaut ubi tale creditum exigitur à creditore creditoris, obstabit etiã compensatio injũcta prædicto credito. 24

Septima hauritur ex eo, quod debitor, qui nomen debitoris, vel censum sibi debitum creditori suo hypothecavit; potest justè census redemptionem admittere, & nominis solutionem eique à suo debitore rectè fit solutio, etiam inscio, & non citato creditore habente in nomine, aut censu hypothecam, quæ ob talem solutionem extinguitur, & evanescit argumenr. text. in *princip. Institut. Quib. mod. tollit. oblig.* Garcia. *de Hypothec. post contractum. num.* 13. Rodriguez. *de Ann. Redditib. lib.* 1. *quæst.* 18 *num.* 53. Et faciunt notata à Cyno, Alberico, & Salyceto in *l.* 1. *C. Si antiquior. creditor.* 25

Octava sumitur ex textu in *l. Si cum* 26 *filio*

filiofamilias.ff.de Cōpensat. Ubi adversùs filiumfamilias obligatum pater agebat ex causa societatis initæ, occasione peculii; at minimè auditus fuit ob compensationem debiti, quod in filio supervenerat ex eadē societatis causa, favore debitoris à patre conventi, non obstante quod pater esset creditor anterior. Vel sic prædicti textus species effingi potest. Filiusfamilias, qui patris permissu peculium habebat cum Titio societatem contraxit; Titius centum filiofamilias debere incæpit, deinde alia centum Titio filiusfamilias. Pater verò agebat adversùs Titium pro illis centum, quæ filio debebat. Titius patri compensationem objiciebat aliorū cētum, quæ filius ei ex eadem societate debebat. Pater tunc compensationem in sui præjudicium admittendam non esse rebatur; at nihilominus tamen J.C. compensationi locum esse firmavit; & excipiendo Titius consequutus fuit, quod minimè agendo adipisceretur.

27 Nonam sanè conspicitur, eò quia debitor, qui postea simul effectus fuit creditor sui creditoris pro securitate obligantis omnia bona sua, & actiones, sub qua obligatione includitur nomen illud, quod antea debebat; præferendus est omnibus creditoribus, etiam anterioribus, & hypothecariis per compensationem ipso jure factam, juxta text. in *l. Si constat 4. C. de Compensat.* text. in *l. Verum 4.* text. in *l. Posteaquam 21. ff. de Compensat.* text. in *§. In bonæ fidei. de Act.* Nam eò ipso, quod de-
28 bitor nominis hypothecati creditor effectus fuit, in nomine ipso suam amiserunt hypothecam, extincto nomine per solutionem fictam, ut est compensatio text. in l. *Debitor 4, ff. Qui potior. in pignor. hab.* text. in *l. Nomen quoque. C. Quæ res pign. oblig. poss.* Ratio est, quia qualitas non potest esse sine subjecto. text. in *l. 4. §. Final. ff. de Act. empt.* text. in *l. Final. C. de Collat. bonor.* text. in *l. Nullam. §. Si absentis. ff. de Petit. hæreditat.* text. in *l. Pomponius. §. Final. ff. de Acquir. possess.* Et sic neque prælatio sine hypotheca semel sublata, & resoluta, prior debitor nominis apud seipsum compensavit, & sibi ipsi solvit, ejusque creditor ex mutuo recepto obligationem delevit.

Decima porrò elicitur, quoniam si 29 debitor denunciationis tempore creditor sui creditoris præexistebat, non est profectò impediendus in faciendā sui debiti compensatione absque obligatione solvendi illud denuncianti juxta tradita à Bersano *de Compensat. cap. 3. quæst. 6. num. 19.* Quod locum vindicat favore debitoris cessi contra cessionarium: Ergo ita ob eandem rationem dicendum est in nostro casu, admittendum esse favore posterioris creditoris cōtra anteriores, quibus nomen ejus à communi debitore fuerat obligatum Luca ad Franch. *decis. 53. num. 4.* cum ibi relatis. Bersan. *de Compensat. cap. 3. quæst. 10. num. 22.* Rosignol. *de Cambiis. disput. 3. §. 13. num. 3.*

Undecima denique ratio pernosci- 30 tur ex eo, quod debitor habens plures creditores personales, vigilantibus solvere tenetur, etiam in aliorum præjudicium text. in *l. Quod autem 6. §. Sciendum 7.* text. in *l. Si pupillus 24. ff. Quæ in fraud. creditor.* text. in *l. Inter eos 19. ff. de Re judicat.* text. in *l. Si non expedierit 6. §. 1. ff. de Reb. authoritat. Judic. possid.* Quia jus vigilantibus, & non dormien- 31 tibus subvenit text. in *l. Non enim ff. Ex quib. caus. major.* text. in *l. Final. ff. de Edend.* text. in *l. Quod fortè & l. Si infinita. §. Si quis metu. ff. de Damn. infect.* Sed in nostro casu debitor posterior est cæteris vigilantior: Ergo communis debitor rectè ei solvere poterit in præjudicium aliorum creditorum.

Ast his omnibus minimè reluctanti- 32 bus, contrariā sententiā amplectendam esse suademur ex subsequentibus fundamentis; cum hæc opinio sit communiori Doctorum suffragio recepta, videlicet, quod creditor posterior nequeat suum debitum compensare in præjudicium creditorum anteriorum habentium pro suorum creditorum securitate hypothecata omnia bona, tam præsētia, quàm futura, omnesque actiones, ac nomina debitorum, communis debitoris; in cujus bonis fit per ejus creditores concursus, & hanc negativam opinionem communiorem, ac tutiorē esse

eſſe tam in foro fori, quàm in foro conſcientiæ teſtantur, ac amplectuntur Faber. *C.lib.4.tit.23.definit.3.* Aſinius. *de Execut.§ 7.cap.65.* Caſtill. *lib.4.Controverſ jur.cap.40.num.116.* Salgad. *Laberynt.credit.part.2.eap.3.num.31.& cap.28 num.35.* Balmaſed. *de Colleƈt. quæſt.110. num. 8.* Rodriguez. *de Ann. redd. lib.2. quæſt.18. n. 2.* Mendus. *Epitom.opinion. moral.verbo.Compenſatio. num.1.* Frãch. *deciſ.53.* Gutierrez. *conſil.19* Rota Genuenſ. *deciſ.190.num.19.* Thor. *Compend. deciſ.part.1.verbo.Compenſatio.* Coſta *de Privileg. credit. Regul 3. ampliat.64. num.21.* Seſsè. *tractat.de Inhibit.§.7.cap.5.num.10.* Rota apud Farinac. *deciſ.203. num.2.* Laderch. *conſil.164. num.11. ad fin.* Pellic. in *Conſuetud. Averſ.cap.7.num.116.* Ricc. & Novarius ad Franch. dicta *deciſ.53.* Andreol *Controv. jur. eap.219.num 7.lib 3* Roccus. *Reſponſ. legal. tom.1. in notis. de Decoƈtione mercator. num.299.* Arias de Meſa. *Variar. Reſolut.cap.50. num.37. verſic. Multo minus. lib.3* Bald. in *l.final C.de Compenſationib.* Pratus. *Diſceptat. forenſ. cap.6. n. 29. & 30 tom.3.* Zamoran. *de Compenſat. diſputat.8.cap.6.num.4.* Angel. *conſil.259.num.1 ad finem.* Poſth. *Reſolut.civil.Reſol.121* Marinis ad Reverter. *deciſ.443. in obſervat.num 4.verſic.Contrariam.* Gizz. ad Latrũ. *deciſ.25.* Urceol. *Conſultat.forenſ. cap.61.num.19.* Anna. *allegat.80. num.8.* Tondut. *Quæſt. Civil. part.1. quæſt.46. num.12. & part.2.eap.168.in fine.* Cyriacus *Controverſ.jur. tom.2.controverſ.224. num.13.* Roca apud Farinac. *deciſ.703. num.1.* Cuman. in *conſil.172.* Noguerol. *allegat.11.num.139.* Molina. *de Juſtit. & jur.tom.2 diſputat.536 ad medium.& tom.3.diſputat.760.* Larath. *conſil.39 num.11.* Layman. *tom.1 de Juſtit. & jur. ſect.5. tractat.2.cap.11.num 4.* Rocca. *Diſputat. jur.ſelectar.cap. 147. n. 4.* Mendus. *Statera benignar.opinion diſſertat.6.quæſt.4. num.29.* Sabelli. *Summ diverſ.tractat. §. Debitor. num 82. & §.Creditor. num.36.* Rota. *deciſ 703 part.3.* Magon. *Deciſ. Lucenſ.1. num.25.* Creſpi de Valdaura. *obſervat.116. num.92.* relatus ab Olea loco inferius citato. Staiban. Jun. *Reſolut. 80.num 9.lib.1.* Cotta. *de Retrotraƈtion. cap.9.caſu.4.num.12.* Rota. *deciſ.442.num.11.& deciſ.473 num.23.& 24.part 9. tom.2.* Latro. *deciſ.25.num.27.* Olea. *de Ceſſion. jur.tit.3.quæſt.9. num.11. & tit.6. quæſt.11.num.27. verſic. Alius verò diſtinctionis.* Balduc. ad Ramon. *conſil.36.num.32* Meli. *obſervat.112.num.18.* Rota apud Zacch. *de Salar.deciſ.59.num.25.* Cancer. *Variar.Reſolut.lib.2 cap.6.num.83.* Rota apud Cenc. *de Cenſib.deciſ.160. num.10. ad finem.* Bald. & Salycet. in *l.Siquidem. ff.de Tranſact.* Bellon. *deciſ.190.num.19.* Alban. quem refert, ac ſequitur Aſin. *de Execut.§.7. cap.65.* Eſcobar. *de Confeſſar.ſollicit.ad Vener.part.2 quæſt.3. §.3.num 49.* Afflict. *Controverſ.jur. cap.41. num.27.* Galeota. *controverſ.jur.lib.2.cap.63.num.11.*

Hujus verę concluſionis rationes sũt 33
ſequentes. Prima depromitur ex illa regula juris, qua habetur, quod prior in tempore eſt potior in jure text. in *l.Qui balneum. ff Qui potior.in pignor.hab.* text. in *l.Diſtractio.cum ſequẽtibus. C.de Pign.* text. in *l.Potior ff Qui potior. in pign.hab.* text. in *l.Si fundum. C.eod.tit.* text. in *cap. Qui prior 54.de Regul jur.in 6.* Quò forſan alluſit Ovid. *Epiſtol.8. Heroid.*

> *At pater Æacidæ promiſerat inſcius acti*
>
> *Plus quoque, qui prior eſt ordine, poſſit avus.*

Et hoc procedit tam in agendo, quàm in excipiendo, & replicando text. in *l. Creditor, qui potior. la ſegunda. ff. Qui potior.in pignor. hab.* Sed creditor hypothecarius in noſtra facti ſpecie eſt creditor anterior, & ſic potior in tempore. Ergo in ſolutione cæteris poſterioribus eſt præferendus, juxta latè tradita à Salgad. *Laberynt.creditor.part.3.cap.14. per tot.*

Secũda pernoſcitur eò quòd cõpenſa- 34
tio eſt ſolutio text. in *l.Si conſtat 4. C.de Compenſat.* text. in *l. Debitor 4. ff. Qui potior.in pign.hab.* text. in *l. Vel permutavit.ff.de Liberali cauſa.* text. in *l.Si peculiũ §.De illo. ff.de Stat liber.* text. in *l.1.ff.de Compenſat.* text. in *l.Amplius non peti. ff. Rem ratam hab.* Quæ compenſatio non 35
admittitur, ubi locum non habet ſolutio Bellapertic. & Bald. in *l Final.num.12.verſic.Sed hodie dubitatur. C.de Compenſat.* Faber. *C. lib.4. tit.23. definit.11.*

Ricc.

Ricc.*Collect.decis.*305.*in princip* Olea *de Cess.jur.tit.*6. *quæst.*11. *num.*26. Urceol. *Consultat.forens.cap.*61.*num.*23. Salgad. *Laberynt.creditor. part.*3. *cap.*6. *§.Unic. num.*40. *& cap.*28. *num.*37.*part.*2. Cancer.*Variar.Resolut.part.*2.*cap.*3. *num.*59. Cenc.*de Censib.quæst.*88.*num.*6. *versicul. Hic autem*. Rocca. *Disputat.jur. select.* 147.*num.*6. Imol.in *l.*1.*num.*9. *versic. Et quod dixi de Compensatione. ff. de Solut.* Grarian. *Discept. Forens. cap.* 515. *num.* 46.Laderch.*consil.*164.*num.*10.Surd.*consil.*246. *num.*12. Sed solutio non potest

36 fieri posteriori creditori in bonis debitoris communis in præjudicium creditorum anteriorum text. in *l Debitorem. C.de Pignorat.act.* text. in *l.Sicut. §.Non videtur. ff. Quib.mod.pign. vel hypothec. solvat.* text.in *l.*1.*C.Debit.vendit.pignor. imped.non poss.* text. in *Authentic. Hoc ita. C.de Pign.act.* Ut notant,ac attestatur Solis *de Censib.tom.*2.*lib.*3.*cap.*2.*num.* 14. Valenzuel. *consil.*56. *num.*49.*lib.*1. Giurb *decis.*61.*num.* 21. Fontanell. *de Pact.nupt.clausul.* 5. *glos.* 8.*part.* 7. *num.* 32.Guzman.*de Evict.quæst.*34. *num.* 45. *&* 49.Rocca.*Disputat.jur.select.cap.* 147. *num.*7.Bellon.*consil.*36.*num.*6.Giurb. *decis.*24. *num.* 4. Salgad. *Laberynt. credit. part.*3.*cap.* 8. *& part.* 1. *cap.* 10. *num.* 43. Bersan.*deCompensat.cap.*3.*quæst.*10.*num.* 10.Ergo nec admittenda cõpensatio; cũ eadem militet ratio, & ubi militat eadem ratio,ibi eadem debet esse juris dispositio text. in *l.Illud.ff. ad Leg. Aquil.* text.in *l.Illud.C.de Sacros.Eccles.*text. in *l.Si postulaverit.§.*2. *de Edend.* text. in *l. Natura.§.Final.ff.Naut.Capon.& stabul.*

37 Tertia induci potest, quia nomen hujus debitoris,qui quoque est creditor, creditoribus anterioribus est quidẽm hypothecatum sub bonorum generali hypotheca,quę nomina omnia debitorũ etiam cõprehẽdit text.in *l.Si convenerit.*18.*ff.de Pignor.act.* text. in *l. Nomen. quoque* 4 *C.Quæ res pign.oblig.poss.*Ergo in ea sunt præferendi creditores anteriores juxta regulam text.in *cap. Qui potior.* 54. *de Reg.jur.in* 6.Carleval.*de Judic.lib.*1.*tit.* 3.*disputat.*27.*num.*6.Bersan.*de Compensat. cap.* 3. *quæst.* 10. *num.* 9. Et sicut debitor creditoris obligati aliis creditoribus, nequit post denunciationem factam illi solvere,ad hoc ut nè solvat secundùm text. in *l.*3. *C.de Donat.* text. in dicta *l.Nomen quoque* 4.*C Quæ res pign.oblig.poss.*Ita nec etiam poterit compensare ob fraudem præsumptam; juxta tradita à Zamoran. *de Compensat. disputat.*8.*cap.*6.*num.*5.

Quarta quoniã si in hoc casu locũ sibi 38
adsisceret compensatio in præjudicium creditorum anteriorum, sequeretur absurdum, videlicet, quia fieret creditoribus anterioribus injustitia Mendus *Stater.benignar. opinion. dissertat.* 6. *quæst.* 4. *num.* 29. *in fine.& Epitom. opinion. moral. verbo Compensatio num.*1. Zamoran. *de Compensat. disputat.*8.*cap.*6.*num.*4. *in fine.* Diana *Oper.moral.tom.*6.*tractat.*3. *resolut.* 209.§.8. à contrario sensu, & expressius in §.9.Escobar.*de Confessar.sollicit.ad Vener.part.*2.*quæst.*3. §. 3. *num.* 49. Ergo ad 39
hocut vitetur absurdũ rejiciẽda porrò est compensatio in præjudicium creditorum anteriorum, cum in jure ab absurdo vitando valeat argumẽtum text.in *l. Scire oportet.§.Aliud.ff. de Excusat. tutor.* text.in *l.Nam absurdum.ff.de Bon liberator.*text.in *l.Sive hæreditaria.in fine. ff. de Negot.gest.*text.in *l.*1.*§. Unde quæritur.ff. de Public.* text. in *l. Ita vulneratus. vers. Quod si quis absurdè.ff.ad Leg.aquil.*

Quinta. Debitor compensando de- 40
bitũ cũ posteriori creditore,noceret creditoribus anterioribus, eis detrahendo jus jam quæsitum; sed debitor sive cedendo,sive hypothecando, sive alienando; vel insolutum dando proprium, creditorum juri quæsito nihil detrahere potest; sed semper jus eorũ intactum,ac illæsum manet ad eadem bona, & jura alienata adversùs quoslibet persequendum text. in *l. Debitorum.C. de Pignorib.* text.in *l.*2.*C.debitor.venditor.pign.impedir. non poss.* text. in *l. Etiam & l.Qui solidam §.Final.ff.de Legat.*2. text. in *l. Distractis & authentic.Hoc ita.C.de Pign.*text. in *l. Si prior.§.Final.ff.Quib.mod.in pign.hab.*text. in *l.Debito.C.de Pignorib.* text. in *l. Sicut. §.Non videtur ff.Quib.mod. pign. vel hypothec.solvit.*text.in *l.Pignoris.C.de Pignorib.* text.in *l.Filiusfamilias.§. Divi.el sequndo. ff.de Legat.*1.Ut animadvertunt,asserunt ac amplectuntur Fontanell.*de Pact.nupt. clausul.*5.*glos.*8.*part.* 7. *num.* 19. Salgad. *Laberynt. credit.part.* 2. *cap.* 12. *num.* 22 Giur-

Giurb. *decis.* 24. *num.* 4. Solis *de Censib. tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 1. *num.* 14. Gambara *consil.* 12. *num.* 10. & *consil.* 28. *num.* 13. Socin. Jun. in dicta *l. Filiusfamilias. §. Divi num.* 32. *ff. de Legat.* 1. Natta. *consil.* 147. *num.* 22. & *consil.* 528. *num.* 30. Bellon. *consil.* 36. *num.* 4. Peguera. *decis.* 106. *num.* 2. Guzman. *de Evict. quæst.* 34. *num.* 45. &
41 49. Cum factum debitoris nullum possit creditoribus suis præjudicium afferre text. in *l. Debitoris* 25. *C. de Pact.* text. in *l. Debitorem.* 15. *C. de Pignorib.* text. in *l.* 1. *C. Debitor. evict. pignor. imped. non poss.* text. in *l. Si pater. §. Final. ff. qui potior. in pign. habeatur.* text. in *l. Sicut. § Non videtur. ff. Quib. mod. pign. vel hypothec. solvit.* Quippe aliàs in debitoris foret potestate, creditores suos fraudare, ac eludere contra id, quod habetur in *tit. ff. Quæ in fraud. credit. & tit. C. de Revocand. iis. quæ in fraud. creditor.* Ergo nec etiam per compensationem anterioribus creditoribus communis debitor nocere potest.
42 Sexta. Si compensatio in hoc casu locum nanciscitur, per fictionem tertio præjudicium fieret, quia compensatio est solutio ficta Covarruv. *part.* 1. *cap. Quamvis pactum. §.* 4. *num.* 15. *de Pact. in* 6. Giurb. *ad Consuetud. Messan. cap.* 2. *glos.* 16. *part.* 1. *num.* 9 Zamoran. *de Compensat. in præfat. num.* 2. Christinæus. *Decis. Belg.* 177. *num.* 6. Escobar. *de Ratiocin. comput.* 14. *num.* 16. Valenzuel. *consil.* 156. *num.* 78. Crot. *consil.* 139. *num.* 7. Tynd. *Opuscul. de*
43 *Compensat. artic.* 3. *num.* 3. Sed fictio in tertii præjudicium non est admittenda text. in *l. Stipulatio de Dote. ff. de Jur. dot.* Gloss. in *cap. Quia nostra de Privileg.* Gutierrez. *de Gabell. quæst.* 88. *num.* 22. Bersan. *de Compensat. cap.* 3. *quæst.* 10. *num.* 13. Salgad. *Laberynt. credit. part.* 2. *cap.* 28. *num.* 41. Cancerius. *Variar. Resolut. part.* 2. *cap.* 3. *num.* 61. Rodriguez. *de Ann. redd. lib.* 2. *quæst.* 19. *num.* 2. Franch. *decis.* 53. *num* 10. Rocca. *Disputat. jur. selectar. cap.* 147. *num.* 8. Mantic. *de Tacit. & ambig. convent. lib.* 15. *tit.* 6. *num.* 15.
44 Septima. Si hic admitteretur compẽsatio procul dubio esset facta in fraudem creditorum anteriorum habẽtium in illâ re jus reale prælationis jam quæsitum. Ergo si est in creditorũ anteriorum fraudem est injusta cõpẽsatio, & rescindenda secundùm text. in *l. Si quis cũ haberet. ff. Quæ in fraudem creditor.* text. in *§. In fraudem. Institut. Quib. ex caus. manumitt. non liceat.* Nec ad hoc, ut dicta cõpensatio facta censeatur in creditorum anteriorum fraudem optatur, quod 45
tunc defraudandi expressus animus adsit; sed solummodò scientia de debitoris impotentia sufficit; idest quod omnibus suis creditoribus solvendo non sit. text. in *§. Prævaluisse.* ibique Glossa, & Doctores. *Institut. Quib. ex caus. manumiss. non licet.* Molina. *de Justit. & jur. tom.* 2. *disputat.* 328. Zamoran. *de Compensat. disputat.* 8. *cap.* 6. *num.* 5.

Octava. Quoties concurrunt cre- 46
ditores in actione reali, & personali semper præferuntur creditores in actione reali text. in *l. Eos. ff. Qui potior. in pignor. habeant.* Gloss. in *l.* 1. *§. Sciendum. ff. de Separat.* Zamoran. *de Compensat. disputat.* 8. *cap.* 6. *num.* 3. Franch. *decis.* 53. *num.* 4. Salgad. *Laberynt. creditor. part.* 2. *cap.* 28. *num.* 33. Bersan. *de Compensat. cap.* 3. *quæst.* 10. *num.* 10. Gaill. *observat.* 25. *num.* 11. Pellic. in *Consuetud. Aversf. cap.* 9. *num.* 244. Rota Genuens. *decis.* 113. *num.* 31. Amendol. ad Franch. *decis.* 53. *num.* 8. ibique Riccius. Sed in nostro casu cre- 47
ditores anteriores sunt creditores in actione reali, eò quia habent omnia bona debitoris communis sibi hypothecata Bersan. *de Compensat. cap.* 3. *quæst.* 10. *num.* 3 Creditor posterior compensare peroptans est creditor in actione personali, quia debitoris personam sibi obligatam habet. Ergò hypothecarii personalibus præferri debent. Augetur ex eo, quod si debitor plures habeat creditores privilegiatos, & chyrographarios, tenetur in foro conscientiæ servare ordinem juridicum in solvendo, hoc est qui prior in tempore, potior in jure juxta regulam text. in *cap. Qui prior* 54. *de Regul. jur. in* 6. Aliàs peccabit morta- 48
liter, si omnibus solvendo non sit; nisi alicujus eorum extrema necessitas eum excuset, ut amplectuntur Trullench. 7. *Decalog. cap.* 7. *dub.* 12. *num.* 22. Molina. *de Justit. & jur. tom.* 2. *disputat.* 760. *ad finem.* Escobar. *de Utroque foro. art.* 5. *§.* 4. *casu.* 4. *num.* 28. Furrian. 2. 2. *disputat.* 19. *dub.* 4. *num.* 5. Bonacin. *disputat.* 1. *de* Re-

*Restitut.quæst.*8.*punct.*2.*num.*26. Filliuc. *tractat.*32.*cap.*4.*quæst.*17.*num.*128. Unde si in hoc casu locum adsciſceret cõpensatio, debitor communis solvendo per compensationem creditori posteriori peccaret mortaliter.

49 Nona. Solutio creditori posteriori fieri non poteſt in præjudicium creditorum anteriorum text. in *l.Qui potior.ff.Qui potior.in pign.hab.* text.in *l.Si fundum.C.eod.tit.* text. in *l. Distractis. cum l.sequent. C.de Pignorib.* ut insectãtur, ac tuentur Chaſſan. *Chatalog.glor. mund.part.*12.*consid.*99. Valaſc. *consult.* 129.*num.*2. Gratian. *Disceptat. forenſ. cap.*730.*num.*14. Mascard. *de Probation. concluſ.*1228.Neguſant.*de Pignorib part.* 5.*memb.*2.*num.*11. Matienzus.in *l.*7 *gloſſ.* 5.*num.*3.*tit.*16.*lib.*3.*Recopil.* Balduin. *de Pignor.cap.*19. Solis.*de Censib.tom.*1.*lib.*3. *cap.*5.*num.*12. Rebuff.*ad Leg.Gallic. tit. de Conſtit.reddit.gloſſ.*8. Mantic. *de Tacit.& ambig.convent.lib.*11.*tit.*22. *num.*1.

50 Ergo nec etiam compensatio; quia fictio naturam imitatur text.in *l.*1.*ff.de Adopt.* text. in *§.Minorem. Institut. de Adopt.* Molina. *de Ritu nupt. lib.*1. *compar.*26.*num.*22. Pichard. *ad princip. Institut.Quib.mod.teſtam.infirm.n.*5. Scacc. *de Commerc.§.*6.*gloſſ.*1.*num.*30. Et idem quod veritas operatur text.in *l.Cum ea oratione.ff.de Excuſat.tutor.*text.in *l.Qui ad certum.ff.de Locat.& conduct.* text.in *l.Si mulier debitori. in fine.ff.de Jur. dot.* text.in *l.*1. *§.Hoc Senatus.ff.ad Trebell.* text. in *l.*1. *C.de Rei uxor.act.* Et cum

51 compensatio ſit ſolutio ficta, ut habetur in *l.Si conſtat.*4. *C. de Compenſat. l. Amplius non peti: ff.Rem ratam haber. l. Debitor.ff.Qui potior.in pignor.hab.* Ejus major, quàm veræ ſolutionis ratio haberi nec debet, nec poteſt, ut expreſsè teſtatur Bachovius ad Treutler. *volum.*

52 1.*disputat.*25.*theſ.*11.*lit.D. in fine.* At ſi compensatio locum ſibi vindicaret in præjudicium anteriorum creditorum, ſequeretur,ut plus operaretur fictio in casu ficto, quàm veritas in casu vero, quod non eſt dicendum Tiraquell. *de Retract.lignag.§.*3 *gloſſ.*3.*num.*6. Franch. *deciſ.*53.*num.*10. Graſſ. *de Exceptionib. except.*16.*num.*10. Rocca. *Disputat. jur. ſelectar.cap.*147. *num.*9. Laderch. *conſil.* 161.*num.*10. Sabelli. *Variar.Reſolut.cap.* 56.*num.*26.Urceol.*Conſultat.forenſ.cap.* 61.*num.*30. Gratian. *Disceptat.forenſ. cap.*224.*num.*22.*cap.*515.*num.*45. Præſertim cum contra fictionis naturam 53 ſit, ut in tertii præjudicium operetur Rodriguez *de Annuis reddit.lib.*2.*quæſt.* 19.*num.*2.Gutierrez *de Gabell.quæſt.*88. *num.*22. Mantic. *de Tacit. & ambig. convent. lib.*15.*tit.*6.*num.*15. Rocca dicto *cap.*147.*num.*10. Salgad. *Laberynt. creditor.part.*2.*cap.*18.*num.*42. ex text.in *l. Stipulatio de dote. ff.de Jur.dot.* Gloſſ.in *cap.Quia noſtra. de Privilegiis.* Franch. dicta *deciſ.*53.*num.*10.

Decima. Compensatio inducta 54 eſt à lege ex æquitate text. in *l.Inter tutores.ff.de Adminiſtrat.tutor.*text.in *l.*3. *ff. de Compenſat.* text.in *l. In rem ſuam* 18.*ff.eodem.* Diego *opuſcul. de Compen. ſat.fol.mihi* 1. Donell.*Comment.jur.civil. lib.*16.*cap.*15. Faber in dicta *l.*3.*ff.de Compenſat.*Ripoll.*Variar.Reſolut.cap.final.num.*148. Rocca.*Disputat. jur. ſelectar.cap.*147.*num.*11.Grat.*conſil.*121.*num.* 12.*&* 13.*lib.*1.Gratian.*diſcept.forenſ.cap.* 528.*num.*15. Salgad. *Laberynt. creditor. part.*2.*cap.*28.*num.*43. Eſcobar.*de Utroque foro. art.*5. *§.*15. *caſu* 15. *num.*157. Sed lex nunquam in tertii præjudiciũ 55 æquitatem admittere aſſolet text.in *l. Impuberi.ff.de Adminiſtrat.tutor.* Rocca dicto *cap.*142.*num.*12.Alex.in *l.Inſulam* 9.*num.*9.ibique Jaſo *num.*10.*ff.de Verbor. obligat.* Mareſcot. *Variar.Reſolut. lib.*2. *cap.*125.*num.*8. Salgad. *Laberynt.credit. part.*2.*cap.*24.*num.*25.*cap.*28.*num.*44.

Undecima. Quamvis compenſa- 56 tio ab æquitate proficiſcatur, ut eſt text. in *l.Inter tutores* 37. *ff.de Adminiſtrat.tutor.* Si eſt in alicujus præjudiciũ locum habere nequit, quia licèt moræ purgatio aliquando ex æquitate à jure admittatur, ut eſt textus in *l.Si ſervum ſequitur.ff.de Verbor. obligat.* Tamen ubi creditor paſſus eſt damnum ob debitoris moram, eam admittere non eſt æquũm, quia legis beneficium in alterius præjudicium admitti non debet text.in *l.Si cum dies. §.final. ff.de Recept. arbitr.* Mareſcot.*Variar. Reſolut. lib.*2. *cap.*125.*num.*10. Salgad.*Laberynt.credit. part.*2.*cap.*24.*num.*26. Gloſſ.in *l.In Inſulam.*

lam. ibique Bart. *ff. de Verbor. obligation.* Rocca. *Disputat. jur. select. cap.* 147. *n.* 14.

57 Duodecima sanè ratio, ac omnibus aliis robustior, quæ me impulit, ac movit ad amplectendam hanc posteriorem sententiam est, quod id, quod debitor communis debet creditori posteriori, non est in bonis ipsius debitoris communis; sed est in bonis creditoris anterioris juxta text. in *l. Postquam. §. Idem tamen. ff. de Usufruct. ear. rer quæ usu consf.* text. in *l. Bonorum. §. In bonis. ff. de Verbor. signific.* Merlin. *de Pignorib. lib.* 2. *tit.* 1. *quæst.* 33. *num.* 3. Salgad. *Laberynt. credit. part.* 1. *cap.* 24. *num.* 122. *& part.* 2. *cap.* 28. *num.* 4. Rovit. *consil.* 64. *num.* 5. Pichard, & omnes Institutistæ in §. *Ex contrario* 15. *Institut. de Legat.* Anna *allegat.* 80. *num.* 8. Cancer. *Variar. Resolut. lib.* 3. *cap.* 2. *num.* 42. Valenzuel. *consil.* 156. *num.* 56. Aretin. *consil.* 147. Escobar. *de Ratiocin. cap.* 31. *num.* 17. Chassan. *ad Consuetud. Burgund. Rubric.* 6 §. 6 *num.* 3. Alex *consil.* 12. *num.* 2. *&* 3. *lib.* 2. *ex l. Mulier. ff. de Jur. dot.*

58 At quod debitum est, non dicitur esse in bonis debitoris, sed creditoris patet: nam si creditor legat creditori suo id, quod illi debet, legatum non valet, nisi plus sit in legato, quàm in debito text. in §. *Ex contrario* 15. *Institut. de Legat.* text. in *l. Creditori* 28. *ff. de Legat.* 1. text. in *l. Debitor* 82. *ff. de Legat.* 2. text. in *l. Legavi* 25. *§. final. ff. de Liberat.* text. in §. *Si quis debitori* 14. *Institut. de Legat.* Quia res propria nemini legari potest text. in *l. Proprias* 13. *C. de Legat.* Ergo

59 compensatio inter debitorem communem, & creditorem posteriorem locum adipisci non potest, quia debitor nihil posteriori creditori debet, & cum in hoc casu ex parte communis debitoris deficiat creditum, compensatio nullo modo admitti potest, cum sit debiti, & crediti invicem inter se contributio text. in *l.* 1. *ff. de Compensat.* Hoc est inter ipsos contrahentes; quoniam illa dictio *invicem*, posita à Modestino in dicta *l.* 1. *de Compensat.* Reciprocationem inter partes denotat, ut evincitur, ac depromitur ex text. in *l.* 1. *ff. de Verbor. obligat.* text. in *l.* 1. *C. de Iis, qui ante apert. tabul.* Unde cum ex parte debitoris communis nihil debeatur posteriori creditori, cum debitum jam sit quæsitum anteriori creditori; sequitur compensationem admitti neutiquam posse, cum deficiat substantialia compensationis, videlicet debitum, & creditum inter debitorem, & creditorem text. in dicta *l.* 1. *ff. de Compensat.*

Decimatertia. Re debitoris empta per creditorem compesando suum 60 creditum cum pretio, nil aliud est, quàm insolutum receptio; sed hæc fieri nequit in præjudicium anteriorum creditorum, quibus impediendi exactionem jus competit, vel quandoque exactum, ac consumptum avocare text. in *l. Final. §. Et si præfatam. versic. Sin vero hæredes. C. de Jur. delib.* text. in *l. Pecunia. C. de Privileg.* text. in *l. Deferre. & l. Titio. ff. de Jur. fisc.* text: in *l. Si fundus. §. In vendicatione. ff. de Pignor.* Ut affectantur, ac amplectuntur Zamotan. *de Compensat. disputat.* 2. *cap.* 6. *num.* 3. Castill. *lib.* 4. *Controvers. cap.* 61. *num.* 86. *ad fin.* Salgad. *Laberynt. creditor. part.* 1. *cap.* 10. *num.* 61. Thesaur. *Quæstion. forens.* 16. *num.* 13. *lib.* 2. Gait. *de Credit. part.* 4. *quæst.* 11. *num.* 1319. Surd. *consil.* 4. *num.* 45. Carroc. *decis.* 109. *num.* 49. Diana. *Oper. moral. tom.* 6. *tractat.* 3. *Resolut.* 210. §. 1. Navarrus *Manual. cap.* 17. *num.* 52. Sylvester *verbo. Restitutio* 7. *quæst.* 8. Et quod res data in solutum creditori posterio- 61 ri possit per creditores anteriores avocari per hypothecariam probatur ex textu in dicta *l. Si fundus. §. In vendicatione. ff. de Pignor.* text. in *l. Si cum venditor* 66. *ff. de Evict.* Ergo creditori posteriori nullum jus competere potest, nec ad compellendum anteriorem creditorem, ut bona in solutum recipiat; nec isto reluctante poterit ille in præjudicium creditorum anteriorum bona insolutum expetere; nec in ejus gradum, nec anterioritatem subintrare, nec subripere. Ergo nec in anteriorum præjudicium compensare.

Hujusmodi, nostrâ suffultâ sententiâ, non obstant rationes adductæ 62 pro contraria opinione. Non obstat 63 prima: Nam quamvis difficillima sanè conspiciatur illa quæstio, an compensatio fiat ipso jure, vel ope excep-

tionis. Ego luculenter, ac sedulò utri-
usque partis perlibratis fulciminibus,
& abundè utrorumque pondere penso,
compensationem haudquaquam ipso
jure fieri posse offirmavi, sed hominis
objectionem ad eam ineundam exopta-
ri asserui in *q.6.lib.*1. Quâ retentâ opi-
nione evanesceret hoc primum funda-
mentum contra nostram suprapositam
conclusionem; sed quia postea eam re-
strinxi, quoties debitor compensare vo-
lens aliquod pateretur damnum, quo
in casu fit ipso jure, ubi omninò niti-
tur, ac fundatur opinio eorum, qui in
præsente quæstione compensationem
admittendam esse docent: Huic primo
fundamini respondent Salgadus *Labe-
rynt.creditor.part.2.cap.28.num.*18. Olea
*de Ceß.jur.tit.6.quæst.*11. *num.*27. *ad fin.*
Rodriguez *de Ann.reddit.lib.2.quæst* 19.
*num.*2. Franch.*decis.*53 *num.*10. Castill.
*lib.*4.*Controv.jur.cap.*40.*num.*117. Rocca
*Disputat. jur. selectar. cap.*147. *num.*16.
64 Verum esse, quod in terminis hujus
quæstionis compensatio fiat ipso jure;
tamen hoc intelligi debet, dummodò
fiat inter debitorem, & creditorem cō-
trahentes, juxta Modestini definitio-
nem in *l.*1.*ff de Compensat.* Secus verò in
præjudicium creditorum anteriorum,
qui jus hypothecæ anteriùs quæsitum
super nomine debitoris existente tunc
in bonis communis debitoris habebant
Zamoran *de Compensat.disputat.*8.*cap.*6.
*cap.*9. *num.*4. *in fine.* Salgad. *Laberynt.
creditor.part.*2.*cap.*28.*num.*31. Quod jus
65 reale prælationis, nec per factum debi-
toris, neque reciproci creditoris detra-
hi potuit text.in *l.Debitorem.C.de Pign.*
text.in *l.Qui Solidam. §final.ff.de Legat.*
2.text.in *l.Si prior. §.Final.ff.Qui potior.
in pign. hab.* text.in *l.Distractis. & Au-
thent.Hoc ita.C.de Pignor.* text. in *l.Si-
cut. §.Non videtur.ff.Quib mod.pign. vel
hypothec.solvit.* Rocca *Disputat.jur.cap.*
137.*num.*16. Solis *de Censib.tom.*2.*cap.*2.
*num.*14.*lib.*3. Guzman. *de Evict. quæst.*
34.*num.*45. & 49. Ideoque semper no-
66 men ipsum durat, & vivit, & per con-
sequens hypotheca, quæ durante no-
mine durat, ad quam hypothecam si
creditores concurrant, servatur illa re-
gula, ut potior in tempore sit prior in
jure text.in *cap.*54 *de Regul.jur.in* 6. Sal-
gad. *Laberynt.credit.part.*2.*cap.*28.*num.*
30. Rocca dicto *cap.*147.*num.*15. *in fine.*
Nomen autem debitoris communis, 67
quod habet contra creditorem poste-
riorem compensari nequit inter debi-
torem communem, & posteriorem
creditorem, quia cum creditor ante-
rior habeat hypothecata omnia bona,
tam præterita, & futura, quàm no-
men debitorum debitoris communis,
est obligatum anteriori creditori, qui
super eo habet jus reale quæsitum;
ideoque compensatio nullo modo fieri
potest, quia tunc fieri non diceretur in-
ter creditorem, & debitorem ad invi-
cem, quod non est dicendum text. in
*l.*1. *ff.de Compensat.* Unde cum prædi-
ctum nomen debitoris sit in bonis de-
bitoris communis, sequitur ut non sit
suum, sed anterioris creditoris cui de-
betur text.in *l.Postquam. §.Idem tamen.
ff.de Usufruct.ear.rer.quæ usu cons.*text.
in *l.Bonorum. §.In bonis. ff.de Verbor.si-
gnific.* Ergo si ex parte debitoris com-
munis non adest debitum, ridiculum
est quærere an sit admittenda compen-
satio? ut apertissimè patet ex ipsius
compensationis definitione in *l.*1.*ff.de
Compensat.* Ubi sic definitur à Modesti-
no, *Compensatio est debiti, & crediti
invicem contributio.* Sed hîc deficit cre-
ditum. Ergo compensatio admitti non
potest, nisi compensationis regulæ om-
nes destruantur, ac obliterentur. Obli-
gatio nominis tandiù durat, quandiù 69
per solutionem factam creditori non
extinguitur text.in *l.Gregè. §.Cum pi-
gnori.ff.de Pignor.* Carleval.*de Judic.lib.*
1.*tit.*3.*disputat.*17.*num.*7. Rocca *Dispu-
tat.jur.select.cap.*147.*num.*15.*in fine.* Ro-
signol. *de Camb.spec.*2. *disputat.*3. §.13.
*num.*2.*in fine.* Gob.*consultat.*130.*num.*12.
Posth. *Resolut.* 121. Salgad. *Laberynt.
creditor.part.*2.*quæst.*28. *num.*30. Solu-
tione sequutâ nominis hypotheca eva-
nescit text. in *l.Nomen quoque. C. Quæ
res pignor.oblig.poss.* Ergo à cōtrario sen- 70
su, quoties solutio non adest, ut est in
nostro casu, anterioribus creditoribus
semper remanet privilegium anterio-
ritatis temporis, ut prior in tempore
sit potior in jure text.in *l.Qui balneum.*

&

& l. Potior. ff. Qui potior. in pignor. habeat. text. in *l. Distractis. C. de Pignor.* At si in nostra facti specie locum sibi arrogaret compẽsatio iniqua profectò diceretur; quia esset in tertii præjudicium, quod maximè abhorreret à compensationis naturâ, cum æquitate naturali fulciatur, & sicut in odium inducta in favorem redundare non debent text. in *l. Relegatorum. in fine. ff. de Interdict.* Ita
71 quod in favorem conceditur, non retorquetur in odium text. in *l. Nulla juris ratio 24. ff. de Legib.* text. in *l. Quod favore. C. eod.* text. in *cap. Quod ob gratiam. de Regul. jur. in 6.*

72 Non refragatur secunda. Quippe verum est, quod ad objiciendam compensationem, nil aliud requiritur, nisi voluntatis declaratio. Nam nec etiam partis oppositio in hoc casu desideratur, cum ipso jure fieri deberet, ut in casibus à me relatis in *q. 6. lib. 1.* Secus hîc ubi nec ipso jure, nec per hominis ministerium compensatio admitti quit; nam aliàs tota compensationis destrueretur natura, quia daretur compensatio, ubi defficit debitum, vel creditum, quod non est dicendum cum veræ compensationi adversetur, & sit contra expressissimam compensationis naturam, cum admittatur dumtaxat inter creditorem, & debitorem ad invicem contrahentes text. in *l. 1. ff. de Compensat.*

73 Non opponitur tertia. Videlicet nomen debitoris datum in hypothecam creditoribus per solutionem extingui, quod verum est juxta text. in *l. Nomen quoque. C. Quæ re pign. oblig. poss.* At hoc minimè conclusioni nostræ refragatur; cum solutio realis, ac vera extinctio crediti debitori nominis, omni jure permittatur, & tunc nil mirum si solutio suos naturales effectus resolutionis operetur, quod creditores impedire neque-
74 unt. In præjudicium verò creditorum anteriorum solutio per compensationẽ vetatur; ideoque tunc non satis videri debet, ut pariter effectus hypothecæ dissolvendæ impediatur. Cum autem in nostrâ facti specie defficiat creditum ex parte debitoris communis, qui habet nomen debitoris in bonis suis, & sic creditor anterior super ipso nomine habeat hypothecam, nequit locum sibi vindicare compensatio, quia fieret inter diversas personas, & de credito alterius contra expressam dispositionem text. in *l. Ejus 9. C. Eod.* text. in *l. In rem* text. in *l. Id quod. ff. de Compensat.* Igitur cum per 75
compensationem solutio minimè fiat, remanet firma hypotheca text. in *l. Nomen quoque. C. Quæ res pign. oblig. poss.* Super qua sunt præferendi anteriores creditores ex regula vulgata, qui prior est tempore, potior est jure text. in *l. Qui balneum. & l. Potior. ff. Qui potior in pign. hab.*

Non adversatur quarta. Quippe quã- 76
do creditor posterior habet in potestate suâ aliquam rem debitoris communis, eam in compensationẽ sui crediti retinere potest. Nam respondetur hoc procedere in foro conscientiæ, ut quoque asseruit Salgad. *Laberynt. credit part. 2. cap. 28. num. 35.* Et clarescit ex Mendo *Stater. benignar. opinion. dissertat. 6. quæst. 4. num. 26.* Dum loquitur de occultâ compensatione, & etiam dignoscitur in *Epitom. opinion. moral. verbo Compensatio. num. 1.* Et quamquam Diana *Oper. moral.* 77
tom. 6. tractat. 3. Resolut. 153. §. 2. Affirmativam amplectatur sententiam, quoque loquitur in foro poli; (de quo Deo favente finem imposito juri civili, agam in foro conscientiæ in *3. tom.*) qui contrarium tenet in foro fori in *Addit. verbum Compensare.*

Non obluctatur quinta. Nam re- 78
spondetur, quod licèt per compensationem præscriptio impediatur, tamen ex hoc nihil oritur, quod nostram conclusionem oppugnet, quoniam intrinsecè supponit compensationem neutiquam obligationem ipso jure delere, & ante ejus objectionem; quippe si extingueret nullum jus, aut obligatio remaneret, quæ per debitorem possit præscribi argument. text. in *l. Nomen quoque. C. Quæ res pign. oblig. poss.* Et quia debitor, qui tutus est exceptione compensationis, contra debitorem suum, quem in aliam summam tenet sibi obligatum, negligens in petendo dici nequit, ideoque cessat causa præscribendi, quia præscriptio creditorum negligẽtiæ innititur, qua cessante, præscriptio cessat. Nam causa ces-

79 cessante,cessat quoque ejus effectus text.
in *l.Adigere.§.Quamvis.ff.de Jur. patron.*
text.in *l.Generaliter. C. de Episcop. & cleric.*text. in *l.Cum re.C.de Pact.inter. emptor.& vend.*Præsertim cum hujusmodi
doctrina procedat dumtaxat inter debitores, & creditores, secùs in præjudiciũ
creditoris habentis hypothecam in nomine sui debitoris,& præscriptio adversùs istum nihil detrahit juri hypothecæ creditoris Tiraquell. *de Retract. lign.*
§.1.gloss.9.num. 249. Petra *de Fideicomm.*
*quæst.*11 *num.*596. Salgad. *Laberynt. credit.part.2.cap.28.num.* 54. Unde præscriptio rei hypothecatæ, quam passus fuit
debitor,non præjudicat creditori in sua
hypotheca text.in *l.3.§.Certa. ff Quæ in*
80 *fraud.credit.*Et si usucapio adimit dominium à debitore,propterea non detrahit creditori jus hypothecæ text. in *l.* 1.
*§.Cum prædium.ff.de Pign.*text. in *l. Justo*
*§.Non mutat.ff.de Usucap.*text.in *l.Misso.*
*ff.Pro emptor.*text.in *l.2.ff.Pro hæred.*text.
in *l.Usucapio.C.de Pign.*

81 Non juvat sexta . Quia brevî respondetur compensationem hic minimè
locum sibi vindicare posse, cum fieri debeat solummodò inter debitorem,& creditorem ad invicem contrahentes text.
in *l.1.ff.de Compensat.*Nam aliàs esset contra notissimas compensationis regulas,ut
apparet ex text. in *l. Pecuniam.l. In rem*
suam 18.*l.Id quod.ff.de Compẽsat.*text.in*l.*
*Id quod. ff.de Compens.*text.in *l.Ejus.C.de*
Compensat. Unde creditum, quod exigitur à debitore debitoris juxta dispositionem supra relatorum jurium compensari nequit ; quoniam debitor debitoris
mei, non est debitor meus. Natta *consil.*
487.*num* 8.Roland.à Vall.*consil.1.num.5.*
*lib.2.*Surd.*consil.4.num.2.*

82 Non oppugnat septima. Quippe
cum hypotheca census per ipsius census
redemptionem resolvatur text. in *l. Nomen.quoque.C.Quæ res pign.oblig.poss.*Hoc
enim fundamentum verum non censeo,
quia per censũ debitori nequit iniqua inferri cõditio text.in *l.Non debet.ff.de Reg.*
jur. Et quamvis Rodriguez. *de Anu. reddit.lib.2.quæst.18.num.* 55. Nixus authoritate Bartoli in *l.Non solum.§.Morte.n.*35.
ff. de Nov.oper.nunciat. Contrarium asserat;tamen Bartolus loco citato obloquitur de debitore quantitatis; at in hoc casu debitor census, jurisque annui redditus, quod vendiderat,debitor dici nequit
Cenc.*de Censib.quæst.72.num.* 7. Gabriel.
*consil.*141.*num.8.lib.*1. Franch. *decis.* 234.
num.9.& decis.204.num. 32.

Non reluctatur octava . Quia respõ- 83
detur, quod quamquam pater, aut dominus ex filii, vel servi contractu,actione de peculio conventus, minimè teneatur ultra vires,ac peculii facultates text.
in *l.Si cum filiofamilias. ff. de Compensationib.*text. in *l.Cum in plures* 60. *§. Servum.*
7.ff. de Locat. text. in *l. Si quis* 44. *ff. de*
Pecul. legat. text. in *§. Actiones* 9. *de Act.*
Dummodò prius deducatur ex peculio 84
id, quod à filio, vel à servo, patri, vel domino debetur text. in *l.Sed si damnum.* 9.
*§.2.ff.de Pecul.legat.*text. in *l.* 1. *§.* 2 *ff. de*
*Tribut.act.*text.in *l.Depositi.§.Final.ff. de*
Pecul legat.:text. in *§. Præterea.vers. Cum*
autem. Institut. Quod cum eo. Quoties ex 85
contractu filii, vel servi pater , aut dominus adversùs peculiarem debitorem
agit, si filii,aut servi ex eodem contractu
creditor sit , eis compensationis obstabit
exceptiò, non habitâ ratione , an quod
compensatur excedat peculii facultates,
sine deductione ejus , quod à filio , vel à
servo patri,vel domino debetur text:in *l.*
Si peculium. 10. *ff. de Pecul.leg.* Quoniam pater , vel dominus ex filii, vel 86
servi contractu agens , ipsius contractus
legibus equidèm alligatur, viribus aspernatis peculii text. in *l.Si servus.ff. de Edilit.edict.*text.in *l.1.§.Final. ff. Rer. amotar.*
Est enim contractus societatis , ut id, 87
quod à socio alteri socio debetur , non
secernatur ab eo, quod sibi consocius debet, cum ignoretur, an alterius creditor
sit , vel debitor ; nisi prius introitus , exitusque rationes dispungeantur text. in *l.*
1.§.Editiones.vers. Rationes. text. in *l. Si*
quis ex argentarius 6.*ff. de Edend.* Faber.
*C.tit.de Sentent.& interloc.deffinit.*10.Salgad.*Laberynt.credit.part.3.cap.7.num.*20.
Valenzuel. *consil.*147. *num.* 84: Carleval.
*de Judic.tit.3.disputat.7.& 18.num.*4.Escobar. *de Ratiocin. cap.*21. *num.* 12. & 22.
Merlin.*de Pign.lib.4.quæst.*195. Capiblãc.
de Baronib.pragmat.16.cap.92. num. 14. &
16.tom.2. In tutore , vel alio administra- 88
tore idem admittentes , adversùs quos
ex-

exceptio minimè locum aſſequitur; niſi poſt rationes redditas. Unde patri, vel domino agenti ex ſocietatis contractu pro eo, quod ſocius filio ſuo, vel ſervo debet compenſatio ejus, quod filius, vel ſervus ex eadem ſocietate debet objectare poteſt, quamvis peculii ſuperet facultates.

89 Huic refragatur text.in *l.Debitor.* 19. *ff. de Compenſat.* Ubi compenſatio juxta vires peculii admittitur, ac regulatur, ut patet ex textu ibi:*Sed dabitur ei compenſatio peculii ſervi in eo, quod ſervus publicus habebit.*

90 Sed reſpondetur, quod in caſu prædictæ *l. Debitor.* Dominus ex ſervi contractu non agebat; ſed ex contractu proprio.Unde ſi debitor quantitatem, quæ ſibi à ſervo debetur cũ eo, quod domino debet compenſare deſideret, non in ſolidum admitteretur hujuſmodi compenſatio; ſed ad peculii finem, videlicet quatenùs eſt in peculio ſervi. In caſu *l. Si cum filiofamilias.* Pater agebat ex contractu filii; unde meritò ejuſdem quantitatis, quæ ex eodem contractu à filio debetur, ei opponitur compenſatio; quã diſtinctionem amplectuntur Cujac. *lib.* 11. *Reſponſ.Papin* in dicta *l.Debitor.ff. de Compenſat.*Donell.*Comm.jur.civil. lib.* 16. *cap.*15.*num.* 70. *verſ. Secundum exigimus.* Mæſtertius *de Compenſat. quæſt.*8.*num.*2. Et cum in dicta *l. Si cum filiofamilias.* Quamvis compenſatio locum conſequatur, nihil ex ea adversùs noſtram concluſionem deducatur, cum in prædicti textus ſpecie non adſint creditores anteriores, quibus per compenſationem præjudicium inferatur. Ergo &c.

91 Non obſiſtit nona. Quoniam denegatur hypothecam ipſo jure reſolvi, antequam ſolutio ſequatur text. in *l. Nomen quoque.C.Quæ res pign.obligar. poſſunt.* In noſtro caſu ſolutio facta non fuit, quia compenſatio in præjudicium creditorum anteriorum habentium jus quæſitum ſuper nomine debitoris locum non adſciſcit, ut ex ſupra relatis latè eniteſcit. Ergo adhuc durat hypotheca ſuper omnibus creditoribus. Ergo anteriores ſunt præferendi juxta text. in *l. Qui balneum l. Potior.ff.Qui potior in pign.hab.*

92 Non nocet decima. Nam reſpondetur diverſam militare rationem in ceſſionario, ubi compenſationem objiciendo nemini præjudicium infert; ſecùs verò in caſu noſtro, ubi ſi admitteretur compenſatio, maximum inferretur præjudicium eis, qui per hujuſmodi compenſationem perperam jure ſuo privarentur contra æquitatem, quæ merum jus compenſationis induxit text.in *l.*3.*ff. de Compenſat.*text.in *l. Inter tutores* 37.*ff. de Adminiſt.tutor.*Et cum diverſa militet ratio, aliter eſt judicandum, quia diverſitas rationis, juris diverſitatem peroptat text.in *l. Conventionem.ff.de Pact.* text.in *l.*3.*§ Genera.ff.de Acq.poſſeſs.*

Non fovet undecima. Quippe creditor anterior negligens in petendo dici nequit, quia eſt ſecurus, ac fretus authoritate legis, quæ præcipit, ut priùs anterioribus, quàm poſterioribus creditoribus ſolvatur; & cum hoc firmamen lo-quatur de creditoribus perſonalibus nullum habentibus privilegiũ, rectè debitor ſolvere poteſt primò petentibus Navarra *de Reſtit.lib.*4.*cap.final.num.*40.Sylveſt. *verbo Reſtitutio* 6. *quæſt.* 5. *in fine.* Zamoran.*de Compenſat.diſputat* 8.*cap.*6.*num.* 8. Mendus *Stater benignar. opinion.diſſert.*6. *q.*4.*n* 31.*in fine.*Angel. *verbo Reſtitutio* 2.§. 16.& 18.Secus verò, quando adsũt creditores anteriores habentes hypothecam, quia tũc hi præferri debent text.in *l Qui balneũ. l.Potior.ff.Qui potior in pign. hab.* 93

Nunc opinione noſtrâ à cõtrariis obſtaculis defẽſatâ, dumtaxat ſupereſt, ut ab impugnatione Rodoërii, qui immeritò adversùs noſtrũ Salgadum excandeſcit, Salgadũ ipſum tueamur, nonut ipſi tutamen perhibeam; ſed ut depulſis obicibus, concluſionem noſtram firmiorem contueamur: nec gratiâ impugnandi virum doctũ, cujus dictũ obſcurũ eſſe non poteſt propter amplitudinẽ: neque temerè dicto cõcedi propter ætatẽ, & prudentiam: quocircà juvat me munire, hac proteſtatione, qua Cicero in *Orat. pro Sexto Amerin.* Ordiens ad versùs Hortenſiũ uſus fuit.ibi:*Ego ſi quid liberius dixero, vel occultum eſſe, propterea, quod nondum ad rem acceſſi, vel ignoſci adoleſcentiæ meæ poterit: tamen ſi non modo ignoſcendi ratio; verum etiam cognoſcendi conſuetudo jam de Civitate ſublata eſt.* Aſſeruit 94

ſeruit enim Salgadus. *Laberynt. credit. p. 2.cap.26.num.*28.*&* 29.Compenſationem in præjudicium anterioris creditoris habentis jus reale ſuper nomine debitoris quæſitum admittendam non eſſe. At contra Salgadum inſurgit Rodoërius *conſil.*45. *num.*45. Aſſeverans, quod quoties adeſt debitum, & creditum ad invicem (quod ad compenſationem inducendam deſiderat text.in *l.*1.*ff.de Compenſat.*) Toties compenſatio ipſo jure locum nanciſcitur, etiam priuſquam communis debitoris contingat decoctio; & per compenſationem factã ſolutione, ante decoctionẽ jam amplius tertii præjudicium perpendi, ac conſiderari nequit, quia tempore, quo compenſatio fuit facta; non adhuc pro ſui crediti ſatisfactione urgebat ſuper bonis, juribuſque debitoris decocti.

95 Sed reſpondetur, non obnitente objectione Rodoërii, rectè dixiſſe Salgadum in creditoris præjudicium compenſationem admitti non poſſe. Quippe indubitati juris eſt, quod ad hoc, ut locum ſibi vindicet compenſatio, ex utraque parte, debitum, & creditum ad invicem expoſcitur; text. in *l.*1.*ff. de Compenſat.* Sed in noſtro caſu non adeſt debitum, & credi-
96 tum ad invicem. Ergo nequit locum ſibi aſciſcere compenſatio. Minor probatur. Nam nomen debitoris ſuper quo anteriores creditores hypothecam adepti ſunt, eſt in bonis debitoris communis, ut referunt, ac amplexantur ipſimet Salgad. *Laberynt. credit.part.*2. *cap.* 28. *num.* 4. *& cap.*1. *cap.* 24. *num.* 122. Rovit. *conſil.* 64. *n.*5. Merlin. *de Pignorib.lib.*2.*tit:*16 *quæſt.*
97 33.*n.*3.Anna.*allegat.* 80. *n.* 8. At id quod debitor debet non eſt ipſius debitoris, ſed creditoris, cui debetur text.in *l.Poſtquam §.Idem tamen.ff. de Uſufruct. ear. rer. quæ uſu conſ.*text.in *l.Bonorum.§.In bonis.ff. de Verb.ſignif.*text.in *l.Creditori* 28. *ff. de Legat.*1.text.in *l.Legavi* 25.*§.final.ff. de Liberat.legat.*text.in *l.*82.*ff. de Legat.* 2. text. in *§.Si quis debitori*, & *§. Ex contrario. In-*
98 *ſtit ut. de Legat.* Ergo id, quod communis debitor debet eſt apud anteriores creditores, qnibus debetur; ergo debitor communis nequit compenſare cum poſteriori creditore, quia non habet quid compenſet cum id, qnod habet, hoc eſt nomen debitoris, ſit in bonis creditoris anterioris, ut ex ſupra relatis patet, & cnm ex parte debitoris communis deſficiat creditum, compenſatio nullo modo poteſt recipi textus expreſſus in *l.* 1. *ff. de Compenſat.* Nam aliàs compenſatio fieret de eo, quod alii, quàm creditori debetur contra expreſſam diſpoſitionem text. in *l.Ejus* 9.*C.de Compenſat.*text. in *l. Pecuniã l.Si cum militi.l.In rem ſuam.l.Id quod.ff. de Cõpenſat.*Subjungit Rodoërius dicto *num.* 45.Quod ſicut poteſt debitor priuſquam 99
creditor decoquat licitè illi ſatisfacere; ita etiam cum eo compenſare. At contrarium verius eſt, quia de proximò decocturus in præjudicium creditorum quicquam peragere poteſt, dictante juris communis diſpoſitione; juxta quam annullantur omnes actus, qui fiunt cum decoctoribus, vel de decoctione ſuſpectis, paulò antequam decoctio ſequatur, ut referunt, & inſequuntur Salgad. *Laberynt.credit.part.*1.*cap.*14.*num.* 20. Noguerol.in *allegat.*16.*num.*101.Urceol.*Conſult. Forenſ.cap.* 61. *num.* 24. Gratian. *Diſcept. Forenſ.cap.*768.*num.*7. *&* 8. Strach. *de Decoctorib.part.ult.tit. qui potior. in bon. decoctor.babeant.num.*17.Bald.*conſil.*432. *lib.* 1. *& conſil.*400.*lib.*5.Ad cujus comprobationem allegant text.in *l.Si cui bonis.*4.*ff. de Ceſs. bonor.*text.in *l.Item ſi unus* 19.*ff. de Arbitr.*

Offirmavit autẽ Salgadus dicta *part.* 100
2.*cap.*28.*num.*31.Quod creditor poſterior nequit compenſare, nec retinere nomen, quod antea debebat creditori ſuo in præjudicium creditorum anteriorum; quod verum eſt, juxta intelligentiam Layman. *tom.*1.*de Juſtit.& jur.ſect.*5. *tractat.* 2. *cap.* 11.*num.*4.Mendum.in *Stater.benignar.opinion.diſſertat.*6.*quæſt.*4.*num.*29.*& Epitom. opinion.moral.in verbo Compenſatio.num.* 1. Zamoranum *de Compenſat.diſputat.*8.*cap.* 6.*num.*5.Molinam. *de Juſtit. & jur. tom.* 2. *diſputat.* 536. Hinc adverſùs Salgadum Rodoërius *num.* 46. Ait, quod poſterior creditor mutuum debitum cum ſuo creditore compenſando non retinet id, quod debet; ſed magis mutuò ſolvit, quod viciſſim debetur.

Sed reſpondetur, veriſſimum eſſe id, 101
qnod Salgadus docet, cum hic ſit ſcopus quæſtionis noſtræ, ut poſterior in anteriorum præjudicium, nec compenſare, nec

nec restituere queat, & quamvis Salgadus *num.* 31. De similitudine inter compensationem, & retentionem, nihil afferat, Rodoërius nititur dissimilitudinem ostendere; sed Rodoërio refragatur id, quod qui compensat non solvit; sed retinet; & hoc legis probatione nō indiget, quia ad oculum patet. Nam si ego de-
102 cem aureos debeam Sempronio, & ex aliâ causâ Sēpronius aureos quoque mihi decem debeat, nunc debita, & credita compensando ego Sempronio minimè quidē solvo, nec trado decē aureos, quos illi debeo, nec ipse Sempronius totidem mihi dedit; sed ego retineo decem aureos, quos illi debebam, & ille retinet, quos
103 mihi debebat; & licèt Rodoërius compensare, & retinere asserat terminos esse contrarios; tamen contrarium deducitur ex text. in *l. 3. ff. de Cōpensat.* ibi: *Verum est, quod & Neratio placebat, & Pomponius ait ipso jure, eo minus fidejussorem ex omni contractu debere, quod ex compensatione reus retinere potest.* Huc accedat autoritas insignis viri Cujacii *lib. 15. Observat. cap. 12.* Asserentis retentionem compensationi comparari, vel nihil aliud, quàm compensationem esse, cui suffragatur Mejerus *Colleg. Argentorat. lib. 16. Pandect. tit. 2. in fin.* Glossa in dicta *l. 4. ff. de Compēsat.* Novell *de Dote p. 8. privileg. 1.* Gloss. in *l. Grege pignori ff. de Pignor. & hypothec.* Treutler. *Select. ar. disputat. vol. 1. disputat. 25. litera A. thes. 8.*

104 Numero 47. Rodoërius irascitur, ac ferè ab innata modestia seducitur, dum ridiculum nuncupat fundamen Salgadi, qui in dicto *cap. 28. num. 32.* docuit, quod si debitor communis postea efficiatur creditor sui debitoris ex diversâ causâ, habentis se alios creditores anteriores, utrumque creditum retinet suam causam separatam absque ulla confusione, aut compensatione, ad cujus comprobationem adducit text. in *l. Qui invicem 3 ff de Condict. indeb.* text. in
105 *l. Si cum dos. ff. Rer. amotar.* Hoc enim quod Rodoërius ridiculum vocat, mihi solidum satis conspicitur, nec ut ipse hariolatur tota compensationis materia deletur, quoniam si Salgadi verba sedulò perpendantur, patebit ipsum neutiquam à vero aberrasse. Nam præ-

suppositâ prius Salgadi conclusione; videlicet quod in creditorum anteriorum præjudicium compensatio locum non habeat; cum in hoc casu optimè refellatur compensatio, non confunditur utrumque debitum; sed separatam causam utrumque retinet, quod etiam ipse Rodoërius cognovit in casu, quo compensatio locum habere nequit per text. in *l. Qui invicem.* ibi: *In casibus, in quibus compensatio locum non habet.* At juxta Salgadum hìc non admittitur cōpensatio. Ergo nil mirum si offirmet confusionem non fieri; & etiam in casibus, in quibus locum nanciscitur com- 106
pensatio non fit creditorum confusio, nec contributio; quamquam Modestinus definiat in *l. 1. ff. de Compensat.* Compensationem esse debiti, & crediti contributionem. Nam hic textus est intelligendus quoad actiones creditorum text. in *l. Qui servum 34. §. Final. ff. de Oblig. & act.* Quæ confunduntur, ac 107
abolenrur per hāc fictam solutionem, cum solutione ejus, quod debetur omnis tollatur obligatio text. in *l. Verborum obligatio 107. ff. de Solut.* text. in *Princip. Quib. mod. tollit. oblig.* Quò respiciens canit Sulmonensis Ovid. *lib. 1. Amor. Eleg. 10.*

Omnia conductor solvit mercede soluta
Non manet officio debitor ille tuo.

Secus verò quoad debita, & credita, 108
quæ in compensatione non contribuūtur, quia contributio, ut ait Pratejus in *Verb. jur. verbo Contributio.* Est conjunctio, seu cumulario variarum summarum, ut accidit in *l. 1. §. Interdum l. 11 §. Quod vulgo. ff. ad Leg. falcid. l. 1. ff. Si cui plusquam per Leg. falcid.* Sed in compensatione non adest hæc conjunctio, nec cumulatio summarum, quia unusquisque retinet id, quod debet, & non devenitur ad actum contribuendi; ergo in compensatione contributio non datur. Unde suspicor malè dixisse Do- 109
nell. in *Rubric. C. de Compensat. num. 2.* Dum voluit contributionem, & confusionem optimè compensationi convenire. Nam tunc contingit confusio, quando aliquæ res inter se miscentur, ut est in actionibus text. in *l. Si servum 34. §. Final. ff. de Act. & oblig.* Itaut per-

confusionem ex duabus rebus fiat unū
110 corpus. Textus aureus, ac semper menti tradendus in *§.Si duorum materiæ 17. Institut.de Rer. divis. & Acquir. rer.domin.* Cujus verba hæc sunt: *Si duorum materiæ ex voluntate dominorum cōfusæ sint: totum id corpus, quod ex confusione fit, utriusque commune est; veluti si qui vina sua confuderint, aut massas argenti, vel auri conflaverint, &c.* Quando
111 verò compenso cum creditore, meum debitum cum debito suo nil confunditur, nec miscetur, quia amboquod debemus retinemus. Nam si daretur cōfusio, solutio realis requireretur ad hoc, ut aureus cum aureo confunderetur per commixtionem; sed compensatio est solutio ficta text. in *l.4. C de Compensat.* text. in *l.Debitor 4. ff.Qui potior.in pignor.hab.* text. in *l.Amplius non peti 15 ff.Rem rat.haber.* In qua pecunia intervenire nequit. Ergo nec confusio, nec contributio fieri potest.
112 Numero 48. Rodoërius angitur, ac retorquet argumentum Salgadi, qui arbitratus fuit, quod ubi locum non adipiscitur solutio, nec etiam compensatio; sed priusquam quis decoquat potest solvere suo creditori posteriori, & anteriores creditores solutum nequeunt avocare. Ergo &c. Sed responde-
113 tur hoc posse contingere, quotiesomnes creditores erant personales, ut distinguit Afflictus *decis.190.num.5.* Cum unus altero majus privilegium non habeat text. in *l.Privilegia. ff. de Privileg. credit.* Secus verò quando sunt creditores anteriores habentes hypothecam. Nam tunc posterioribus in illorum præjudicium solvi non potest, quia esset contra regulam illam vulgatam, quæ habet, loquendo de creditoribus,
114 quod qui prior est tempore, sit potior in jure text.in *l.Qui balneum l.Potior.ff. Qui potior.in pignor.hab.* text.in *l.Distractis. C.de Pignor.* text.in *l.Si fundum. C. Qui potior.in pignor.hab.* Comprobatur ex textu in *l.In pecuniam. C.de Privileg. fisc.* Ubi pecuniam, quam creditor à debitore suo fuit assequutus fiscus, qui habebat hypothecam à posteriore cre-
115 ditore avocavit. Nec debitor antequam decoquat solvere potest posteriori creditori in præjudicium creditorum anteriorum, quia, ut alibi dixi, irritantur omnes actus, qui fiunt cum decoctoribus, vel de decoctione suspectis, antequam sequatur decoctio Urceol. *Consultat. forens. cap. 61. num.24.* Gratian.*Disceptat.forens.cap.768. num. 8.* Salgad.*Laberynt.creditor.part.1. cap. 14.num.20.* Noguerol. *allegat.16. num. 101.* Quia præsumuntur facti in creditorum fraudem, juxta tradita à Gaito *de Credit. cap.2. tit.7. num.2049.* Catalan.*de Indult.cap.55.num.83.* Scacc.de *Commerc. §.2: gloss.5. num.445. versic. Exemplifica.*

Numero 50. Salgadi firmamen im- 116
meritò fumo leviùs appellat; sed equidèm nullam illi solutionem invenit. Docet autem Salgadus *num.41.* Quod compensatio est ficta solutio, & hoc evincitur ex text. in *l.Si constat 4. C.de Compensat.* text.in *l.Amplius non peti. ff. Rem rat.haber.* text.in *l.Debitor. ff.Qui potior.in pignor.hab.* Sed ficta solutio 117
in tertii præjudicium refellitur text. in *l.Stipulatio de dote. ff.de Jur.dot.* Gloss.in *cap.Quia nostra. de Privileg.* Ergo compensatio in tertii præjudicium rejicienda. Nec etiam, ut Rodoërius augura- 118
tur facta fuit compensatio ante decoctionem, quia cum sit in fraudem, ac præjudicium creditorum anteriorum habentium super re jus reale quæsitum, compensatio locum habere nequit, ut benè tuentur Mendus *Stater.benignar. opinion. dissert.6. quæst.4. num.29. & in Epitom.opinion.moral.verbo Compensatio. num.1.* Zamoran.*de Compensat.disputat. 8.cap.6.num.4.in fine.& num.5.*

Numero 51. Denique putat malè 119
dixisse Salgadum, dum asseveravit compensationem esse fictam solutionem, subdens idem Rodoërius compensationem realissimam esse solutionem; quod nihil absurdius, & hac in re graviter allucinatur, ac decipitur, cum nullus author, quem viderim fateri sit ausus, compensationem realem esse solutionem; imò omnes testantur fictam solutionem esse, ex quorum numero sunt Covarruv.in *cap.Quamvis pactum.part. 1.§.4.num.15.de Pact.in 6.* Bald.in *l.Ea, quæ. C.de Compensat.* Bart. in *l.Amplius*

non

non peti. ff.Rem rat. baber. & in l.1. §Ju-
lianus. ff.de Condit.& demonstrat. Man-
tic.de Conject.ultim.volunt. lib.11. tit.17.
num.34. Gratian. Disceptat. forens. cap.
105.num.10. & cap.356. num.14. & cap.
742.num.43. Menoch.lib.1.præsumpt.48.
Valēzuel.consil.156.num.78.Zamoran.
de Compensat.in præfat. num.2. Hering.
de Fidejuss.cap.20.§.6. num.13. Rocca
Disputat jur. cap.147. num.8. Jaso in l.
Cum qui. §.Si juravero. num.3. ff.de Jure
jurand. Parlador.lib.2.Rer.quotid. cap.fi-
nal.part.5.§.11.num.30. Crot. consil.139.
num.7.Loffred.consil.31.num.13.Duard.
de Camb §.1.quæst.1.num.10. Giurb.ad
Consuetud.Messan. cap.2. gloss.16.part.1.
num.9. cum ibi congestis. Tyndar. de
Compensat. art.7. Escobar. de Ratiocin.
cap.14.num.16. Scacc.de Camb.§.2.gloss.
5.num.4. Medic.de Compensat. in præfat.
num.2. Giurb.observat.106.num.5.Mar-
cian.Excerpt forens.cap.3.num.13. Paris.
consil.121. num.19. vol.3. Christin. decis.
Belg 177 num.6. Grat.Respōs 58.num 25
lib.1. Boër.consil.14 num.2. Surd. de Ali-
ment.tit.3 quæst.1.num.69. Franch.decis.
527.num.2. Bersan.de Compensat.cap.2.
quæst.19 num.63. Cancer. Variar. Reso-
lut. part.2.cap.3. num.33. Mascard. de
Probat concl.334 num.2. Moliu. de Just.
& jur. disputat.560. Sabelli. Summ. di-
vers.tractat.§.Compensatio. num.9. Cum
innumeris, quos brevitatis causâ præ-
120 termitto. Solutio realis dicitur illa,
in quâ intervenit pecunia numerata
Bachovius ad Treutler.vol.1.disput.25.
thes.8. lit.C. versic.Genus tamen . in fine.
At in compensatione pecunia non in-
tervenit. Ergo non est solutio realis;
nec ut ipse Rodoërius existimat, qui
compensat quantitatem, quæ sibi de-
121 betur pro eo, quod ipse debet trade-
re, ac numerare censetur. Nam tradi-
tio, & numeratio solummodò adsunt
quādo realiter, ac manualiter solvo id,
quod debeo creditori meo, at in com-
pensatione cum sit modus omninò fi-
ctus solvendi, nihil numero, nec trado
creditori; sed quod debeo retineo, &
hoc absque ulla prorsùs difficultate
procedit. Unde si statutum jubeat de-
linquentem teneri solvere intra præ-
destinatum tempus, aliàs recidatur ma-
nus, non liberatur si intra prædi- 122
ctum tempus vult compensare credi-
tum cum fisco, quia verba statuti de
vera, ac reali solutione intelliguntur,
& qui compensat, nec verè, nec reali-
ter solvit Paulus de Castro in l.Julia-
nus. la primera. ff.de Condit. & demonstr.
Quod etiam procedit in omni statuto
requirente veram, ac realem solutio-
nem, quia per compensationem solve-
re non sufficit Bald.in l.Ea quæ. C.de
Compensat. Jaso consil.134.lib.4. Cum 123
solutionis constitutivum in præcisâ nu-
meratione pecuniæ consistat. Unde Ro-
doërius fælicius fateri poterat, compen-
sationem quoad effectum liberationis
vicem realis, veræque solutionis nanci-
sci, quod indubitati juris est, ut in ter- 124
minis tradidit Giurb.ad Consuetud Mes-
san.cap.2.gloss.16.part.1.n.1. Et fusissimè
exposui in q.4.lib.1.tom.1. Secus verò quo
ad modum solvendi, qui est omninò
imaginarius, ac fictus, & in hoc sensu
intelligendi sunt text.in l.Debitor. ff.
Qui potior. in pignor. bab. text. in l. Vel
permutavit ff.de Liberal. caus. text.in l.
Solutionis. ff.de Solutionib. text.in l.Si pe-
culium. §.Quod si bæredi. ff.de Stat.liber.
text.in l.Si se non obtulit. §.Condemna-
tum. versic.Solvisse. ff.de Re judic.text.in
l.Amplius non peti. ff.Rem ratam bab.

Non obstat Carleval. de Judic. lib. 125
1.tit.3.disputat.27.num.6. Ubi dixit, quod
toties creditor hypothecarius anterior
præfertur cæteris creditoribus poste-
rioribus, quoties hypotheca extat, eâ
verò resolutâ, jus prioritatis resolvitur;
quia resoluto jure dantis, resolvitur jus
accipientis text.in l.Lex vectigali 31. ff.
de Pignorib. Nam respondetur in casu
nostro hypothecam resolutam non es-
se, quia cum existat super nomine de-
bitoris, quod est obligatum creditori- 126
ribus anterioribus, donec nomen exi-
stit extat hypotheca, & cum per solu-
tionem compensationis non resolva-
tur semper manet text. in l.Sicuti. C.
Quib.mod.pign.vel bypotbec.solvit. text.
in l.Nomen quoque. C. Quæ res pignor.
oblig.poss. Compensatio hîc refellitur, 127
quia id, super quo fieri debebat, hoc
est nomen debitoris est obligatum an-
terioribus creditoribus, super quo ha-

bent jus quæsitum, quo per compensationem privari nequeunt. Nam aliàs compensatio non fieret inter debitorem, & creditorem ad invicem contrahentes, juxta dispositionem text. in *l.1. ff.de Compensat.* Sed de eo, quod alii debetur, quod non est dicendum, cum sit contra textum in *l.Ejus.9. C. de Compensat. l.Pecuniam. l.Si cum militi. l.In rem suam.l.Id quod ff.de Compensat.* Præ-
128 fertim cum Carlevalius deviet, ac secedat à cæteris, qui affirmativam amplectuntur sententiam in hoc, quod omnes testantur, compensationem ipso jure fieri posse; ipse verò poscit, ut debitor declaret se compensare velle, quod nihil aliud est, quàm partis oppositionem optare; ut in casu quo dicunt ipso jure fieri refellitur. Ergo à fortiori, quãdo partis objectio desideratur.

129 Minus obnituntur Latro *decis.25. num.28.* Giurba *observat.106. num.11.* Marilian.*decis.31.* Qui asseverant, quod in casu, in quo Franch. *decis.53.num.10.* Ideo ibi denegata fuit compensatio, in præjudicium anteriorum creditorum, quoniam præcesserat denunciatio. Sed hujusmodi interpretatio contra asseclas contrariæ sententiæ retorquetur. Nam si in casu, de quo Franchis ideò compensatio locum non habuit, quia denunciatio præcessit. Ergo sequitur compensationem ipso jure factam non fuisse cum hoc, quod fiat ipso jure sit unicum fundamentum omnium Doctorum contrariam opinionem tenentium. Quippe si ipso jure esset facta favore creditoris posterioris in præjudicium anteriorum; nihil operaretur,
130 cum ab eo instanti, quo debitum, & creditum hinc inde contractum fuit, compensatio ipso jure facta intelligatur. Nec etiam placet quod dicit Afflictus *Controverf.jur. cap.41. num.27.* & Luca ad Franch. dicta *decis.53. num.6.* Videlicet, quod ibi ex æquitate compensatio fuit denegata; sed mihi videtur (si attenditur jus compensationis inducens) quod quoties admittitur cõpensatio, tunc ex æquitate procedatur.
131 Nam compensatio ex æquitate naturali inducta fuit text. in *l.Inter tutores 37.ff.de Administrat. tutor.* text. in *l.In rem suam 18.ff.de Compensat.* Quia nostra potius interest non solvere, quàm solutum postea repetere text. in *l.Ideo compensatio 3.ff.de Compensat.*

Rejiciendus quoque est Scaccia de 132 *Commerc.§.2.gloss.5. num.431.* Dum in terminis nostræ quæstionis asseruit, quod si creditori anteriori hypothecario nomen meum obligatum esset, non peterit illud à me exigere, quia attenta compensatione, quæ fit ipso jure, ego mihi ipsi solvisse videor. Nam denegato, quod in hoc casu compẽsatio fiat ob rationes supra traditas, nec concedendum est me mihi ipsi solvisse, quia debitor sui ipsius nemo esse potest text. in *l.Uranius 82. ff.de Fidejuss.* cum traditis à Gutierrez *de Gabell. quæst.45. num.5.* Caldas.*de Jur.emphyt. tit.de Extinct. emphyt. cap.14. num.33.* Nemo enim agit in seipsum text. in *l.Ille, à quo §.Tempestivum ff.ad Trebell.* Nam actio, & passio in eodem subjecto simul esse non possunt text. in *l.Prætor. ff.de Tutor & Curator.dat.ab iis.* text. in *l.Final. ff.de Offic. Prætor.* text. in dicta *l.Uranius. ff.de Fidejuss.* Unde Seneca *de Benefic.lib.5.cap.7.* ait: *Nemo sibi debet.* Et ibi: *Debitor non est sine creditore, non magis, quàm maritus sine uxore, aut sine filio pater.* Et dicto *lib.5. cap.8.* ibi: *Hoc verbum debere non habet, nisi inter duos, locum.*

Nec restat id, quod voluit Bersan. 133 *de Compensat. cap.3. quæst.10. num.34.* Videlicet, quod si non admitteretur compensatio creditor posterior majus pateretur præjudicium, & cum in concursu illud præjudicium evitari debeat, quod magis legi, æquitatique adversatur; sed in hoc casu magis æquitati refragatur præjudicium creditoris posterioris, quàm anterioris; ergo debet evitari. Sed respõdetur contrarium esse verius. Nam majus est sine dubio præjudicium creditoris anterioris, quia non habent æquale jus super nomine debitoris communis creditor posterior, & anterior; Nam hic habet per hypothecam jus jam in debitoris nomine quæsitum Mendus *Stater.benignar.opinion.dissertat. 6.quæst. 4. num. 29. & in Epitom. opinion. moral. verbo Compensatio. num. 1.* Zamorar.

ran.*de Compensat.disputat.* 8. *cap.* 6. *num.* 4.Ergo habet majus jus, & esset contra legem,& contra naturalem æquitatem, si à posteriore creditore, jure acquisito privaretur,& fieret ei injustitia Mendus &Zamoranus locis relatis. Quod esset maximum absurdum,ad quod vitãdum contrarium est tenendum argument. text. in *l Scire oportet. §. Aliud. ff. de Excusat.tutor*.text.in *l.Nam absurdum ff.de Bon. libert.* text. in *l. Ita vulneratus. vers. Quod si quis absurdi. ff. ad Leg. Aquil.*

134 Creditor anterior habens hypothecam in nomine debitoris communis, ejus præjudicium comparatione ad damnum debitoris compensare volentis potẽtius profectò est,& prælativè attẽditur ad compensationem impediendã, ut ex Rodriguez. *de Ann. reddit. lib.* 2. *quæst.*19.*num.*2.tradidit Salgad. in *Laberynt.credit.part.*2.*cap.*28.*num.*18.

135 Ampliatur nostra principalis conclusio, quando compensatio objicitur contra patrimonium decocti debitoris, quia tũc nec etiam in præjudicium creditoris anterioris admittitur compensatio, seu retentio; quoniam debitor patrimonii decocti integrum debitum solvere tenetur,& illud exigere debet suo loco, & gradu Roccus *Notab.* 100. *de Decoction.mercat. num.* 305. *lib.* 2. Salgad.*Laberynt.Credit.part.*3.*cap.*6.*§.Unic. num.*56.Rocca.*Disputat.jur.selectar. cap.* 147.*num.*17.Luca *de Regalib.discurs.* 26. *num.*7.Posth.*Resolut.*121. *num.*31. Rota Genuens *decis.*8. Rota apud Cenc. *de Censib.decis.*160.*num.* 11.Rodoërius.*cõsil.*

136 40.*num.* 45. & 48. Nam cum creditor anterior reperiat nomen debitoris sibi obligatum existens, & nõdum exactum, rectè petit super illo sibi obligato satisfieri Gloss.in *l Si constat.*4. *C. de Compensat.*Andreol.*controv.*229.*num.*3.Posth.dicta *Resolut.*121.*num.*10.Rocca dicto *cap.* 247 *num.*21.Surd *decis* 117.*num.* 4. Luca *Laberynt.cess. jur. via.*39.*num.*9. *vers. Sed tandem communis distinctio.* Licèt contrarium amplexati sint Scacc. *de Commerc. §.* 2. *gloss.* 5. *num.* 436. Gob. *consult.* 130. *num.*15.Bersan.*de Compensat.cap.*3 *quæst.* 10. *num.*38. Afflict. *controv.*41. *num.*26. Mãfrell.ad Capicium Latrũ.*decis.*124.*n.* 18.Urceol.*consult.Forens.cap.*61.*n.* 1. Luca ad Franch.*decis.*53.*num.*5.

Nec nobis satis obsistit Olea in *Addit.ad suum tractat.de Ceß.jur.tit.* 6. *quæst.* 11.*num.*1. Asserens fieri compensationem in præjudicium creditorum anteriorum, quando debita, & credita ex eodem contractu manant. Cui denique objectioni respõdetur eãdem militare rationem,quando debitum,& creditum proficiscuntur ex eodem, vel ex diverso contractu;videlicet,præjudicium creditoris anterioris. Nam si posteriores possint compensare in detrimentum antoriorum, eò quia ex eodem contractu debitum, & creditum descendit, frustraneum esset anteriorum creditorum privilegium, & nihil eis proficeret illa temporis prioritas, ob quam cæteris creditoribus posterioribus sunt præferendi, juxta text.in *l. Qui balneum. l. Potior. ff. Qui potior. in pign. hab.* Nam fingamus juxta intellectum Oleę, Sempronium debere Petro centum cũ hypotheca generali omnium bonorum, postea Sempronium emisse à me Leonardo codicem pro decem, quibus adhuc mihi Leonardo non solutis, egomet ab ipso Sempronio pallium pro aliis decem. Nunc ego creditor posterior nequeo cum Sempronio debitore communi compensare meum debitum in præjudicium Petri creditoris anterioris,quamvis utrumque creditum ex eodem contractu emptionis proficiscatur. Nam si fiat concursus in bonis Sempronii debitoris communis, qui nihil aliud habeat, nisi nomen debitoris, aut creditum contra Leonardum. Petrus hypothecarius creditor præferendus est, quia super illo nomine debitoris habet jus reale jam sibiquæsitum, quo per debitorem minimè privari quit. Actio hypothecaria est actio in rem text.in *l. Pignoris* 18. *C. de Pign.* Quoniam non ex obligatione, sed ex jure reali descendit, nempe ex jure hypothecæ, quod creditor acquirit in rem, simul atque eam pactus est sibi in hypothecã dari,quod jus ita rei hypothecatæ adhærescit, ut debitor nec rem alienando, nec alteri postea hypothecando creditori hypothecario possit auferre text. in *l.Præses* 5.*l.Debitorem* 15. *C. de Pign. & hypothec.*

Et

142 Et ut magis accedamus ad societatis contractum, de quo hæsitat Olea, dicendum est nec ibi in præjudicium creditorum anteriorum locum habere posse compensationem contra expressam mẽtem ipsius Oleæ sibi quoque cõtrarius *tit. 6 quæst.11.n.27.vers. Alius verò distinctionis.*

143 Ad cujus clariorem intelligentiam effinge, quod Mævius erat debitor Titii, in cẽtum, pro quibus hypothecavit omnia bona sua; postea prædictus Mævius societatem inivit, cum Pomponio, & Cajo, qui omnes cum ad nundinas proficiscerentur, causâ emendi boves, unusquisque pro parte sua misit centum. His hujusmodi peractis, Mævius decoquit, fitque concursus in ejus bonis, (cum hic sit scopus nostræ principalis quæstionis) & nihil habere reperitur, nisi illa centum, quæ misit in societatem. Nũc venit Titius creditor anterior, cum hypotheca generali omnium bonorum, & petit centum sibi debita à Mævio. Insurgunt postea Pomponius, & Cajus ipsius Mævii consocii, ipsumque admonent, ne Titio creditori anteriori solvat donec dispungantur rationes introitus, & exitus ad hoc ut sciatur, & ad hoc ut agnosci possit, an alterius debitor sit, vel creditor. Hic est status quæstionis Oleæ *Addit.ad tit.6.quæst.27.num.4.*

144 Sed respondeo verum esse id, quod Olea suspicatur; prius inter socios fieri debere compensationem, vel calculum, ad hoc ut sciatur, quis sit creditor, vel debitor; sed sciscitor ab Olea, aut Mævius, factâ computatione, remanet debitor, vel creditor societatis: si debitor consocii ab eo profectò creditum consequi nequeunt, quia hic casus ponitur in eo casu, quo Mævius sit decoctus, ut dixi supra. Aut est creditor, & tunc contra mẽtem Oleæ compensatio locum adipisci nequit, quia comperti juris est, compensationem, tunc locum assequi, quando ex parte, tam debitoris, quàm creditoris adest debitum, & creditum, textus expressus in *l.1.ff.de Compensat.* At quando Mævius est creditor societatis, societas non habet creditum contra Mævium. Ergo quid compensari debet?

145 Sed ut tota penitus difficultas deleatur, fingamus Mævium nõ esse decoctũ, & existere debitorem societatis, nec etiã in hoc casu necessitas est compensandi, tum nec etiam possit; quia quando debitor communis habeat unde solvere possit omnibus creditoribus, ad quid quærere, ac percũctari, an posterioribus, vel anterioribus prius sit solvendum, cũ omnibus sit satisfaciendum.

Si verò Mævius sit debitor societatis in centum, hîcà fortiori compensatio locum habere non potest, quia Mævius contra ipsam societatem aliud creditum non habet unde nihil est, quod compensari possit juxta text. in *l. 1. ff. de Compensat.* Ideoque compensatione semotâ Mævius solvere debet Titio creditori anteriori habenti hypothecam omnium bonorum; non verò societati. Et ratio est, quia Titius creditor hypothecarius habet jus super omnibus rebus Mævii. Nam hæc dictio, *omnis*, omnia comprehendit, & nihil excludit Roman. *consil.*44. Roland. *consil.* 87. *num.* 8. *vol.*2. Tiraquell. in *l. Si unquam verbo Totam num.* 1. *C. de Revocand. donat.* Menochius *de Recuperand.Remed.*15. *num.* 194. Barbos. *Tractat.Var. dict.* 241. *num.* 1. Hanc enim particulæ omnis universalitatem ostendit Virgil. in *Bucolic. eclog.* 3. 146

Et nunc omnis ager, nunc omnis parturit arbos.

Idem quoad universalitatem eruitur ex Horat. *lib.*1. *Carmin. ode* 4.

Nunc omnis, & mox virgines tepebunt.

Id ipsum depromitur ex Propertio *lib.*1. *eleg.*11.

Sed quod in hac omnis parte timetur amor.

Urgetur hujusmodi, quia in hoc posteriori casu Mævius cum sit debitor societatis in centum nihil aliud habens in bonis suis, non adest super quo existere possit hypotheca, ideoque in solutione societas est Titio præferenda? 148

Sed respondetur, quod Mævius licèt tempore, quo contraxit debitum cum Titio sub hypotheca habebat bona, & quamvis postea decoquat hypotheca existit circa illa centum, quæ in societatem misit, & sic quamquam Mævius in societate, ob aliquem casum fortuitum amittat, semper remanet Titio hypotheca super nomine 149

mine debitoris, ideoque cum sit prior in tempore, potior debet esse in jure text. in *l. Qui balneum l. Potior. ff. Qui potior in pign. hab.*

150 Nec huic aspirat Olea *num.* 4. Dum dicit, quod de natura contractus societatis est, ut quod socius alteri socio debet, inseparabile sit ab eo, quod sibi à socio debetur.

151 Nam respondetur, hoc non efficere, ut post factum calculum, non debeat satisfieri creditori anteriori hypothecario, & quamvis bona sociorum commixta, ac confusa sint, tamen super eo quod pertineret debitori, computatione factâ, hypotheca existit. Quippe debitor hypothecam constituere potest in parte suâ fundi, quam cum altero pro indiviso communem habebat, & præcipuè super illâ parte, quam ei ex divisione obtigit, teste Renat. Chopin. *lib.* 3. *de Privileg. Rust. cap.* 3. *in fine.* De quo consule Lovet. *en son Recueil. litera H. num.* 11. Annæum Robert. *lib.* 3. *Rer. judic. cap* 19 Costal. *ad leg.* 3. *§ Post. divisionem. ff. Qui potior. in pign hab.* Charond. *lib* 8. *Respons.* 42. Tiller. ad Pappon. *lib.* 11. *tit.* 3. *artic.* 3. Vall. *de Rebus dubiis. discurs.* 10. *num.* 2. Molinæum *ad Paris. tit.* 1. *§.* 1. *gloss.* 9. *num.* 45. Relati á Christinæo. *decis. Belgar.* 152 *n.* 8. *vol.* 4. Ergo idem dicendum est de societate, ut hypotheca existat super illa parte, quæ pertinere debet socio communi debitori, quamobrem præferri debeat creditor hypothecarius; & quod in præjudicium creditorum anteriorum nequeat fieri compensatio, quamvis debitum, & creditum ex eodem contractu proficiscatur est certum, præcipuè in casu de quo Olea *Addit. de Cess. jur. tit.* 6.

152 *quæst.* 11. *num.* 1. Cum ibi substantialia ad ineundam compensationē defficiant, quod etiam clarissimè cognovit ipsemet Olea, dum dixit, quod non tam erat cōpensatio, quàm quidam calculus referens Thorum, & Bald in *l. Mævius in* 2. *lect. ff. Famil. ercisc.* In cujus comprobationem latè expendit text. in *l. Si cum filiofamilias* 9. *ff. de Compensat.* Ergo si juxta eundem Oleam non est compensatio; sed calculus, ex quo nullum præjudicium sequitur creditoribus anterioribus nihil obstabit nostræ verissimæ conclusioni, quod in præjudicium anteriorum creditorum compensatio locum habere nequeat.

SUMMARIUM

1 *Hæres gravatus expendens circa res fideicommisso subjectas, juxta nonnullos, tenetur expensas cum fructibus compensare. contrarium num.* 7.

2 *Gravatus restituere sub conditione expendens in re fideicommissaria, non potest expensas recuperare.*

3 *Hæres gravatus expendendo circa res fideicommissarias malæ fidei possessori assimilatur.*

4 *Malæ fidei possessor fructus ex ipsis meliorationibus deducere non potest.*

5 *Donare videtur is, qui sciens in alieno facit impensas.*

6 *Fideicommissarii, si post cognitum fideicommissum ædificaverint, tamquam malæ fidei possessores perdunt melioramenta.*

7 *Hæres gravatus de restituendo, quamvis adveniat casus restitutionis, non tenetur expensas cum fructibus compensare, sed eas deducere potest,* & referuntur Doctores hanc opinionem sequentes.

8 *Hæres gravatus, donec casus restitutionis adveniat, interim jure dominii, quamvis resolubile sit possidet, ideoque facit fructus suos.*

9 *Conditio nihil ponit in esse.*

10 *Quod est in conditione non est in dispositione.*

11 *Mala fides desumitur ex eo, quod spontè sua se periculo quis subjicit.*

12 *Expensæ à gravato factæ, an deducantur in restitutione fideicommissi.*

13 *Impensæ pro hæreditatis defensione factæ, vel pro bonorum fideicommissi recuperatione, in fideicommissi restitutione deducuntur,* & traduntur Doctores hanc assertionem amplexantes.

14 *Hæres litigans cum uxoribus, vel legatariis occūbens in sententia, dummodò bona fide litigaverit, non tenetur compensare fructus; sed litis deducit expensas. Secus verò si temerè litigaverit.*

15 *Expensæ factæ beneficii causa, fructibus beneficii accepti feruntur.*

Pa-

16 *Pater, cui fructus bonorum adventitiorum reservati sunt titulo lucrativo, litium expensas ex fructibus præstare tenetur.*

17 *Litium expensæ cum fructibus compensantur secundùm opinionem* Glossæ.

18 *Impensæ litium cum fructibus, juxta aliquos, non compensantur.*

19 *Expensæ litis quandò sunt modicæ ad onus mariti spectant; si verò sunt magnæ ad uxoris pertinent onus.*

20 *Hæres, qui cum alio se hærede prætendente litigavit, & succubuit tenetur compensare litis expensas: nisi justam litigandi causam habuerit.*

21 *Expensa modica respectu quantitatis ad hæredem pertinet.*

22 *Contrariam opinionem nonnulli sequuntur.*

23 *Expensa pro relevando, & habendo testamento compensari non potest; sed deducitur.*

24 *Hæres gravatus quum sit restitutio bonorum fideicommissi, deducit expensas in conficiendo inventario.*

25 *Hæres gravatus non tenetur compensare expensas factas in testatoris funeribus cum fructibus, sed deduci possunt.*

ARGUMENTUM

Utrùm Hæres per Fideicommissum de restituendo gravatus expendens circa res, possit expensas deducere, vel teneatur eas cum fructibus compẽsare.

QUÆSTIO XIX.

1 ADeò quondàm apud veteres fidei religio invaluit, ut proprio, peculiarique templo Romæ publicè coleretur, ut fatetur Balduin. *ad tit. Instit. de Fideicommiss. hæreditat.* Et patet ex Divo Augustino *lib. 4. de Civitat. Dei cap. 10.* Quò respiciens cecinit Horat. *lib. 1. Carmin. ode 35.*

Te spes, & albo rara fides colito,
Velata panno, nec comitem abnegat.

Forsan quia sacrificantium caput albo tegebatur panno, seu potius ob fidei ipsius puritatem, quæ pura, & alba est, vel quoniam in senibus videtur, juxta illud Virgilii *lib. 1. Æneid.*

Cana fides, & vesta Remo, cum fratre Quirinus.

Hâc fide testatores nixati, quandoque adsolẽt hæredibus fideicommittere, ut hæreditatem alteri restituant; sed quia semper aliquod tempus, pridiequam restitutionis casus adveniat, hæreditas apud ipsum existit, usuvenit interdum hæredem fideicommissariũ in rebus fideicommisso subjectis expensas erogare. Quadecausa percunctatur, utrùm is hæres impensas factas deducat, vel teneatur cum fructibus eas compensare? Cui sciscitationi videtur negativè respondendum; nimirum quod minimè hæres gravatus ante conditionis adventum in res fideicommisso subjectas expendẽs, debeat expẽsas deducere; sed teneatur eas cum fructibus compensare Beroj. *quæst. 69. num. 4.* Magon. *Decis. Florent. 51. num. 4.* Franch. *decis. 110. numer. 8.* Gallus *tractat. de Fructibus. disputat. 12. artic. 1. quæst. 2. num. 15. in fine.* Luca ad Franch. *dicta decis. 110. num. 4.* ibique Amendola.

Hujus assertionis ratio est, quia cum gravatus restituere sub conditione, sciat evenire posse restitutionis casum, videtur expendere in rem alienam, & in fraudem fideicommissarii; ideoque nequit expensas recuperare; cum gravatus expendendo in rebus fideicommisso subjectis nequeat expensas recuperare text. in *l. Final. §. Emptor. ff. Commun. de Legat.* Jaso in *dicta l. Final. §. Emptor. C. Commun. de Legat.* Luca ad Franch. *decis. 110. num. 4.* Corn. in dicta *l. Final.* 2

Hic hæres quoad expensarum recuperationem, ut sic dicam aliquantulum malæ fidei possessori assimilatur, qui 3

neç

4 nec etiam fructus ex ipsis meliorationibus deducit Covarruv. *Variar. lib. 1. cap. 8. num. 4.* Menoch *de Adipisc. Remed. 15. num. 606.* Lugo *de Justit. & jur. tom. 1. disputat. 17. sect. 3. num. 60.* Molinæus. *ad consuet. Parisiens. tit. 1. §. 1. gloss. 3. n. 84.* Lopez in *l. 41. glossa 5. tit. 28. partid. 3.* Sanchez. *Oper. moral. tom. 1. lib. 2. cap. 23. num. 105.* Valasc. *de Jur. emphyt. quæst. 25 num. 26.* Barbosa in *l. Divortio 8. §. Final. n. 52. ff. Solut. matrim.* Gabriel. *consil. 151.* Negusant. *de Pignorib. & hypoth. part. 5. memb. 4. num. 10.* Capyc. *decis. 92. num. 10.* Molina. *de Justit. & jur. tom. 3. disputat. 725. num. 22.* Ratio est; nam
5 qui sciens in alieno expendit, donare videtur text. in *l. Adeo 7. §. Ex diverso. ff. de Acquir. rer. domin.* text. in *l. Si is 5. C. de Ædific. privat.* text. in *§. Ex diverso. Institut. de Rer. divis.* Tepatus *Variar. sentent. tit. 272 cap. 3. in fine.* Franch. *decis. 110. num. 8.* Idem sequitur Covarruv. *Variar. cap. 17. col. 1. versic. Ea verò. lib. 3. num. 2.* Cavalcan. *de Tutor. & curator. num. 165.* Peregrin. *de Fideicommiss. artic. 49. num. 63.* Magon. *Decis. Florent. 51. num. 56.* Luca ad Franch. *decis. 110. num. 4.* Cagnol. in *l. 1. C. de Sentent. quæ pro eo.* Menoch. *de Præsumpt. lib. 3. præsumpt. 32.* Joann. Andreas. in *addit. ad* Speculator. *tit. de Præs. §. Species. n. 5.* Bald. Angel. Paul. & Jaso in *l. Final. §. Emptor.* & ibi Gloss. *verbo Melioratione C. Commun. de*
6 *Legat.* Conducit valde, quod advertit Cagnolus in præallegata *l. 1. n. 70. C. de Sentent. quæ pro eo.* Ubi fideicommissarios instruit, ut emptoribus protestentur, ne in rebus fideicommisso subjectis ædificent. Nam si post cognitum fideicommissum ædificaverint, tamquam malæ fidei possessores amittunt melioramenta Gloss. in *l. Si dictum. §. Si cum posset. ff. de Evictionibus.* Felin. in *cap. Si diligenti. num. 5. extra. de Præscriptionib.* Marzar. *Epitom. de fideicommiss. quæst. 66.*

7 His atque similibus haud obluctantibus, contraria opinio est amplectenda. Scilicet, quod adveniente restitutionis casu deducat expensas; nec fructus compensare teneatur, quam porrò opinionem sectantur Knipschil. *de Fideicommiss. cap. 12. num. 130.* Menoch. *de Arbitrar. casu. 258. num. 24.* Coccin. *decis. 2265. num. 7. & decis. 2130. num. 3.* Ludovic. *decis. Perus. 24. num. 10.* Castill. *de Usufruct. cap. 56. num. 12.* Gloss. in *l. 3. §. 1. ff. de Impens. in reb. dotal. fact.* Roland. *consil. 28. num. 26.* Bart. Ang. & Alex. in *l. Domos hæreditarias. ff. de Legat. 1.* Barbosa in *l. Divortio. §. Final. num. 21. ff. Solut. matrim.* Tranchedin. *consultat. 89. num. 15.* Doctores in dicta *l. Deducta. ff. ad Trebell.* Gallus *de Fructibus. disputat. 13. quæst. 2. num. 15.* Fusar. *de Substitut. quæst. 669.* Peregrin. *de Fideicommiss. art. 50. num. 64.* Afflict. *decis. 87.* Boër. *decis. 44. num. 21.* Gloss. in dicta *l. Domos. ff. de Legat. 1.* Tusch. *conclus. 503. num. 27. lit. F.* Garcia *de Expens. & Meliorat. cap. 17 num. 1.* Gloss. in *l. Emptor. ff. de Rei vindicat.* Jaso in dicta *l. Domos num. 24. ff. de Legat. 1.* Alex. *consil. 125. col. ultim. vol. 1.* Trentacinq. *de Substit. part. 4. 6. 14. num. 4.* Bart. in *l. Emptor. ff. de Rei vindicat.* Ruin. *consil. 38. col. final. lib. 1.* Petris *de Interpretat. ultim. volunt. solut. 5.* Roland. *consil. 28. num. 17. volum. 1.* Bald. in dicta *l. Emptor. ff. Rei vindicat.* Peregrin. *decis. 6. num. 3.* Ruin. *consil. 117. col. 1. volum. 4.* Menoch. *lib. 3. præsumpt. 32. num. 3.* Bertazol. *consil. 79. num. 19.* Intrigliol. *de Substitut. quæst. 74. num. 91. centur. 3.* Bald. in *l. In insulam. §. 1. ff. Solut. matrimon.* Angel. in dicta *l. Emptor. ff. de Rei vindicat.* Ruin. *consil. 135. num. 16.* Bertaz. *consil. 102. num. 73. col. penult.* Imol. in dicta *l. In insulam. §. 1. ff. Solut. matrimon.* Paris. *consil. 55. num. 2. vol. 3.* Franch. *decis. 109.* & ibi latè Luca, & omnes addentes. Alex. in dicta *l. In insulam. §. 1. ff. Solut. matrim.* Tiraquell. *de Retract. convent. §. 7. gloss. 1. num. 7.* Corn. *consil. 186. num. 8. lib 4.* Angel. in dicta *l. In insulam. §. 1. ff. Solut. matrimon.* Curt. Jun. *consil. 6.* Cephal. *consil. 3 num. 8. & consil. 49. num. 23.* Molina *de Primogen. Hispaniæ. lib. 1. cap. 26. num. 3.* Ratio est, quia interim jure dominii, 8
quamvis revocabile possidet, & consequenter facit fructus suos text. in *l. Domos.* & ibi Glossa. & Doctores. *ff. de Legat. 1.* Menoch. *de Præsumptionibus. lib. 3. præsumpt. 32. num. 3.* Tranchedin. *consultat. 89. num. 15. in fine.* Barbosa in *l. Final. C. de Jur. emphyt. & in l. Di-*

vertio. §. final. num. 44 ff. Solut. matrimon.
Marescot. Variar. Resolut. lib. 2. cap. 110.
num. 7. Peregrin. de Fideicommiss. artic.
50. num. 65. Roland. consil. 28 num. 27 lib.
1. Fusar. de Substitut. quæst. 669. Natta.
consil. 259. num. 3. Franch. decis. 109.
Etiam hæc nostra conclusio suffulci
potest authoritate insignis Jurisconsul-
ti Papiniani in l. Domos 61. ff. de Legat. 1.
Quò habemus expensas factas in repa-
randâ re sub conditione legatâ à lega-
tario repeti posse, rei inspecto valore,
ut ex illius textus verbis nitescit ibi;
Domos exustas, & hæredis nummis extru-
ctas, ex causa fideicommissi post mortem
hæredis restituendas boni viri arbitratu,
sumptuum rationibus deductis, & ædifi-
ciorum quantitatibus æstimatis, respondi.

9 Non obstant adducta pro opinione
contrariâ, quia pendente conditione,
fideicommissum in consideratione non
habetur, cum conditio nihil ponat in-
esse text. in l. Si quis sub conditione. ff. Si
quis omiss. caus. testam. text. in l. Ex facto.
ff. de Hæred. instituend. text. in l. Si quis
fundum. ff. de Contrah. empt. text. in l. Ce-
dere diem. ff. de Verbor. significat. Et quod
10 est in conditione, non est in dispositio-
ne text. in dicta l. Si quis sub conditione.
ff. Si quis omiss. caus. testam. Menoch. de
Arbitr. Judic. cas. 468. num. 6. Surd. decis.
337. num. 17. Brunor. Loc. comm. verbo.
Conditio 3.

11 Nec obnititur, quod dicitur de em-
ptore, quia ratione malæ fidei non recu-
perat expensas. Mala fides autem desu-
mitur ex eo, quod spontè suâ se peri-
culo subjicit; & qui se exponit peri-
culo, peribit in illo Proverb. cap. 7. text.
in l. Item Mela. ff. ad Legem Aquil. Aut
dic, quod ille textus procedit, quando
conventus velit contra venditorem
agere; quia non præcluditur illi reme-
dium contra agentem; cui rem utilem
gessit.

12 Nunc videndum est de aliis expensis
à gravato factis, an deducantur in re-
stitutione fideicommissi? Expensæ pro
13 hæreditatis defensione factæ, vel pro
bonorum fideicommissi restitutione.
deducũtur Garcia de Expẽs. & meliorat.
cap. 8. n. 19. Seraphin. decis. Rot. 925. An-
gel. in l. Ultim. §. In cõputatione. C. de Jur.
deliberand. Pinell. in l. 1. part. 2. n. 70. C.
de Bon. matern. Rota apud Farinac. de-
cis. 517. num. 6. part. 4. Paul. de Castro in
dicta l. Final. §. In computatione. num. 3. C.
de Jur. deliberand. Raud. decis. Pisan. 31.
num. 300. Ancharan. consil. 32. Grat. con-
sil. 9. num. 17. lib. 1. Alex. in dicta l. Final.
§. In computatione. num. 3. C. de Jur. deli-
ber. Bald. consil. 73. num. 3. lib. 3. Intrigliol.
de Substit. centur. 3. quæst. 74. num. 42. &
91. Peregrin. de Fideicommiss. artic. 50.
num. 11. Jaso in dicto §. In computatione.
num. 2. Æmil. consil. 15. col. 2. Marzar.
consil. 12. Scot. consil. 24. Cephal. consil.
762. num. 30. Petris. de Interpret. ultim. vo-
luntat. num. 15. versic. Ubi quoque. Aretin.
tractat. de Testament. gloss. 89. num. 12.
Roland à Vall. tractat. de Invent. part.
4. quæst. 18. Marzar. de Fideicommiss.
quæst. 67. text. in l. Ubi purè. §. In contra-
hendis. ff. ad Trebell. text. in l. Ultima. §.
In computatione. C. de Jur. deliber. Nec
fructus in hac detractione sunt com-
pensandi, ut omnes ferè relati Autho-
res existimant.

Procedit quoque, quando hæres liti- 14
gans, cum uxoribus, vel legatario occu-
buit in sententiâ: dummodo bonâ fide
litigaverit; quia tunc non tenetur com-
pensare fructus; sed litis deducit expen-
sas; secus verò si temerè litigaverit Rota
Roman. decis. 517. num. 17. Petra. de Fidei-
commiss. quæst. 15. num. 240. Bald. consil. 76.
lib. 3. Æmil. consil. 15. col. 2. Ang. in dicta l.
Final. §. In computatione. C. de Jur. delib.
Marzar. de Fideicommiss. quæst. 57. Roland.
de Invent. quæst. 18. Sed hîc adest maxima 15
difficultas; quia videtur, quod expensæ
factæ in tuendo res hereditarias cum fru-
ctibus compensentur, sicuti de expensis
factis beneficii causâ, quæ fructibus be-
neficii accepto feruntur text. in cap. Præ-
teritæ de Elect. Et sicut in patre, cui fru- 16
ctus adventitiorum reservati sunt titulo
lucrativo. Nam litium expensas ex fru-
ctibus præstare debet text. in l. Final. §.
Ubi autem. C. de Bon. quæ liber. text. in l. 1.
C. de Bon. mater. & ibi Bart. Ang. Paul.
Corn. & Pinell. part. 2. num. 68. Bald. in l.
Final. §. In computatione. C. de Jur. delib.
Alex. in l. Usufructu. num. 3. ff. ad Legem fal-
cid. Idem est in hærede percipiente fru- 17
ctus titulo lucrativo; quinimo etiam in
pos-

possidentibus titulo oneroso dubitabilis est quæstio, an expensæ litium cum fructibus compensentur. Nam Gloss. in *l. 1. ff. de Impens. in rebus dot.* Tenet deducendas non esse; Sed cum fructibus esse compensandas Fulgos. in *l. 1. C. de Bon. matern.* Bald. in eadem *l. num.* 13. & in *l. 2. C. de Act. & oblig.* & in *l. 3. num. 2. C. de Fals. caus.* Jaso. in *l. Si in area ff. de Condict. indeb.* Pinell. in dicta *l. 1 num.* 70.

18 Contrarium tenuerunt Bart. in *l. 1. ff. de Impens. in reb. dotal. fact.* Corn. in *l. 1. C. de Bon. matern.* Crot. in *Repetit. l. Frater à fratre num.* 123 *ff. de Condict. indeb.*

19 Sed distinguendum est inter modicam, & magnam expensam, ut primo casu ad mariti; secũdo quidèm ad uxoris pertineat onus text. in *l. Omninò. ff. de Impens. in rebus dotal. fact.* text. in *l. In rebus §. Possunt.* & *l. Hactenus ff. de Usufruct.*

20 Non deducet litis expensas hæres, qui cum alio se hærede prætendente litigavit, & succubuit; sed tenetur compensare Ang. in *l. Final. §. In computatione C. de Jur. deliber.* Rolland. *de Invent. quæst.* 18. Peregrin. *de Fideicommiss. artic.* 50. *n.* 11. *vers. Ampliaetiam.* Marzar. *de Fideicommiss. quæst.* 67. Æmil. *consil.* 15. Alex. & Jaso. in dicta *l. Final. §. In computatione. C. de Jur. deliber.* Hoc est nisi justam litigandi causam habuerit Roland. *de Invent. dicta quæst.* 18. Et Æmil. dicto *consil.* 15:

21 Limita in modicâ expensâ respectu quãtitatis, quia hæc ad hæredem pertinet. Jaso in *l. Divortio. §. Impendi. ff. Solut. matrim.* Marzar. in *Epitom. fideicommiss. dicta quæst.* 69. Jaso. in *l. Si in area. ff. de Condict.*

22 *indeb.* Quamvis contrarium tenuerunt Alex. in dicta *l. Divortio. §. Impendia. ff. Solut. matrim.* Rota Perusina. *decis.* 28. Roland. *consil.* 28 *num.* 20. *lib.* 1. Ruin. *consil.* 14. *col.* 3 *lib.* 1. *consil.* 135. *lib.* 3. Petra. *de Fideicommissis quæst.* 15. *num.* 167.

23 Expensa quoque pro relevando, & habẽdo testamento nõ compensatur; sed est deducenda Jaso in *l. Ult. §. In computatione C. de Jur. delib.* Petris. *de Interpretat. ultim. voluntat. num.* 15. *vers. Ubi quoque.* Roland. *Tractat. de Invent. part.* 4 *quæst.* 18. Cephal. *consil.* 644. *num.* 38. & *consil.* 740. *num.* 2. & *consil.* 762. *num.* 32. Marzarus *Epitom. de Fideicommiss. quæst.* 67.

24 Deducitur etiam ab hærede gravato expensa facta in conficiendo inventario, quum sit restitutio bonorum fideicommissi Roland. *de Invent. part.* 4. *quæst.* 18. Cephal. dicto *consil.* 144. *num.* 36. *consil.* 740. *num.* 2. *consil.* 762. *num.* 33. Latè Fusar *de Substit. quæst.* 512. Jaso. in *l. Final. §. In computatione. C. de Jur. deliber.*

Nec hæres gravatus tenetur cum fru- 25
ctibus compensare expensas factas in testatoris funeribus; sed sunt deducendæ text. in *l. Papinianus. §. 4 ff. de Inoffic. testament.* text. in *l. Impensa funeris. ff. de Relig. & sumpt. funer.* text. in *l. 1. §. Ultim. ff. ad Leg. falc.* text. in *l. Final. §. In computatione C. de Jur. deliber.* & tradunt Covarruv. in *cap. Rainutius. §. 3. n. 2. de Testament.* Alciat. *consil.* 139. *lib.* 9. Bart. & Imol. in dicto *§. In computatione.* Bald. in *l. Final. col.* 2. *C. de Negot. gest.* Aretin. in *§. Final. in glossa Funeris. Institut. ad l. Falcid.* Menoch. *consil.* 681. *n.* 12. Paul. de Castro. *consil.* 269 *lib.* 1. Cephal. *consil.* 644 *num.* 16 Crot. *consil.* 275. *num.* 61. Pereg. *consil.* 38. *num.* 17. *lib.* 4. Marcus *Decis. Delph.* 332. Petris *de Interpretat. ultim. voluntat. num.* 2. Peregrin. *de Fideicommiss. artic.* 35. *in fine.* Cephal. *consil.* 740. *num.* 1.

SUMMARIUM.

1 *Compensatio tam in actionibus bonæ fidei, quàm stricti juris hodie admitti potest.*
2 *Actio depositi, & actio perperam alienam possessionem occupantis compensationem excludunt.*
3 *Casus exceptus firmat regulam in contrarium.*
4 *Nostra potius interest non solvere, quàm solutum repetere.*
5 *Operario agenti ad consequutionem mercedis pro labore suo, non potest opponi compensatio.*
6 *Salarium, seu merces vice alimentorum funguntur, & alimentis æquiparantur.*
7 *Compensatio in alimentis locum habere non potest.*
8 *Laborans mercedem laboris sui consequi debet.*
9 *Operarium fraudare suo labore nihil iniquius.*
10 *Homines naturali instinctu præmium amant.*

11 *Præmium si desit laborare piget.*
12 *Præmium si labori non correspondeat virtus languescit.*
13 *Alimenta denegans necare dicitur.*
14 *Operario agenti ad mercedem potest objici compensatio, quando operas præstanti alimenta præbentur, & ultra alimenta aliqua mercedis quantitas constituatur.*
15 *Operario agenti ad mercedem, seu salarium præteriti temporis compensatio opponi potest.*
16 *Operario agenti ad mercedē pro operibus nondum præstitis objicitur compensatio.*
17 *Operario agenti ad mercedem diurnam, non potest opponi compensatio.*
18 *Tutor si minorem, qui non habet in reditu pro se alimentando ad serviendum non posuit; sed ejus operibus usus fuit, an hujusmodi operæ debeant cum alimentis compensare.*
19 *Affirmativam sententiam nonnulli insequuntur.*
20 Refertur text. in l. Quod si artificem. ff. de Rei vindicat.
21 Expenduntur l. ultim tit. 12. partid. 5. & l. In rebus. §. Possunt. ff. de Commodat.
22 *Operæ minorum à qua ætate compensationem cum alimentis recipiant.*
23 *Operæ infantis nullæ esse possunt.*
24 *Infans vocatur is, qui minor est septennio.*
25 *Operarum facultas post quintum annum, tam in puero, quàm in puella incipit.*
26 *Operæ pueri in quinquennio cum alimentis compensationem recipit.*
27 *Impensæ factæ in artificio adipiscendo compensantur cum operibus præstitis post annum vigesimum quintum.*
28 Emendatio ad text. in l. quod si artificem 32. ff. de Rei vindicat.
29 *Æstimatio operarum incipit ab anno quinto.*
30 *Pubertas in operibus æstimandis expectari non debet.*
32 *Infans non debet intelligi puer certæ ætatis, sed his, qui fari non potest.*
32 *Infans, si excesserit infantiam operæ ejus cum expensis in puero factis compensantur.*
33 Ostenditur vitium vulgatæ lectionis dictæ l. Quod si artificem. ff. de Rei vindicat.
34 *Operæ impuberis aliquæ esse possunt.*
35 *Pubertas est emissio pubis, seu pudendæ lanuginis.*
36 *Pubes pro juventute, & adolescentia sumitur.*
37 *Pubertas ætas grata nuncupatur, & dicitur à pube, hoc est pudentia corporis.*
38 *Pubes dicitur lanugo, quæ tam maribus, quàm fœminis circa pudenda solet oriri, quod latè exornatur.*
39 *Pubertas apud Romanos ex aspectu corporis dignoscebatur.*
40 *Inspectio corporis an esset aliqua corporis inhonesta denudatio, vel potiùs honesta ex habitudine inspectio, & quod fuerit honesta comprobare nititur* Arnoldus Vinnius.
41 *Inspectio corporis, quæ ad cognoscendam pubertatem fiebat erat inhonesta*, & reprobatur Arnoldus Vinnius ex pluribus veterum testimoniis.
42 *Olympias Alexandri Mater cum jussu Cassandri necaretur, moriens ne quid posset in corpore ejus indecorum videri capillis, & veste crura obduxit.*
43 *Tyresias Vates cæcitate punitus fuit, quia Minervam nudam expectavit.*
44 *Augustus præcepit matresfamilias, & adultas ætate Virgines denudari, atque perspici.*
45 Herodoti, & Cypriani locus adducitur.
46 Impugnatur Arnoldus Vinnius, ac magis sententia nostra roboratur.
47 Objurgatur Arnoldus Vinnius, & in ejus confutatione referuntur verba text. in princip. Institut. Quib. mod. tutela finiatur.
48 *Cassiani, & Proculejani controversiam foverunt de tempore pubertatis existimando.*
49 *Pubertas in masculis à decimoquarto anno, in fœminis verò à duodecimo incipit.*
50 *Pubertas ante Justinianum definita fuit duodecimo anno in fœminis, & decimoquarto in masculis.*
51 *Quæ assertio Authori displicet.*
52 Tertulliani locus quomodò intelligi debet.

53 *Pu-*

53 *Pubertas quare in fœminis celerius, quàm in maribus contingat.*
54 *Generationis jus citiùs in fœminis, quàm in masculis advenit.*
55 *Feminę cur biennio maturiùs, quàm viri vim generationis consequantur?*
56 *Fœminæ quare citiùs mare pubescant?*
57 *Operæ puellæ septem annorum cum alimentis sibi præstitis à tutore compensantur.*
58 Expenditur l.2.tit.23.lib.4. Fori.
59 *Operæ expositi à decennio compensari possunt.*
60 Intellectus ad dictam l.2.Fori tit.23. lib.4.
61 *Exponere filios iniquum est.*
62 *Romanis quondam filios exponere licebat.*
63 *Hebræi filios exponebant.*
64 *Atheniensibus filios exponere non erat prohibitum.*
65 *Thebani pœna mortis plectebant eum, qui immanè infantes exponebant.*
66 *Parentes, qui filios exponunt, Patria potestate privantur.*
67 *Exponentium crudelitas major est homicidio.*
68 *Animalia naturali instinctu proniores conspicimus ad educationem fœtus.*
69 *Romulus legem tulit, qua cavebatur exceptis masculis, & filiabus primogenitis posse filios exponi.*
70 Menandri ratio stultissima.
71 *Operæ expositi cum alimentis præstitis quando educator pietate, & misericordia motus expositum aluit compensari non possunt.*
72 Expenditur, ac referuntur verba l.35 tit.12.partid.5.
73 *Filii ex causa misericordiæ nonnunquam suscipiuntur.*
84 *Educator, si fuerit fur expositi, expensa factæ in alimentis deperdit.*
75 *Educator servum expositum alens invito Domino, alimenta alitori præstantur, dummodò non sit fur.*
76 *Infans propriè dicitur, qui fari non potest.*
77 Intellectus ad text.in l.1.C.de Infantib.exposit.
78 *Infantes operas præstare non possunt.*
79 *Compensatio dicitur debiti, & crediti invicem inter se contributio.*
80 *Operarum æstimatio incipit fieri à quinto anno.*
81 *Operariis an possit objici compensatio ex causa thesauri inventi in fundo locatoris.*
82 *Operario agenti ad mercedem nequit opponi compensatio à locatore, eò quia operarius ille invenit thesaurum in loco, seu fundo suo.*
83 *Thesaurus inventus fortuito in fundo alieno dimidium est inventori, & dimidium domini fundi.*
84 *Thesaurus cum thesauro an compensari possit.*
85 *Thesaurus consistens in auro, vel argento rudi, an possit compensari.*
86 *Etymon compensationis unde descendat.*
87 *Res fungibiles quales sint.*
88 *Thesaurorũ tractatum Author pollicetur.*

ARGUMENTUM

Utrùm Operario agenti ad mercedem pro operis pręstitis possit opponi compensatio.

QUÆSTIO XX.

HUic enim rogitationi primâ facie affirmativè responsum iri cernitur, eò quia hodie in omnibus casibus, & actionibus, tam stricti juris, quàm bonæ fidei objici potest compensatio, ut benè fatentur Cujac.*Recitat. solemn. ad lib.4.C.tit.*31. Hothoman. in *§.In bonæ fidei. versic. Eo compensato. de Act.* Bachovius ad Treutler. *volum.1. disputat.*25.*thes.*10 *lit.E.* Duaren. *ad tit. ff. de Compensat.in princip.* Borcholt.*disput de Compensat.proposit.*1.*arg.final.* Hunnius *lib.4.Variar.Resolut jur.civil.part.*9.*tractat.quæst.*2. Faber in *l.Qui invicem* 30. *ad medium. ff. de Condict.indeb.* Donell. *Comm.jur.civil.lib.*16 *cap.*15.*& in §.In bonæ* 1

næ fidei. num.2. de Act. Besold. *part.2. Delibat. jur. ex lib.16. Pandect. quæst.2.* Cujac. *lib.8. Observat. cap.16. & in Rubric. C. de Compensationibus. liter. C.* Quamvis
2 duæ ab Imperatore Justiniano excipiãtur actiones, in quibus compensatio locum non habet; videlicet actio depositi, & actio momenti text. in *l. Final. C. de Compensat.* text. in *§. In bonæ fidei. de Act.*
3 Ergo in cæteris aliis locum habere debet, quia casus exceptus firmat regulam in contrarium text. in *l. Nam quod liquidè. §. Final. ff. de Pen. legat.* text. in *l. Quæsitum. § Idem respondit. ff. de Fund. instruct.* text: in *cap.2. de Conjug. leprosor.*
4 Quod æquitate naturali nititur, quia nostra potius intereſt non solvere, quàm solutum postea repetere text. in *l. Ideo 3. ff. de Compensat.*
5 Sed his non obstantibus contrarium est tenendum; videlicet, quod operario agenti ad sui laboris mercedem nequeat opponi compensatio.
6 Hujus conclusionis ratio est, quia merces, seu salarium in alimentorum locum suffecta est, alimentisque æquiparatur Bersan. *de Compensation. cap.2. quæst.2. num.1.* Zacch. *de Salar. quæst.37. num.2.* Angel. in *l. Si non sortem. §. Libertus. num.8. ff. de Condict. indeb.* Sed in ali-
7 mentis non habet locum compensatio text. in *l.3. C. de Compensat.* Donell. in dicta *l. In ea. num.3.* Wissembach. Hothoman. Brunneman. *num.4. C. Eod.* Cujac. *Novell.88. de Deposit. & ad tit. C. de Compensat. in fine. lit. C.* Faber *C. lib.4. tit.23. definit.7.* Diego *opuscul. de Compensat. fol. mihi 13.* Donell. *Comm. jur. civil. lib 16. cap.15. col.4. in princip. versic. Quarta causa.* Hothoman. *Epitom. lib.16. tit.2. num.6.* Ergo nec etiam in mercede.
8 Si hìc compensatio admitteretur, nõ solùm repugnaret ipsius compensationis instituto, dum ab æquitate naturali inducta fuit text. in *l. Ideo 3. ff. de Compensat.* text. in *l. Inter tutores. 37. ff. de Administrat. tutor.* Sed quoque refragaretur charitati. Nam ut dixit Gregorius relatus in *cap. Charitatem 2. quæst.1.* Justum est, ut illi consequantur stipendium, qui pro tempore suum commodare reperiuntur obsequium. Quapropter rectè apud Livium *lib.5.* Appius Claudius dicebat: *Nusquam operam sine emolumento, nec emolumentum sine opera esse.* Quod benè exornat Annæus Robertus *lib.4. Rerum judicatar. cap 1.*

Per oppositionem compensationis 9
adversùs operarium sequeretur, quod operarius labore suo fraudaretur, quod nihil iniquiùs, cum omnis labor optet præmium *cap. Abundanti 7. quæst.1. cap. Charitatem 8. quæst.2.* Ideoque multa hominibus acciderent incõmoda. Quippe vidẽtes se ex labore, ac industriâ, nullum lucrum assequi posse; virtus præmio carens, passim contempta, derelictaque jaceret, ut pulchrè Juvenal. *Satyr.10.*

. . . . . Quis enim virtutem amplectitur ipsam
Præmia si tollas?

Hoc idem melius exposuit dulcissimus Ovidius *lib.2. de Ponto. eleg.3.*

Non tamen invenies, multis de millibus unum,
Virtutem, præmium, qui putet esse sui.
Ipse decor recti, facti, si præmia desint
Non movet, & gratis pœnitet esse probum.

Naturali quodam instinctu homines 10
præmium amant, ut tradidit Aristotel. *7. Politic.* & Antonius in irritum cecidisse dicebat labores, si præmia periculorum soli assequatur, qui periculis non adfuerint, ut narrat Tacitus *lib.3. Histor.* Unde quodlibet grave onus leve fieri solet, cum ejus præmium cogitatur, præmiique spe solâ fit dulcis labor Lanfranch. Zacch. *de Salar. in proœm. num.9.* E converso, mercede deficiente. 11
omnes laborem fugiunt, in segnitiem penitùs degenerant, omninò moderaminum cura infaustè languescit; cum laboribus præmium nequaquam respõdeat, quũ mercedẽ debitã laborantes nõ excipiãt text. in *l. Meminimus. C. Quand. & quib. quart. lib.10.* Cum præmiorum exempla equidèm virtutem nutriãt, ut dixit Vell. Patercul. *lib.1. Histor. Roman. cap.17.* Et nullus est, qui ad virtutum 12
cacumina non conetur ascendere; si adsint, qui præmiis, mercedibusque labores, virtutesque assequantur, hac ducti spe summis vigiliis, ac laboribus se homines tradunt, ut tetigit Martial. *lib.*

lib.1. Epigramm.108. ad Lucium.

In steriles campos nolunt juga ferre juvenci;
Pingue solum lassat, sed juvat ipse labor.

Et alibi valdè, mœstèque quæritans ait *lib.8. Epigramm.56.*

Temporibus nostris ætas, cum cedat avorum,
Creverit, & major, cum duce Roma suo;
Ingenium Sacri miraris, abesse Maronis,
Nec quemquam tanta bella sonare tuba.
Sint Mœcenates, non deerunt Flacce, Marones,
Virgiliumque tibi, vel tua rura dabunt.

13 Urget quoque alia fortior ratio pro excludenda compensatione; nempe si operario possit objici cõpensatio, per quã necaretur operarius, quia denegans alimenta occidere sanè videtur text. in *l. Necare. ff. de Liber. agnosc.* Ergo ad vitandum hoc damnum compensatio locum habere nequit.

14 Limitatur 1. Nostra conclusio, quando operas præstanti, alimenta præbentur, & ultra alimenta mercedis quantitas constituatur. Nam tunc admittitur compensatio Bersan. *de Compensat. cap. 3. quæst. 16. num. 2.* Quia tunc merces, seu salarium non debetur eo intuitu, ut ex eo operarius se alat; ideoque non militat ratio, ob quam in alimentis locum non vindicat sibi compensatio.

15 Limitatur 2. Quando operarius agit ad mercedem præteriti temporis, quia tunc cum non adsit ratio prohibitiva ex *l. Necare. ff. de Liber. agnosc.* Admittitur compensatio Zacch *de Salar. quæst. 104. num. 7.* Bersan. *de Compensat. cap. 3. quæst. 16. num. 3. & 5.*

16 Limitatur 3. Quoties operarius petit mercedem pro operibus nõdum præstitis, quia tunc repellitur ab illius exceptione vigore compensationis Zacchia *de Salar. quæst. 104. num. 7.* Bersan. *de Compensat. cap. 3. quæst. 16. num. 10. & cap. 2. quæst. 7. num. 5. & num. 20.*

17 Ampliatur 1. In mercede diurna, his temporibus valdè usitatã, teste Bersano *de Compensat. cap. 3. quæst. 16. num. 4.* Quãdo quis aliquem conducit operarium, aliquo stipendio quotidie ei assignato, quod alimentorum vice fungatur, quo in casu compensatio tamquam de alimentis futuris locum habere non potest Zacchia *de Salar. quæst. 104. num. 4.* Bersan. *de Compensationib. cap. 3. quæst. 16. num. 4.*

His hujusmodi pro principali quæstione exaratis; nunc examinandum est an si tutor minorem, qui non habebat in redditu pro se alimentando, ad serviendum non posuit, sed ejus operibus usus fuit, an hujusmodi operæ cum alimentis debeant compensari? Affirmativam sententiam tenent Gloss. *Final in l. Quod si artificem. ff. de Rei vindicat.* Narbona. *de Ætat. ann. quint. quæst. 5. num. 13. & 14.* Cujac. *lib. 9. Observat. cap. 38. liter. D.* Faber. in *l. Quod si artificem. 32 versic. Impensæ factæ poterunt pensari.* Brunneman. in dicta *l. ff. de Rei vindicat.* Escobar. *de Ratiocin. cap. 22. num. 9.* Bersan. *de Compensat. cap. 2. quæst. 7. num. 14.* Lara *de Alimẽt. in §. Si mater. num. 60.* Comensis *consil. 265. num. 28.* Et communiter Scribentes in *l. Si paterno affectu. C. de Negot. gest.* 18 19

20 Hæc enim conclusio probatur ex textu in *l. Quod si artificem 32. ff. de Rei vindicat.* Ubi Modestinus docet, impensas cum operibus compensandas esse. Verba textus sunt hæc. *Quod si artificem fecerit: post vigesimum quintum annum ejus, qui artificium consequutus est, impensæ factæ poterunt pensari.* Quod comprobatur de jure nostro Hispano ex *l. Ultima. tit. 12. partid. 5.* ibi: *Caguisada cosa es, que el servizio del Mozo se descuẽte en las despensas, que son fechas en razon de su persona.* Quod ad tutores, & curatores ex eadem *l. Ultima* extendit Escobar. *de Ratiocin. cap. 22. num. 9.* Asserens hoc naturali rationi congruum esse ex text. in *l. In rebus. §. Possunt* ibi: *Nam cibariorum impensæ [naturali scilicet ratione] ad eum pertinent, qui utendum cæpisset. ff. de Commod.* ubi Glossa in verbo *Ad eum pertinent.* Tenet impensas alimentorum cum servitio, seu operibus compensari, ideoque ab eo non repeti text. in *l. Item si servi. §. Final. ff. de* 21

*ff.de Ædilit.edict.*text.in *l.Divortio.* §.*Ultim.ff.Solut.matrim.* & Gloss.ibi in *Apostill.lit.D.*Subjungit, quod creditor compellitur compensare operas servi pignorati cum sumptibus alimẽtorum, quos fecit in servum.

22 Difficultas autem est, à qua ætate horum minorum operæ compensationem, cum alimentis recipiant? Quod attinet ad infantis operam; nullam recipi compensationem affirmandum videtur, quia
23 infantis operæ nullæ esse possunt text.in *l.Arboribus* 12.§.*de Illo.* ibi: *Vel infantis cujus operæ nullæ sunt.ff.de Usufruct.Ordinat. Reg.Lusitan. lib.*4.*tit.*31. §.8.ibi: *Aos moços ou moças menores de sete anos, nao se pagara soldada.* Nam in ea ætate non modò ratione, ac judicio infans carere videtur, sed quoque sensu text. in *l. Si in infantis.* 55. *ff.de Usufruct.* Narbona *de Ætat. ann. quint.quæst.*3.*num.*1.Escobar. *de Ratiocin. cap.*22.*num.*10. Bersan. *de Compensat. cap.* 2.*quæst.*7.*num.*14.Faber.in dicta *l. Arboribus.*§. *de Illo.litera B. ff. de Usufruct.* & in *l.Quod si artificem.*32 *ff. de Rei vindic.* Accurs.in dicto §.*de Illo.verbo Infante.*Gloss.
24 in *l. Certum.ff.de Rei vindicat.* Infans autem is vocatur, qui minor est sepiennio text. in *l. Si infanti.C. de jure deliber.* text. in *l.In sponsalibus. ff. de Sponsalib.* Unde à septennio ultra compẽsationi locum esse posse testatur Escobar.*de Ratiocin.cap.*22. *num.*10.per text.in *l.Si infantis. ff. de Usufruct.*

25 Sed hæc Escobaris opinio mihi nẽutiquã arridet, nempe, ut à septennio ultra admittatur compensatio, existimans nullam esse operam ante septennium, quod etiam ante Escobarem tenuit Accursius, quem increpat Narbona. *de Ætate ann. quint.quæst.*3.*num.*4. Cum certum sit post quintum annum, tam in puero, quàm in puella incipere facultatẽ operarũ, ut expressè docuit Julianus in *l.Fin.*§.*Si minor. ff.de Oper.servor.*Quo in loco Julianus loquitur de Infante, qui minor est quinque annorũ, ut dixit Faber.in *l.Arboribus*12.§. *de Illo.litera B.ff. de Usufruct.* Igitur perperam post septennium facultatẽ operarum advenire affirmatur, ut benè Narbona.*de Ætat.ann.quint. quæst.* 5. *num.* 5. Licèt postea Escobar.dicto *cap.*22.*num.*11.
26 Priori errore forsã edoctus asserat, operã pueri à quinquennio cum alimentis compensationem recipere per text. in *l. Final.* §. *Si minor.ff.de Oper.servor.*Vignat. *tractat.de Usufruct.num.*190.Cuman. *consil.* 87.*in fine.* Quod mihi verum videtur, cum à quinquennio opera aliqua esse possit, ut tradit Narbona *de Ætat. ann.* 14. *quæst.*22.*n.*4.ex Lara, & Carrocius Idem quoque tenet Sylva *de Salar. quæst.* 40. *num.*4.

Huic adversatur text. in *l. Quod si artificem.* 32. *ff. de Rei vindicat.* Ubi si quis artificem fecerit, impensæ factæ in artificio adipiscendo compensantur cum operibus præstitis post annum vigesimũ quintum. Modestini verba sunt hæc. *Quod si artificem fecerit, post vigesimum quintum annum ejus, qui artificium consecutus est, impensa factæ poterunt pensari.* Ergo malè dicimus à quinquẽnio operas præstitas ab infante posse compensari, cum in hoc textu vigesimus quintus annus poscatur. 27

At respondetur illius textus lectionẽ equidèm esse mendosã; quippe ubi habetur *Post vigesimum quintum annum*, Legẽdum est.*Post quintum annum.* Ut pulchrè observavit, & simul docuit Cujac. *lib.*9. *Observat.cap.* 38. *in fine.* Quam emendationẽ sequuti sunt Gothofredus in *Notis* ad dictam *l.Quod si artificem. lit.O.* ibique Faber.*litera B. ff. de Rei vindic.* Narbona *de Ætat.ann.quint.quæst.*3.*num.*9. Ubi cõmunem lectionem improbat, & Faber loco citato Receptæ lectionis vitium detegere contra Accursium conatur, eamque emendationem amplectitur Sylva *de Salar.quæst.*46.*num.*4.& 5. 28

Huic nostræ emendationi maximoperè suffragatur id, quod ab anno quinto incipit operarum æstimatio text.in *l. Final.*§.*Si minor.ff. de Oper. servor.* Brunneman.in *l.Cœterum.num.*1.*ff. de Rei. vindic.* Narbona.*de Ætat.ann quint.quæst.*3. *n.*7. Quã ætatis definitionẽ ex lege Julia descendere testatur Cujac. *lib.* 9. *Observat. cap.*38.*in fine.*Faber.in *l. Quod si artificem. lit.B.ff.de Rei vindic.*Qua lege libertus ab obligatione operarum solvitur, si unum filium quinquennium habuerit. text.in *l. Qui libertinus.ff.de Oper.libert.* 29

Juvat quoque opinionem nostram text. in *l.Cœterum*31.*ff.de Rei vindic.* Ubi ha- 30

habetur, quod in operis æstimatione, nec pubertas est expectanda; ergo multo minus erit expectanda juventus, ut benè argumentantur Cujac. *lib. 9. Observat. cap. 36. in fine*. Faber. in *l. Quod si artificem litera B. ff. de Rei vindic.*

31 Nec obstat, si dicatur, quod infans dicitur minor septennio, ut est text. in *l. Si infanti. 18. C. de Jur. delib.* Sed infantis operæ nullæ esse possunt text. in *l. Arboribus. 12. §. de Illo. ff. de Usufruct.* text. in *l. Si infanti. 55. ff. Eod.* Quod comprobari potest ex jure nostro in *l. 2. tit. 23. lib. 3. fori*. Igitur non à quinquennio, sed à septennio compensandæ, æstimandæque sunt operæ. Quippe respondetur, infantem accipi debere non impropriè puerum certæ ætatis; sed eum, qui fieri non possit, ut in *l. 3. C. Qui admitt. ad bonor. possess.* text. in *l. 1. §. Sufficit. ff. de Administ. tutor.* Quia hujus infantis equidèm operæ nullæ esse possunt; sed benè quinto anno elapso, quo tempore vix est, ut impubes fari non possit; quippe tunc operæ aliquæ esse possunt text. in *l. Qui libertinus ff. de Oper. libert.* text. in *l. Final. §. Si minor. ff. de Oper. servor.*

32 Huic objectioni favet id, quod si impuberis aliquæ sint operæ nequeunt esse tātæ, ut alimentis, quæ impuberi præstanda sunt respōdeant. Nam respondetur, quod si infans excesserit infantiam, tunc cum operæ ejus aliquæ esse possint; videlicet si sit Librarius, Nomenculator, vel Calculator, vel Histrio text. in *l. Ut jus jurandi 7. §. Dabitur. ff. de Oper. libert.* Ex eis plus redigi potest, quàm in alimenta necesse sit impendere. Ergo earum operarum, tamquam fructuum rationem oportet habere, ut cum expensis in puerum factis compensari debeant, ut benè tradidit Faber. *Rational.* in *l. Cæterum. 31. litera B. in fine. ff. de Rei vindicat.* Narbon. *de Ætat. ann. 5. quæst. 3. num. 9.* Cujac. *lib. 9. Observat. cap. 38. in fine.*

33 Clarescit enim, magisque patet vitium vulgatæ lectionis in *l. Quod si artificem. ff. de Rei vindic.* Nam nulla ratio est, ut dicit Cujac. dicto *lib. 9. cap. 38. in fine.* Quare operæ compensentur, cum expensis post vigesimum quintum annum, quàm cum operis præstitis post quinquennium. Quā etiam rationem perpendens adversùs Accursium extollit Faber. in *l. Quod si artificem. litera C. ff. de Rei vindic.* Nam quo 34 ad compensationem attinet operarum; nec pubertas attenditur, quoniam impuberis etiam aliquæ operæ esse possunt. text. in *l. Cæterum. ff. de Rei vindic.* ibique Faber. text. in *l. Final. ff. de Liberal. caus.* ibi: *Potest tamen, & impubes operas dare; veluti si nomenculator sit, vel Histrio*. Idem habetur in *l. Ut jus jurandi 7. ff. de Oper. libertor.*

Ad quarum legum interpretationem, 35 plenioreque intellectum scire oportebit, pubertatem esse pubis emissionem, seu pudendæ lanuginis, ut tradit Narbona *de Ætat. ann. decim. quart. quæst. 1. num. 1.* Zacch *Quæst. medicolegal. lib. 1. tit. 1. quæst. 6. num. 1.* Quapropter pubes pro juven- 36 tute, seu adolescētia capessitur teste Cujac. in *cap. Puberes 3. de Desponsat. impuber.* Quò respexit Ovid. *lib. 7. metamorph.*

Magna sequar titulum servatæ pubis Achivæ.

Horat. *lib. 2. Carm. ode 8.*

Pubes tibi crescit omnis.

Quam ætatem gratam appellavit Ho- 37 merus, quia flori similis est *lib. 10. odyss. & lib. final.*

. . . . *Juveni servo similis.*
Primum pubescentis, cujus gratissima est ætas.

Dicitur pubertas à pube, idest à pudentia corporis text. in *cap. Puberes. 3. de Desponsat. impuber.* Quod enim pubes dicatur la- 38 nugo illa, quæ tam maribus, quàm fœminis oriri solet circa pudenda patet ex Hippocrat. *lib. de Natur. puceror.* ibi: *At simul, ac mensibus genituræ via patet, tum puero, ac virgini, extrema cuticula rarescente, pilus in pube nascitur.* Et in *lib. de Carnib.* ibi: *Ac fortassis mirum aliquem subeat, cur in axilis, & pube, & reliquo corpore pili multi succrescunt.* Unde allusit Juvenal. *Satyr. 13*

Tam venerabile erat præcedere quatuor annis.
Primaque par adeo sacræ lanugo senectæ.

Ex quibus signis pubertas dignoscebā- 39 tur; sed quia ad hoc ut de pubertate constare possit, usitatū fuit apud Romanos ex corporis aspectu pubertatem judicare. text. in *l. Minor. ff. de Minorib.* text. in *Princip. Instit. Quib. mod. tutel. finit.* Ut testatur

Duaren. *ad tit.ff.Qui testament.facer.poss.* Faber.*Jurisprudent.Papin. tit.22.princip.* 2.Gonzalez.in *cap.Impuberes.3. num.3. ad mediũ. de Desponsat. impub.* Bisciola *lib. 1. Horar.success.cap.*20.Faber. *lib. 3.Semestr. cap.*6.Pãcirol.*lib.2.Variar.cap* 95.Cujac. in *l.17.C.de Pact.*Foner.*lib.2. Rer.quotid. cap.*26.Merill:*lib.1.Observat. cap.* 22. Cujac.*Recitat.solemn ad lib.4.C. tit de Edend. cap.42.litera D.*Gregor*Syntagmat.jur.lib. 9 cap.7.n.*10.Arnold.Vinn.*in princip.Institut.Quib.mod.tutel.finit.* AnnæusRobert. *lib.4.Rer.judicat.cap.*10.Narbona.*de Ætat ann.14.quæst. 1. num. 1.* Hæc inspectio in mare,secus in fœmina fieri solebat, ut animadvertunt Cujacius, & Gregorius ubi supra.

40 Sed incompertum est, an hujusmodi corporis inspectio,esset aliqua inhonesta corporis denudatio, vel aliqua honesta ex habitudine inspectio? Arnoldus Vinnius in *princip.Institut.n.2.Quib.mod.tutel. finit.* Afferit nunquam sibi persuaderi potuisse inhonestã corporis inspectionẽ apud Romanos usitatam fuisse; ideoque non de aliqua corporis inhonesta, necturpi inspectione nudorum corporum est accipiendum; sed de externo corporis aspectu, & vigore, & hanc opinionem videtur etiã amplecti Cujac.in *Recitat.solemn.ad lib.4.C.tit.de Edend.cap. 42.lit.E.* Ræward. *lib.4. Variar. cap.*10. Faber *Jurisprud.Papian. tit.22. princip.*2. Theophil.*tom.4. sect.2.cap.*8.& patet ex Gregor.VII.in *Breviar.Bernardi Papiensis cap.*3. & post Concil.Lateran.*part.6. cap.*6. ibi: *Manifestum est eum puberem esse, qui gesticulatione sui corporis talis est,ut procreare possit,licèt admetas legibus definitas non pervenerit*. Nam habitudo,seu habitus corporis formam significat, ut colligitur ex Cicerone *pro Cæl.*ibi: *Quintus Metellus cum floret integra ætate, optimo habitu, maximis viribus*. Terent. in *Eunuch.act.2.scen.2.*

Qui color, nitor, vestitus, quæ habitudo est corporis?

Et bona corporis habitudo, integra corporis cõstitutio vocatur. Quapropter ii, qui erant corpore obesiore habitiores nuncupabantur Terent.in *Eunuch. act. 2.scen.3.*

Si qua est habitior paulò, pugilem esse ajunt.

Plaut.in *Epidic.act.1.scen.1.*

Corpulentior videre, atque habitior.

His non respuentibus,opinio Arnoldi Vinnii non est vera; imò tenendum est inhonestam, ac turpem membrorum inspectionem fuisse, ut benè fatetur Narbona *de Ætat.ann.14.quæst.1.num.1. & 2.*& Gonzalez. in *cap.Puberes 3. num. 3.ad med.de Desponsat.impuber.* & ibi Cujacius.Quam opinionem tenent Hothomannus, & Matthæus relati ab eodem Arnoldo,eamque satis apertè docet Annæus Robertus *lib.4.Rer.judic.cap.*10.ibi *Cum inhonesta nudi corporis inspectio in viris indecens, in fœminis impudica videatur.* Unde Olympia Alexandri mater, 41

42 cum Cassandri jussu interficeretur, occumbens, nè quid posset in corpore ejus indecorum,videri capillis, & veste crura contexisse refert Justinus *lib.14 cap.6.in fine.* Et de Cornelia Vestali Ovidius *lib. 13.Metamorphos.*

Tunc quoque cura fuit partes velare pudendas

Cum caderet castique decus servari pudoris.

Igitur Arnoldi Vinnii opinio ex plurimis veterum testimoniis confutari potest; itaut non fieret externa corporis inspectio, sed corporis denudatio inhosta, ut patet ex Quintilian. *declamat.* 279.ibi. *Postea filium nudari,& in conspectu judicum constitui cogit*. Senec. *lib. 1. contr.*2.ibi: *Nuda in litore stetit ad fastidium emptoris, omnes partes corporis,& inspectæ, & contrectatæ sunt*. Unde Ovid. *lib.2.Trist.eleg.1.*

Inscius Actæon vidit sine veste Dianam.

Quapropter Tyresias Vates cæcitate plectitur, quia Minervam nudam conspexisset Propert.*lib.4.eleg.*10. 43

Parce oculis hospes, lucoque abscede verendo.

Cede age dum, & tuta limine linque fuga.

Interdicta viris metuenda lege piatur

Quæ se sumpta vindicat ara casa.

Magnam Tyresias aspexit Pallada Vates,

Fortia dum posita Gorgone membra lavat.

Augusto inter exteras libidines objici solebat, quod matresfamilias, & adultas æta- 44

ætate virgines denudari, atque perſpici juberet, ut teſtatur Sueton. in *Auguſt. cap.* 69. ibi: *Qui matresfamilias, & adultas ætate virgines denudarent, atque per-*
45 *ſpicerent.* Herodot. *lib.* 1. Dum Gygis hiſtoriam ſcribit: *Mulierem*, ait, *depoſita tunica, ſimul etiam verecundiam exuere.* Et Cyprian. *lib. de Habit. Virgin. tract.* 2. inquit: *Simul cum amictu, veſtis honor corporis, & pudor ponitur, denotanda, ac contrectanda virginitas revelatur.*

46 Probatur enim opinio noſtra adversùs Arnoldum ex text. in *l. Sin autem* 7. *ff. de Ædilit. edict.* Ubi partes pudendæ aſpiciuntur, qua textus diſpoſitione inſpectâ Cujac. in *Recitat. ſolemn. ad lib.* 4 *C. tit. de Edend. cap.* 42 *lit. D.* Dicit, quod ſi de pubertate quæratur ex aſpectu neceſſariæ partis dignoſcitur. Probatur etiam ex ipſiuſmet pubertatis etymologia, dum dicitur à pube, hoc eſt à pudentia corporis text. in *cap. Puberes* 3. *de Deſponſat impuber.* Seu à verecundia, qua afficiebatur is, qui inſpiciebatur, an pili in pudendis partibus adhuc pungerent, ut rectè ex Hoſtienſe tradit Narbona *de Ætat. ann.* 14. *quæſt.* 1. *num.* 2.

47 Arnoldo opponitur Juſtinianus ab eo non bene intellectus in *princip. Inſtitut. Quibus. mod. tutel. finit.* Ubi morem impudicum inſpiciendi corpus abrogat ibi: *Noſtra autem majeſtas dignum eſſe caſtitate noſtrorum temporum, &c.* Ergo ad quid exprimere ob inhoneſtam inſpectionem, ac impudicam tollere, ſi eſſet externa corporis inſpectio, ut Arnoldus ſuſpicatur?

48 Hujuſmodi controverſia de tempore pubertatis exiſtimandæ fuit inter Caſſianos, & Proculejanos, ut refert Cujac. in *Recitat. ſolemn. ad lib.* 4. *C. tit. de Edend. cap.* 42. *lit. E.* Gonzalez in *cap. Puberes* 3. *num.* 3. *de Deſponſat. impuber.* Quam poſtea Juſtinianus ſedavit in *l. Final. C. Quando tutor. vel curat. & in princip. Inſtitut. Quib. mod. tutel. finit.* Præ-
49 cipuè pubertatem in maſculis à decimoquarto anno incipere; in fœminis verò duodecimo, penitus corporis inſpectione abrogatâ. Et licèt Arnoldus etiam ante Juſtinianum pubertatem exiſtimari, comprobet ex authoritate Tertulliani *lib. de Valland. Virgin.* ibi: *Romanos pubertatem, in annis, non in ſponſalibus, aut nuptiis decernere.* Tamen cum Tertullianus Stoicus eſſet, ut comperuit Lipſius *lib.* 1. *Manuduct. ad Stoic. diſciplin. cap.* 17. Juxta ejus ſectam, ut dixit Gonzalez in *cap. Puberes* 3. *num.* 3. *ad medium. de Deſponſat. impuber.* Loquutus fuit.

Sed maximè nobis obſtat Macrobius 50
lib. 7 *Saturnal. cap.* 7. ibi: *Secundùm jura publica duodecimus annus in fœmina, & quartum decimum in puero definivit pubertatis ætatem.* Et *lib.* 1. *in Somn. Scipion.* ibi: *Tutelam pueris poſt bis ſeptem annos abſolvi.* Unde patet id, quod dixit Arnoldus ante Juſtinianum, pubertatem definitam fuiſſe in fœminis duodecimo anno expleto; in maribus verò decimoquarto; quod etiam cum Arnoldo, licèt eo non citato, tenet Gonzalez in *cap. Puberes* 3. *n.* 3. *poſt med. de Deſponſat. impub.* Quorum opinioni neutiquã 51
inhæreſco, quia fortaſſis certis Regionibus id obſervabatur, nõ verò univerſaliter per legem conſtitutum, ut pubertas decimoquarto anno in maſculis incipiat ante Juſtinianum, qui ſibi hanc ſanctam diſpoſitionem aſciſcitur in *princip. Inſtitut. Quib. mod. tutel. finit.* ibi: *Et ideo noſtra ſancta conſtitutione promulgata, pubertatem in maſculis poſt decimũ quartum annum completum illicò initium accipere diſpoſuimus.* Locus autem Tertulliani relatus ab Arnoldo, & à Gon- 52
zalez intelligi poteſt de pubertate in fœminis initianda; quæ etiam ante Juſtiniani tempora duodecimo anno incipiebat, ideoque nihil quo ad fœminas immutavit, ſed jus vetus intactum reliquit, ut ipſemet Juſtianus teſtatur in *princip. Inſtitut. Quib. mod. tutel. finit.* ibi: *Antiquitatis normam in fœminis benè poſitam, in ſuo ordine relinquentes, ut poſt duodecimum annum completum viri potentes eſſe credatur.*

Ratio quare in fœminis celeriùs, 53
quàm in maribus pubertas incipiat juxta Ariſtotel. *lib.* 4. *de Generat. cap.* 6. eſt, quia intra parentem longiori quidèm tempore fœminæ concipiuntur, quàm mares, & quum in lucem veniunt, celeriùs perficiuntur. Nam & pubes, & vigor, & ſenectus prius illis obtingunt Ma-

Macrob. *lib.7. Saturnal. cap.7.* Id infirmiori earum naturæ adscribit. Nam & exilia poma celeriùs; robustiora seriùs maturescunt, & cum pubertatis anni maximè propter nuptias definiti sint, ut patet ex Hesiod.*lib.2.oper. & dier.*

Junge tibi uxorem, dum firmus ad hoc vigor adsit,
Annos cum numeras, ter denos, plusve, minusve
Aptum est conjugium, decimo, sed fœmina quarto
Anno pubescit, nubat mox, deinde sequenti.

54 Igitur cum vis generationis in fœminis citiùs incipiat, quàm in maribus, placuit eas citiùs à tutela liberari Macrob. *lib.1.in Somn.Scipion.* ibi: *Fœminæ propter votorum festinationem, maturiùs biènio, quàm pueri legibus liberantur*. Sed

55 cur hoc fœminis maturius contingat biennio? Bachovius negat, solidam ejus rei rationem dari posse. Sed Brederod. in *not.ad* Scheneid.relatus ab Arnold-Vinn.in *princip.Institut. de Curatoribus, num.2.* Hanc rationem affert, quod licèt judicium muliebre infirmiùs fit virili, tamen quæ natura solertiores sunt, si ad virtutem pergant; celerius maribus prudentes fieri; propterea quod vehemētiores multò in fœminis affectiones sunt, quàm in viris.

56 Sed his omissis rationibus, cum cæteris traditis ab Arnoldo Vinnio in *princip.Institut Quib.mod.tutel.finit. num.2.* & à Gonzalez in *cap.Puberes. num.3. ad fin.de Impub.desponsat.* Ratio tradita à Zacchia *Quæst. Medicolegal.lib.1. tit.1. quæst.6.num.52.* Cujus pulchra verba refert Narbon.*de Ætat.ann.14. quæst.5. num.10.* Mihi præ cæteris omnibus placet; ait enim Zacchia: *Duplici ergo ex causa, si veram hujus rei rationem quæramus, fœmina citiùs mare pubescit; ob naturalem nimirum ejus imperfectionem; & ob innatam sui temperamenti humiditatē.* Inperfectior enim est fœmina mare, ut ex Aristotele tradit Galen.*lib.14. de Usu part.corpor.human. cap.5. class.1.* Quatenus igitur fœmina respectu maris imperfectior est, minus spatium requirit, ut suam integram perfectionem assequatur, quàm requirit vir, cujus perfectio major est sine dubio: tempora enim perfectionis, & imperfectionis, hoc est augmenti, & decrementi respondere sibi debent Aristotel. in *lib. de Mor.et vita.* Patet in fœmina multò citius advenire incremētum, citiùs enim generare desinit, citiusque senescit, quàm vir. Imperfectio verò ipsius ex debiliori emanat calore, & idcircò licèt citiùs consenescat, citiùs enim incrementum in ea absolvitur Galen. *lib.6.de Morb.vulg. comment.2. text.45. class.3.* Hāc autem rationem in medium prius adduxisse videtur Hippocrat. in *lib. de Septim.part. in fine. et in lib. de Natur. pueror.* Dicens propter corporis imbecillitatem, id evenire puellis, ut citiùs quàm mares pubescant, sapiant, & consenescant, cui assentitur Aristotel.*lib.4. de Generat.animal.cap.6.*

Quamvis videatur discessum esse à 57 compensationis materia, tamen supradicta effundere fuit necesse ad cognoscendum quis impubes dicatur, quoties quæritur de compensandis operibus ab eo præstitis, cum expensis, vel cum alimentis; quæ certum est compensari, ut accidit in puella septem annorum, cujus operæ cum alimentis sibi à tutore præstitis compensatæ fuêre teste Gamma *decis.360. in fine.* per text. in *l.1. §. Si quis servum. ff de Possess.* Et hoc ampliavit Escobar.*de Ratiocin.cap.22.num.12.* Ut operæ à quinquennio æstimationem recipiant, quo ex tempore alimenta cum operibus compensantur Flores de Mena *lib.1. Variar. §.2. num.15.* Azeved.in *l.Final.num.6.tit.15. lib.4. Recopil.* Sylva *de Salar.quæst.46.num.12.*

Sed opponitur *l.2.tit.23. lib.4. Fori.* 58 Qua cavetur patrem, qui filium expositum ab alitore vindicat, operas illius filii compensare non posse: nisi post decennium expletum; cui legi ex jure communi opitulatur text. in *l. Apud Celsum 4. §. Si minor mihi infantem. ff. de Doli mali, et met.except.* Ubi Ulpianus ait, quod si mihi minor infantem donaverit, eumque postea vindicet ante decimum annum, ut interpretatur Narbona *de Ætat.ann.15. quæst.3. num.14.* Doli mali exceptione repellitur, si non restituit alimenta, & si aliquæ expen-

sæ in eum factæ sint, hæc cum operibus ejus, qui nondum explevit decimum annum compensari non debent;
59 & in dicta *l.2.* exprimitur annus decimus, quia à decennio ultra expositi operæ compensantur, cum majores esse incipiant text. in *l.2. §.Sancimus. C. Commun.de leg.* text. in *l.Unica. §.Ne autem 5. C.de Comm.servor. manum.* Ubi pueri ante decimum annum, decem solummodò solidis æstimantur, majores verò dummodò expertes sint artis viginti; si aliquo sint artificio præditi solidi triginta digni censentur, ut notat Harmenopol.in *Promptuar.jur.civil. lib. 1.tit.18.§.De pretio servor.* Quamobrem hanc compensationem post decennium confitetur Narbona *de Ætate ann.5. quæst.3.num.13.*

60 His non obstantibus ad *l.2. Fori* dupliciter respondetur. Primò, quia prædicta lex legis vigore caret, quia in recopilatione non fuit compilata; ergo ad decidendum ex ea argumentum duci nequit, ut tradunt Sylva *de Lect.quotid. part.1. quæst.2. & tractat. de Salar. quæst.46.num.13.* Suarez in *Proœmio legum Fori: num.1.* Escobar. *de Ratiocin. cap.22. num.15.* Perez in *l.4. tit.4.lib.1. Ordinam.* Orosc.in *l.De quibus, num.40. & 97. ff.de Legib.* Secundò, quod illa lex specialiter procedere possit favore illius, qui expositum pietate, & misericordiâ motus aluit, & hoc in odium parentis, qui crudeliter filium eventui fortunæ tradidit Escobar. *de Ratiocin. cap.22.num.15.in fine.* Sylva dicta *quæst. 46.n.14.* Et ideò operæ cum alimẽtis ne-
61 queunt compensari, in odium exponẽtis, quod nihil absurdiùs, ut patres proprios exponant filios. Quippe ut dixit Lactantius Firmianus *lib.6.Divinar.Institut.cap.20. Tam nefarium est exponere,*
62 *quàm necare*. Et quamvis antiquitùs apud nonnullas nationes morem exponendi filios viguisset, ut patet ex Ageta in *annotat. ad* Moles *§.8. quæst.5. num.1.* Gonzalez in *cap.1.de Infantib. expositis.* Ut de Romanis testantur Plutarch. in *Romul.* Plin. *lib.14.cap.18.* Herodot. in *Clio.* Justin. *lib.1.& lib.41.* Valer.Maxim. *lib.1.cap.7.* Ælian. *lib.12. Histor. cap.42.* Dyonis. Halicarnass. *lib.1.* Quò alludit Manil. *lib.1.Astronom.*

Andromedam vastos metuentem piscis hiatus;
Expositam Ponto deflet, scopulisque relictam.

Et *lib.4.Astronomicon.*

Aut Lupa projectos nutriisset Martia fratres.

De Hebræis extat *cap.22.* Exod. Jo- 63
seph. *lib.2.Antiquit.cap.5.* Phil. *lib.2. de Vita Moysis.* Et expressit Alexandrin. *lib.1.* ibi: *Mater, quæ me peperit, abscondit me tres menses, ut dixi: cum autem laterenon possem exposuit.* De Atheniensi- 64
bus refert Aristotel *lib.7.Politic.cap.16.* De Græcis patet ex Diodor.Sicul. *lib.5. Bibliothec. cap.6.* Huc porrò prospexit Senec.in *Thebaid.*

. . . . *Testes damnavit parens,*
Et in alta nemora pabula misit feris,
Avidis, avibusque, quas Cytharon noxius alit.

Tamen meritò hujusmodi expositio- 65
nem filiorum improbarunt Thebani per legem, qua cavebatur, nemini cuivis licere, pœnâ capitis, infantes exponere, ut refert Ælianus *lib 2.Variar.histor. cap.7.* Et de jure Pontificio parentes filios exponentes, jus patriæ potestatis amittunt text. in *cap.1. de Infantib. exposit.* Gothofred. *ad tit. C. Theodosian. de Exposit.* Cujac. *lib.16.Observat.cap.36.* Ræward. *lib.1. Conject. cap.17.* Ossuald. ad Donell. *lib.2.cap.26.lit.F.* Fragos. *de Regim. Christian.Reipubl.part.3.lib.1.disput.2 §.3.* Anton. Augustin. *lib.14. Epitom.jur. tit.19.* Gonzalez in *cap.1.num.8 de Infantibus exposit.* Forner. *lib.2.Rer. quotid.cap.20.* Faber, *lib.2.Conjectur.cap. 10.* Cujac. *ad tit.C.de Infantib.exposititis.*
Ideoque jure meritò Justinianus in *No-* 67
vell. 153. expositionem hanc execrat, asserens exponẽtium crudelitatem deteriorem esse homicidio, cum denegans alimenta, necare dicatur text. in *l.Necare. ff.de Liber.agnoscend.* In quo à cæ- 68
teris animantibus discrepant. Nam iis à natura insita est, quædam propensio, ad educationem fœtus. Unde stultissima mihi videtur ratio tradita à Mænandro apud Stobæum in *Florileg. tit.*
77. De lege lata à Romulo, qua caveba- 69
tur, exceptis masculis, & filiabus primogenitis, cæteras exponere licere, ut refert

fert Halicarnaſ.*lib.2.cap.15.* ibi: *Romulus Civitatem æquè bello, ac paci reddit habilem; magnitudini verò ejus, ac frequentiæ ita consuluit. Primò neceſſitatem Colonis impoſuit educandi quidquid eſſet maſculum, & ex filiabus primogenitas.* Ratio inepta Mænandri loco citato, hæc eſt.

Filia moleſtum, incommodumque peculium eſt;

Quantumvis inopes filios tollunt omnes,
At filias exponunt etiam divites.

71 Tamquam ſi fortaſſis non militaret eadem ratio in filiis, quàm in filiabus, ſive primogenitis, ſive non. Unde dicta *l.2. tit. 23. lib. 4. fori.* Procedit, quando educator pietate, & miſericordiâ motus expoſitum aluit, quo in caſu operæ expoſiti, cum alimentis præſtitis compenſare non poſſunt. Quippe alitor, qui hoc fecit ob Dei amorem, Dei retributione contentus eſſe debet, ut habetur in *l.35.*

72 *tit.12.part id.5.* ibi: *Ca pues el se movio à crear el mozo por razon de piedad, y misericordia: entiendese que lo fizo por haver galardon de Dios, e porende no es tenudo el mozo de darle ninguna cosa, por el bien fecho, que fizo;* Probatur ex text. in *l.Duobus 27. l.Neſſennius 34. ff. de Negot. geſt. l. Cum his qui 32. §. Penultim. ff. de Condict. indeb.* Et tradunt Cujac. *lib.16. Obſervat. cap.36.* Gōzalez. in *cap.1. n.8. verſ. Pietatis. de Infāt. expoſit.* Eſcobar *de Ratioc. cap 22.*

73 *n.16.* Suſcipere filios expoſitos ex cauſâ miſericordiæ ſolitū eſſe patet ex Tertullian. in *Apolog.* ibi: *Filios exponitis ſuſcipiēdos, ab aliqua prætereunte miſericordia ex-*

74 *tranea.* Sin autem, educator expoſiti fuerit fur, iſte expenſæ factæ in alimentis deperdit text. in *l.1. & 3. C. de Infantib. expoſit.* Cujac. *lib.16. Obſervat. cap. 36. ad finem.* Gonzalez. in *cap.1 num.8. de infan. tib. expoſit.* Cæteris verò in caſibus educatori alimenta minimè reſtituuntur; ſed cum operibus ei ab expoſito præſtitis compenſantur, ut eſt ſupra relata concluſio noſtra.

75 Sed reluctatur text. in *l.1. C. de Infant. expoſit.* Ubi patrono, vel domino libertum, vel ſervum vindicanti expoſitum ab alio eo invito, alimenta educatori ſolvi præcipitur: dummodò non ſit fur, quod æquū eſſe fatetur Cujac. *lib.16. Obſerv. cap.56.* Cui legis primæ auxiliatur tex. in *l.4. §. Si minor. ff. de Doli mali excep.* Et differens de filio expoſito, & demū naturali patre agnito Quintilian. *Declamat.278.* ait: *Vis ſcire, quam pater non fueris? recipere illum niſi ſolutis alimentis non potuiſti.* Et in fine ejuſdem declamationis ibi: *Alimenta ſolviſti, computaſti mecum, ut expoſitum reciperes.* Senec. *contr.26.* ibi: *Pete quantumvis pro diſciplinis, imputa quantumvis pro alimentis.* Ergo malè dicimus alimenta cum operibus compenſari.

Sed reſpondetur ideò in dicta *l. 1. C.* 76 *de Infantib. expoſit.* Repellitur compenſatio, quia ibi expoſitus erat infans, & quāvis ſupradixiſſe memor infātis operas aliquas eſſe poſſe, ita ut cum alimētis poſſint compenſari maximè, quia infans dicitur à nativitate uſque ad ſeptenniū, vel uſquequò expeditè loqui poſſit, cum infans is, qui fari nō poſſit dicatur. text. in *l.Mulier ff. de Verb. oblig.* text. in *l.Fin. ff. Rem. pupill. ſolv. for.* Et clareſcit ex Iſidor. *lib.11. cap.2.* & Aull. Gell. *lib.15. cap. 9.* Et conſonat Ovid. *lib.15. metamorph.*

Editas in lucem jacuit ſine viribus infans.

Tamen dicta *l.1.* Loquitur non de in- 77 fante quinque annorum, nec ſeptem; ſed de infante recens nato, ut teſtatur Gloſſ. in *Apoſtill.* in dicta *l.1.* Cujus nullæ penitus operæ eſſe poſſunt, cum non ſolum eâ ætate operari nequeant, ſed nec etiam expeditè loqui, ſed balbutiendo, quare valdè gaudebat Plato *de Rhetoric.* Ut ipſe fatetur ibi: *Cum enim puerum video, cui adhuc convenit, ita loqui balbutientem, & lugentem gaudeo, & gratioſum mihi videtur.* Quod etiam innuit Ovid. *lib.4. Faſtor.*

Tutus, ut infanti vagat ore puer.

Ergo ſi hujuſmodi infantes, nec etiam 78 loqui poſſint, multò minus operas præſtare nequeunt. Ergo nil mirum ſi in dicta *l. 1.* Locum non habeat compenſatio, cum ex parte expoſiti deficiat unum ex requiſitis ad compenſationem inducendam, id eſt creditum adversùs alterum, ideoque jure meritò exploditur compenſatio; quæ nil aliud eſt, quàm debiti, & crediti invicem interſe contributio text. in *l.1 ff. de Com-* 79 *pen-*

pensat. Et quamvis in dicta lege Infans expositus non esset recens natus, ut tradit ibi Apostilla, & clarè colligitur ex verbis textus ibi: *Partus ancillæ, vel adscriptitiæ tuæ expositus.* Tamen nec etiam
80 locum haberet operarum, cum alimentis compensatio, quia operarum æstimatio incipit fieri à quinto anno text. in *l. Final. §. Si minor. ff. de Oper. servor.* Et tradit Cujac. *lib. 9. Observat. cap. 38. litera. D. Apostill.* ad dicta *l. 1. in fine. C. de Infãt. exposit.* Ut quoque supra dixi.
81 Quid verò dicendum, si operarii casù inveniãt Thesaurum in fundo alieno, & postea laboris petant mercedem, an dominus talis fundi possit eis opponere compensationem de Thesauro invento in fundo suo, itaut operæ debitæ cum Thesauro invento compensentur? Huic rogitationi primo aditù affirmativè pro compensatione responsum iri videtur, eò quia hîc compensatio locum habere potest, quia adest debitum, & creditũ ex utraque parte, quod præcipuè requiritur ad inducẽdam compensationem juxta text. in *l. 1. ff. de Compensat.* Et quoties adsunt res fungibiles, toties compensatio locum habet, sed in nostro casu sunt res fungibiles, nimirum pecunia ex labore debita, & Thesaurus, qui sæpè ex pecunia constat; ergo compensatio rectè admitti potest, tamquam de quantitate ad quantitatem argumẽt. text. in *l. Si constat. 4. C. de Compensat.* Præsertim, quia postquam sublata fuit per Justinianum Imperatorem vetus illa differentia inter judicia bonæ fidei, & stricti juris, de qua ipse Justinianus mentionem fecit in *§. In bonæ fidei. Institut. de Act.* Compensatio admittitur in omnibus rebus, & actionibus, exceptâ actione depositi, & actione perperam alienam possessionem occupantis, ut habetur in *l. Final. C. de Compensat.* Igitur exceptis illis duabus actionibus, in cæteris aliis locũ sibi debet vindicare, quoniã exceptio firmat regulam in cõtrarium.
82 Sed his neutiquam obluctantibus, contrarium sectandum est, videlicet, quod talis locator, prætextu Thesauri inventi in fundo suo non possit opponere compensationem operariis mercedẽ petẽtibus, cujus asserti ratio exhauritur ex eo, quod in hoc casu deficit creditum, & debitum ex utraque parte. Nam operarii sunt creditores domini fundi ex causa mercedis; ast locator, seu dominus fundi non est creditor operariorum ratione Thesauri inventi in fundo suo, quia Thesaurus inventus sortituit in fundo alieno ab operariis, vel à quibuslibet aliis dimidia pars debetur inventoribus textus expressus in *§. Thesauros.* & ibi Glossa. in *Verbo Suo*, Omnesque Institutistæ *Institut. de Rerũ divisione.* & text. in *l. Unica. C. de Thesauris. lib. 10.* Ideoque cum illis ex jure debeatur pars illa, creditor locatoris reputari non potest. Ergo compensatio tamquam de credito ad non creditum admitti non potest argument. text. in *§. In bonæ fidei. Institut. de Act.* text. in *l. Si constat. 4. C. de Compensat.* Potest enim compensatio locum sibi adsciscere, si operarii, vel quilibet alii inventores Thesaurum in fundo alieno invẽtum integrum accipiant. Quippe cum inventori Thesauri in fundo alieno non debeatur, nisi pars dimidia, si fortuitò invenerit; altera verò dimidia ad dominum fundi pertineat text. in dicto *§. Thesauros Institut. de Rerum divisione.* Consequens 83
est ut si talis inventor agat adversùs dominum fundi pro mercede laboris, locator ille possit opponere compensationem partis dimidiæ, quæ ad eum de jure spectabat: Itaut si Thesaurus erat centum aureorum, & mercedes operariorum erant quinquaginta, tunc quinquaginta illa, quæ ad dominum fundi attinebant, compensari possunt cum quinquaginta, quæ ex causa operarum debentur. Aliter dicendum esset si non fortuitò, sed datâ operâ Thesaurum quærerent in alieno fundo, quia tunc nihil ad inventorem, sed totum ad dominum soli pertinebit text. in dicto *§. Thesauros*, & ibi Glossa, & omnes Institutistæ *Institut. de Rerum divisione.* text. in *l. Unica.* Et ibi eruditissimus Antiquariensis Amaya. *C. de Thesauris*

Compensatio quoque potest admitti, 84
quando in fundo meo, vel domo, seu in aliqua re ad me pertinente invenissi Thesaurum, & ego in fundo tuo alterũ Thesaurum reperi, quo in casu si agis ad-

adversùs me ad nanciscendum Thesaurum inventum in fundo tuo, ego objiciam tibi compensationem de altero Thesauro in fundo meo reperto, non obstante, quod Thesaurus unus sit majoris quantitatis, quàm alter, quoniam tunc compensatio fiet usque ad concurrentes quantitates, & quod eo compento superest creditori solvendum est, prout jussit Justinianus noster in *§. In bonæ fidei.* & *§. Compensationes. Instit. de Act.* Et ante eum Imperator Alexander Severus in *l. Si constat. C. de Compensat.*

85 Id quod de Thesaurorum compensatione affatus sum, obtinet locum, quoties Thesaurus in pecunia consistit: sed an ne idem dicendum sit, si Thesauri inventi, ut superius affinxi non in pecunia, sed in argento, vel auro rudi consistant, an compensatio tunc possit admitti? Inspecto veteri compēsandi jure optimè admitteretur; quoniam æs rudum olim appendebatur in lāce, & inde

86 compensatio etymologiam desumpsit, cum dicatur à veteri more appendendi in lance, & componatur ex præpositione *con* & *pensatio*, quæ solutionem commostrat, ut attestantur Simonis *tom. 2. Accademicar. dissertat. tit. de Jure cōpēsādi dissert. 11. in princip.* Tabor. in *not. ad* Mejerum *Colleg. Argentoratensis totius Jurisprudētiæ in lib. 16. Pandectar. tit. 2. n. 1.* Cum cæteris à me relatis *q. 1. n. 24. lib. 1.* Sed licet de antiquo compensandi jure id obtinuerit; nihilominus hodie aliud est compensatio, quæ est crediti, & debiti contributio text. in *l. 1. ff. de Com-*

87 *pensat.* Quæ contributio in auro, vel argento rudi fieri non potest; ideoque nec compensatio, cum rantummodò locum habeat in rebus fungibilibus, quæ propter artis, vel naturæ similitudinem unæ aliarum vice funguntur: At hæc similitudo in ære rudi dari non potest: Ergo nec compensatio: nisi aurum, vel argentum rudum ad æstimationem reducatur, quoniam tunc tamquam de quantitate ad quantitatem, seude pecunia ad pecuniam admittetur. Cætera verò de Thesauris invenies in meo tractatu de Thesauris, quem tibi, Deo dante, Beatâque Solitudinis Virgine fautrice, quamprimum, omnigenâ eruditione refertum tibi exhibebo, quem tempore quod perpes harum compensationum labor, mihi satis obnoxius, indulget curâ ingenti elaboro.

SUMMARIUM

1 *Compensationis præcipui effectus plures recensentur.*

2 *Effectus potius, ac præcipuus compensationis est, ut compensatio id ipsum operetur, quod ipsamet solutio realis operatur.*

3 *Debitor compensans pecuniam debitam, quamvis realiter, ac manualiter nonnumeret: attamen compensando solvere videtur.*

4 *Compensatio quoad effectum liberationis nihil distat à vera solutione.*

5 *Actus solvendi per compensationem non dicitur verus, nec realis; sed fictus, & imaginarius.*

6 *Effectus compensationis secundus est, ut per eam debitor ab obligatione liberetur, tamquam si realiter per numerationem solveret.*

7 *Effectus tertius compensationis est, ut habeatur pro solutione nō solùm ex eo tempore, quo debitor in judicio conveniri cæpit, & exceptione compēsationis usus; sed ex eo tempore, ex quo pecunia invicem deberi cæpit.*

8 *Effectus bujus ponitur exemplum.*

9 *Effectus quartus compensationis est, ut impediat litis ingressum, & repellat agētem à limine judicii.*

10 *Effectus quintus compensationis est, ut habeatur pro soluto usque ad concurrentes quantitates, & ponitur bujus effectus exemplum.*

11 *Effectus sextus compensationis est, ut debitum naturaliter tantùm per compensationem optimè solvi possit.*

12 *Effectus septimus compensationis est, ut compensatio perimat ipso jure actionem adversùs debitorem compensantem.*

13 *Quod intelligi debet postquam compensatio à parte opponatur.*

14 *Effectus octavus compensationis est, ut reddat exigibile debitum ex causa judicati intra terminum debitori miserationis gratia præfixum.*

15 *Effe-*

15 *Effectus nonus compensationis est, ut etiam illud, quod aliàs non est exigibile alibi propter locum obligationi præfixum ob compensationis viam alibi exigi potest.*

16 *Effectus decimus compensationis est, ut postquam fuerit opposita habeat vim transactionis.*

17 *Effectus undecimus compensationis est, ut quandoquidèm exigatur per eam id, super quo lis pendet coram diverso Judice.*

18 *Effectus duodecimus compensationis est, ut admittatur in casu* text. in l. Inter tutores 37. ff. de Administrat. & pericul. tutor.

19 *Effectus decimustertius compensationis est, ut ipso jure impediat cursum usurarum, sive ab utraque parte, sive ab una tantùm debeantur.*

20 *Compensatio quando fit ipso jure à lege admittitur etiam in debito illiquido, quia lex semper est certa de veritate.*

21 *Officio Judicis id, quod debetur optimè compensari potest.*

22 *Effectus decimusquintus compensationis est, ut præscriptionem decurrendam impediat.*

23 *Effectus decimus sextus compensationis est, ut delicta non puniantur, sed per compensationem aboleantur.*

24 *Compensatio quando agitur criminaliter non admittitur in delictis.*

25 *Effectus decimus septimus compensationis est, ut obstet ad impediendum interdictum Salvianum, quotiescumque creditum ex parte rei conventi est liquidum.*

26 *Compensatio de liquido ad illiquidum admitti non potest.*

27 *Effectus decimus octavus compensationis est, ut faciat cessare privilegium dotis, nempe ut non restituatur; sed compensetur stante altero debito compensabili.*

28 *Compensatio adversùs dotem optimè admitti potest.*

29 *Effectus decimusnonus compensationis est, ut liberet debitorem à mora, & pignoris obligationem dissolvit.*

30 *Effectus vigesimus compensationis est, ut solutum indebitum per errorem præcedente debito adversarii compensabili repeti possit.*

31 *Effectus vigesimusprimus compensationis est, ut producat actionem pignoratitiam contrariam ad vindicandum pignus apud creditorem existens.*

32 *Effectus vigesimus secundus compensationis est, ut eo ipso, quod reus probat adversùs actorem sibi debitum compensabile; Judex debet secundùm compensationem pronunciare.*

33 *Effectus vigesimus tertius compensationis est, ut impediat manutentionem.*

34 *Effectus vigesimus quartus compensationis est, ut lata sententia pro una parte, in qua non fuit habita ratio compensationis ex tunc actio per compensationis exceptionem perempta alteri parte restituitur.*

35 *Effectus vigesimus quintus compensationis est, ut absolvat reum à petitis.*

36 *Effectus vigesimus sextus compensationis est, ut intra tempus medium factæ liquidationis per actorem, & ferendæ sententiæ pro actore non possit parte rei super eo, de cujus compensatione possit objicere novum judicium ordinarium incohari.*

37 *Effectus vigesimus septimus compensationis est, ut extinguat census.*

38 *Effectus vigesimus octavus compensationis est, de quo in casu notabile* text. in l. Si cum filiofamilias. ff. de Compensationibus.

39 *Effectus vigesimus nonus compensationis est, ut pendente termino compensationis non possit novum judicium incohoare.*

40 *Effectus trigesimus compensationis est, ut si quis juravit solvere, & postea compenset liberatur à perjurio.*

41 *Effectus trigesimus primus compensationis est, ut admittatur contra exequutionem instrumenti confessionati.*

42 *Compensatio non censetur exclusa à statuto rejiciente omnes exceptiones.*

43 *Effectus trigesimus secundus compensationis est, ut excommunicatus, banditus, vel quilibet alius inhabilis ad agendum via defensionis jus suum per compensationem consequatur.*

44 *Effectus trigesimus tertius compensationis est, ut impediat exequutionem sententiæ.*

45 *Effectus trigesimus quartus compensatio-*

tionis est, ut inducat debiti sui confessionem in debitore excipiente de compensatione.

46 *Effectus trigesimus quintus compensationis est, ut reddat nullum mandatum, quod relaxetur, non habita compensationis ratione.*

47 *Effectus trigesimus sextus compensationis est, ut quandoquidem quis per compensationem assequatur jus suum in appellatione, quod aliàs sine novo judicio minimè consequeretur.*

48 *Effectus trigesimus septimus compensationis est, ut resolvat liberationes, dationes in solutum, subhastationes, aliosque actus factos eo tempore, quo debitor compensandi causam habebat.*

49 *Effectus trigesimus octavus compensationis est, ut etiam coram arbitro servetur jus utrique parti super debitis compensabilibus.*

50 *Compensatio coram arbitro optimè potest proponi.*

51 *Effectus trigesimus nonus compensationis est, ut quisquis tam per viam replicationis, quàm per viam exceptionis, etiam in viam actionis ad alium finem tendentis debitum sibi consequi possit.*

52 *Effectus quadragesimus compensationis est, ut per cōpensationem id, quod nostrū est, coram judice delegato nanciscamur.*

53 *Effectus quadragesimus primus compensationis est, ut cogat creditorem recipere sui crediti solutionem, etiam pro parte quamvis minima sit.*

54 *Effectus quadragesimus secundus compensationis est, ut judex teneatur officium suum super compensationem impertiri.*

55 *Effectus quadragesimus tertius compensationis est, ut ubicumque proceditur de bono, & æquo, ut inter socios, & mercatores retardet obligationem cameralem.*

56 *Effectus quadragesimus quartus compensationis est, ut Judex, si super ea faciat injustitiam, dicatur facere litem suam.*

57 *Effectus quadragesimus quintus compensationis est, ut excludat tertium ad hoc, ut non compenset creditum suum pro debitore convento.*

58 *Effectus quadragesimus sextus compensationis est, ut opposita coram Judice impediat primum, & secundum decretum, tamquam si verè creditori fuerit solutuum.*

59 *Compēsatio quoad liberationis effectum pro reali solutione habetur.*

60 *Commendatio operis an pro ejus æternitate liceat fieri ab Authore.*

ARGUMENTUM

De Effectibus, qui ex Compensatione proficiscuntur.

QUÆSTIO XXI.

TRactatus nostri disputatio hæc appendix esto. De qua penitus nihil interfundere integritati licitum non esse consultè mihi persuasi. Qui enim tot quæstionibus juris professoribus; humanarumque literarum cultoribus rependendum proposui, inconditè agerem, nisi obligationem exactiori trutinâ perlibrarem. Plures autem sunt effectus, qui ex compensatione proficiscuntur, quos omnes referre longum admodum esset, unde præcipuos dumtaxat in medium afferre, ac sedulò congerere conabor. Quippe cum compensationis verbum, quod ab antiquo æris appendendi more tractum obtuemur, ut latiori calamo exornavi in *quæst. 1. num. 24. lib. 1. tom. 1.* Persæpè omnia amplexatur, quæ inter se comparantur, & in æquilibrio opponuntur, teste Mejero *Colleg. Argent. lib. 1 Pandectar. tit. 2. num. 1.* 1

2 Primus, ac principalis compensationis effectus est, ut post compēsationem habeatur pro soluto text. in *l. Si constat 4. C. de Compensat.* text. in *l. Vel permutavit. ff. de Liberal. caus.* text. in *l. Amplius non peti 15. ff Rem ratam haber* text. in *l. Debitor 4. ff. Qui potior. in pign. hab.* text. in *l. Dedisse. ff. de Verbor. significat.* text. in *§. In bonæ fidei. & §. Cōpēsationes.*

nes. de Act. Ut quoque tradidêre Mejerus *lib.* 16. *Pandectar. tit.* 2. *num.* 12. Donell. *Comment. jur. civil. lib.* 16. *cap.* 15. *versic. Tertium illud.* Zanger. *de Except. part.* 3. *cap.* 8. *num.* 124. Bersan *de Compensat. cap.* 1. *quæst.* 20. *num.* 2. Faber. *lib.* 12. *Conject. cap.* 9. Berlich. *concl.* 22. *num.* 2. *tom.* 1 Amaya in *l.* 1. *num.* 25. *C. Ne fisc. rem, quam vendid. lib.* 10. Diego. *opuscul. de Compensat. fol. mihi* 1. *in fine.* Peguera *decis.* 175. *num.* 2. Pacian. *de Probat. lib.* 1. *cap.* 25. *num.* 25. Parlador. *lib.* 2. *Rer. quotid. part.* 5. *cap. final.* §. 11. *num.* 30. Medices. *de Compensat. in præfat. num.* 2. Bordon. *Variar. Resolut.* 38. *num.* 97 *part.* 1. Escobar. *de Confessar. sollicit. ad vener. part.* 2. *quæst.* 3. §. 3. *num.* 1. Olea *de Cess. jur. tit.* 6. *quæst.* 11. *num.* 22. Andreol *controv.* 57. *n* 13. Christinæus. *decis. Belg.* 38. 39 & 40 *vol.* 1. Besold. *Delibat. jur. ex lib* 16 *pandect. tit.* 2. *vers. Compensationem* Bachov. ad Treutler. *vol.* 1. *disputat.* 25 *thes* 7. *lit. B.* Tyndar. *opuscul. de Compensat artic.* 1. *num.* 1. Gregor. *Syntagmat. jur. lib* 21. *cap.* 22. *num.* 2. Sylva. *de Salar. quæst.* 58. *num.* 10. Licèt
3 debitor compensans pecuniam debitam naturaliter non numeret, & sic solvere non videatur text. in *l. Solutam* 47 *ff de Solut.* juncta *l. In bello* 12. §. *Manumittendo* 9. *ff. de Captiv. & postlim. revers.* Quam legem latè, accuritè interpretatur Chavarri *tom.* 2. *Didascaliæ jur. cap.* 2. text. in *l.* 2. *ff In quibus caus. pign. vel hypoth.* text. in *l.* 2. *ff. Si usufruct. petat.* Ut animadvertunt Bersan *de Compensation. cap.* 1. *quæst.* 20. *num.* 2. Zanger. *de Except part.* 3. *cap.* 8. *num.* 125. Tamen cum patiatur eam pecuniam, ad cujus præstationem creditor ei obstrictus est apud eundem remanere solutionis causâ, non dubitatur quin eam creditoris esse faciat argument. text. in *l. Qui sic* 55. *ff. de Solut.* juncta *l. Quæratione* 9. §. *Interdum* 5. *ff. de*
4 *Acquir. rer. domin.* Unde compensationē neutiquam dici potest solutionem non esse, cum quo ad liberationis effectum idem operetur, ac realis, & vera solutio Giurb. *ad Consuetud. Messan. cap.* 2. *gloss.* 16. *part.* 1. *num.* 10. Berlich. *conclus.* 23. *num.* 2. *tom.* 1. Bersan. *de Compensat. cap.* 1. *quæst.* 20. *num.* 3. Amat. *Resolut* 50 *num.* 7. Marcian. *Excerpt forens. fol. mihi* 22. *num.* 2. Cyriac. *controv.* 441. *num.* 5. Niger. *de Except. cap.* 15. §. 3. Gratian. *Disceptat. forens. cap.* 728. *num.* 9. Cum in 5
modo solvendi solummodò inter realem solutionem, ac compensationem, discrimen constituatur, qui actus solvendi per compensationem est fictus, ac prorsus imaginarius, non verò realis, ac effectivus, ut rectè dixit Bersan. *de Compensationib. cap.* 1. *quæst.* 2. *num.* 15. Zacch. *de Salar. quæst.* 104. *num.* 18. Amat. *Resolut.* 50. *num.* 7. Chartar. *decis.* 77. *num.* 27. Giurb. *ad Consuetud. Messan. cap.* 2 *gloss.* 16. *part.* 1. *num.* 10.

Secundus est. Quemadmodum solu- 6
tione ejus, quod debetur, debitor liberatur text. in *l. Creditoris* 5. *C. de pact.* text. in *princip. Institut. Quib. mod. tollit. obligat.* Sic & compensatione objectâ debitor ab obligatione liberatus dicitur text. in *l. Si constat* 4. *C. de Compensat.* text. in *l. Final. C. eodem.* text. in *l. Verum. l. Si ambo. l. Posteaquam. ff. de Compensat.* Mejerus *lib.* 16. *Pandectar. tit.* 2. *num.* 11. Medices *de Compensat. part.* 2. *quæst.* 31. *num.* 15. Ronch. in *l.* 2. *num.* 18. *ff. de Duobus reis.* Zanger. *de Exception part.* 3 *cap.* 8. *num.* 127. Tiraquell. *de Retract. prox.* § 3. *gloss.* 3. *num.* 8. & *in l. Si unquam. versic. Revertatur. num.* 15. *C. de Revocand. donat.*

Tertius. Ut compensatio habeatur 7
pro solutione non ex eo tempore, quo debitor in judicio conveniri cœpit, & exceptione cōpensationis usus fuit, sed ex eo tempore, ex quo pecunia invicem deberi cœpit Mejerus *lib.* 16 *Pandectar. tit.* 2 *num.* 10. Larrea *decis.* 87. *num.* 4. Donell. *Comment. jur civil. lib.* 16. *cap.* 15. *versic. Tertium illud & in l. Si constat. num.* 12. *C. de Compensat.* Zanger *de Except part.* 3. *cap.* 8 *num.* 128. Corras. in §. *In bonæ fidei. num.* 1. *de Act.* Leotard. *de Usuris. quæst.* 84 *num* 9. Bersan. *de Compensat. cap.* 1. *quæst.* 8. *num* 9. Thesaur. *Quæst. forens. cap.* 4. *quæst* 21. *num.* 12. Coppel. *de Compensat cap.* 8. *num.* 7. Faber. *lib.* 4. *C. tit.* 23. *definit.* 1. Brunneman. in *l. Si constat. circa med. & in l. Compensationem. num.* 4. *C. de Compensat.* V. G. Titius Ca- 8
jo ex causâ mutui centum aureos ante triennium cœpit debere sub usuris, quas stipulante, aut paciscente Cajo, Ti-

tius promisit. Cajus vicissim Titio ex alia causa ante triennium, vel bienniũ tantundem debere cæpit absque usuris. Nunc quæri potest annè ex eo tempore, ex quo Cajus Titio debere cæpit compensatio summæ principalis pro soluto habenda sit, & ita ex eo tempore usuræ peti nequeat? Et peti non posse testantur supra relati Authores, quia compensatio suum operata fuit effectum ab illo die, à quo invicem cæpit deberi. Idcirco & ab eo tempore, ex quo mutuum debitum fuit: secus à tempore, quo constitutũ fuit, & probatum invicem fuisse debitum, concurrentis usuræ quantitatis nusquam præbentur, sive uterque ab usuris debuerit, sive dumtaxat alter, vel sub diversis debuerint usuris, ut quoque amplexatus fuit Mejerus *lib.* 16. *Pandectar. tit.* 2. *n.* 11. Sed tu vide opinionem meã peregrinã, ac singularẽ in *q.* 24 *lib.* 3. *tom.* 1.

9 Quartus. Litium evacuatio, ac abreviatio Tyndar. *opuscul. de Compensat. art.* 10. Cum litis impediat ingressum, ut innuit Justinianus in *l. Final. C. de Compensat.* Bersan. *de Compensat. cap.* 1. *quæst* 20 *num.* 17. Capucin. *Prax. judic. part.* 3. *cap.* 7. *num.* 99. *vol.* 1. Et actorem repellit à limine judicii, litis amputandæ gratiâ Vigel. in *Method. jur. civil. lib.* 15. *cap.* 11. *num.* 50. Medices *de Compensat. part.* 2. *quæst.* 31. *num* 4. Et ad minuendas, arcendasque lites compensationem spectare, idque ad Prætoris officium referre tradidit Mejerus *lib.* 16. *Pandectar. tit.* 2 *num.* 3. Hic compensationis effectus præ cæteris omnibus mihi utilior hominibus videtur, ut judiciorum more temporis intercapedines, expensæ, ac tedia effugiantur, quorum judiciorum incommoda perpendens Juvenal. *Satyr.* 16. dixit.

Expectandus erit qui lites incohet annus
Totius populi; sed tunc quoque mille ferenda
Tedia, mille moræ: totus subsellia tantùm
Sternuntur: jam facundo ponente lacernas
Cæditio, & Fusco, jam micturiente parati.

Digredimur.

Quintus. Compensatione admissâ habeatur pro soluto usque ad concurrentes quantitates text. in *l. Si constat* 4. *l. Etiam* 5. *C. de Compensat.* text. in *l. Cum alter* 11. *ff. de Compensat.* text. in *§. In bonæ fidei. §. Compensationes. de Act.* V. G. Titius Cajo debet centum aureos ex causâ mutui; Cajus vicissim debet Titio quadraginta ex eadem causa. Si Titius à Cajo petat, Cajus Titium sic removet si paratus sit compensare, ut dixit Jurisconsultus in *l. Unusquisque ff. de Compensat.* Removet autem non in totum, sed dumtaxat usque ad concurrentem quantitatem, videlicet usque ad quadraginta, & sic in eam summam, quæ invicem debetur, reliquum verò compensare non potest text. in *§. In bonæ fidei. de Act.* Quinimo ejus reliqui, nempe ejus, quod amplius apud alterum est, etiam usuræ rectè petuntur, si modò, & petitio earum subsistit text. in dicta *l. Si constat* 4. *C. de Compensat.* Quia non quæritur hoc an usuræ ejus, quod reliquum debetur compensari queant, sed an usuræ rectè petantur? quod nostri instituti non est. 10

Sextus. Ut debitum naturaliter tantùm per compensationem rectè solvatur texr. in *l. Etiam. ff. de Compensat.* Ut fatetur Mejerus *lib.* 16. *Pandectar. tit.* 2. *num.* 8. Tynd. *de Compensat. artic.* 7. Jul. Pac. *lib.* 16. *Isagic. tit.* 2. *num* 5. Gregor. *Syntagmat. jur. lib.* 21. *part.* 3. *cap.* 22. *num.* 2. Arnold. Vinn. *in princip. Institut. de Oblig. num.* 8. Mæstert. *Opuscul. de Compensat. quæst.* 13 Brunneman. in *l. Etiam num.* 2. *ff. de Compensat.* Hothoman. *lib.* 16. *Epitom. tit.* 2. *num.* 6. *litera. E* Duaren. *ad tit. de Compensat. cap.* 1. Harpprecht. in *§. In bonæ fidei. num.* 5. *de Act.* Gilcken. in *Rub. C. de Condict. indeb. num.* 10. Diego. *Opuscul. de Compensat. fol. mihi.* 16. Naturali debito per compensationem datur efficacia, quam alias non haberet per viam actionis, ut benè Tynd. *Opuscul. de Compensat. artic.* 10 *vers. Tertius.* Bersan. *de Compensat. cap.* 1. *quæst.* 20. *num.* 24. 11

Septimus. Quod compẽsatio perimit ipso jure actionem adversùs debitorem competentem text. in *§. In bonæ fidei de Act.* Cujac. in *l. Si propter.* 8. *C. de Compensat.* Duaren. *de In litem jurand. vers. Et* 12

in

*in bonæ fidei.num.*15.Donell.*Comm.jur.civil.lib.*16.*cap* 15.*col.*7.Gorsus *lib.*3 *Indagat cap.*4.*num.*6 Hothoman.*de Verb.jur. verbo.Ipso jure*.Cujac.in *Rub. C. de Compensat.litera B*.Besold.*Delibat.jur.ex lib.* 16.*pandectar.tit.*2.Hahnius ad Wessem-
13 bec.*lib.*16.*tit.*2.*num.*9.Hoc tamen intelligi debet ipso jure post factâ oppositionem, ut animadvertit Bersan. *de Compensat.cap.*1. *quæst.* 28. *num.* 6. Et in hoc sensu intelligendi sunt Doctores amplectentes compensationem fieri ipso jure,ut latè dixi in *quæst.*6.*lib.*1.*tom.*1.

14 Octavus. Compensatio reddit exigibile debitum ex causâ judicati intra terminum debitori miserationis gratiâ præfixum, ut elucescit ex text. in *l.Si cum militi.* 16.§ *Cum inter.ff. de Compensat.* Et affirmant expresse Tynd. *Opuscul.de Compensat articul.*10.*vers.Quartus* Bersan. *de Compensat. cap.* 1. *quæst.* 20. *num.*23.

15 Nonus. Quia etiam illud, quod non est aliàs exigibile alibi propter locum obligationi præfixum, tamen propter compensationis viam alibi in effectu exigetur,ut est casus in *l.Pecuniam.ff.de Compensat.* Brunneman. in *l.* 1. *ff. de Eo, quod cert. loc.* Bart. & Faber. in dicta *l. Pecuniam.ff.de Compensat.*Tynd.*Opuscul. de Compensat. artic.* 10. *vers. Quintus.* Duaren *ad tit.de Compensat.cap.*1.*ad med.* Coppel.*de Compensat.cap.*4.*num.*42.Gregor.*Syntagmat.jur.lib.*21.*cap.* 22. *num.*9. *in fine.*

16 Decimus.Judicialiter opposita compensatio habet vim transactionis, ut ex Rota *decis.*125 *num* 4 *part.* 1.*Recent.tom.* 9. testatur Bersan. *de Compensat. cap.* 1. *quæst.*29.*num.*8.

17 Undecimus. Per compensationem exigitur quandoquidem id, super quo lis pendet coram diverso Judice text. in *l. In compensationem. ff. de Compensat.* Tynd.*Opuscul.de Compensat.artic.*10.*vers. Sextus.*Bachovius ad Treutler *vol.*1.*disputat.*25.*thes.*8.*litera G.ad fin.*Faber. *C. lib.*4.*tit.*23.*definit.*20.Donell.*Comm. jur. civil.lib.*16.*cap.* 15. *col.* 7.*num.* 30. Vigel. *Method.jur.civil.lib.*15.*cap.*11.*col.* 3. *vers. Vigesima septima.*

18 Duodecimus. In casu singulari *l. Inter tutores* 37.*ff. de Administr. & in periculo tutor.* Quem casum pulcherrimum esse fatetur Tyndar. *Opuscul.de Compensat.artic.*10.*vers. septimus.*

Decimus tertius. Ipso jure impediri 19
cursum usurarum text. in *l.Si constat.*4. *C.de Compensat.*text.in *l. Cum alter alteri. ff.de Compensat.*ibique Faber.Tynd.*artic.* 10.*vers.Undecimus.*Bersan.*de Compensat. cap.*1.*quæst.*20.*num.*9.Bachovius ad Treutler.*vol.*1.*disputat.*25.*thes.*10 *litera post. med.* Gutierrez. *de Jurament. confirmat. part.*3.*cap.*6.*num.*1.Besold.in *Considerat. politic. vitæ, & mort. num.* 22. Castropal. *Oper.moral.tractat.*32.*disput.*1.*punct.*16. §.2.*num.*6.Larrea *decis.*87.*num* 7.Valenzuel.*consil.*78. *num.* 36. Rodriguez. *de Ann.reddit.lib.*2.*quæst.*18. *num.* 2. Carleval.*de Judic.tom.*2.*lib.*1.*tit* 3.*disputat.*27. *num* 4.Fontanell.*decis.*206.*num.*16.Barbosa.*voto.*69.*num* 15.*lib.* 3. Pichard. in §. *In bonæ fidei num.*45.*de Act* Sive ab utraque parte, sive ab una tantùm debeantur text. in *l.Cum alter.*11.*ff. de Compensat.*Quod extenditur,ut locum habeat, 20
quamvis debitoris creditum usuris obnoxium,sit illiquidum,quippe ipso jure compensatio fiet à lege, debitoris objectione prorsùs spretâ.Lex tamquam de quantitate certa, non curat, an creditum sit liquidum, vel illiquidum; ideoque ob liquidationis defectum legis operatio sisti non debet. Imo liquidatio ex post sequuta in usurarum odium retrotrahitur ad diem, à qua deberi apparuit, ut ab illo die infra pro concurrenti quantitate crediti, usuræ dicantur sublatæ; præsertim verò si creditum debitoris usuris obnoxiū illiquidū fuerit,non solùm ex natura negotii; sed quoque ob culpam, ac effectum, seu factum debitoris, qui causa frustrationis illud tergiversationibus, ambagibusque verborum implicaverit, ut dixit Leotard.*de Usur.quæst.* 89. *num.* 10. Bersan. *de Compensat.cap.*1.*quæst.*20. *num.* 9. *in fine.*

Decimusquartus. Quia per compen- 21
sationem debitum, etiam officio Judicis tantùm est exigibile Tyndar. *Opuscul. de Compensat.artic.* 10. Medices *de Compensat. part.* 2 *quæst.* 31. *num.* 27. *vers. Octavus.* Cum id, quod Judicis officio debetur rectè compensari queat Brunne-

neman.in l. Etiam.6.num.2.ff. de Compensat. Budæus in §. In bonæ fidei.in fine de Act. Medices de Compensat.quæst.39.num. 1.part.1. Donell Comm. jur. civil. lib. 16. cap.15.fol.mibi 697.

22 Decimus quintus. Præscriptionem decurrendam impedit Gutierrez de Jurament.confirmat. part. 3. cap. 6. num. 21. Salgad. Laberynt. credit. part. 2. cap. 28. num. 14. Besold. De libat jur.ex lib. 16. pandectar.tit.2.vers.Sane judex. Bart. in l. Si constat.4. C. de Compensat. Niger. de Except.cap.3.§.4.num.36. Oliban. de Act. in §. In bonæ fidei.num.12. Bersan. de Compensat.cap.1. quæst. 20.num. 12. Etiam si de credito illiquido experiretur Cyriac. contr.61.num. 14. lib. 1. Mohedan. decis. 200 num.1.& 2. Ricc.part.6.collect 2445 vers. Compensatio autem. Quia tunc fit ipso jure à lege absque hominis facto, ut dixit Bersan de Compensat.cap.1.quæst.6. num.26. Et non solum impedit, quominus præscriptio incipiat currere, sed etiam incepta nè possit perfici Bersan. de Compensat.cap.1.quæst.20.num.10. in fine.

23 Decimus sextus. Delicta non plectũtur, sed per compensationem abolentur Tynd. Opuscul. de Compensat. artic. 10. vers. Nonus. Medices. de Compensat. part.2.quæst.31.num. 27. Cujac in l. 5. ff. Rer. amotar. Wessembec. lib. 16 tit. 2. num.5 wissembach.in l. Final. C. de Compensat. Treutler. Selectar. disputat. vol. 1. disputat.25.thes.9. litera A. Hothoman. Epitom.lib.16.tit.2.num.5. Bargal. de Dolo lib.6.Regul.15. Hermosill. Variar. Resolut. gloss.8 l.14 num. 3. tit. 5. part. 5. Gregor. Syntagmat.jur.part.3.lib.21.cap. 22. num. 2. Farinac. Fragment. criminal. litera. D. num. 110. Oynotom. in §. In bonæ fidei. num.12. de Act. Tabor.in not.ad Mejerum lib.16 Pandectar.tit.2.num.8. in fine. Quo-
24 tiescumque non agitur criminaliter; Nam tunc compensatio nequit admitti Bachovius ad Treutler vol. 1. disputat. 25.thes.9.litera A & B. Tynd. de Compẽsat.artic.5 num.34. Faber.in l. Si ambo §. Quoties. ff. de Compensat. Tabor ubi supra.

25 Decimus septimus. Obstat ad impediendum interdictum Salvianum, quotiescumque creditum ex parte rei conventi sit liquidum Bersan. de Compensat. cap.1.quæst.20.num.11. Gratian. Discept.
Forens. cap. 355. n. final. Aliàs secus di- 26
cẽdum cũ satis compertum sit de liquido ad illiquidum compensationem refelli, ut benè Cujac. in Rub. C. litera. D. Vultejus in §. In bonæ fidei.num. 10. de Act. Gutierrez. de Jurament. confirmat. part.3.cap.7.num. 2. Diego. Opuscul. de Compensat.fol.mibi 27. Faber. lib.4. C. tit. 23.definit.5. Christin. Decis. Belgar. 231. num. 1. vol. 1. Larrea. decis. 87. num. 16. Cormer. lib.19. Jur.civil.tit.6.part.2.cap.3. Gonzalez.in cap. Bonafides.num.10 in fine de Deposit. Gregor. Syntagmat.jur. lib: [illegible]. cap.22 num.3. Zamoran. de Compensat. in præfat.num.1.in fine.

Decimus octavus. Facit privilegia do- 27
tis cessare, ut non restituatur verè dos, sed compensetur, stante altero debito compensabili Tyndar. Opuscul. de Com-
pensat.artic.10.vers. Decimus. Cum certũ 28
sit adversùs dotem compensationem esse admittendam, prout fatentur Treutler. Selectar disputat.vol.1.disputat. 25. thes.7.litera G. wissembach.in l. 6. C. de Compensat. Moltes. ad Consuetud. Neap. part.6.quæst.9.num.3. Barbos.in l. Neque scriptura.num.3.C. de Compensat. Salgad. Laberynt.credit part.3.cap.6 §. Unic num. 11. Castill. de Aliment.lib.8.cap.67.num.4. Sabelli Sum.divers.tractat. §. Compensatio.num 20.

Decimus nonus. Liberat debitorem à 29
morâ, & pignoris obligationem dissolvit text.in l. Invicem debiti. C. de Compensat. text. in l. Si constat.4.C. Eod. Tynd. Opuscul.de Compensat.artic. 10. vers. Undecimus. Merlin. de Pignorib.lib.5.tit. 1. quæst. 6. num. 1. Bersan. de Compensat. cap. 1. quæst.20.num.12. Barbos. in l. Si constat. num. 23. ff. de Compensat. Castill. Contr. jur.lib.4.cap.40.num.112. Oliban. de Act. in §. In bonæ fidei.num.12. Costa. de Rat. rat.quæst.61. Trentacinque Variar. Resolut.lib:3.vol.1. Resolut.unic.de Compensat. num.24. Posth. de Subbast.inspect. 50 num. 33. Niger de Except.cap.13.§. 13 num.7. Gloss. in dicta l. Si constat. C. de Compensat.

Vigesimus. Solutum per errorem, præ- 30
cedente debito adversarii compensabili repeti potest, per condictionem indebi-

biti, vel sine causa, ut exprimit Jurisconsultus in *l. Si ambo 10. §. Si quis igitur. ff. de Compensat.* Facit text. in *l. Qui invicem. 30. ff. de Condict. indeb.* Et amplectuntur Tyndar. *Opuscul. de Compensat. artic. 10. versf. Duodecimus.* Bersan. *de Compensat. cap. 1. quæst. 20. num. 26.*

31 Vigesimus primus. Compẽsatio producit actionem pignoratitiam contrariam ad vindicandum pignus apud creditorem existens Barbosa in *l. Invicem. debiti num. 1. C. de Compensat.* Marcus *Decis. Delph.* 148 *num.* 3 *part.* 2. Bersan. *de Compensat. cap. 1. quæst. 20. num. 13.*

32 Vigesimus secundus. Eò ipso quod probat reus adversùs actorem sibi debitum compensabile, Judex debet secundùm compensationem pronunciare, juxta tradita ab Imperatore Justiniano in *l. Compensationem ultima. C. de Compensat. & §. In bonæ fidei de Act.* Et dixit Tyndar. in suo *Opuscul. de Compensat. artic. 10. versf. Decimus tertius.*

33 Vigesimus tertius. Liquida, & clara compensatio impedit manutentionem Posth. *de Manutent. observat.* 65. *n.* 4. Bersan. *de Compensat. cap. 1. q 20 n.* 14. Galles *de Obligat. cameral quæst.* 18. *num* 6. ibique Zach. *num.* 12. Rota apud Ghisler. *decis* 543. *num.* 4. Et apud Ferzon. *ad Statut Urb. decis.* 122 *in fine.*

34 Vigesimus quartus. Sentẽtiâ latâ pro una parte, in quâ non fuit habita ratio compensationis, ex tunc actio per compensationis exceptionem perempta, alteri parti restituitur, ut expressè docuit Jurisconsultus in *l. Quod si in diem. §. Si rationem. ff. de Compensat.* Et dixit Tyndar. in *suo opuscul. de Compensat. artic. 10. versicul. Decimus quartus.* Medices *de Compensationib part. 2. quæst. 31. num. 27.*

35 Vigesimus quintus. Compensatio absolvit reum à petitis. Nam solutione ejus, quod debetur omnis tollitur obligatio text. in *princip. Institut. Quib. mod. toll. oblig.* Quia per compensationis exceptionem jus actoris infringitur, ut ex text. in *l. Si constat 4. C. de Compensat.* & ex *§. In bonæ fidei. de Act.* Rectè perpendenti patebit, & testantur Scaccia *de Re judicat. gloss. 7. quæst. 4. spect. 3. num.* 7. Bersan. *de Compensat. cap. 1. quæst. 20. num. 15.*

Vigesimus sextus. Intra tempus medium factæ liquidationis per actorem, & ferendæ sententiæ pro actore, non potest à parte rei super eo, de cujus compensatione posset objicere novum judicium ordinarium inchoari, ut fatetur Tyndar. *opuscul. de Compensat. art. 10. versic. Decimus quintus.* 36

Vigesimus septimus. Per compensationem extinguitur census Bersan. *de Compensat. cap. 1. quæst. 20. num. 16.* Luca *de Credit. discurs. 46. num. 8.* Torre. *de Camb. disputat. 2. quæst. 8. num. 13.* Ansald. *de Commerc. & mercat. discurs. 93. num. 24.* Castropal. *Oper. moral. tract. 32. disputat. 6. punct. 34. num. 1.* Solis *de Censibus. tom. 2. lib. 4. cap. unic. num. 12. versic. Sed an compensatio.* Dummodò compensatio opponatur à censualista passivo Bersan. *de Compensat. cap 2. quæst. 17. num 9.* 37

Vigesimus octavus. In casu notabile, de quo respõdit Jurisconsultus in *l. Si cum filiofamilias 9 ff. de Compensat.* Cujusquoque meminit Tyndar. in *suo opuscul. de Compensat. artic. 10. versic. Decimus septimus.* 38

Vigesimus nonus. Pendente termino compensationis non potest novum judicium inchoari Medices. *de Compensat. part. 2. quæst. 31. num. 27.* Bersan. *de Compensat. cap. 1. quæst. 20. num. 18.* 39

Trigesimus. Jurans solvere per compensationem solvendo à perjurio excusatur Mejerus *lib. 16. Pandectar. tit. 2. num. 8. in fine.* Tyndar. *opuscul. de Compensat. artic. 10. versic. Decimus octavus.* Gutierrez *de Jurament. confirmat. part. 3. cap 6. num. 5.* Fulgin. *de Jur. emphyt. tit. de Solut. canon. quæst. 1. num. 303.* Rodriguez *de Exequut. cap. 6. num. 9.* Gallerat. *de Renunciat. lib. 5. cap. 4. num. 72* Christinæus *Decis. Belgic. 36. num. 6. volum. 3.* Scanarola. *de Visitat. carcerat. lib. 3. cap. 10. num. 15.* Lanar. *consil. 1. num. 22.* Treutler. *Selectar. disputat. vol. 2. disputat. 25 thes. 11.* Sed insequere quod dicã *quæst. 1. lib. 2. tom. 3.* 40

Trigesimus primus. Adversùs executionẽ instrumẽti cõfessionati potest quisquis compensationem objicere, ubi dumtaxat exoptatur solutio ex formâ statuti Tyndar. *opuscul. de Compensat. art.* 41

art. 10. *versic. Decimus nonus*. Quia
42 compensatio non putatur rejecta à statuto rejiciente omnes exceptiones Guido Papa *decis.* 171. Asin. *Prax. execut.* §.32.*cap.*46.*num.*2. Gozadin. *consil.*69. *num.*2. Grasl. *de Exceptionib. except.*16. *num.*1. Medices *de Compensat. part.*2. *quæst.*20. Grat.*consil.*121. *num.*18. *lib.*1. Baver. *de Virtute jurami num.*33. Bursat.*consil.*205.*num.*7.*lib.*3. Turret.*consil.* 75.*num.*1.*lib.*1.

43 Trigesimus secundus. Per viam compensationis quilibet Excommunicatus, Bãditus, vel alius ad agendum inhabilis, jus suum nanciscitur viâ defensionis, ut testatur Mejerus *lib.*16. *Pandectar. tit.*12. *num.*6. Tyndar. *opuscul. de Compensat. artic.*10. *versic. Vigesimus.* Cevall.*Comm.contra comm.quæst.*67.*versic.Sed contrariam.* Bersan.*de Compensat. cap.*1.*quæst.*3.*num.*10. Fermosin. *de Judic.ad cap.Intelleximus* 7 *quæst.*23. *num.* 3. Coppel.*de Compensat.cap.*3.*num.*3.

44 Trigesimus tertius. Impedit exequutionem sententiæ text. in *l.Ex causa quidèm judicati* 2.*C.de Compensat.* Tyndar.*opuscul.de Compensat.art.*10.*versic. Vigesimus secundus.* Medices *de Compensat.part.*2.*quæst.*31. *num.*27. Bersan. *eodem opuscul.cap* 1.*quæst.*20.*num.*19.

45 Trigesimus quartus. Inducit debiti sui confessionem in debitore excipiente de compensatione, ideſt debiti, quod ab eo petitur Bersan.*de Compensat.cap.* 1.*quæst.*20.*num.*29. Barbosa in *l.Divortio. §.Ob donationes. num.*5. *circa med. ff. Solut. matrimon.* Bald. in *l. Papinianus. num.*7. *C.de Sentent. & interloc.* Castrus. *Prax. Lusitan.lib.*3.*cap.*8. *num.*26. Farinac. *Repertor. judicial. quæst.*36. *num.*9. Castropal.*Oper.moral.tractat.*32. *disputat.*1.*punct.*16.§.2 *num.*3. Palma *allegat.* 187.*num.*38. Bersan *de Compensat.cap.*4 *quæst.*1.*num.*10. Bonden. *de Jur.controvers.colluct.*43 *num.*37.

46 Trigesimus quintus. Redditur nullum mandatum, quod relaxetur; nullâ compensationis ratione habitâ Capucin.*Prax judic.part.*3. *cap.*7. *num.*87. Bersan *de Compensationib. cap.*1. *quæst.* 20 *num.*21.

47 Trigesimus sextus. Interdum quis per compensationem assequitur jus suum in appellatione, quod aliàs non consequeretur sine novo judicio text. in *l.*1.*§.Final. ff.Quæ sentent. sine appell. rescind.* Tyndar. *opuscul. de Compensat. art.*10. *versic.Vigesimus primus.* Nam in causa appellationis locum habet compensatio Donell. *Comment. jur. civil.lib.*16.*cap.*15.*col.*1. Medices *de Compensat.part.*2.*quæst.*10.*num.*5. Gothofredus in *l.*1: *litera C. C.de Compensat.* Castill.*lib.*4.*Controv.jur. cap.*40. *num.*103. Coppel.*de Compensat. cap.*8. *num.*17.

Trigesimus septimus. Compensatio resolvit liberationes, subhastationes, dationes in solutum, aliosque actus factos eo tempore, quo debitor compensandi causam habebat, & compensationem deduxit Capuc. *Prax.judic.part.*3.*cap.*7.*num.*88. Bersan.*de Compensat.cap.*1.*quæst.* 20.*num.*21. 48

Trigesimus octavus. Etiam coram arbitro servatur jus utrique parti super debitis compensabilibus Tyndar. *opuscul.de Compensat.art.*10. *versic.Vigesimus quartus.* Quippe compensatio rectè coram arbitro locum habet Bald. in *l.*1 *num.*6. *C.de Arbitr.* Lanfranch.*de Arbitr.quæst.*29. Tyndar.*opuscul.de Compensat art.*8.*num.*45. Castill.*lib.*4.*Controvers.jur.cap.*40.*num.*92. 49 50

Trigesimus nonus. Tam in viâ replicationis, quàm in viâ exceptionis, & etiam in viam actionis ad alium finem tendentis, quilibet debitum sibi consequi potest, ut benè fatetur Tyndarus. *opuscul.de Compensat.art.*10. *versic.Vigesimus quintus.* 51

Quadragesimus. Per compensationem id, quod nostrum est coram Judice Delegato adipiscimur Castropal. *Oper.moral.tractat.*32. *disputat.*1. *punct.* 16. §.2. *num.*8. Medices *de Compensat. quæst.*9.*num.*3.*parte.*2. Molina *de Justit. & jur. tractat.* 2. *disputat.*560. *num.*11. Gregor. Lopez in *l.*20.*gloss.*5.*tit.*14.*partid.*5. Tyndar.*opuscul.de Compensat. art.* 8.*num.*44.*versic.Coram delegato.* 52

Quadragesimus primus. Compellit creditorem recipere sui crediti solutionem etiam pro parte; quamvis minima sit text. in *l.Si constat* 4.*C.de Compensat.* text. in *l.Ejus quantitatis. C.de Solut.* text. in *§.In bonæ fidei. de Act.* Bersan. 53

san. *de Compensationib. cap.1. quæst.20. num.28.* Donell. *Comm.jur.civil. lib 16. cap.15. fol. mihi* 699. *num.* 50. Solis. *de Censib.tom.2.lib.4.cap.unic.num.12.* Wissembach. in *l.12. C. de Compensat.* Alciat.in *l.Quidam æstimaverunt.ff.Si cert. petat.* Rodriguez *de Ann.redditib. lib.2. quæst.18.num.10.* Conciol. *allegat.* 23. *num.29.*

54 Quadragesimus secundus. Quod Judex super eâ tenetur officiũ suũ impertiri juxta text.in *l.Compẽsationem.final. C.de Compensat.* & tradidit Tyndar. in *suo opuscul.de Compensat.artic.10.versic. Vigesimus sextus.*

55 Quadragesimus tertius. Ubicumque proceditur de bono, & æquo, ut inter socios, & mercatores retardat obligationem Cameralem Gratian. *Discept. tat.forens. cap.728. num.12.* Calvin. *de Æquitat.lib.ü.cap.7. num.7.* Bersan. *de Compensat.cap.1.quæst.20. num.25.* Medices *exam.60.num.40.* Bursat. *decis.277 num.1.* Ricc. *de Jur.person. lib.4. cap.34. num.3.in fine.*

56 Quadragesimus quartus. Si super eâ Judex facit injustitiam, faciet litem suam Tyndar. *Opuscul.de Compensat. artic.* 10 *vers. Vigesimus septimus.* Et potest appellari, ut supra dixi per text.in *l. 1. §. Final.ff. Quæ sentent.sine appell. rescind.*

57 Quadragesimus quintus. Excludit tertium ad hoc, ut non compenset creditum suum pro debitore convento Bersan. *de Compensat cap.1.quæst.10.num.27.* per text.in *l.In rem suam.ff.de Compensat.* text.in *l.Ejus 9.C.de Compensat.* Et facit quoque text.in *l.1.ff. de Compensat.*

58 Quadragesimus sextus. Cõpensationis effectus est, quia oppositâ compensatione coram Judice, per eam impeditur primum, & secundum Decretum, tamquam si verè creditori fuerit solutum Tynd. *Opuscul.artic.10.versic.Vige-*
59 *simus octavus.* Quia compensatio, quo ad liberationis effectum pro reali solutione habetur.text.in *l Debitor. ff. Qui potior.in pign.hab.* text.in *l. Si peculium.§. de Illo.ff. de Stat. liber.* Et dixi in hujus quæstionis initio. Unde Tyndarus loco citato infert, cessare morã propter compensationem, ob quam moram ad Decretum deveniri solet text.in *l.1.§. Hæc*

verba. ff. Ne vis fiat ei.

Hæc omnia, quæ hucusque effudi pro hujus secundi tomi complemento supersint, cætera si fortè ad materiam compensationis attinentia omisissem ex uberrima Lectoris penu suppleantur. Interim nequaquam utar jactatione, qua in fine ejus operis usus fuit Sulmonẽsis æternitatem sui nominis commendando Ovid. *lib. 1.Amor eleg.15.*

Ergo etiam cum me supremus adiderit ignis.
Vivam parsque mei magna superstes erit.

Id ipsum denuò repetit *lib.3.eleg.15.*

Imbelles elegi, genialis musa, valete,
Post mea mansurum fata superstes opus.

Hoc eximiâ nixus ratione sibi vas dulcissimus prædicebat; quoniam, ut ajebat Vegetius *de Re militar.cap.3. Unius ætatis sunt, quæ fortiter fiunt: quæ verò pro publica utilitate scribũtur æterna sũt.* Et certiori ostentatione operis sui immortalitatem auspicatus fuit, sin probè, vel nè lectori judicandum relinquo *lib. 15.Methamorph.* Quò canit hocce modo.

Jamque opus exegi: quod nec Jovis ira, nec ignes,
Nec poterit ferrum, nec edax abolere vetustas.
Cum volet illa dies, quæ nil nisi corporis hujus
Jus habet, in certi spatium mihi finiat ævi.
Parte tamen meliore mei super alta perennis
Astra ferar: nomenque erit indelebile nostrum,
Quaque patet domitis Romana potentia terris,
Ore legar populi, per quæ omnia secula fama,
Si quid habent veri vatum præsagia, vivam.

Ego haudquaquam operis mei perennitatem commendabo; sed tantummodò posco, ut si quid optimum egi, Solitudinis Virgini acceptum feratur. Et quamvis si neutiquam, quod credebas invenies (ingenio, ac ætati parce, & humanæ imbecillitati prætermissum adscisce.)

Tamen cupidinem te oblectandi saltem reperies, ut dicam cum Quintiliano *lib. 12. Institut. Orator. cap. 11. in fine*: *Habes Marcelle Victori, quibus præcepta dicendi pro virili parte adjuvari posse per nos videbantur, quorum cognitio studiosis juvenibus, si non magnam utilitatem afferet, at certè, quod magis petimus, bonam voluntatem*.

Utinam hos compensationis flores, hosque juventutis conatus præcoces assuetâ commendatione prosequaris, quia ut dicebat Plinius *lib. 6. Epistol. 23. Neque enim cuiquam statim tam clarum ingenium est, ut possit emergere, nisi illi, materia, occasio, fautor, etiam commendatorque contingat*. Hîc tandem laborem passum attollere obluctor, eumque meditari jam respuo, sed audeo profectò promittere, ac ferè certitudine quâdam polliceri cum Plinio *lib. 1. Epistol. 14. At ego fide mea spondeo futurum ut omnia longè ampliora, quàm à me prædicantur invenias*. Quod si meis fortunatissimis obtingat laboribus, quos ingenti studio compegi, æternitatem nominis, famæque immortalitatem, licèt sudoris, vigiliarumque pretio, mihi comparasse opinabar. Quippe gloria virorum, qui aliquod gloriosum Reipublicæ facinus attulêre, haud moritur, nusquam arescit, nec exolescit; imo apud futura secula manet, atque semper florescit. Quapropter afferam celebris quoddam Atheniẽsis Epaminondæ respõsum, qui cum nunquam uxorem duceret, & objurgaretur à Pelopida infamem habente filium, malèque eum in eo patriæ consulere reretur, quòd liberos haudquaquam relinqueret. Epaminonda, teste Cornelio Nepote. *de Vitis excellent. Imperat. in vita Epaminond.* Hocce modo ei respõdit: *Vide ne tu pejus consulas, qui talem ex te natum relicturus sis. Neque verò stirps mihi potest deesse, namque ex me natam relinquo pugnam Leuctricam, quæ non modò mihi superstes, sed etiam immortalis sit, necessè est*. Neapoli die 25. Januarii 1699.

FINIS.

LAUS DEO, BEATÆQUE VIRGINI SOLITUDINIS.

INDEX

INDEX

UNIVERSALIS, UBERRIMUS, ATQUE LOCUPLETISSIMUS

Rerum, Verborum, ac Sententiarum omnium, quæ in Primo, & Secundo Tomo comprehenduntur.

Alie-

Ani-

Ap-

Aristonicus.

Arma.

Arrha.

Ars.

Ascendentes.

Assiduitas.

Athenagora Cynicus.

Athenienses.

Attentata.

Augustus.

cam-

Com-

Com-

Com-

Com-

tita-

Com-

Com-

Com-

Com

Con-

Con-

Con-

Cre-

Cre-

Cul-

Da-

bi

De-

qu.

Deboscatio.

Decima.

De-

Desides.

Deterioratio.

Detinens.

Deus.

Dictio.

Di-

pto.

Do-

Do-

Donator.

Dos.

Dos

Dotans.

Duellum.

Durior causa.

Dux Mediolani.

Ecclesia.

Ec-

Ex-

Excipiens.

Excommunicatio.

Excommunicatus.

Ex-

Ex-

Fa-

Feu-

Fides.

Filius.

Fi-

Fi-

Fru-

Hæreditas.

Hebræi.

Hy-

Im-

Insinuatio.

Instantia.

Institutio.

Instrumentum.

In-

13

Judicia.

Ju-

Ju-

Le-

Le-

Li-

Me-

Mo-

Ne-

Paſ-

Pen-

Pi-

Pos-

Præ-

Præ-

Promissio.

Promissor.

Pro-

Rei-

Repetitio.

Replicatio.

Re-

Reus.

Romani.

Romulus.

Rubigo.

spi-

Atque Sententiarum Omnium.

Sequester.

Servitia.

Servus Tullius.

Ser-

Reus.

Romani.

Romulus.

Rubigo.

Sen-

Sequester.

Servitia.

Servus Tullius.

Ser-

Testes.

Thamar.

Thare.

Tu-

 Va-

Via

Vi-

Utilitas.

Vultures.

Uxor.

INDEX
AUTHORUM OMNIUM,
Qui laudantur, impugnantur, corripiuntur, declarantur, refelluntur, ac reprobantur in Primo, & Secundo Tomo.

ERRA

ERRATA CORRIGE;

Fol.9.n.44.lin.3.extentionem. lege extenſionem. fol.10.n.48.lin.14.Imperaror. lege Imperator. fol.14.n.79.lin.18. cre-
diror. lege creditor. fol 14. n.82.lin.9.ſingulari. lege ſinguli. fol.13.n.72.lin.11.duobus. lege duabus. fol.44.nu.33.lin.5.
facere. lege facēte. fol.50.n.18.lin.15.pœnæ. lege pœna. fol.62.n.18.lin.2.numinatur. lege ominatur. fol.88.nu.8. lin.3.
Conſulibus. lege Conſulibus. fol.104.n.13.lin.15.latrociniari. lege latrocinari. fol.127.n.36.lin.2.ſententia. lege ſenten-
tiæ. fol.135.n.35.lin.3.ſtatum. lege ſtatutum. fol.140.n.25.lin 8. volente. lege volenti. fol.157.n.19.lin.6.tribueri.ſlege
tribui. fol.164.n.26.lin.1.textum. lege ſextum fol.179.n.18.lin.2.ſentententiam. lege ſententiam. fol.210.num.35.lin.
4.judicit. lege judiciis. fol.210.n.38.oppugnate. lege oppugnante. fol.141.n.43.lin.4.aſſerentes. lege aſſerentibor. fol.
245.n.79.lin.4.filio. lege filiæ. fol.268.n.1.lin.9.partum. lege portum. fol.272.num.50.lin.2.doctoratus. lege docturatu.
fol.278.n.24.lin.3.recognoſcentem. lege recognoſcenti. fol.314.n.31.lin.6.literatum. lege literarum. fol.335. n.34. lin.6.
Princeps. lege Principes. fol.349.n.70.lin.9.æſtimatio. lege æſtimatio. fol.393.n.31.lin.12.fieri. lege fari. fol.410.n.59.
lin.90.opinabar. lege opinabor.

Alia levioris momenti Errata, benigno Lectoris judicio ſubmittuntur.